
SIGILL : COLL : HARVARD : CANTAB : NOV : ANGL : 1650
CHRISTO ET ECCLESIAE
Gift of
Joshua Bates,
17 Aug., 1835.

C. SUETONII TRANQUILLI

OPERA OMNIA

EX EDITIONE BAUMGARTEN-CRUSII

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITA.

VOLUMEN SECUNDUM.

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1826.

TIBERIUS CLAUDIUS DRUSUS[a]

CÆSAR.[1]

PATREM Claudii Cæsaris Drusum, olim Decimum, mox Neronem prænomine,[b] Livia,[*] cum Augusto gravida nupsisset,[c] intra mensem tertium[2] peperit: fuitque suspicio, ex vitrico[d] per adulterii consuetudinem procreatum. Statim certe vulgatus est versus:

Τοῖς εὐτυχοῦσι καὶ τρίμηνα παιδία.[b] [3]

[*] *Cum Livia prægnans nupsisset Augusto, genuit tertio mense Claudii Cæsaris patrem, cui quondam prænomen Decimus, et statim Nero.*

[b] *Prospere agentibus et liberi trimestres nascuntur.*

1 *Divus Claudius* Medic. 1. 2. *De Claudio* Medic. 3. *Claudius Cæsar* Vind. 2. *Ti. Cæsar* Cort. *Divus Claudius Cæsar* Periz. ut in Edd. Ven. Med. et reliquis usque ad Casaub. Vind. 1. et Camp. nihil horum habent. Ed. Rom. sec. *Claudii Cæsaris Imperatoris vita.* In Viterb. pro *Drusus* erat *Nero.*—2 Deest *tert.* Vind. 1. Dein *e victricio* in eodem, *victrice* Vind. 2. Cort. Periz, Edd. Ven. Med. Bon. Lugd. aliæque. In Cop. *fuit* sine *que*. Item *procr. cons.* Polit. *statimque vulg.* Vind. 2. Lys. seu Cort. probante Ern.—3 Græca desunt Vind. 1. Edd. Ven. &c. In quibusdam Codd. teste Urs. *κοινολεχέσιν.* Viterb. *εὐτοχοῦσι*, unde conj. Casaub. *εὐτοκοῦσι.* Abest *καὶ*

NOTÆ

† A. U. C 714.

[a] TIB. CLAUD. DRUSUS] Casaubonus in Viterbiensi codice, mutato cognomine, legit hunc libri titulum, TIB. CLAUD. NERO. Quod et Dioni consentit.

[b] *Neronem prænomine*] Confirmant nummi, in quibus legitur, 'Neroni Claud. Druso Germanico Cos. desig.' &c. Tiberio autem fratri ejus natu majori, Nero cognomen fuit: supra in Tiberio ad cap. 4. ubi et de nominibus ad cap. 1.

[c] *Nupsisset*] Supra Aug. cap. 62. &c. et Tib. cap. 4.

[d] *Vitrico*] Augusto. Vitricus mihi est matris meæ maritus.

Is Drusus in quæsturæ præturæque [4] [e] honore dux Rætici,[f] deinde Germanici belli, Oceanum [g] septemtrionalem primus Romanorum ducum navigavit: trans Rhenum fossas [h] novi [5] et immensi operis effecit, quæ nunc adhuc 'Drusinæ' [i] vocantur: hostem etiam frequenter cæsum, ac penitus in intimas solitudines [6] actum, non prius destitit insequi, quam species barbaræ mulieris,[k] humana amplior, victorem tendere ultra, sermone Latino prohibuisset. Quas ob res

a Vind. 2. Cort. In Ed. Lugd. sunt Latina *felicibus trimestres filii.*—4 *Patriæque* Cuj. Tum vulgo *transque Rhen.* sed copulam non agnoscunt Medic. Polit. Vind. 2. Periz. Cort. et Edd. ante Beroald. ac delere jussit Ern: repugnante tamen Wolf. *regnum* Harlem. ut supra Cal. c. 51.—5 *Navi* Memm. *magna vi* Medic. 1. 3. Polit. Viterb. Vind. 1. Fonc. et margo Ed. Med. quod verum putat Oud. Conj. Boxh. *navigabiles et im. op.* Mox *adhuc* deest Edd. Rom. Bon. *Drusianæ* Bas.—6 *In vicinas sol.* Medic. 1. Dein *actus* Periz. et *perhibu-*

NOTÆ

[e] *Quæsturæ præturæque*] De his magistratibus in Julio ad cap. 6. et 14.

[f] *Rætici*] Supra Tib. cap. 9. et Aug. cap. 21. Horatius Ode 4. lib. IV. 'Videre Ræti bella sub Alpibus Drusum gerentem Vindelici.'

[g] *Oceanum*] Cluverius lib. I. Introd. cap. 1. Germaniæ attribuit quicquid terrarum oceano septemtrionali et Moscoviæ confiniis ambitur: unde nihil definiunt, qui oceanum hic septemtrionalem pro Germanico explicant, nec qua parte ejus navigarit facile definiri potest, cum et eandem gloriam Tiberio conferat Velleius libro II. cap. 106. ubi classem Albi subvectam refert, sed adulatorie magis quam vere.

[h] *Fossas*] Ejusmodi operibus, otii et torporis metu, milites occupatos detinebant. Hinc et in Gallia Narbonensi fossa Mariana, quam ex Rhodano Marius deduxit, hodie prope urbem *Aigues mortes;* hinc in illis quoque regionibus, quarum hic mentio, Fossa Corbulonis, quam hodie *le Lecht*, prope Lugdunum Batavorum, quod tamen utrumque non convenit inter omnes. Casaubonus in Viterbiensi codice legit *magna vi et immensi operis*. Utut est, rem auget verbis Suetonius; nec enim ultra duo vel tria milliaria protenditur.

[i] *Drusinæ*] Quibus Rheni pars in Isalam fluvium deducta, ab Arnhemo Drusoburgum usque, quod vulgo *Doësbourg*, a conditore Druso dictum autumant. Omnem illum tractum, quo Hollandia et dominium Ultrajectense continentur, ex peninsula fecit insulam. Quo autem consilio, non videre se fatentur etiam indigenæ; qui non utilitate modo nulla, sed ipsius provinciæ damno factum contendunt.

[k] *Barbaræ mulieris*] Retulit et Dio lib. LV. Ubi tamen Latine locutam, haud notavit. Videntur quidam Hadriani nummi cum inscriptione 'Germania,' quos Torrentius huic speciei similes existimavit.

ovandi[l] jus et triumphalia ornamenta percepit; ac post præturam confestim inito consulatu, atque expeditione repetita, supremum diem morbo obiit[7] in æstivis[m] castris, quæ ex eo 'Scelerata'[8][n] sunt appellata. Corpus ejus per municipiorum coloniarumque primores,[o] suscipientibus obviis scribarum decuriis,[p] ad Urbem[q] devectum, sepultum-

isset Ed. Plant.—7 *Abiit* Medic. 3. a m. pr. *iniit* duo Torr. Mss. cum Edd. Rom. quod per compend. scripturæ pro *interiit* indicat Burm.—8 *Scelerata* Memm. In duob. Pulm. Medic. 1. Vind. utroque, Periz. Harlem. Edd. Be-

NOTÆ

[l] *Ovandi*] De ovatione in Tiberio ad cap. 1. De ornamentis triumphalibus Aug. ad cap. 38. et Tib. cap. 9. &c.

[m] *Æstivis*] Castra sunt, in quibus milites per æstatis ardorem continebantur. Æstiva quoque dicuntur loca, in quibus greges æstum diei transigebant. Virgilius III. Georgic. 'nec singula morbi Corpora corripiunt, sed tota æstiva repente,' &c. Hæc Drusi æstiva inter fluvios Salam et Rhenum fuisse, auctor est Strabo lib. VII.

[n] *Scelerata*] Sic etiam nuncuparunt alia loca, scelere vel calamitate quadam insignia, ut vicus ille Romanus, in quo Tullia carpentum suum agi jussit per cadaver patris Servii Tullii, Sceleratus dictus est. Sic et campus, in quo Vestales defodiebantur, et porta, qua profecti sunt 300. illi Fabii, quos ad Cremeram uno die cæsos memorat Livius. Epitome Liviana Drusi mortem paulo aliter narrat lib. CXL. 'Bellum adversus Germanorum trans Rhenum civitates a Druso gestum refertur: ipse ex fractura equo super crus ejus collapso, trigesimo die quam id acciderat, mortuus est.'

[o] *Primores*] Hos decuriones appellavit, Aug. cap. 100. De coloniis in Julio ad cap. 8. De municipiis ibid. ad cap. 14. nonnulla notata sunt.

[p] *Scribarum decuriis*] Horum tanta multitudo Romæ fuit, ut equitum instar describerentur in decurias, ordinemque equestri proximum constituerent: quod persuaserit amplitudo Reipublicæ Romanæ, et proinde negotiorum copia. Hi publicis rationibus exscribendis incumbebant, quorum ordinem quamvis honestum dixerit Cicero Verrina quinta, ea tamen apud Romanos dignatione non fuit, qua apud Græcos; hi enim ad illud officium neminem admittebant, nisi et fide cognita, et honesto loco natum, quanquam de regum præsertim scribis intelligendi sunt, quos consiliorum participes omnium esse oporteret, ut testatur Cornelius Nepos in Eumene; cum e contra apud Romanos quandoque ex libertorum numero, ut patet ex Horatio lib. I. Sat. 5. vs. 66. et Quæstoribus aliisque magistratibus apparerent, eorumque rationes ac monumenta describerent.

[q] *Ad Urbem*] Notat Casaubonus præpositionem 'ad' sumi hic pro 'in;' non enim modo ad urbem, sed et urbi illatum colligit, ex eo quod Tiberius funebrem ejus orationem pro Rostris de more peregerit, &c. Quem igitur ad modum Equites Romani Augusti corpus, in Augusto cap. 100. ita et scribæ Drusi corpus a de-

que[9] est in campo Martio.[r] Ceterum exercitus honorarium[s] ei tumulum excitavit, circa quem deinceps stato[10] die quotannis miles decurreret,[t] Galliarumque civitates publice supplicarent. Præterea Senatus inter alia complura, marmoreum arcum[u] cum tropæis via Appia decrevit, et Germanici[1] cognomen[v] ipsi posterisque ejus. Fuisse autem creditur non minus gloriosi, quam civilis animi.[w] Nam ex hoste super victorias opima[2] quoque spolia[x] captasse, summoque sæpius discrimine duces Germanorum tota acie

roaldo priorib. aliisque *appell. sunt scel.*—9 Ita cum Pitisc. Burm. Oud. et seqq. edidit Baumg. auctorib. Mss. O. præter Vind. 2. Huls. Cort. et Edd. ante Casaub. qui delevit *que*. Item *in campo M.* pro vulg. *M. c.* reponi jusserunt Medic. Polit. Dun. Cop. Cuj. Voss. Cf. Cal. c. 34.—10 *Statuto* Vind. 2. Cort. Periz. Harlem. Huls. Edd. Ven. Lugd. Junt. Ald. Arg. In Rom. *statuto deinceps die.*—1 Memm. *Germani.* Mox *autem* deest Edd. Rom. *traditur* dat Ven. 1. et *victoriis* Medic. 1. Polit.—2 *Optima* Cuj. Tum *insectus* Rom. sec. pro qua voce dubitat Burm. an rescribend. sit *insectaturum.*—

NOTÆ

curionibus exceptum, in urbem detulerunt, Tiberio per totum iter prægrediente pedibus, ut supra in Tiberio cap. 7.

[r] *Campo Martio*] In Julii tumulo: Epitome Liviana CXL.

[s] *Honorarium*] Honoris causa excitatum, non usus, quale vocabant cenotaphium, hoc est, vacuum sepulcrum; quod et imaginarium, ab imagine defuncti, quæ non secus, ac si corpus ipsum affuisset, honorabatur pompa funebri. Virgilio inania tumulus dicitur lib. III. Æneid. 'manesque vocabat Hectoreum ad tumulum, viridi quem cespite inanem, Et geminas, causam lacrymis, sacraverat aras.'

[t] *Decurreret*] Milites decurrere dicebantur, cum armis accincti, ordinem servantes pleno passu incedebant, aut currebant. Hinc Turnebus lib. V. cap. 8. factum refert, ut in funeribus clarorum virorum milites suis armis instructi, et tanquam in procinctu, ludicra quadam exercitatione decurrerent. Hoc et Tacitus innuit Annal. II. ubi Germanicum decurrisse refert ad aram patri suo exstructam, et de Patrocii funere apud Homerum, et de Pallantis apud Virgilium lib. XII. Æneid. patet: 'Ter circum accensos, cincti fulgentibus armis, Decurrere rogos.'

[u] *Arcum*] Cui superposita equestris statua inter tropæa, cum inscriptione, 'Nero Claudius Drusus Germanicus,' qualis videtur expressa in nummis.

[v] *Germanici cognomen*] Florus lib. IV. 'Druso, quod nunquam alteri, Senatus ex Provincia nomen dedit.'

[w] *Civilis animi*] Intellige de civilitate, eodem sensu quo in Augusto ad cap. 51. et Julio cap. 75. &c.

[x] *Opima quoque spolia*] Ea sunt quæ dux Romanus hostium duci detracta, refert in Capitolium Jovi Feretrio consecranda, instituto Romuli.

insectatus: nec dissimulasse unquam, pristinum se Reipublicæ statum, quandoque posset,[3] restituturum.[y] Unde existimo, nonnullos tradere ausos, suspectum eum Augusto, revocatumque ex provincia, et, quia cunctaretur, interceptum veneno.[4] Quod equidem magis, ne prætermitterem, retuli, quam quia verum aut verisimile putem; cum Augustus tanto opere et vivum dilexerit, ut cohæredem semper filiis instituerit, sicut quondam in Senatu professus est, et[5] defunctum ita pro concione laudaverit, ut Deos precatus sit, 'similes ei Cæsares suos[z] facerent, sibique tam honestum quandoque exitum darent, quam illi dedissent.' Nec contentus elogium[6][a] tumulo ejus versibus a se compositis exsculpsisse etiam vitæ memoriam[b] prosa oratione composuit. Ex Antonia[c] minore complures quidem liberos tulit; verum tres omnino reliquit, Germanicum,[d] Livillam,[e] Claudium. [2.] Claudius natus est,† Iulo[7][f] Antonio, Fabio

3 Ita Memm. Cuj. Fouc. tres Medic. Dun. Vind. 1. probantibus Græv. Gron. Burm. Oud. et Wolf. In Mss. ceteris et Edd. ante Casaub. *quandocumque posset*, nisi quod in Cop. *quandoque si posset restit.* Edd. Rom. *quandoque rest.* quod probat cum Lips. Torr. e duob. Mss. et ediderunt Ern. Bip. A Casaub. Ed. profluxit *restit. si posset.*—4 Vind. 2. Cort. *ven. interemptum* et *interempt.* quoque in Periz. Harlem. Edd. ante Beroald. pluribusque. Postea *et coher.* Medic. 3. Cop. Polit. *ne coh.* Medic. 2. *in coh.* Harlem.—5 *Et* abest a Memm. Medic. 1. 3. Cop. Item *laudavit* Periz. Harlem. Edd. Ven. Med. Cald. Lugd. Bas.—6 *Eulogium* Vind. 2. Cort. Fouc. marg. Periz. *eclogium* videtur legisse Guntherus, citante Burm. Mox *insculpisse* Memm. Pal. 3. Huls. Vind. 1. Medic. 2. Cuj. Voss. cum Edd. Bas. Steph. Gryph. Pulm. &c. *minores* Rom. sec.—7 Ita Edd. Plant. Casaub. Torr. Scriv. Græv. pr. et recentt. probantib. Lips. ad Tac. Ann. I. 10. ex Horat. Od. IV. 2. Ern. aliisque. In Mss. O.

NOTÆ

[y] *Restituturum*] Qua de re etiam cum Tiberio fratre literis egerat, quas ipse Tiberius Augusto prodidit, ut supra in Tiberio cap. 50. retulit.

[z] *Cæsares suos*] Nepotes ex filia et Agrippa, quos adoptarat; de quibus supra sæpe.

[a] *Elogium*] Supra Calig. cap. 24. et 27.

[b] *Memoriam*] Commentarium sive librum diarium rerum ab eo gestarum. Hinc servus a memoria, qui describendo illi diario invigilabat.

[c] *Antonia*] Calig. cap. 1. &c.

[d] *Germanicum*] Caligulæ patrem.

[e] *Livillam*] Quæ Druso Tiberii filio nupsit, de qua Tib. cap. 62. &c.

† A. U. C. 744.

[f] *Iulo* [*Julio*] Torrentius legit *Iulo*, qui Triumviri filius fuit, de quo plura Velleius lib. II. cap. 100. et Dio lib. LV. Huic Africani cognomen, non

Africano Consulibus, Kalendis Augustis, Lugduni,[8] [g] eo ipso die, quo primum ara [h] ibi Augusto dedicata est, appellatusque Tiberius Claudius Drusus. Mox, fratre majore [i] in Juliam familiam adoptato, Germanici cognomen assumsit. Infans autem relictus a patre, ac per omne fere pueritiæ atque adolescentiæ tempus, variis et tenacibus morbis conflictatus est; adeo, ut animo simul et corpore hebetato, ne progressa quidem ætate ulli publico privatove[9] muneri habilis existimaretur. Diu, atque etiam post tutelam[10] receptam,[k] alieni arbitrii, et sub pædagogo fuit; quem 'barbarum et olim superjumentarium,[l] ex industria sibi appositum, ut se [1] quibuscumque de causis quam sævissime coërceret,' ipse quodam libello conqueritur. Ob hanc eandem valetudinem et gladiatorio munere, quod simul cum fratre memoriæ patris edebat, palliolatus[m] novo

Julio, quod tuentur Gron. Burm. Oud.—8 *Luguduni* Memm. Item *Augusti* Mss. et Edd. quædam, de more. Tum *eo ipse* Harlem. *et ipso* Cuj. Mox *Germani* Dun.—9 Ita ediderunt Ern. Bip. e conject. Casaub. probante Oud. cum Cort. sive Lys. al. *privatoque*. Dein alio ord. *diu etiam atque post* Periz. Harlem. Cuj. et aliquot Oud. cum Edd. Vett. præter Bon. et seqq. *atque diu etiam* Vind. 1. *diu etiam p. t. r. et al.* Vind. 2. Cort.—10 *Tutela* Ed. Lugd. unde Burm. conj. *in tutela receptum*. Tum *pedagogio* Vind. 1. et *supermentarium* Memm.—1 Exulat *se* ab Edd. Rom. *ob hanc tandem* Vind. 2. Cort. Edd. Bon. Paris. probante

NOTÆ

Fabio alii tribuunt; alii Fabio asserunt, et Manliis quoque id cognominis fuisse contendunt.

[g] *Lugduni*] Alii *Luguduni* habent, quomodo et in marmoribus et numismatis.

[h] *Ara*] De qua supra ad cap. 20. Caligulæ.

[i] *Fratre majore*] Germanico, patre Caligulæ, quem et Tiberius adoptarat, Tib. cap. 15. Adoptatus ipse ab Augusto, Aug. cap. 65.

[k] *Post tutelam receptam*] Finito eo tempore, quo sub tutoribus ipsum esse per leges oportuerat, quod pubertatis annis definiebatur, quam ut adepti efficiebantur, sui juris et in suam ipsi tutelam veniebant, sive, quod idem est, suam recipiebant tutelam; quomodo locutus est Suetonius, juxta jurisconsultorum formulas.

[l] *Superjumentarium*] Hoc est, iis præpositum qui jumenta curabant, quemadmodum 'supra velarios' et 'superstationarius.' Hæc enim præpositio officii munus indicat, ut probavit lapidum auctoritate Casaubonus, quos vide in calce operis.

[m] *Palliolatus*] Palliolum, pileus, pileolus, cucullus, galerus, capitis fuere tegmina non multum inter se discrepantia, unde a plerisque confundi notat Salmasius. Quod autem 'novo more' dixit, innuere videtur morem

more præsedit; et togæ virilis die,[n] circa mediam noctem, sine solenni officio, lectica in Capitolium latus est. [3.] Disciplinis tamen liberalibus ab ætate prima non mediocrem operam dedit, ac sæpe experimenta cujusque etiam publicavit. Verum ne[2] sic quidem quicquam dignitatis assequi, aut spem de se commodiorem in posterum facere potuit. Mater Antonia 'portentum eum hominis' dictitabat, 'nec absolutum a natura, sed tantum inchoatum:' ac si quem socordiæ[3] argueret, 'stultiorem' aiebat 'filio suo Claudio.' Avia Augusta pro despectissimo semper habuit: non affari, nisi rarissime; non monere, nisi acerbo et brevi scripto, aut per internuntios, solita. Soror Livilla cum audisset, ipsum quandoque imperaturum, tam iniquam et[4] tam indignam sortem populi Romani[5] palam et clare[6] detestata est. Nam et avunculus major[o] Augustus quid de eo in utramque partem opinatus sit, quo certius cognoscatur, capita ex ipsius epistolis[p] posui. [4.] 'Collocutus sum cum Tiberio, ut mandasti, mea Livia, quid nepoti tuo Tiberio faciendum[7] esset ludis Martialibus.[q]

Ern.—2 *Nec* Vind. 2. Cort. Cop. *nec si quidem quisq.* Vind. 1. Tum *asseq. spem* sine *aut* Huls. in quo mox verba *a nat. s. t. inch.* sunt omissa.—3 *Secord.* Corsend. Vind. 2. Cort. Ed. Camp. Dein *aut brevi* Vind. 1. qui et *Livillia* habet. Postea addiderunt *ipsum* ante *quandoq.* Ern. Bip. fide Cort. seu Lys. Vind. 2. quos secutus est Baumg.—4 Deest *et* Periz. Harlem. et Edd. ante Bon. except. Rom. pluresque. *indignatam* Vind. 1. et inverso ord. *tam iniq. sort. tam ind. populo R.*—5 Sic præbent Medic. 2. Periz. Harlem. Edd. Ven. Med. Bon. &c. cum Lips. Torr. Burm. Oud. Ern. In aliis *populo Romano.* Memm. Medic. 3. *P. R.* dant, Edd. Rom. *Po. Ro.* Hæc verba desunt Fonc. —6 *Clare* Medic. 2. Tum *et* ante *avun.* abest a duob. Torr. totidem Burm. et Medic. 1. 3. et placet Oud. In iisdem Medic. *agnoscatur.* Dun. *posuit.*—7 *Faciund.* Edd. Sab. Cald. Bas. Gryph. Plant. In Vind. 2. *Tib. nep. tuo.* Mox *consensit* Medic. 2. Vind. 1. Item *nob. esse* Medic. Dun. Polit. Vind.

NOTÆ

tegendi capitis, de quo jam quædam notata in Julio ad cap. 45. &c. De consuetudine gladiatorum, in memoriam patris edendorum, supra jam in Tiberio ad cap. 7. &c.

[n] *Togæ virilis die*] Ut supra de Calig. cap. 10. De cærimoniis et solenni in Aug. ad 8. et 38. &c.

[o] *Avunculus major*] Octavia Augusti soror, Claudii avia fuit, utpote mater Antoniæ, de qua Calig. cap. 1. &c.

[p] *Epistolis*] De eorum genere in Aug. ad cap. 86.

[q] *Ludis Martialibus*] Vel qui celebrati sunt in dedicatione templi, quod

Consentit autem uterque nostrum, semel nobis esse statuendum, quod consilium in illo sequamur. Nam si est ἄρτιος,[8 r] et, ut ita dicam, ὁλόκληρος, quid est, quod dubitemus, quin per eosdem articulos et gradus producendus[9] sit, per quos frater ejus productus fuit? Sin autem ἠλαττῶσθαι[10] sentimus eum, καὶ[1] βεβλάφθαι, καὶ εἰς τὴν τοῦ σώματος, καὶ εἰς τὴν τῆς ψυχῆς ἀρτιότητα,[e] præbenda materia deridendi et illum et nos non est hominibus, τὰ τοιαῦτα σκώπτειν καὶ μυκτηρίζειν εἰωθόσιν.[d] Nam semper æstuabimus, si de singulis articulis temporum deliberabimus, μὴ προϋποκειμένον[2] ἡμῖν, posse eum gerere honores arbitremur,[3] nec ne. In præsentia tamen, quibus de rebus consulis, curare eum ludis Martialibus

[c] *Male affectum esse circa corporis et animi integritatem.*
[d] *Qui talia solent deridere, et scommatis afficere.*

Periz. Harlem. Cuj. Voss. et Edd. sæc. xv. item Bon. &c. Al. *esse nob.*—8 *Artius* Memm. *arctius* Fouc. *artius* vel *arcius* plerique Mss. Ed. Ven. 1. *artios* Periz. Harlem. *arecios* Vind. 1. *ut ita dic.* omisso *et* dant Memm. Vind. 2. Cort. Mss. Casaub. Burm. sed ipse Casaub. *et ita dic.* sine *ut.* Tum Latinis literis *holoclerus* Memm. *holocleros* Vind. 1. Medic. 2. 3. (*ut ita dicam*) *et totus perfectis* Ed. Lugd. ἄρτιος ὁλόκλ. Vind. 2. Cort. Conj. Guj. καὶ ὁλόκ. Ern. e glossa adjectum ὁλόκ. censet.—9 Ita et mox *product.* exhibent Memm. Viterb. Pal. Cop. Medic. Vind. Cort. aliique, nisi quod *perductus* Vind. 1. Al. *perducend.* et *perduct.* Pro *fuit* est *sit* in Memm. trib. Torr. Medic. Vind. Cort. Periz. Harlem. Voss. et Edd. primis.—10 In Mss. et Edd. multis ἐλαττῶσθαι, unde Polit. fecit ἐλαττοῦσθαι. *Sent. eum* exulant ab utroque Vind. Cort.—1 *Eum et* βεβ. Memm. Cuj. Cop. Medic. Edd. Bas. Steph. et restituit Oud. *etiam* βεβ. Sab. Cald. Med. Junt.—2 Ita Oud. cum Vett. Edd. probante Gron. ad Arrian. l. I. c. ult. cum Medic. 2. 3. Vind. 2. Cort. Ex Turneb. conjectura dedit Pulm. προϋποκειμένου, astipulantib. Torr. (qui et conj. προκειμένου) Urs. Casaub. Ern. Bip. cum Codd. Pal. Polit. et aliis nonnullis, item Edd. Steph. Bas. In Medic. 1. προϋποκειμένων. Cuj. προπιποκειμενου.—3 *Arb. eum ger. h.* Mss. O. Oud. Dun. Periz. et Edd. ante Casaub. *posse arb. eum* Fouc. Tum *de reb. quib.* Vind. 1. *et non disp.*

NOTÆ

illi Deo exstruxit Augustus, ut in ejus vita cap. 29. vel qui etiam Saliares appellati, quot annis in Circo celebrabantur.

[r] Ἄρτιος] Hoc est, *integer*: ὁλόκληρος vero *ex omni parte perfectus*. Sensus igitur est, si Claudius ille tuus nepos corpore pariter et animo valet, dubium non est, quin ad honores evehendus sit. Ἠλαττῶσθαι, hoc est, *minui*. Quo sensu Tacitus imminutam ejus mentem dixit: Μὴ προϋποκειμένου ἡμῖν; *non præsupposito nobis*; hoc est, nisi semel nobis constiterit, nisi præsupposuerimus et constituerimus, utrum arbitremur eum posse, vel non posse, ad honores promoveri.

triclinium[s] sacerdotum,[4] non displicet nobis, si est passurus, se ab Silani[t] filio, homine sibi affini, admoneri, ne quid faciat, quod[5] conspici et derideri possit. Spectare[6] eum Circenses ex pulvinari,[u] non placet nobis. Expositus enim in prima fronte spectaculorum conspicietur. In Albanum montem[7] ire eum, non placet nobis, aut esse Romæ Latinarum[v] diebus. Cur enim non præficitur Urbi,[w] si potest fratrem suum sequi in montem? Habes nostras, mea Livia,[8] sententias, quibus placet semel de tota re aliquid constitui, ne semper inter spem et metum fluctuemus. Licebit autem, si voles, Antoniæ quoque nostræ des hanc partem[9] epistolæ hujus legendam.' Rursus alteris literis: 'Tiberium adolescentem ego vero, dum tu aberis, quotidie invitabo ad cœnam, ne solus cœnet cum suo Sulpicio et Athenodoro.[x] Qui vellem, diligentius et minus μετεώρως[10]

Cop.—4 *Silvani* Memm. Pulm. Torr. Fouc. Dun. Cop. Harlem. Periz. cum pluribus Oud. et Edd. Rom. Ven. Lugd. Ald. Junt. Steph. *Sillani* Vind. 1. Huls. Edd. Bon. Par. *Syllani* Bas. Gryph. &c.—5 Malit Burm. *quo*, sed illud defendunt Ern. et Bos. ad Nep. Attic. c. 13. § 5. Statim *despici* in opt. Torr. qui conj. *despui*, quod erat in notis Lips.—6 *Exspectare* Camp. *et spect.* Fouc. *circa Circ.* Vind. 1. Huls. Periz. et Edd. Vett. Dein *fronte prima* Medic. tres cum Dun. Cuj. *spectacul.* deest Vind. 1. *conspicitur* habet Huls.—7 *Montem* non habent Medic. 2. 3. nisi in marg. et desideratur omnino in Dun. haud improbante Oud. Dein *Latinorum* Periz. Ed. Camp. Item *seq. fr. s.* Medic. Dun. Voss.—8 *Julia* Periz. Tum *fluctuemur* Memm.—9 *Operam* Vind. 1. Dein *aliis lit.* Cort. Desunt hæc in opt. Torr. et Cuj. *aliis* non agnoscit Huls. —10 In Edd. Vett. et Medic. 1. 2. *μετέωρος*. Tum *delig.* abest a Medic. 1. *deligerit* Medic. 3. Polit. *delegeret* Voss. *diligerent* Vind. 1. Burm. corr. *deligerent*, quod, probante Oud. ediderunt Ern. ac Bip. [s] Servavi vulg. sed mu-

NOTÆ

[s] *Curare .... triclinium*] De triclinio in Julio ad cap. 48. Curare autem triclinium is dicitur, cui curæ est, ut omnia in convivio bene apparentur. Sacerdotes illi, de quibus hic agitur, videntur esse de quorum cœna infra cap. 33.

[t] *Silani*] Vide supra in Caligula cap. 12. et 23.

[u] *Pulvinari*] Loco maxime conspicuo. In Aug. ad cap. 45.

[v] *Latinarum*] Quid illæ feriæ, in Julio ad cap. 79.

[w] *Præficitur Urbi*] Absentibus Latinarum causa Consulibus, Præfectus Urbi creabatur, qui tunc temporis unus vulgo fuit ex iis, qui summo loco nati. Sensus est igitur, Claudium, si salvo honore et pudore suo posset comitari fratrem suum Germanicum in montem Albanum, ad sacra Latina, debuisse potius præfici Urbi: quod tamen facere non audebant, ne in tanto honore ineptiret.

[x] *Sulpicio et Athenodoro*] Qui videntur fuisse ejus contubernales, sor-

deligeret sibi aliquem, cujus motum,[1] et habitum, et incessum imitaretur, misellus:

'Ἀτυχεῖ πάνυ ἐν τοῖς σπουδαίοις λίαν.'[e] [2]

Ubi non aberravit ejus animus, satis apparet ἡ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ εὐγένεια.'[f] Item tertiis literis:[3] 'Tiberium nepotem tuum placere mihi declamantem potuisse, peream, nisi, mea Livia, admiror. Nam qui tam ἀσαφῶς loquatur, qui possit, cum declamat, σαφῶς dicere, quæ dicenda sunt, non video.' Nec dubium est, quid[4] post hæc Augustus constituerit,[y] et reliquerit eum nullo, præter auguralis sacerdotii,[z] honore impertitum,[5] ac ne hæredem quidem, nisi inter tertios ac pæne extraneos,[a] e parte sexta nuncuparit,[6] le-

[e] *Prorsus enim infeliciter cum studiosis versatur.*
[f] *Ipsius animæ præclara indoles.*

tata interpunctione, hoc sensu: *Qui*, h. e. *quam*, vellem misellus (Claudius) aliquem sibi deligeret, &c.' *Baumg.*—1 *Modum* unus Torr. *morem* alius. Dein *et incess.* non habet Vind. 1. qui *imitarentur* dat.—2 Torr. voluit trajectis vocibus legi 'Ατ. λίαν aut λίαν γ' ἐν τ. σπ. πάνυ. Desideratur λίαν in Memm. item Medic. Cuj. pluribusque, qui cum Voss. habent ἀτ. ναμην, (vel NAAA. NAAA. NAM.) et Codd. quos vidit Turneb. hinc Adv. XXVII. 19. effingens, καὶ μὴν ἐν τ. σπ. At Vind. 2. Cort. 'Ατ. λίαν πανυ ἐν τ. σπ. Polit. vero marg. allevit ἀτ. πάνυ λίαν ἐ. τ. σ. Oud. maluit rescribend. vel ναὶ μὴν, vel ναὶ δὴ, aut ναὶ ναὶ, abjecto λίαν, quam voc. nec Steph. agnovit; tamen ibi pro πάνυ reponitur, quod etiam Salm. placuit. In Sab. Edd. legitur 'Ατ. ἐν τ. σπ. Αἴας λίαν, et ita Arg. Junt.—3 Desunt hæc tria verba Cuj. Voss. Dun. opt. Torr. A Medic. 3. abest *literis*.—4 Burm. suasit *sibi*, et Ern. deleri jussit. Oud. conj. *ulli*, *uni*, vel sim. q. Vulg. defendit Wolf. qui supra *idem* dedit.—4 Ita dant Memm. tres Pal. cum Mss. Torr. Dun. Cuj. Fouc. item Medic. Polit. Peris. et Edd. Vett. Vulgo *quin*, quod Wolf. nondum displicet. In Ed. Steph. *qui reliq.* Ern. hoc probat, vel *cum rel.* Oud. *cum et. rel.* Ceterum *post hoc* Vind. 2. Cort.—5 *Impert. hon.* Medic. 1. *impart.* multi Codd. et Edd. Mox in *tert.* Memm. Cop. Medic. Polit. *socios* Vind. 1. Postea *ne parte* servant Mss. O. cum Edd. plerisque; *e* tamen dant Rom. sec. cum Pulm. seqq. *et parte* Bon. marg. Bas. Gryph. &c. *ex p.* cum Urs. Ed. Steph. Torr. legit *ut ne her. . . . e parte s. nuncuparet, legato non ampl.* Suspectæ sunt Oud. voces *tertios* et *ne p. s.* In Medic. 1. Cop. *ne partes extra.*—6 Mss. O. *nuncuparet*, cum Edd. præter Camp. Steph. Casaub. &c. Tum vulgo *legatoque*. Torr. et Gron. ejici τὸ

NOTÆ

didi forte, de quibus capite sequenti; aut potius literati quidam viri: quod videtur indicare versus Græcus.

[y] *Constituerit*] Hoc est, post cognita tot signa imbecillitatis, certum tandem iniverit consilium, quod in Claudio sequeretur, ut initio hujus capitis statuendum dixerat.

[z] *Auguralis sacerdotii*] Quomodo et Caligula. Calig. cap. 12.

[a] *Tertios ac pæne extraneos*] Aug. cap. ult. Quid primi quidve secundi

gato quoque non amplius, quam octingentorum sestertiorum,[b] prosecutus. [5.] Tiberius patruus[c] petenti honores consularia ornamenta[d] detulit. Sed instantius legitimos flagitanti, id solum codicillis[e] rescripsit, 'Quadraginta aureos[f] in Saturnalia et Sigillaria[7][g] misisse ei.' Tunc demum, abjecta spe dignitatis, ad otium concessit, modo in hortis et suburbano,[8][h] modo in Campaniæ secessu delitescens; atque ex contubernio sordidissimorum hominum,

que vel inseri *fuerit* volebant. Oud. cum Ern. aut addendum *sit* post *prosec.* aut scribend. *quoque*, quam lect. Baumg. amplexatus est. Tandem a Cort. abest *quam*, probante Oud.—7 *Sigillari* Memm. Cop. Dun. Medic. Voss. *e sigillari* Huls. Vind. 2. Cort. *se mis.* Edd. Bas. Gryph. Plant. et recentt.—8 Ita conj. Græv. receperuntque Burm. Ern. et dudum ediderunt Bas. Gryph. Pulm. Torr. astipulante Medic. 2. cum priores exhiberent (ut est in aliquot Mss. et in his Exc. Voss.) *suburbano ; modo domo, modo in C.* præter Edd. Rom. Bon. Par. quæ cum Steph. Casaub. &c. *in suburbana domo*, ut exaratur in Medic. 1. 3. Polit. Vind. 1. Nonn. qui repetit *in.* Corsend. *subur-*

NOTÆ

hæredes, ad cap. 83. in Julio: 'Ceteri, qui testatoris juri subjecti non sunt, extranei appellantur. Itaque liberi quoque nostri, qui in potestate nostra non sunt, hæredes a nobis instituti, extranei hæredes videntur.' Institutionibus §. Ceteri de hæred. qualit. et differ.

[b] *Octingentorum sestertiorum*] Hic videntur intelligenda sestertia, non sestertii: quo posito, summa fuerit 25000.lib. Sin minus 25.lib. Singula enim sestertia mille sestertios valent, ut in Julio ad cap. 4. et 26. notatum est; quæ mira foret legati vilitas, et ludibrii potius quam honoris causa.

[c] *Patruus*] Drusi patris frater, cap. 1.

[d] *Ornamenta*] Quales sunt lictores, aliaque, de quibus in Julio ad cap. 76.

[e] *Codicillis*] Tib. ad cap. 51. &c.

[f] *Quadraginta aureos*] 175.lib. Quanti sit aureus, infra Oth. ad cap. 4.

[g] *Sigillaria*] De Saturnalibus, et muneribus tunc mitti solitis, in Augusto ad cap. 71. Sigillaria fuere gemini dies Saturnalibus additi, ad producendam festivitatem. Ipsa quoque munuscula sic appellata sunt, ut patet ex Senec. Epist. 12. 'Ego sum Felicio, cui solebas sigillaria afferre.' Et vicus ipse, ubi ea veniebant, 'Sigillaria' aut 'ad Sigillaria' dictus, ut ex Gellio lib. II. cap. 3. 'ostendisse mihi librum Æneidos secundum, emtum in Sigillariis.' Et infra cap. 16. et Ner. cap. 28. Sigilla sunt parva signa seu simulacra, quæ suis in ædiculis collocabant, quasi parietum ornamenta. Juven. 'Si quis in ædicula Deus unicus.' Hæc ab initio fictilia, deinde plumbea et aurea fieri, et mitti solita muneris loco, et pueris maxime, unde scomma in Claudium. Saturnalitia et Sigillaritia a Spartiano dicta sunt hæc munera.

[h] *Suburbano*] Quid suburbanum, Tib. cap. 11. &c.

super veterem segnitiæ notam, ebrietatis quoque et aleæ[9] infamiam subiit. [6.] Cum interim,[10] quanquam hoc modo agenti, nunquam aut officium hominum, aut reverentia publica defuit. Equester ordo bis patronum eum perferendæ pro se legationis elegit: semel, cum deportandum Romam corpus Augusti[i] humeris suis a[1] Consulibus exposcerent; iterum, cum oppressum Sejanum[k] apud eosdem gratularentur. Quin et spectaculis advenienti assurgere, et lacernas[2] deponere[l] solebant. Senatus quoque, ut ad numerum sodalium Augustalium[m] sorte ductorum extra ordinem adjiceretur,[3] censuit: et mox, ut domus ei, quam incendio amiserat, publica impensa restitueretur, dicendæque inter Consulares[n] sententiæ jus esset. Quod decre-

---

bana modo domo, *modo*. Cort. Vind. 2. *suburbano: modo domi*, *m*.—9 Vind. Harlem. Periz. cum Edd. priscis dant *eb. et al. quoq*. Ed. Junt. *infantiam*.—10 Brem. et Wolf. hoc comma superiori capiti attexuere. In marg. Ant. Gryph. est *cui int*. quod placet Baumg. Tum *publice* Memm. tres Medic. Fouc. cum duob. Torr. probante Ern. *publicæ* Dun. Item *per se* Fouc. *et ut offic*. Harlem.—1 Edidit Oud. *ab Cons*. fide Medic. 2. 3. Vind. 2. Cort. Voss. et marg. Torr. Dein *exposcerent* testantur Mss. O. (nisi quod in Vind. 1. Huls. sit *exposceret*) et Edd. ante Casaub. qui *exposceretur*. Tum *gratularetur* Memm. Medic. Vind. Polit. Cort. Cuj. Voss. Edd. Casaub. Schild. Gron. Oud. aliæque.—2 *Lucernas* Memm. Medic. Voss. Cop. Harlem. Cuj. *lacervas* Vind. 1. *et* deest Edd. Rom. Item *solebat* extat in Mss. fere O. cum Edd. Rom. Junt. Casaub. et seqq. excepta Burm.—3 *Addiceretur* Medic. 2. Nonn. Edd. Ven. Bon. Lugd. Junt. Ald. Arg. Ant. Gryph. cum aliquot libris Torr.

NOTÆ

[i] *Corpus Augusti*] In Augusto cap. 101.

[k] *Sejanum*] In Tiberio ad cap. 55.

[l] *Lacernas deponere*] Harum usus ab Augusto prohibitus fuerat, ut in ejus vita cap. 40. Sub aliis tamen Imperatoribus vix obtinuit, et toga paulatim in desuetudinem abiit: primo enim sumebatur tantum ad salutationes officiaque ejusmodi, ac tandem nonnisi in judicando aut perorando. Hujus loco lacernis utebantur, quæ, Claudii tempore, introeuntibus principibus viris honoris causa depositæ: ita et Deos oraturi pænulas exuebant, quæ ferme eædem ac lacernæ.

[m] *Sodalium Augustalium*] Ii sunt sacerdotes, quos Tiberius Juliæ genti sacraverat, ad exemplum Romuli. Horum meminit et Tacitus lib. I. Annal. 'Idem annus (qui 767. ab U. C.) novas cærimonias accepit, addito sodalium Augustalium Sacerdotio, ut quondam T. Tatius, retinendis Sabinorum sacris, sodales Titios instituerat, sorte ducti e primoribus civitatis unus et viginti.' De quo iterum lib. II. ubi nonnihil a se differre videtur.

[n] *Consulares*] De ordine rogandi sententias in Julio ad cap. 21.

tum abolitum est, excusante Tiberio imbecillitatem ejus, ac damnum liberalitate sua resarturum[4] pollicente. Qui tamen moriens, et in tertiis hæredibus eum ex parte tertia nuncupatum, legato etiam circa sestertium[5] vicies[o] prosecutus, commendavit insuper exercitibus, ac[6] Senatui populoque Romano inter ceteras necessitudines[p] nominatim. [7.] Sub Caio demum fratris filio, secundam[7] existimationem[q] circa initia imperii omnibus lenociniis colligente, honores auspicatus, consulatum gessit una per duos menses: evenitque, ut primitus ingredienti cum fascibus Forum prætervolans aquila[r] dexteriore[s] humero consideret. Sortitus est et de altero consulatu in quartum annum;[t] præseditque nonnunquam spectaculis in Caii vicem,[u] ac-

cui non displicebat. Mox *jus esset sent.* Medic. 1.—4 *Resarsurum* Memm. Medic. Voss. cum trib. Burm. et aliquot Edd. *refarcturum* Bon. Par. Dein *qui tamen* Vind. 1. quod Oud. putat scribi pro *quin* vel *quum*.—5 In Edd. Bas. post. Gryph. Plant. &c. *sestertia*, contra Mss. O. et Edd. Vett. *circiter* Ms. Urs. et marg. Torr. quod favet J. F. Gron. lectioni *sestertii*, ab Ern. probatæ. Supra *et* ante *in tert.* inducendum judicant Lips. ac Torr.—6 *Ac* restituit Oud. auctorib. Codd. Torr. Medic. Cop. Harlem. Periz. Vind. 1. (in quo *populo quoque Rom.*) Voss. Edd. Rom. aliisque plurimis, accedente Dun. Vulgo *ac* exulat. In Fouc. *necess. cet.*—7 Periz. Harlem. et Ed. Ven. 1. habent *secundum*. Mox emendavit J. F. Gron. pater *et de proconsulatu in sextum an.* Jac. Gron. filius, qui et conject. suam in contextum admisit, *et de Asiæ proconsu-*

NOTÆ

[o] *Sestertium vicies*] 87500.lib. Vulgati legebant *sestertia*, quod Casaubonus ex suis Mss. emendavit, in quibus etiam *circiter* legit.

[p] *Necessitudines*] Amicos et necessarios. Videsis in Augusto ad cap. 17.

[q] *Secundam existimationem*] Caligula, blanditiis omnibus benignitatis famam aucupans, patruum suum Claudium Consulem secum fecit, ut supra Calig. cap. 15.

[r] *Aquila*] Quæ imperii aut magnarum rerum auspicium erat, ut et Tarquinii exemplo aliorumque colligere est, et narrat Seneca lib. II. Quæst. Natur.

[s] *Dexteriore*] Quod signum erat fausti et rati auspicii. Omnes aves ab eadem parte ratum non faciebant auspicium, ut patet ex Cicerone I. de Divinatione, 'Cur a dextra corvus, cornix a sinistra faciat ratum,' &c.

[t] *In quartum annum*] More majorum, non poterat obtineri consulatus alter, nisi decennio post primum. Torrentius existimat sortitionem hanc fuisse inventum aliquod Caligulæ, quo Consules sortiebatur in tempus futurum, quo forte pacto equum suum destinarat.

[u] *In Caii vicem*] Supra in Calig. cap. 18.

clamante [8] populo, 'Feliciter,' [v] partim 'patruo Imperatoris,' partim 'Germanici fratri.' [8.] Nec eo minus contumeliis obnoxius vixit. Nam et si paulo serius ad prædictam cœnæ horam occurrisset,[9] non nisi ægre, et circuito demum triclinio, recipiebatur; et, quoties post cibum addormisceret,[10] quod ei fere accidebat, olearum ac palmularum ossibus [w] incessebatur: interdum ferula [x] flagrove,[1] velut per ludum, excitabatur a copreis.[2] [y] Solebant et manibus stertentis [3] socci [z] induci, ut repente expergefactus faciem sibi confricaret. [9.] Sed ne discriminibus [4] quidem caruit: primum in ipso consulatu, quod Neronis et Drusi,[a] fratrum Cæsaris, statuas segnius locandas ponendasque curasset, pæne honore summotus est; deinde, extraneo vel

latu. Cf. Oud. ad loc. In una Ven. *sort. et alt. cons.*—8 Fouc. *acclamitante.* Tum *partim parvo A. patruo* Memm.—9 *Accur.* in Edd. quibusdam Germ. nuperis. Vid. Cal. c. 26. Postea *circumito* Vind. 2. Cort.—10 Sic e suis Codd. reposuit Casaub. quod exhibent Mss. exceptis Nonn. Medic. 1. Vind. Huls. uti et Edd. ante Bon. Al. *obdorm.* ac magis placet Oud. Tum *aut p.* Pal. 1. 2. Medic. 1. Voss. *et p.* Periz. cum Edd. Rom.—1 *Ferulæ flagro* Lisl. Medic. 2. Dun. Cuj. *ferula flagro* Cort. Voss.—2 Ita præbent Lisl. Memm. Cuj. Voss. et Corsend. pro v. l. *a capreis* duo Torr. Cop. Huls. Medic. 1. 3. Vind. 1. Pal. 2. 3. *a tropeis* vel *tropheis* ceteri cum Edd. Vett. Desunt Edd. Rom. *a copreis xl. trophcis* Viterb. *a capreis xl. tropheis* Pal. 1. Cf. Tib. c. 61. *excit. capr.* Ven. 2. 3. *a torpeis* Arg. unde conj. Burm. *a torpore*, ut in marg. Ant. Gryph. Man. doct. ad or. Steph. ita distinguit, *excitabatur: a copr. soleb.* &c. et ita Turneb. Adv. XXII. 32.—3 *Subtentis* Fonc. Dein *indui* Dun. Medic. 2. Cuj. Dein *sibimet* edidit Oud. fide Medic. 2. 3. trium Pal. Dun. Nonn. Cop. Cuj. Voss. cum Edd. Junt. Ald. Steph.—4 *De disc.* Harlem. Tum *primo* Memm. *patrum* Vind. 1. *Cæsarisque Vind.* 2. et Cort. Deest *ponendasque*

NOTÆ

[v] *Feliciter*] Hæ sunt populi acclamationes, quales supra Calig. cap. 15. Aug. c. 58. Domit. cap. 13. quod et in sponsalibus fiebat. Juven. Sat. II. vs. 119. 'Signatæ tabulæ, dictum feliciter,' &c.

[w] *Olearum ac palmularum ossibus*] Columella lib. XII. cap. 49. olearum ossa 'nuleos' appellat; palmarum vero 'lignum' Plinius lib. XV. cap. 28.

[x] *Ferula*] Supra in Calig. cap. 26.

[y] *Copreis*] Torrentius hic constanter retinuit 'capreis,' eodem sensu quo supra in Tiberio cap. 61. Beroaldus et Sabellicus legunt *tropæis*, quasi a τρέπω, quod illusores isti subito sese averterent. Casaubonus, cui accedit Turnebus lib. XXII. cap. 31. *Copreis.* Vide ad dictum Tiberii locum.

[z] *Socci*] De hoc calceamenti genere in Calig. ad cap. 52.

[a] *Neronis et Drusi*] Fratres erant Caligulæ, quos Tiberius fame enecuit. Tib. cap. 54. et Calig. cap. 15.

etiam domesticorum[b] aliquo deferente, assidue varieque inquietatus. Cum vero detecta esset Lepidi et Gætulici[c] conjuratio, missus in Germaniam[†][d] inter legatos ad gratulandum, etiam vitæ periculum adiit: indignante ac fremente Caio, patruum[e] potissimum ad se missum, quasi ad puerum regendum; adeo, ut non defuerint, qui traderent, præcipitatum quoque in flumen, sicut vestitus advenerat. Atque ex eo nunquam non in Senatu novissimus consularium sententiam dixit, ignominiæ causa post omnes interrogatus. Etiam cognitio falsi testamenti recepta est, in quo et ipse signaverat. Postremo etiam[5] sestertium octogies[f] pro introitu novi sacerdotii[g] coactus impendere,[6] ad eas rei familiaris angustias decidit, ut, cum obligatam ærario fidem liberare non posset, in vacuum[h] lege prædiatoria[i] venalis[k] pependerit[l] sub edicto Præfec-

Harlem.—5 Abest *etiam* a Dun. Voss. Cop. Huls. *sest. etiam* Cuj. Pro *octogies* Lips. in ora Cod. *octies* notavit. *sestertia octog.* Edd. Seb. Gryph. Dol. Col.—6 Ern. mallet legend. *pendere*, et mox *recidit*. Mox *possit* Harlem. et

NOTÆ

[b] *Domesticorum*] Josephus lib. XIX. Antiquit. cap. 1. refert, Claudium accusatum fuisse, Polluce servo suo deferente, ac causam dicere coactum, Caligula judice.

[c] *Lepidi et Gætulici*] Supra in Caligula cap. 24. et Joseph. ibidem.

† A. U. C. 793.

[d] *In Germaniam*] De illa Caligulæ expeditione in Calig. cap. 44. et 45. et seqq.

[e] *Patruum*] Patruorum severitas in proverbium abiit, 'Ad patruos:' quod indicat Horatius lib. II. Sat. 3. vs. 87. 'sive ego prave Seu recte hoc volui, ne sis patruus mihi.' Hoc est, objurgator et severus censor, instar patrui ut innuit Persius Sat. I. 'Cum sapimus patruos,' &c.

[f] *Sestertium octogies*] 320000.lib.

[g] *Novi sacerdoti*] Intellige de Caligulæ sacerdotio, de quo Calig. cap. 22. non vero Augusti; hoc siquidem Claudio extra ordinem concessum est, ut supra cap. 6. retulit. Postquam templa Imperatoribus, tanquam Diis, exstrui cœpere, simul ista sacerdotia magno pretio redemta sunt ab adulatoribus.

[h] *In vacuum*] Tota hæc loquendi ratio e jurisconsultorum formulis petita est. Ergo in vacuum illi pendere dicuntur, quorum bona, cum solvendo non sint, tamdiu possessore vacua sunt, quamdiu nemini adjudicata, vel in fiscum non redacta. Hinc et 'in vacuum venire,' hoc est, hæreditatem possessore quocumque modo privatam suscipere.

[i] *Lege prædiatoria*] Qua bona sive prædia ejus, qui obligatus est, vendi permittuntur, si prædem, qui pro eo se quoque obliget, invenire nequeat. Unde prædiatoria lex dicta, vel quod jura prædiorum constitueret, vel quod de prædibus caveret: et qui in ejus-

torum. [10.] Per hæc ac talia[7] maxima ætatis parte transacta, [l]quinquagesimo anno imperium cepit,† quantumvis mirabili casu. Exclusus inter ceteros ab insidiatoribus Caii, cum, quasi secretum eo desiderante, turbam summoverent, in diætam,[8][m] cui nomen est Hermæum,[9] recesserat. Neque multo post rumore cædis exterritus, prorepsit ad solarium[10][n] proximum, interque prætenta foribus vela[o] se

prætorum corr. Loëns. Epiphyl. IX. 1. Item *perpender*. in Dun.—7 *Et alia* Vind. 2. Müll. suasit *ac*, vel *et alia*, in Obs. *et tal*. Cort. *et similia* Fouc. Postea *desideranti* Memm. Medic. 3. Polit. *desiderantes* Ed. Camp. In Vind. 2. et Cort. *secretum inopinantemque subito ab urbe summovissent*, et *summovissent* præfert Ern.—8 Memm. *indietam*, Periz. a m. pr. Harlem. Edd. Ven. 1. Med. Cald. *indictam*, Vind. 1. *meditam*. Deest in Ven. 2. 3. *inde in oppidum* Vind. 2. Cort.—9 *Hermeum* Mss. plerique et Edd. ante Casaub. *Hernicum* Vind. 1. Cort. *Ermaneum* Huls.—10 *Scolarium* Memm. Cuj. Medic. 3. Reg. Voss. Hinc alii legerunt *scalarium*, quod defendit Burm. repugnante Ern. in Excurs. ad

NOTÆ

modi controversiis versati sunt, prædiatores appellantur, quorum mentio fit a Cicerone, in Oratione pro Balbo, et Epistolis ad Atticum lib. XII. Epist. 16. et maxime a Jurisconsultis in libris Digest.

[k] *Venalis*] Casaubonus existimat, non bona duntaxat, sed et ipsum Claudium venum expositum fuisse, edicto Præfectorum ærarii; sed longe verosimilius Lipsius in Senec. cap. 12. libro IV. de Beneficiis, nonnisi de bonis intelligit; si quis enim debitor latitabat, frustrabaturve, tunc, omisso homine, rem persequebantur; hoc est domos, fundos, &c. et omnia ejus bona venalia proponebantur.

[l] *Penderit*] Interea, dum bona eorum qui fisco erant obligati venirent, cognosceretorque quantum ex illis redigi posset, tunc ii dicebantur pendere apud ærarium, quod eorum nomina in libello, vel tabula pendula proscripta, hoc est publice proposita forent et suspensa. Tabulam hanc 'titulum' appellat Tibullus lib. II. Eleg. 4. 'Sed et jubeat si vendere avitas, Ite sub imperium, sub titulumque Lares.' Idem de servis quoque innuit Gellius lib. IV. cap. 2.

† A. U. C. 794.

[m] *Diætam*] Sumitur aliquando pro ea domus parte, in qua versamur et habitamus, qualem dicimus *appartement*, a Græco διαιτῶμαι *vivo versor*. Sic Plinius libro II. Epist. 17. et lib. V. Epist. 6. 'Contra mediam fere porticum diæta paulum recedit.' Et paulo infra: 'Est in hac diæta dormitorium cubiculum, quod diem, clamorem, forumque excludit, junctaque ei quotidiana amicorumque cœnatio.' Aliquando sumitur diæta pro habitatione, quæ amœnitatis causa in hortis exstructa sit, in qua de die comedant; unde etiam Varro deducit nominis etymon. Ita et apud jurisconsultos ad l. XLIII. de legatis, &c. Variis Deorum nominibus diætas domus distinguebant, ut hic Hermæum, hoc est Mercurii, in aliis Isæum, Musæum, &c. Isidis, Musarum, &c. quod necdum obsolevit.

[n] *Solarium*] Locus superior in ædi-

abdidit: latentem discurrens forte gregarius[p] miles, animadversis pedibus, e studio[1] sciscitandi, quisnam esset, agnovit, extractumque, et præ metu ad genua sibi accidentem,[2] Imperatorem salutavit. Hinc ad alios commilitones, fluctuantes, nec quicquam adhuc quam frementes, perduxit. Ab his lecticæ impositus, et, quia sui[3] diffugerant, vicissim succollantibus[q] in castra[r] delatus est, tristis ac trepidus, miserante obvia turba, quasi ad pœnam raperetur insons. Receptus intra vallum, inter excubias militum pernocta-

b. l.—1 *Et stud.* Polit. Dein *suscitandi* Cuj. et *adcognovit* Memm. tres Medic. Dan. Cuj. *accogn.* Voss. *et cogn.* Polit.—2 *Accedentem* Edd. Rom. *imperaturum* Medic. 3. Polit. Item *fluctuantis* et *frementis* Medic. 1. 3. Polit.—3 Ita Memm. Pal. Dan. Periz. Harlem. Fonc. et plures Casaub. Oud. cum Edd. Vett. præter Sab. Bon. Par. Bas. Gryph. Plant. &c. in quibus *servi*. Statim

NOTÆ

bus, excipiendo soli destinatus, ubi solebant apricari; qui cum Mænianis, de quibus Calig. cap. 18. confundendus non videtur; ad quid enim aut quomodo ibi vela? Josephus lib. XIX. cap. 2. Antiquit. locum hunc obscurum quendam memorat, ad quem gradibus eundum erat.

° *Vela*] Sumi videntur hic pro peristromatis, et apud Juven. Sat. VI. vs. 226. 'Ornatas paulo ante fores, pendentia linquit Vela domus, et adhuc virides in limine ramos.' Unde potius et velarii inter officia domus Augustæ numerati, non vero tantum de velis, quæ fenestris obtenderentur, de quibus idem Juven. Sat. IX. vs. 104. 'Claude fenestras, Vela tegant rimas, junge ostia, tollite lumen.' Lampridius de Heliogabalo idem narrat, quod hic Suetonius de Claudio: 'Subito militum strepitu exterritus, in angulum se condit, objectuque veli cubicularis, quod in introitu erat cubiculi, se texit.' De quo et idem Auctor in Alexandro.

p *Gregarius*] Prætorianum dixit Josephus ibid. lib. nempe XIX. cap. 2. ubi hæc leviter immutata narrantur.

q *Succollantibus*] Collum supponentibus ad illum ferendum, quomodo lecticarii solent. Hac voce iterum utitur, Othonis cap. 6. et in Nerone. Legitur quoque a quibusdam apud Varronem lib. III. de Re Rust. cap. 16. ubi de apibus: 'Regem suum sequuntur quocumque it, et fessum sublevant; et si nequit volare, succollant; quod eum servare volunt,' &c. Ubi alii legunt *subvolant*. Plinius lib. XI. cap. 17. de apibus idem et totidem ferme verbis narrat, 'fessum humeris sublevant, validius fatigatum ex toto portant.'

r *In castra*] Prætoria scilicet, de quibus in Tiberio cap. 37. Torrentius protulit nummum argenteum, cujus ex una parte cernitur effigies Claudii, ex altera castrorum illorum, cum inscriptione, IMPER. RECEPT. quasi per Prætorianos receptum Imperium innuens.

vit, aliquánto minore[4] spe, quam fiducia. Nam Consules cum Senatu et cohortibus urbanis Forum Capitoliumque occuparant, asserturi communem libertatem: accitusque et ipse per Tribunos[5] plebis in Curiam ad suadenda, quæ viderentur, 'vi se et necessitate teneri,' respondit. Verum postero die,[6] et Senatu segniore in exequendis conatibus, per tædium ac dissensionem diversa censentium,[7] et multitudine, quæ circumstabat, unum rectorem jam et nominatim[s] exposcente, armatos pro concione jurare in nomen suum[8] passus est; promisitque singulis quina dena[t] sestertia, primus Cæsarum fidem militis etiam præmio pigneratus. [11.] Imperio[9] stabilito, nihil antiquius duxit, quam id biduum, quo de mutando Reipublicæ statu hæsitatum erat, memoriæ eximere. Omnium itaque factorum dictorumque in eo veniam et oblivionem in perpetuum sanxit, ac præstitit; Tribunis modo ac Centurionibus paucis e conjuratorum[u] in Caium numero interemtis,

defugerant Edd. Rom.—4 Conj. Perizon. *majore*, quod sibi placere quoque fatetur Ern. Mox *occupaverant* Memm. Dun. Medic. 1. 3. unus Torr. Polit. Vind. 2. Cort. Cop. Vulgo *occuparunt*. Edd. Med. Cald. *occuparent*. Sed recept. lect. firmant Vind. 1. Fouc. (qui et *ut assert.*) Edd. Sab.—5 Ita e Viterb. Vind. 1. receperunt Oud. Ern. et seqq. pro vulg. *tribunum*. In multis Mss. et Edd. compendiose *Tr. pl.* Dein *ad censenda*, quæ lectio est Cuj. præfert Ern. Supra *omnem* pro *commun.* Huls.—6 Ita cum Grut. reposuit Casaub. &c. cum Medic. 1. Pal. 1. 3. Cop. Cuj. Edd. Lugd. Arg. Junt. Ald. Steph. In ceteris *postero vero die.*—7 *Sentientium* Fouc. Tum *nominatum* Vind. 1. et mallet Casaub. *cum poscente.* Item *armatus* duo Torr. Cop. Medic. 1. 3. Fouc. uterque Vind.—8 *Nom. in su.* Edd. Rom. *quindena* Cop. marg. Bas. Gryph. aliique. Fouc. *quaterna.* Ern. existimat h. l. *XX. sest.* pro *XV.* reponenda. Infra *multis etiam* Dun.—9 *Imperioque* Fouc. Mox Medic. 1. 3.

NOTÆ

[s] *Nominatim*] Proprio nomine Claudium ipsum.

[t] *Quina dena*] Sestertia, scilicet 656.lib. 5.s. Josephus quinque drachmarum promissa narrat, quæ vicena forent sestertia. Una siquidem drachma quatuor sestertiis æquivalet, ut in Julio ad cap. 4.

[u] *Conjuratorum*] Horum princeps Chæreas, quem miror hic a Suetonio non nominatum, ut Caligul. cap. 58. Josephus narrat hunc mortem oppetiisse: Lupum vero, qui Cæsoniam occiderat, de qua cap. 59. Calig. dejecto prorsus animo, utpote qui fleret cum duceretur, dolens ereptam sibi togam: quod ridens ipse Chæreas, ac mollitiem exprobrans, Lupos nunquam algere dixit.

exempli simul causa, et quod suam quoque cædem depoposcisse cognoverat. Conversus hinc[10] ad officia pietatis, jusjurandum neque sanctius sibi, neque crebrius, instituit, quam PER AUGUSTUM.[v] Aviæ Liviæ[w] divinos honores, et Circensi pompa currum elephantorum,[x] Augustino[1][y] similem, decernenda[2] curavit. Parentibus inferias[z] publicas, et hoc amplius, patri Circenses[a] annuos natali die; matri carpentum,[b] quo[3] per Circum duceretur,[c] et cognomen Augustæ, ab viva[4] recusatum.[d] Ad fratris[5] memoriam,[f]

Polit. carent præposit. *e* ante *conj*. In Cort. *deposcisse*.—10 Memm. *conversis hunc*.—1 Sic habent Mss. Pulm. Torr. aliorumque, et Oud. cum Edd. vetustiorib. nisi quod in Vind. 1. uti in Periz. a m. pr. scriptum sit *Augusto*, quod non displicuit Torr. *Augusteo* in Ms. legi testatur Beroald. *Augustæo* Bas. Gryph. Col. Dol. Plant. Si quid mutandum, vellet Oud. *Augustiano*, uti in Ner. c. 25. Vir doct. in ora Casaub. *Augusti* legit.—2 Vulgo *decernendum*. Illud restituit Burm. ex trib. suorum et multis editis, accedentib. Memm. Pulm. Fouc. Medic. Vind. Polit. Cort. Tum *patr*. deest Vind. 1. *annuo* Medic. 2. *Circ. ann*. Fouc. *natalis* Harlem. Edd. Camp. Ven. Med. Cald. Bas. al. —3 Ita recepit Burm. e conj. Lips. et Broukh. comprobantibus Cop. Medic. 1. 2. Polit. Corsend. Vind. 2. Lys. Fouc. Edd. Ald. Gryph. Oud. Ern. &c. Vulgo *quod*, propugnante Turneb. Adv. XXII. 32. Deest Harlem. Ed. Junt. *quod circumduceretur* Ven. 2. 3. Bon. Par.—4 Hæc est correctio Lips. ad Tac. Ann. I. 8. probata Oud. Ern. et recepta Wolf. Legit Aurel. ad Tac. l. c. *ab ea ante recus*.—5 Memm. *a fr. memoria*, et sic Medic. 1. 3. Polit. Cop. *ac* Periz. Vind. 2. Cort. Ed. Rom. sec. Hæc superioribus jungunt Edd. Bas.

NOTÆ

[v] *Per Augustum*] Per Genium Cæsaris jurabant, ut Calig. cap. 15. et 27. et per eos quos maxime diligebant. Vide et in Aug. ad cap. 60.

[w] *Aviæ Liviæ*] Quam Tiberius absque honore sepultam voluerat. Supra in Tiberio cap. 51. Ei Claudius omnia decrevit, quæ Caligula sorori Drusillæ. Calig. cap. 15.

[x] *Currum elephantorum*] Quo inter pompæ fercula ejus imago ferretur inter divinas, de quo in Julio ad cap. 39. et 76. et Aug. cap. 43. et 45. Hujus Augusti currus effigies cernitur in veteri numismate, cum quatuor junctis elephantis; unde constare potest, non ideo elephantorum dictum, quod eburneis quibusdam laminis opertus esset.

[y] *Augustino*] Beroaldus et vulgati legunt *Augusteo*, et Torrentii Mss. *Augusto*; quod et potest; legere enim est marmor Tiberium, marmor Augustum, quod illorum temporibus inventum. In Plinio libro XXXVI. cap. 7.

[z] *Inferias*] Supra sæpe, Calig. cap. 3. et 15.

[a] *Circenses*] Quid sint, in Julio ad cap. 39.

[b] *Carpentum*] Proprium matronis vehiculum. Calig. cap. 15.

[c] *Duceretur*] Ejus scilicet imago; jam enim perierat, vivente Caligula. Supra in Calig. cap. 23.

[d] *Recusatum*] De hoc in Augusto

per omnem occasionem celebratam, comœdiam quoque Græcam [f] Neapolitano certamine docuit,[6] ac de sententia [7] judicum coronavit.[8] Ne [8] Marcum quidem Antonium [h] inhonoratum ac sine grata mentione transmisit, testatus quondam per edictum, 'Tanto impensius petere se, ut natalem patris Drusi celebrarent, quod idem esset et avi sui Antonii.' Tiberio marmoreum arcum juxta Pompeii theatrum, decretum [i] quidem olim a Senatu, verum omissum, peregit. Caii quoque etsi acta omnia rescidit, diem tamen necis, quamvis exordium principatus sui, vetuit inter festos [9] [k] referri. [12.] At [10] in semet augendo parcus atque

Gryph. maj. distinct. posita post *celebr.*—6 *Dedit* pro *docuit* edidit Beroald. in Bon. Med. sec. quam lect. secutæ Paris. Junt. Steph. Bas. Gryph. Dol. Col. probatque Ern. Ruhnk. Müllero *docuit* glossa videbatur, et deerat Fonc. —7 *Ac de se sent.* Codd. Torr. et Lips. qui conj. *ac se de. s. j. c.* In Huls. desunt hæc verba. Tum *judicium* Cop. *juditium* Medic. 1. 3.—8 *Nec* Vind. 1. Cort. Edd. Rom. quarum prima habet infra *idem esset avi.* Medic. 3. *etiam avi.* Dein *theatr. P.* Vind. 1. *decr. equidem* Periz. et *Caio* Memm.—9 Ita monuerunt legend. ex Mss. Turneb. Pulm. Torr. Græv. Oud. Ern. In nonnullis *fastos* cum Edd. Vett. ad Casaub. usque, licet in marg. Bas. Gryph. al. *festos* vel *faustos* exhibeatur. In Medic. 3. *fectos.*—10 Sic exhibent Memm. Pal. 1. Corsend. Nonn. Dun. aliique plures. Vulgo *ac*, quod in Fonc. deest. Habent *et in* Medic. 1. 3. Pal. 2. 3. Cop. Edd. Ald. Arg. Junt. Dein *agendo* Periz. Medic. 3. a m. pr. In Harlem. et Periz. *parem atque civilem*

NOTÆ

ad cap. ultimum. Lipsius hoc refert ad ipsam Antoniam, et pro *avia* legit *a viva*, auctoritate Dionis, qui libro LVIII. refert Antoniæ donatum cognomen hoc a Caligula. Sed de donato auctorem habet quidem unum, de recusato nullum; sed tantum conjectura id colligit, quod nempe ad mortem tædio et indignitate compulsa honorem illum sprevisset.

[e] *Fratris*] Germanici.

[f] *Comœdiam quoque Græcam, &c.*] Neapoli quippe Græco prorsus more vixisse, Dio Cassius auctor est. De certamine Neapolitano ad Aug. cap. 98. Pro *docuit* vulgati legunt *dedit*, quod idem est; id enim significat quoque verbum 'docuit' apud Horatium de Arte: 'Et qui prætextas, et qui docuere togatas.'

[g] *Coronavit*] Id est, coronam ipse dedit histrionibus; quanquam non desint, qui vocem activam pro passiva hic positam contendant. 'Coronavit' igitur, hoc est, coronam retulit.

[h] *Antonium*] Quem ideo dicit avum suum maternum, quia pater erat Antoniæ matris, ut Calig. cap. 1. &c.

[i] *Decretum*] Tunc forte cum Pompeii theatrum restituit. Tib. cap. 47.

[k] *Festos*] Alii *fastos*, ut intelligantur libri Fastorum, de quibus in Julio ad c. 40. Quod idem fuerit; ii siquidem festa et eorum causas continebant, nisi si de diebus fastis intelligeretur, quibus nempe lege agi fas esset; quod festis contrarium est.

civilis, prænomine 'Imperatoris' abstinuit, nimios honores recusavit, sponsalia filiæ, natalemque [1] geniti nepotis silentio, ac tantum domestica religione, transegit. Neminem exulum, nisi ex Senatus auctoritate, restituit. Ut sibi in Curiam Præfectum Prætorii [l] Tribunosque militum secum inducere liceret, utque [2] rata essent, quæ procuratores sui [m] in judicando [n] statuerent, precario exegit.[o] Jus nundinarum [p] in privata prædia a Consulibus petiit: cognitionibus

Cop. *et civ.*—1 Dun. dat *natalem* sine *que*. Tum *ac tamen* Edd. Rom.—2 *Ut rata* Fonc. Infra *petit* Memm. Medic. 3. ut passim. Medic. 3. *consulariis* cum Bas. post. *consularibus* Edd. Rom. Bas. pr. marg. Bas. post. et Gryph. Item

NOTÆ

[l] *Præfectum Prætorii, &c.*] Huic enim, quamvis tanta dignitate ornato, curiam ingredi non licebat, cum nonnisi equestris ordinis esset, cujus summa et culmen erat hæc dignitas, ut Galbæ cap. 14. quippe quæ alterum ab Imperatore gradum obtineret. Tiberius jam ante petierat idipsum, quod Claudius hic: auctor Tacitus Annal. IV.

[m] *Procuratores sui*] De legatis consularibus et præsidibus, qui in provincias ab Imperatoribus mitti consueverant, supra in Augusto ad cap. 36. et 47. Verum quia minores quasdam in provincias, tantæ dignitatis viros mittere, vel negligebant, vel dedignabantur, quandoque fiebat, ut tota provinciæ cura incumberet procuratori Cæsaris, sive procuratori fisci, quem etiam rei privatæ, aut rationalem vocabant. Unde, quamvis proprio munere non deberet nisi tributa reditusve Principis colligere, aliaque curare quæ pertinerent ad fiscum, factum tamen est, ut defectu præsidis, ac rebus ita cogentibus, inter provinciales jus diceret, quamvis duntaxat Eques, ac plerumque etiam libertus. Cum igitur jurisdictionem non haberet, rata non habebantur ejus acta, poterantque vocari ad Senatus disquisitionem: quod ut mutaretur, Claudius Senatum precatus est. Hujusmodi procuratorum frequens fit mentio apud Josephum, et ex iis erat Pontius ille Pilatus, a quo Christus Dominus ad crucem traditus est.

[n] *In judicando*] Nam in aliis rebus, quas Imperatoris nomine gerebant, perinde rata habebantur, ac si ab Imperatore ipso gesta fuissent.

[o] *Precario exegit*] Hoc est, precibus impetravit. Hujus vocis usus non infrequens apud auctores, maxime jurisconsultos, qui precarium illud esse dicunt, quod precibus petenti conceditur, utendum quamdiu is qui concessit, patitur.

[p] *Jus nundinarum*] Nundinæ apud antiquiores Romanos erant feriæ, nono quoque die recurrentes, quibus rustici Romam venirent, ad mercatum legesque accipiendas. Harum postea in oppidis etiam habendarum jus, a Senatu impetratum, patet ex Plinio lib. v. Epist. 4. 'Solers vir prætorius a Senatu petiit ut sibi instituere in agris suis nundinas liceret.' A posterioribus Imperatoribus, ut suo tantum ipsorum beneficio, certis in oppidis statisque temporibus

magistratuum, ut unus e consiliariis,[q] frequenter interfuit. Eosdem, spectacula edentes, surgens et ipse cum cetera turba, voce ac manu[r] veneratus est. Tribunis[3] plebis adeuntibus se pro tribunali excusavit, quod propter angustias[s] non posset audire eos, nisi stantes. Quare in brevi spatio tantum amoris favorisque collegit, ut, cum profectum eum Ostiam perisse ex insidiis[4] nuntiatum esset, magna consternatione populus, et militem quasi proditorem, et Senatum quasi parricidam, diris execrationibus incessere non ante destiterit, quam unus atque alter, et mox plures, a magistratibus in Rostra producti, salvum et appropinquare confirmarent. [13.] Nec tamen expers insidiarum usquequaque permansit, sed et a[5] singulis, et per factionem, et denique civili bello infestatus est. E plebe[6] homo nocte media juxta cubiculum ejus cum pugione deprehensus est: reperti et equestris ordinis duo in publico cum dolone[t] ac venatorio cultro[u] præstolantes, alter, ut egressum theatro, alter, ut sacrificantem apud Martis æ-

edentis Medic. 3.—3 *Tribunum* Periz. Harlem. cui et *se* deest. In Cop. hæc tota periodus usque *stantes* desideratur. Fouc. *non potuisset*.—4 Vind. 1. *et ins.* Mox pro *exsecr.* conj. Lips. *detestationib.* In opt. Torr. *obtestat.* In fine cap. *affirm.* Vind. 2. Cort. seu Lys. probante Ern. *confirmant* Medic. 3.—5 *Ut a ta* Memm. *et a s.* omisso *sed* Fouc. Ed. Bon. *sed a s.* Cop. Tum *perfectionem* Cuj. et *insectat.* Periz. a m. pr.—6 *Et pl.* Huls. *et e pl.* Edd. Rom. Etiam *noctu* Memm. tres Medic. Cop. Huls. Cuj. Pro conject. Oud. dat *e media plebe h. noctu.* Ceterum *et* ante *equest.* non agnoscunt Don. Fouc.

NOTÆ

celebrarentur mercatus (quæ vox idem etiam significavit ac nundinæ) cum omnium vectigalium ac portoriorum immunitate. Quæ magna ejusmodi locorum utilitas.

q *Consiliariis*] Uno e Torrentii codicibus legitur *consularibus*, mendose; ii enim sunt, de quibus Tib. cap. 33.

r *Voce ac manu*] Acclamatione ac plausu.

s *Angustias*] Quod nempe tribunal non caperet plures: et certe civilitatis duntaxat causa faciebat; stabant enim Principem alloquentes.

t *Dolone*] Servius enarrans hunc VII. Æneid. versum, 'Pila manu sævosque gerunt in bella dolones,' dicit dolonem esse flagellum, intra cujus virgam latet pugio, a fallendo sic dictum, quod speciem tantam ligni præ se ferens, ferro latente decipiat. Eodem sensu jurisconsulti ad legem Si ex plagis, ff. ad Legem Aquiliam. Varro dicit esse contum cum ferro brevissimo.

dem adoriretur.[7] Conspiraverunt autem ad res novas Gallus[s] Asinius[v] et Statilius Corvinus, Pollionis ac Messalæ[w] oratorum nepotes, assumtis compluribus libertis ipsius atque servis. Bellum civile movit Furius Camillus[x] Scribonianus,[9] Dalmatiæ legatus; verum intra quintum diem oppressus est, legionibus, quæ sacramentum mutaverant,[y] in pœnitentiam religione conversis, postquam, denuntiato ad novum Imperatorem itinere, casu quodam, an[10] divinitus,[z] neque aquila[1] ornari,[a] neque signa convelli[b] moveri-

venenatorio est in Periz.—7 *Adoreretur* Memm. Ed. Ven. 1. Malit Burm. *adorerentur*. Paulo ante *eodem* Fouc. Tum *conspiraverunt* pro vulg. *conspiravetant* rescripsit Oud. fide Medic. Polit. Vind. 1. Cort. Cop.—8 *Gallius* et mox *Polionis* Memm. Proxime *Statinius* Med. 2. Vind. 1. *Statinus* Edd. Rom. Utrumque dant Mss. Torr. sed in alio *Scatinus*. Medic. 2. Voss. Periz. Harlem. *Corvinius*, cum Edd. Ven. Med. Verba *ac Messal.* desunt Fouc. in quo cum Vind. 2. *atq. ips. serv.* Voss. *ac serv.* Ceterum *clarorum orator.* habet Vind. 1.—9 *Scribonius* Ven. 1. *Scribonicus* duæ rell. *in* ante *pœn.* abest ab Harlem. ac *denuntiatio* præbent Edd. Schild. Supra *Delmat.* Memm.—10 Ita scribend. judicarunt Lips. et Torr. probantib. Burm. Ern. al. et ita extat in Edd. Casaub. Plant. Var. Vulgo *ac div.* quod defendit Græv. et ob librorum consensum reposuit Oud. magis tamen in aliorum sententiam inclinans.—1 *Aquilæ* Ed. Torr. ex Oros. l. VII. c. 6. probante ibi Havercamp. Verbum *ornari* suspectum est Ern. sed injuria, ut alii censent. Idem Oros. cum Casaub. *moverive.* Vind.

NOTÆ

[u] *Venatorio cultro*] Non venabulo tantum, quod telum longius est; sed et breviore quodam cultro utebantur.

[v] *Gallus Asinius*] Dio hunc dicit fratrem uterinum Drusi illius, qui Tiberii filius erat, de quo in Tiberio plura; innuit et Tacitus III. Annal. quippe Saloninus pater ejus, duxit Agrippinam Drusi matrem, quam Tiberius paulo ante Augusti jussu dimiserat, ut in Tib. ad cap. 7.

[w] *Pollionis ac Messalæ*] Hi fuerunt oratores Julii et Augusti ætate celeberrimi.

[x] *Furius Camillus*] Hujus meminit iterum libro sequente cap. 25. et Torrentius eundem fuisse autumat, qui, auctore Tacito, libro II. Annal. Africæ sub Tiberio Proconsul, Furio nomini multos post annos militiæ decus restituit.

[y] *Mutaverant*] Sacramentum enim Claudio prius dixerant.

[z] *An divinitus*] Vulgati omnes legebant *ac divinitus*. Torrentius emendavit.

[a] *Aquila ornari*] Plinius lib. XIII. cap. 3. refert aquilas et signa alia pulverulenta, festis diebus inungi solita.

[b] *Signa convelli*] Quænam illa forent præter aquilam, in Julio notatum est, ad cap. 62. Ea ferebantur imposita hastæ, cujus pars inferior acuta defigebatur in terram, eo loci ubi castra erant. Inde profecturi signa non avellebant, nisi captatis prius auguriis. Virgilius lib. XI. Æneid. 'cum primum vellere signa Annuerint Superi.' Si ergo manum

que potuerunt. [14.] Consulatus super pristinum [c] quatuor gessit: ex quibus duos [2] primos [†] junctim, sequentes [‡] per intervallum, quarto quemque anno, semestrem [3] novissimum, bimestres ceteros, tertium autem, novo circa Principem exemplo, in locum demortui suffectus. Jus et Consul et extra honorem laboriosissime [d] dixit, etiam suis suorumque diebus solennibus,[4] [e] nonnunquam festis [f] quoque antiquitus et religiosis. Nec semper præscripta [5] legum secutus, duritiam lenitatemve mulctarum, ex bono et æquo,[g]

1. *commoverique.* Edd. Rom. *potuere.*—2 In Memm. *e quib. duo,* probante Græv. *duo* etiam et *junctum* Cuj. *duos proximos* Fouc. in quo et *quoque anno,* quod man. doct. in ora Ed. Steph. alleverat.—3 *Semenstrem* Memm. opt. Torr. Medic. 1. 3. qui cum eod. Torr. dant *bimenstres,* quomodo edidit Oud. hic et alibi. Mox *tert. aut* Dun. *et cons. extra* Medic. 3. *extr. ordinem* Vind. 1. *laborissime* Voss.—4 *Sollempnis* Medic. 2. Cuj. Dein *antiquis* Edd. Rom. cum uno Torr. qui putat scribend. *antiq. rel.* sine copula.—5 *Præscriptam* Rom. Ven. Lugd. Junt. Ald. Arg. Bas. Gryph. Plant. aliæque, contra Mss. *perscripta* et *multorum* habet Cop. In Fouc. desiderantur verba illa, *ex bono et æquo.* Vind. 1. cum Periz. et Harlem. *et bono.*—

NOTÆ

avellentis non sequerentur, malum omen illud erat, quod contemtum multis exitio fuisse crediderunt.

[c] *Pristinum*] Quem cum Caligula gesserat. Supra cap. 7. et Calig. cap. 15.

† A. U. C. 795. 796.

‡ A. U. C. 800. 804.

[d] *Laboriosissime*] Exemplo Julii, supra cap. 43. et Aug. cap. 33.

[e] *Diebus solennibus*] Quales erant sponsalia illa, de quibus supra cap. 12. et privata illa amicorum officia, de quibus in Augusto cap. 53.

[f] *Festis*] Loqui videtur de privatis quibusdam feriis, quales multæ erant familiarum propriæ, ut Claudiæ, Æmiliæ, Juliæ, &c. teste Macrobio lib. I. Saturnalium cap. 16. 'Et si quas proprias ferias quæque familia ex usu domesticæ celebritatis observat.' Erant et singulorum, ut natalitia, funera, &c. Hinc Ovidius I. Fast. Germanicum alloquens ait, 'Invenies illic et festa domestica vobis.'

[g] *Ex bono et æquo*] Jam supra nonnihil in Caligula ad cap. 34. Hic adde pauca ex Aristotele libro v. Ethic. ubi de justitia et jure fuse disputans, ait ἐπιεικὲς, quod Latine vertunt *bonum et æquum,* esse quidem jus, at non illud quod lege continetur, sed ejus emendationem: cum enim lex in universum posita sit, multaque sint, de quibus in universum caveri non queat, legem quidem oportet summam habere potestatem, magistratum vero eorum habere potestatem, de quibus exacte satis cavere non possunt leges. Inde fit, ut suprema tribunalia non modo juris præscriptum sæpe non sequantur, sed ne suorum quidem decretorum præjudicia, prægravante æqui bonique lance, in perpendendis temporum, personarum, &c. circumstantiis.

perinde ut afficeretur, moderatus est. Nam et iis,[6] qui apud privatos judices [h] plus petendo [i] formula excidissent,[k] restituit actiones;[7] [l] et in majore fraude convictos, legitimam pœnam supergressus, ad bestias [m] condemnavit. [15.] In cognoscendo autem ac decernendo mira varietate animi fuit, modo circumspectus et sagax, modo [8] inconsultus ac præceps; nonnunquam frivolus amentique similis. Cum decurias rerum actu [n] expungeret,[9] [o] eum, qui dissi-

6 In duob. Burm. sex Oud. Memm. et Edd. aliquot *his*. Periz. *hiis* de more. Dein *privatos* exulat ex Edd. Rom. *jud. priv.* Vind. 1.—7 *Actionis* Medic. 2. *majori* Cop. et *conjunctos* Harlem. Vind. 1.—8 Sic est in Memm. Medic. 1. Edd. Camp. Ald. Steph. &c. In ceteris Mss. Pulm. Torr. Burm. et Oud. cum Fouc. et Edd. *interdum*. Harlem. *insultus*. Tum *ac nonnunq.* Medic. 1. 2. Cop. Supra *animi var.* Vind. 1.—9 *Expunget* et mox *vocat*. Memm. *exponge-*

NOTÆ

[h] *Privatos judices*] Privatarum controversiarum, et litium, quales Centumviri, de quibus in Augusto cap. 36. &c. vel Prætor urbanus, de quo ibid. ad cap. 33.

[i] *Plus petendo*] Qui petebat plus quam sibi deberetur, is debitum amittebat. Cicero pro Roscio: 'Si tu amplius nummo petisti in judicio, quam tibi debitum est, causam perdidisti.' Hinc jocus ille apud Plautum in Mostellaria; cum enim creditor, expressa summa, dixisset 'nihilo plus peto,' respondet ille: 'Velim quidem hercle ut uno nummo plus petas.' Quod nec semper obtinuerat ante, nec post obtinuit.

[k] *Formula excidissent*] Formulæ nil erant aliud, quam certæ ac solennes quædam verborum conceptiones, in unaquaque litium materia (quales formularium seu stylum dicunt) ut, formula actionum bonæ fidei, formula postulandi dominii, intendendæ litis, &c. quarum multas retulit Sigonius libro de Judiciis. Secundum eas suum jus omnes persequi necessario debebant, ut causa caderet, qui aliis quam formulæ verbis quidpiam postularet aut defenderet. Unde apud jurisconsultos hæ loquendi formulæ, 'Qui cadit a syllaba, cadit a causa.' 'Formula cadere,' et 'causa cadere' pro eodem, quod Suetonius 'formulâ excidere' dixit. De quibus Quintilianus libro VII. 'Est enim,' inquit, 'certa servitus ad certa se verba astringendi.' Et paulo post: 'Nam est etiam periculosissimum, cum si uno verbo sit erratum, tota causa cecidisse videamur.'

[l] *Restituit actiones*] Hoc est, restituit illis jus persequendæ causæ, quod amiserant. Qua in re legum duritiam moderabatur; Prætor enim plus petentes, non restituebat in integrum, nisi vel minores essent annis vigintiquinque, vel tam magna causa justi erroris interveniret, ut etiam constantissimus quisque labi potuisset; quo casu etiam majori succurrebatur.

[m] *Ad bestias*] Vel pugnaturi, vel laniandi objiciebantur, ut supra in Caligula ad cap. 27.

[n] *Rerum actu*] Hoc est, eo tempore, quod judiciis exercendis attributum erat. Plinius Epist. 25. lib. IX.

mulata vacatione, quam beneficio liberorum[p] habebat, responderat,[q] ut cupidum judicandi dimisit. Alium interpellatum[8] ab adversariis de propria lite, negantemque, cognitionis rem, sed ordinarii juris[r] esse, agere causam confestim apud se coëgit, proprio negotio [10] documentum daturum,

[8] *Alium judicem interpellatum ab adversariis de propria lite, dicentemque negotium non esse juris extraordinarii, sed ordinarii, compulit, ut extemplo causam suam oraret, seipso judice, ad probandum propria lite, quam æquus judex futurus esset in aliena lite.*

ret Vind. 1. In eodem *cognit. ejus rei sui sed* Vind. 2. *est.*—10 In Medic. 1, Cop. Huls. *judicio.* Burm. mallet vocem abesse. Item *adcognosc.* Medic. 1.

NOTÆ

'Nunc me rerum actus modice, sed tamen distringit: quo finito, aliquid earundem Camœnarum in istum benignissimum sinum effundam.' Supra et in Aug. cap. 32. &c.

[o] *Expungeret*] De judicum decuriis in Augusto ad cap. 29. et 32. &c. Expungere hic est, aliquorum in illis recognoscendis nomina delere et cancellare, v. g. mortuorum, aut quacumque de causa impeditorum, aliorum servare. Quo verbo usi sunt præsertim in rationibus habendis, et calculo. Unde expungere est, ut ait Torrentius, ordinare qui retinendi quive non.

[p] *Liberorum*] De jure trium liberorum et immunitatibus illi adjunctis supra jam nonnihil in Julio ad c. 20. et Augusto cap. 34. et 44. ac infra cap. 19. et 35. Harum una erat, ut a judicandi onere et militia vacarent.

[q] *Responderat*] In hac enim recognitione, singuli suis nominibus appellati, ut Calig. cap. 6. respondere debebant, nisi immunes facti essent a judicando. Unde cum ille, de quo hic agitur, licet immunis, respondisset, Claudius judicandi cupidine factum arbitratus est, et illum albo judicum expunxit.

[r] *Cognitionis rem, sed ordinarii juris*] Ordinarii juris ea erant, de quibus coram usitato et legitimo judicum ordine, secundum receptas litigandi formulas, disceptabatur, veluti cum, impetrata a Prætore actionis formula, apud eos judices quos ipse dederat, agitabatur controversia, ut in Julio ad cap. 11. notatum est. Extraordinarii vero juris ea erant, de quibus ipse magistratus, Consul v. g. vel Prætor, (aut post mutatam Rempublicam, Princeps) alio judice non dato, cognoscebant, quod et Tiberii exemplum confirmat, in Tiberio cap. 62. et infra c. 35. &c. Quod in iis ferme negotiis fieri solebat, quæ vel ad Rempublicam spectarent, vel ad exemplum traherentur. Unde quanquam cognitionis nomen generale sit, ad ea tamen plerumque judicia refertur, quæ extra ordinem fiunt, qualia sunt supra modo dicta. Hujusmodi cognitiones, sacræ appellantur a jurisconsultis, easque si cuipiam Cæsar ipse demandaret, is sacer cognitor dicebatur. De illis cognitionibus fuse jurisconsulti ff. de extraordinariis cognitionibus, ubi varia etiam referuntur, de quibus præses provinciæ, non dato judice, coram ipso cog-

quam æquus judex in alieno negotio futurus esset. Fœminam, non agnoscentem filium suum, dubia utrimque argumentorum fide, ad confessionem compulit, indicto matrimonio juvenis. Absentibus,[1] secundum præsentes[s] facillime dabat, nullo dilectu, culpane quis,[2] an aliqua necessitate, cessasset. Proclamante quodam, præcidendas[3] falsario manus,[t] carnificem statim acciri cum machæra[u] mensaque

—1 Corr. I. F. Gron. *de abs.* Jac. Gron. *ab abs.* Tum *pœnas* post *dabat* additum in Vind. 1. Periz. Harlem. Fone. Abest *nullo* ab Edd. Sab. Cald. *dil.* pro *del.* cum Codd. Medic. et Ed. Torr. dedit Baumg.—2 Ita Memm. Urs. et Ed. Steph. probantib. Pulm. Casaub. Torr. et seqq. cum man. doct. in Ed. Bon. teste Oud. *culpa ne quis* Dun. Harlem. Periz. Cop. Cuj. aliique, Oud. et Torr. Edd. Rom. Ven. Bon. Lugd. Junt. Ald. *culpam ne* Medic. 3. Vind. 1. Huls. *culpam nisi* Medic. 1. *culpa nisi* Edd. Bas. Gryph. Plant. cum Corsend. pro v. l. Græv. cum Sab. conj. *ne si quis*, Lips. *culpa nec.* Mox *necessitudine* Dun. duo Torr. Cop. a m. sec. Edd. Rom.—3 In Edd. Schild. *præcid. esse*, contra Mss. et veteres libb. impress. Postea *machera* Codd. tantum non om-

NOTÆ

noscere debebat. Hujus igitur loci sensus est: unus e judicibus, quorum decuriæ expungebantur, de propria lite interpellatus est ab adversario coram Imperatore, ut ab Imperatore judicarentur: sed cum ille judex nollet respondere, et tueretur se hac exceptione, quod ordinarii juris esset, non cognitionis seu extraordinarii juris, res illa, de qua inter se judicem et adversarium suum agebatur, hoc est, quod ejus generis esset controversia, ut a judicibus ordinariis et privatis, non vero ab Imperatore cognoscenda esset, Imperator voluit, ut ipse judex ageret causam suam, simul et illam judicaret, ut in propria lite judicanda documentum daret æquitatis, juxta quam aliorum lites judicaturus esset. Quod quanquam durum videatur, ut aliquis causæ suæ judex, dicatur causam agere apud se; non videtur tamen aliter cohærere posse totam hujus loci seriem. Nec aliter Torrentius hic et clariss. Salmasius de modo usurarum explicarunt. 'Interpellare' Budæus in Pandectas idem esse dicit ac 'in judicium vocare.' Qui sensus hic optime convenit.

[s] *Absentibus secundum præsentes*] Apud jurisconsultos dare secundum aliquem, idem est ac in ejus commodum judicare: qua loquendi formula intelligendum videtur judicium. Seneca de Brevitate Vitæ cap. 1. in fine: 'Hic est exitus omnis judicii, in quo lis secundum plures datur.' Cicero Verr. IV. 41. addit præpositionem: 'de absente secundum præsentem judicare.' Cujus defectu, Torrentius existimat Suetonium hic nove locutum.

[t] *Præcidendas falsario manus*] Martianus JC. L. 1. ff. 'ad legem Corneliam de falsi,' hanc falsario pœnam statuit: 'Pœna falsi vel quasi falsi deportatio est, et omnium bonorum publicatio; et si servus eorum quid admiserit, ultimo supplicio affici jubetur.' Alexander Imperator legi addidit similem pœnam, quam Claudius hic decernit; notarium enim falsi damnatum, deportatione puni-

lanionia,[4] [v] flagitavit. Peregrinitatis reum,[w] orta inter advocatos levi contentione, togatumne an palliatum dicere causam oporteret, quasi æquitatem integram ostentans, mutare habitum sæpius, et[5] prout accusaretur [x] defendereturve, jussit. De quodam etiam negotio ita ex tabella [y] pronuntiasse creditur, SECUNDUM [z] EOS SE SENTIRE, QUI VERA PROPOSUISSENT.[6] Propter quæ usque eo eviluit, ut passim ac propalam contemtui esset. Excusans quidam [7] testem, e provincia ab eo vocatum, negavit præsto esse posse, dissimulata diu causa; ac post longas demum interrogationes, 'Mortuus est,' inquit: 'puto, licuit.'[8] [a] Alius

nes, *matera* Vind. 1.—4 *Lanioniaria* Lisl. *lanionaria* Cuj. pro v. l. *peregrinantis* Medic. 1. Dein *contentatione* Dun. Voss. Cuj. *concertatione* Medic. 2. Cop. et marg. Ed. Med. cum membb. Casaub. non improbante Oud. *certatione* Medic. 1. *cunctatione* Harlem. *togatumve* Edd. Rom.—5 *Et* delendum putat Baumg. Tum *defendereturque* Harlem. Edd. Rom. *ut jussit* Dun. *de quo* Vind. 1. *de q. neg. etiam* Dun. Medic. 2. Cop. *de q. et neg.* Polit. Ed. Ald. *de q. neg. et* Periz. Harlem. Edd. Vett. præter Bas. Gryph. Steph. &c. Supra *palleat.* Memm. Medic.—6 Caret τῷ *propos.* Medic. 1. a m. pr. et in eodem *eo usque viluit.* In Cop. Huls. etiam *viluit*, Cuj. *evaluit.*—7 *Quidem* Vind. 1. Nonn. Edd. Rom. sec. Med. Cald. Glar. Ald. In multis distinguitur post *posse.* Medic. 1. a m. pr. *diss. vero c.*—8 Hanc lect. servant Memm. Medic. 2. Dun. Cuj. Voss. Periz. Harlem. Edd. Vett. fere O. ante Pulm. Pith. Lisl. Reg. probantib. Glar. Casaub. et Oud. seqq. *puteo licuit* Pal. 1. Medic. 1. Ed. Rom. sec. *puteo licui Talis* Medic. 3. Vind. 2. Cort. Pal. 2. Cop. Huls. cum duob. Regiis et marg. Ed. Med. *Puteolis* Pal. 3. Edd. Junt. Ald. Arg.

NOTÆ

vit, incisis digitorum nervis, ut nunquam posset scribere. Falsarius is est, qui vel falsum testimonium profert, vel falsum testamentum condit, &c. Sed maxime circa testamenta falsi crimen admittebatur; unde lex Cornelia, quæ de illo cavit, dicta quoque est Testamentaria.

[u] *Machæra*] Gladius est ad scindendum simul et pungendum.

[v] *Mensaque lanionia*] Quali utuntur in dissecandis carnibus laniones; et ad plectendos damnatos carnifices.

[w] *Peregrinitatis reum*] Ille reus est peregrinitatis, de quo disceptatur, an sit civis Romanus, an peregrinus, cum tamen pro cive se gerat. Vox enim 'reus' hic et apud jurisconsultos accusatum significat, v. g. qui litem intendit, 'actor,' qui defendit, 'reus' dicitur.

[x] *Accusaretur*] Tunc enim contendentes civem Romanum non esse, toga induendum nolebant, quæ Romanorum insigne est: contra vero cum defenderetur, togam sumturus, pallium, quod peregrinorum ac inprimis Græcorum est, exuebat.

[y] *Ex tabella*] Qua sententiam suam hac in causa descripserat. Simile quid in Augusto ad cap. 39.

[z] *Secundum*] Hoc capite, supra.

[a] *Puto, licuit* [*puteolis*] Multi legunt *puto, licuit*: quod longe plus

gratias agens, quod reum [b] defendi pateretur, adjecit: 'Et tamen fieri solet.' Illud quoque a majoribus natu audiebam, adeo causidicos patientia ejus solitos abuti, ut descendentem [9] e tribunali non solum voce revocarent, sed et lacinia togæ retenta, interdum pede apprehenso, detinerent. Ac ne cui hæc mira sint, litigatori Græculo vox in altercatione excidit, καὶ σὺ γέρων εἶ, καὶ μωρός.[A] Equitem quidem Romanum, obscœnitatis in fœminas reum, sed falso et ab impotentibus [10] inimicis conficto crimine, satis constat, cum scorta meritoria [c] citari adversus se, et audiri pro testimonio videret, graphium [d] et libellos, quos tenebat in manu, ita cum magna stultitiæ et [1] sævitiæ exprobratione jecisse in faciem ejus, ut genam non leviter perstrinxerit. [16.] Gessit et censuram,† intermissam diu [e] post Plancum Paulumque [2] Censores: sed hanc quoque inæquabiliter,[3] varioque

[A] *Et tu senex es et fatuus.*

Schild. et plures, propugnantib. Grut. Græv. *Puteolis cui et al.* Vind. 1. Statim Fouc. *Curtalius grat.*—9 *Discend.* Medic. 3. *discedent.* Vind. 1. Paulo ante *abut. sol.* Fouc. in quo mox *pedes apprehendendo det.* Tum vulgo *retinerent*, sed *det.* testantur duo Palm. Medic. uterque Vind. Cort. Cuj. et Edd. Rom. Conj. Burm. *tog. int. p. a. ret.* omisso *retenta*, vel cum Lips. *lacin. togæ retorta.* In Vind. 1. *at ne.*—10 Vind. 1. *impetentib.* unus Torr. cum Ed. Gryph. aliisque, teste Pulm. *imponentib.* Supra *quidem* exulat a Vind. 1.—1 *Ac sæv.* Medic. 2. *exprobat.* Medic. 1. 3. Dein *fecisse* Memm. *ferisse* marg. Ed. Med. *ut in genam* Periz. Harlem. cum Edd. ante Bon. *uti g.* Cuj. Dun. quod, si quid mutand. mallet Oud. Conj. Burm. *ut inde g.* Tum *pertinxerit* marg. Ant. Gryph. *pertuderit* pro v. l. in Corsend. et Torr.—2 Ita Memm. Medic. Fouc. Polit. Vind. 2. Cort. Voss. Cuj. cum nonnullis Burm. Torr. Vulgo *Paullum Plancumq.*—3 Sic cum Græv. et Oud. recepit Baumg. pro *inæqualiter,* jubentibus Memm. Medic. 3. Polit. Vind. 2. Cop. Huls. Fouc. Vulgat. tuetur Ern. Mox *ex an.* Vind. 1. *animo* sine *et* Vind. 2. *plen. prob.*

NOTÆ

acuminis habere videtur; verba enim sunt excusantis absentem, et hoc ipso Claudium irridentis, quod dicat, putare se justam mortuis absentiæ causam esse.

[b] *Reum*] Hoc est, accusatum duntaxat, ut patet ex eo quod dicit, falso reum fuisse: quo sensu modo hoc eodem capite. Obscœnitates illæ eædem esse videntur de quibus in Tiberio cap. 44.

[c] *Scorta meritoria*] Mercede conducta.

[d] *Graphium*] Quo ad scribendum utebantur, et ad vulnera, quo nonnunquam abutebantur, ut supra non semel, præsertim in Julio, ad cap. 82.

† A. U. C. 800.

[e] *Intermissam diu*] Ab anno circi-

et animo et eventu. Recognitione[f] Equitum juvenem probri plenum, sed quem pater probatissimum sibi affirmabat, sine ignominia dimisit, 'habere,' dicens, 'Censorem suum.' Alium, corruptelis adulteriisque famosum, nihil amplius quam monuit,[4] 'ut aut parcius ætatulæ indulgeret, aut certe cautius:' addiditque: 'Quare enim ego scio, quam amicam habeas?' Et cum, orantibus familiaribus, demsisset cuidam appositam notam,[g] 'Litura tamen,' inquit, 'extet.'[5][h] Splendidum virum, Græciæque provinciæ principem, verum Latini sermonis ignarum,[i] non modo albo judicum[j] erasit, sed etiam in peregrinitatem redegit. Nec quenquam, nisi sua voce, utcumque quis posset, ac sine patrono, rationem vitæ passus est reddere.[6] Notavitque multos, et quosdam inopinantes, et ex causa novi generis, quod se inscio ac sine commeatu[k] Italia excessissent; quen-

Vind. 1. Periz. Harlem. et Edd. ante Pulm. excepta Steph.—4 *Monuerit* Vind. 1. Postea pro *demsiss.* Dun. *deprehendisset*, Fonc. *pressisset*. In Cuj. *si literam inquit.*—5 Torr. cum Grut. mallet *exstat.* Ulitius ad Grat. Cyn. 497. *exstitisset* præferret. Statim *splendidissimum* opt. Torr. in quo mox *etiam* deest, sicut et in Memm. Cop. Harlem. Cuj. Fonc. Medic. Vind. Cort. Voss. quare ejecit Oud. Paulo ante *ullo jud.* Dun. Item *peregrinantem* Medic. 2.—6 *Redd. est pass.* opt. Torr. Tum *causis* Medic. 3. Polit. Cop. nec displicet Oud. *insocio* Medic. 3. et *Italiæ* Memm. Dein verba *in provin.* ad-

NOTÆ

ter 731. ad annum 800. de quo Plinius lib. x. cap. 2. Vide Ang. cap. 27. et 37.

[f] *Recognitione*] Quæ factæ fuerant Equitum recognitiones, hæ caruerunt censuræ nomine, ut jam inde a Julio cap. 41. et in Augusto cap. 38. 39. 40. passim observare est.

[g] *Notam*] Censoriam scilicet; cum enim in mores inquirere Censorum munus esset, ut supra in Julio ad cap. 41. illis inurebatur infamia, quos notarant.

[h] *Litura tamen, inquit, extet*] Torrentio placet *extat*, ut sit sensus: notæ quidem censoriæ gratiam ei fieri, sed turpitudinem, tanquam facti vestigium, quod deleri nequeat, permanere. Hic autem 'lituram extare' idem esse videtur ac remanere testimonium aliquod sui de illo judicii, quale v. g. Appii Censoris quondam fuerat, qui cum notandum Curionem arbitraretur, amicisque ejus notam condonaret, suam tamen de eo sententiam aperuit in Senatu, ut narrat Dio lib. XL. Quo facto, infamia quidem non inurebatur, vestigium tamen et quasi notæ litura permanebat.

[i] *Ignarum*] Tiberius voluerat ut Latino sermone omnes uterentur. In Tiberio ad cap. 71.

[j] *Albo judicum*] In Tiberio ad cap. 51.

[k] *Commeatu*] Hoc est, discedendi

dam vero ét, quod comes[1] regis in provincia fuisset, referens, majorum temporibus, Rabirio Postumo,[m] Ptolemæum Alexandriam,[7] crediti servandi causa, secuto, majestatis crimen apud judices motum. Plures notare conatus, magna inquisitorum negligentia, sed suo majore dedecore, innoxios fere reperit, quibuscumque cœlibatum,[n] aut orbitatem, aut egestatem objiceret, maritos, patres, opulentos se probantibus; eo quidem,[8] qui sibimet vim ferro intulisse[o] arguebatur, illæsum corpus veste deposita ostentante. Fue-

dititia esse censet Ern.—7 *In Alex.* Vind. 2. Fouc. qui et *crim. maj.* cum Dun. et Edd. Vett. ac mutavit e suis Oud. Infra *maritos* non comparet in Ed. Pitisc.—8 Wolf. suspicatur legendum *et quodam*, quod notaverat etiam Lips. Burm. conj. *uno quidem*, vel *etiam quodam*, cui arridet et lectio Medic. 2. Torr. Cuj. Voss. *sibi metu vim.* Conj. Oud. *sibimet metu.* Habent *intulisset*

NOTÆ

venia. Supra in Tib. ad c. 10. 12. 72. &c. Tiberius noluerat magistratus destinatos abesse, ut nec Senatores eorumve liberos Julius: in Jul. c. 42. De quo etiam Livius lib. VI. decad. IV. ubi dicit Senatori magistratuive non licuisse longius ab urbe abire, quam unde uno die redire possent. Quod tamen postea non obtinuit; quædam enim provinciæ exceptæ sunt, ut Sicilia, Narbonensisque Gallia, in quas, auctore Tacito lib. XII. Senatoribus ire licebat, non petita Principis venia. Unde etiam videtur novi generis causam hic dicere, quod forsan illuc ivissent, quo principe inconsulto ire potuerant.

[1] *Comes*] Quasi Romano cive indignum fuisset, regum comites aut asseclas fieri. De comitibus supra Tiber. ad cap. 46. Lege Cornelia majestatis, aquæ et ignis interdictio pœna erat civi Romano, qui apud regem externum versatus esset.

[m] *Rabirio Postumo*] Hic, Ptolemæo Alexandria pulso, ut in Jul. ad cap. 11. notatum est, grandem pecuniam crediderat, cujus recuperandæ causa regem convenit, a quo factus dispensator, vestitum mutare coactus erat. Hinc accusatus est imminutæ P. R. majestatis, quod civem Romanum peregrino habitu vestiri nefas esset, et defensus a Cicerone, qui, oratione in Pisonem, idem ferme exprobrat Gabinio.

[n] *Cœlibatum*] Hic enim vitio dabatur, præsertim a quo tempore Augustus leges de maritandis ordinibus tulerat: in August. cap. 34. Hujus loci sensus est, eos omnes, quos accusabat cœlibatus, aut orbitatis, aut paupertatis, probasse se esse matrimonio junctos, liberos habere, et divites esse; quod magnæ in accusando socordiæ est.

[o] *Sibimet vim ferro intulisse*] Torrentius in uno, *sibi metu vim ferre.* Is omnimodo puniendus est, inquit lex III. ff. de bonis eorum, qui ante sententiam sibi mortem consciverunt, &c. qui enim sibi non pepercit multo minus alii parcet. Ibi variæ super hac re legum sanctiones afferuntur.

runt et illa in censura ejus notabilia, quod essedum argenteum, sumtuose fabricatum, ac venale ad Sigillaria,[p] redimi concidique coram, imperavit:[9] quodque uno die viginti edicta proposuit: inter quæ duo, quorum altero admonebat, 'ut uberi vinearum proventu bene dolia picarentur;'[q] altero, 'nihil æque facere ad viperæ morsum, quam taxi arboris succum.'[r] [17.] Expeditionem unam omnino suscepit, eamque modicam.[10] Cum, decretis sibi a Senatu ornamentis triumphalibus,[s] leviorem majestati principali titulum arbitraretur, velletque, justi triumphi decus unde acquireret,[1] 'Britanniam'[2] potissimum elegit, neque tentatam ulli[t] post Divum Julium,[3] et tunc tumultuantem ob non redditos transfugas. Huc

Fouc. cum Vind. 2. Cort. in quibus duob. *a sigillario*.—9 Periz. *impetravit*. Pro *vinear*. Ed. Ven. 1. *unicarum*, et in fine cap. *fructum* Periz. *succus* Cuj. —10 Has voces delend. malit Torr. vel legend. *eamque hoc modo*. Tum *triumphalis* Harlem. et *principalem* Dun. tres Burm. Medic. uterque Vind. Cort. Voss. aliquot Casaub. et Edd. Rom. Ven. 1. unde Torr. effingebat *principis talem*. Item *majestate* Edd. Steph. Torr. quas secuti Ern. Bip.—1 Mutavit interpunctionem Baumg. Vulg. *velletq. j. tr. decus, unde acq.* In Harlem. Edd. Rom. *acquirere*, unde et ex Oros. lib. VII. 6. firmatur conjectura I. F. Gron. legentis *undeunde acquirere*, probante Burm. cum Oud. vel suadente *inde acq*. Müll. suppleri jubet *sibi decerni* post *vellet*.—2 Cop. *Bithiniam*. Postea *tentatum* Vind. 2. Cort. *deprædatam* Corsend. Periz. a m. pr. Harlem. cum Edd. Camp. Ven. Lugd. *temperatam* Arg. *tentatam vel deprædatam* Cod. Nonnii.—3 *Augustum* Periz. a m. pr. Dein *non ob. redd.* Edd. Sab. Cald. Med. Bas. Pro *Circio* mox *Euro* Vind. 2. Cort. Fouc. e glossa, judice

NOTÆ

[p] *Sigillaria*] Vicus erat, de quo supra ad cap. 5.

[q] *Dolia picarentur*] Quod unum est ex iis quæ in Claudio ridicula fuisse dixit; quid enim opus ut edicto publico privati moneantur de rebus domesticis curandis? Non dolia tantum linebantur pice et resina; sed et ipsum vinum iisdem condiebatur, ut ex Columella et Plinio passim constat.

[r] *Taxi arboris succum*] Ridicule adhuc magis; hæc enim arbor et nullo succo est, et maxime venenata, ex Plinio lib. XVI. cap. 10. ubi post multa ait, 'sunt qui et taxica hinc appellata dicant venena, quæ nunc toxica dicimus.' Meminit et Theophrastus lib. III. hist. Plant. cap. 6. et lib. V. cap. 8. et alibi sæpe.

[s] *Ornamentis triumphalibus*] Supra in Aug. ad cap. 38.

[t] *Tentatam ulli*] Augustus quidem ejus intrandæ consilium inierat, sed ex Gallia, propter Dalmatiæ tumultum, revocatus destitit, quo tempore Horatius lib. I. Ode 35. Fortunam precabatur, ut illum hac expeditione servaret. 'Serves iturum Cæsarem in ultimos Orbis Britannos,' &c. et Ode 5. lib. III.

cum ab Ostia navigaret, vehementi Circio[u] bis pæne demersus est, prope Liguriam,[v] juxtaque Stœchadas[4][w] insulas. Quare, a Massilia Gesoriacum[x] usque pedestri itinere confecto, inde transmisit: ac sine ullo prælio aut sanguine intra[5] paucissimos dies parte insulæ in deditionem recepta, sexto, quam profectus erat, mense Romam rediit, triumphavitque maximo apparatu.[†] Ad cujus spectaculum commeare[6] in Urbem non solum præsidibus provinciarum[y] permisit, verum etiam exulibus quibusdam; atque inter hostilia spolia, navalem coronam fastigio[z] Palatinæ

Oud. *bis* exulat a Medic. 1.—4 *Stochadas* Huls. Cop. Periz. Medic. 1. 3. *Stochad*. Medic. 2. Cuj. Voss. *Stochbadas* Vind. 1. *Orchadas* Edd. Rom. *Orcudas* Vind. 2. *Orcadas* Fouc. Cort. Tum τὸ *a* ante *Mass.* deest Memm. probante Græv. In Dun. *confectos.*—5 Medic. 2. a m. pr. *ultra*, Edd. Rom. pr. Ven. Med. aliæque cum Periz. Harlem. *inter*. Postea *prof. est* Mss. Torr. et *triumphavit* sine *que* in aliis duob.—6 *Comitare* Periz. Dein *provincialibus* Fouc. Cort. Dant Exc. Cuj. *hostialia*, unde fecit Lips. *usualia*. Pro *fastig.*

NOTÆ

[u] *Circio*] Circius ventus est Galliæ Narbonensi infestissimus, cujus meminit et Gellius lib. II. c. 22. et Seneca lib. V. Natural. Quæst. ubi et templum huic vento ab Augusto votum et erectum refert Plinius quoque lib. II. cap. 47.

[v] *Liguriam*] In eo mari, quod hodie *riviere de Gennes*.

[w] *Stœchadas*] Tres sunt insulæ non longe a Massilia, quas hodie *les iles d'Hieres*, secundum plerosque.

[x] *Gesoriacum*] Plures existimant esse hodie Bononiam, maritimam in Picardia civitatem. Turnebus tamen variis conjecturis lib. VIII. cap. 21. contendit vicum illum esse, qui hodie *Soiaci*, prope Audomari fanum, hoc est, *saint Omer*; et quia locus ille remotior esse a mari videbatur, quam ut Claudius inde in Britanniam transmisisse dici posset, non levibus conjecturis probat plagam illam æquore olim inundatam fuisse, ac, recedentibus aquis, terræ accrevisse, quod nempe locus ille hodieque ab incolis dicatur *Portus Soiaci*, quod tota regionis facies etiam in sicco præ se ferat sinus imaginem, ac denique, quod ab aratoribus terram vertentibus ibi exaratæ quondam anchoræ fuerint. Quod certe probabilius videtur, quam quæ laudatur a Schildio Scriverii conjectura, dicentis *Gesoriacum* esse quasi *Cæsarictium*, unde concludit portum Ictium, qui hodie *Calais*, ut censent vulgo, eundem esse cum Gesoriaco. Certe Turnebus magis accedit ad similitudinem nominis, cum e Gessoriaco *Soiaci* factum dicit.

† A. U. C. 797.

[y] *Præsidibus provinciarum*] Iis non licebat e provincia egredi, non expectato successore. Jam supra in Jul. ad cap. 8. notatum.

[z] *Fastigio*] Quid sit fastigium domus, dictum est in Jul. ad cap. 81. Navalem coronam hic appellat, quam

domus juxta civicam[a] fixit, trajecti et quasi domiti Oceani insigne. Currum ejus Messalina uxor carpento secuta est. Secuti et[7] triumphalia ornamenta eodem bello adepti, sed ceteri pedibus et in prætexta;[8][b] Crassus Frugi[c] equo phalerato, et in veste palmata,[d] quod eum honorem iteraverat. [18.] Urbis annonæque curam solicitissime semper egit. Cum Æmiliana[9][e] pertinacius arderent, in diribitorio[f] dua-

legend. arbitratur Ern. *in vestibulo.*—7 *Secuta et* Dun. Medic. 2. Voss. Fouc. qui et *adepta.* Desunt Vind. 1. Conj. Burm. *sed ut ceteri* vel *secuti equo tr. o. e. b. ad. sed ceteri pedib.* Edd. Rom. *ped. in præt.* Ceterum *eodem* seqq. *palmata* absunt a Dun. Voss. *ceteri, &c. palm.* desiderantur in Cuj.—8 *Prætextam* Memm. et *quo eum* Cop. In Harlem. Periz. a m. sec. cum Edd. Rom. *reiterav.* quod a glossatore ortum censent Burm. Oud.—9 Sabell. legi vellet *æquimiliana,* et mox *derivatorio.* Beroald. in Ed. Bon. *delibatorio,* unde fluxit in Par. Arg. Habet Fouc. *arderet.* Tum *familiarium* Edd. Græv. Gron. Pitisc. Burm. al. Mox corr. Lips. *magistros,* probantib. Fabro et Ruhnk.

NOTÆ

alii rostratam. Erat aurea speciem rostrorum referens, iis dari solita, qui primi naves hostium insiliissent, ut de murali, castrensi, &c. dictum est, in Aug. ad cap. 25.

[a] *Juxta civicam*] De qua in Jul. ad cap. 2. Appendebatur ad fores Imperatorum: in Tib. ad cap. 26.

[b] *Prætexta*] Hæc et puerorum vestis, et magistratuum. In Jul. ad cap. 1. Nota porro magni et prope divini honoris fuisse, si quæ matrona carpento veheretur festis illis et ludorum Circensium solennibus diebus, ut de Claudii matre supra cap. 11.

[c] *Crassus Frugi*] Hoc etiam cognomen Pisonum fuit, ut meminit Cicero in Tusculanis.

[d] *Palmata*] Tunica fuit, cui palmæ ex aliqua materia intextæ, vel pictæ. Patet etiam ex loco Livii. Supra in Aug. ad cap. 38.

[e] *Æmiliana*] Hæc erant ædificia extra urbis portas, ut ex Varronis lib. III. de Re Rust. cap. 2. colligere est. 'Nam quod extra urbem est ædificium, nihilo magis ideo est villa, quam eorum ædificia, qui habitant extra Portam Flumentanam, aut in Æmilianis.'

[f] *Diribitorio*] Vox ista varie exercuit Interpretes. Sabellicus legit *derivatorio,* et existimat idem fuisse quod castellum, ædificium nempe in aquæductibus, unde aquæ in varias Urbis partes derivabantur, qualia multa exstruxit Augusti gener Agrippa, ut patet ex cap. 42. in Aug. Cujus et opus illud fuisse censuit. Cui opinioni lubens accesserim, si astipulentur Codices. Torrentius *diribitorium* retinet, et ejusdem Agrippæ imperfectum opus fuisse, colligit ex Dionis lib. LV. ab eo institutum in regione Circi Flaminii, non procul a Septis, ut diribitores illuc se reciperent. Ministri nempe illi, qui Romanis ad suffragia euntibus tabellas diribebant, hoc est, distribuebant. De quibus in Jul. ad cap. 80. et Cicero Oratione post reditum, num. 27. Torrentii sententiam firmaverit et

bus noctibus mansit: ac deficiente militum ac familiarum [g] turba, auxilio plebem per magistratus ex omnibus vicis convocavit; ac, positis ante se cum pecunia fiscis,[h] ad subveniendum hortatus est, repræsentans [10 i] pro opera dignam cuique mercedem. Arctiore autem annona [k] ob assiduas sterilitates, detentus quondam medio Foro a turba, conviciisque et simul [1] fragminibus panis ita infestatus,[2 l] ut ægre, nec nisi [3] postico,[m] evadere in Palatium valuerit, nihil non ex eo excogitavit ad invehendos [4] etiam in tempore hyberno commeatus. Nam et negotiatoribus certa lucra proposuit, suscepto in se damno, si cui quid per tem-

Cop. omisit *ex*.—10 Ita rescripsit Oud. cum Burm. aliisque, testantibus Codd. Pulm. Torr. Viterb. Lisl. Dun. Fouc. Medic. Polit. Vind. Cort. Huls. Cop. Longol. Cuj. Edd. Lugd. Steph. Bas. et ita correxerat Lips. Vulgo *repræsentaturus*. Ceterum *pro* deest Medic. 1. *per. op.* Medic. 2. Harlem. Ed. Ven. 1. *per operam* Camp. *opere* Huls.—1 Sic Oud. reposuit auctorib. Medic. Cop. Cuj. Memm. et receperunt Ern. Bip. In aliis, etiam Burm. Wolf. *ac simul*. Voss. *simul et simul*. Supra *Art. tamen* Vind. 1. *deterritus* Vind. 2. Cort.—2 Vulgo *instratus*, quod defendere conatur Burm. contradicentib. Oud. et Ern. Alterum præbent Mss. Torr. Pulm. Memm. Viterb. Dun. Medic. Vind. Polit. Cuj. Cop. (qui caret *panis*) Voss. marg. Ed. Med. cum Steph. et Oros. VII. 6. Conj. Guj. *impetitus*.—3 Cop. *non nisi*. Huls. *et nisi*. Dein *ex eo excog.* edidit cum Oud. Baumg. ex conj. Burm. et Vind. 1. *ex eo cog.* dant Memm. Dun. Fouc. et Codd. Burm. Oud. cum Edd. O. ante Casaub. qui mutavit in *non excog.* et hoc prætulit Ern.—4 *Inveniendos* tres Medic. Cop. Voss. Vind. 2. a m. pr. Præpositione *in* carent Dun. Fouc. Cop. unus Torr. et Mss. Oud. præter Medic. 3. Voss. Polit. *hibernæ* Medic. 3. *Hiberniæ* Polit. et *negociacionib.* Vind. 1.—

NOTÆ

Plinii locus lib. XVI. cap. 40. ubi et diribitorii meminit, et Agrippæ opus fuisse innuit.

g *Familiarum*] Gladiatorum scilicet. De quibus in Jul. ad cap. 10. &c. Pro *magistratus* alii legunt *magistros*, scilicet vicorum. De quibus Aug. cap. 30.

h *Fiscis*] Fiscus crumena est, seu marsupium quoddam, sed grandius. De quo in Aug. ad cap. 15.

i *Repræsentans* [*repræsentaturus*] In præsentia et sine dilatione daturus: jam supra in Calig. cap. 16. Aug. cap. 101. &c.

k *Arctiore autem annona*] Hujus meminere et Tacitus XII. Annal. et Josephus lib. XX. cap. 3. Utpote qua magna fames fuit in multis imperii partibus.

l *Infestatus* [*instratus*] Cujacii Codices et alii bene multi, quos laudat Casaubonus, legunt *infestatus*.

m *Postico*] Posticum est porta in posteriore domus parte. Horatius lib. I. Epist. 5. vers. 31. 'Atria servantem postico falle clientem.' Dicitur et 'postica.' Ammiano Marcell. 'per posticam ingressus.' Et Ciceroni 'Pseudo-thyrum,' quasi falsum ostium, in Verrinis. Et Petronio 'posticula.'

pestates accidisset,[5] et naves mercaturæ causa fabricantibus magna commoda constituit,[n] [19.] pro conditione cujusque: civi,[6] [o] vacationem legis Papiæ Poppææ; Latino, jus Quiritium;[7] fœminis, jus quatuor liberorum:[p] quæ con-

5 *Accideret* opt. Torr. cum Periz. Mox Edd. Vett. nov. Cap. incipiebant a voce *Constituit*, male, ut jam monuerunt VV. DD. 'Notam tamen Cap. 19. cum prioribus Edd. reliqui, ut idem cum reliquis numerus procederet.' *Baumg.* In Delph. a verb. *Nam et neg.* nov. Cap. orditur.—6 Ita legerunt Salm. Urs. Torr. et multi. Vulgo *civibus*, ut in Viterb. recepitque Grut. cum Casaub. In aliis Mss. et Edd. Vett. *civis*. Tum *Latino* dant Memm. Medic. 2. 3. Polit. Cuj. Lisl. Dun. duo Torr. cum Ed. Camp. et Turneb. Adv. XXVII. 19. *Latinæ* vel *Latine* Mss. plerique et Edd. usque ad Beroald. qui cum seqq. et Medic. 1. dedit *Latinis*. Item *Pap. Pompeæ* vel *Pompeiæ* in Codd. fere O. et Edd. Vett. ante Egnat.—7 In multis *Quiritum*, sed illud probaverunt Casaub. Burm. Oud. seqq. ex Memm. Cuj. et Lisl. Abest *jus* a Vind. 2. Cort. Tum *hodieque* legendum viderunt Torr. Oud. et seqq. cum Memm. Cop. Medic. 1. 3. Polit. Edd. Junt. Ald. Steph. Conj. Burm. *hodie quoque*.

NOTÆ

n *Constituit*] Has voces, ab iis qui Suetonium in capita secuerunt a præcedenti capite perperam divulsas, iterum conjunxere Torrentius et Casaubonus; quorum prior pro *civibus* legit *civi*, et pro *Latinis* legit *Latino*. Quod et in Manuscripto notavit quoque Casaubonus, nec sensum immutat.

o *Civi* [*civibus*] Sensus est, iis qui naves fabricarent constituta pro singulorum conditione præmia: scilicet civibus Romanis immunitatem a lege Papia Poppæa, de qua Aug. cap. 34. Latinis vero, hoc est iis qui Latinitate duntaxat, de qua lib. I. ad cap. 8. non vero civitate, de qua ibid. et cap. 24. gaudebant, ipsam civitatem concessam, hoc est, jus Quiritium, quo ejusdem cum civibus conditionis fiebant. Torrentius aliter hæc intelligit, nempe de varia libertorum conditione, ut Suetonius cives eos dixerit, qui justam et plenam libertatem consecuti, civium conditionis erant. Latinos vero, qui imperfectam, sic dictos, quod instar Latinorum essent, qui variis modis justam illam libertatem assequi poterant. Verum e jurisconsultorum libris fusius repete: et delibata sunt in Augusto ad cap. 40. Locum hunc agitavit jurisconsultus clarissimus Petrus Faber lib. I. Semestrium, c. 25. Salmasius legit etiam *civi*, et *Latino* pro *Latinis*.

p *Jus quatuor liberorum*] Hæc verba Torrentium verosimiliter induxerunt, ut totum hunc locum de libertinis explicaret; jus enim illud quatuor liberorum libertinis tantum mulieribus concessum intelligi debet, cum ingenuas non nisi tres habere liberos oporteret, ad illud idem obtinendum. Verum auctor hic brevitatis amans, ut libertinas pariter ac ingenuas hac prærogativa juris honoratas indicaret, satis habuit proponere modum, quo libertinæ possent illam assequi, arbitratus idem a fortiori de ingenuis facile judicandum. Jus autem illud trium quatuorve liberorum in eo maxime situm erat, ut fœminæ mortuorum liberorum hæredes esse possent, cum antea lex duodecim tabularum adeo expelleret eos, qui per

stituta hodieque servantur. [20.] Opera magna, potiusque necessaria,[8] quam multa perfecit; sed vel præcipua, aquarum ductum,[9] a Caio inchoatum:[q] item, emissarium Fucini lacus,[r] portumque Ostiensem: quanquam sciret, ex his[10] alterum ab Augusto precantibus assidue Marsis[s] negatum, alterum a D. Julio[t] sæpius destinatum, ac propter difficultatem omissum. Claudiæ aquæ[u] gelidos et uberes fontes, quorum alteri Cœruleo, alteri Curtio et Albudino[1] [v] nomen est, simulque rivum Anienis novi[2] [w] lapideo opere in Urbem

---

Vulgo *hodie*.—8 Hanc lect. Ed. Rom. sec. probatam Oud. receperunt Burm. Ern. Baumg. Burm. etiam conj. *magna et necess. potius quam*. In vulgatis Edd. *quam nec. quam multa*, quibusdam *quammulta* una voce, uti voluit Gron. *quam* ante *multa* deest Cod. Urs. Pal. 1. Medic. 2. a m. p. Ed. Steph. *perquam multa* Polit.—9 Vulgo *aquæ ductum*, sed *ductum aquarum* exhibent Memm. Cop. Huls. Fouc. Medic. 1. 3. Polit. Vind. 2. Cort. marg. Ed. Med. probantib. Ern. Oud. al.—10 *Iis* Memm. et plenis literis *Divo Jul.* Codd. qq. et Ed. Oud. Pro *alterum* secundo loco, Cod. Urs. *ceterum*. Utrumque delevit Ern. et Bipont.—1 *Albudigno* Memm. Pal. duo Casaub. tres Burm. et omnes Oud. nisi quod in Vind. 1. sit *Albudigneo*. Paulo ante *obmissum* Huls.—2 In O. Mss. exceptis Memm. Dun. et

NOTÆ

fœminini sexus necessitudinem junguntur, ut ne quidem inter matrem filiamve ultro citroque hæreditatis capiendæ jus daret. Quod primus immutavit D. Claudius, hæreditate matri delata ad solatium liberorum amissorum, ut fuse Justinianus in Instit. lib. III. titulo 3.

[q] *A Caio inchoatum*] Caligula scilicet. Supra in Calig. cap. 21.

[r] *Emissarium Fucini lacus*] In Jul. ad cap. 44. Portum Ostiensem postea instauravit Trajanus. Hujus operis magnificentia multis auctorum et inscriptionum ac numismatum testimoniis celebratur, quippe huc appellebant undique reges, principes, legati, mercatores, &c. Opus hoc pictum expressit Petrus Ligorius, et inter splendida Urbis antiquæ opera retulit Jacobus Laurus.

[s] *Marsis*] Populi in Latio vicini Fucino, unde etiam nomen hodiernum habet *Lago Marso*.

[t] *Alterum a D. Julio*] Portus Ostiensis non meminit in Julio, sicut nec Fucini lacus in Augusto.

[u] *Claudiæ aquæ, &c.*] Hujus castellum fuit ad Portam Næviam et Labicanam, quæ hodie *Porta maggiore*, ubi visuntur adhuc inscriptiones, testantes hoc opus a Claudio factum, et fontes illos Anieni junctos, quod et Plinius lib. XXXVI. cap. 15. et Frontinus lib. I. de Aquæductibus. Inscriptionem vide in calce operis.

[v] *Albudino*] Hujus non meminit Plinius loco citato, unde Torrentius existimat eundem esse cum Curtio. Frontinus loco citato, diversos fontes, sed eodem canali junctos refert. Fuerunt plures aquæ hujusmodi in urbe immensis sumtibus derivatæ, et ab eis qui derivarant appellatæ Martia, Julia, Claudia, Antoniniana, &c.

[w] *Anienis novi*] Beroaldus legebat

perduxit, divisitque in plurimos et ornatissimos lacus. Fucinum aggressus est, non minus compendii spe, quam gloriæ; cum quidam, privato sumtu emissuros se, repromitterent, si sibi siccati agri concederentur. Per tria autem passuum [3] millia, partim effosso monte, partim exciso,[x] canalem absolvit ægre, et post undecim annos, quamvis continuis [4] triginta hominum millibus sine intermissione operantibus. Portum Ostiæ exstruxit, circumducto dextra sinistraque brachio, et ad introitum profundo jam solo [5] [y] mole objecta: quam quo stabilius fundaret, navem [z] ante demersit, qua magnus obeliscus [a] ex [6] Ægypto fuerat ad-

Edd. Vett. præter Steph. Pulm. Casaub. *novo*. Cop. a m. pr. *Anienis*, Vind. 1. *auceni novis*. Mox *egressus* Ed. Ven. 1.—3 *Passus* et *exfossa* Memm. Item *passus* Medic. 3. *exfosso* tres Medic. Vind. 1. Cuj. et *exsolvit* Vind. 1.—4 Burm. ejiciendum putat, vel legendum *annos continuos, quamvis, &c.* Mox *Hostium* Harlem. *Ostia* Medic. 3. Demster. in Etr. Reg. IV. 22. legit *Ostii*.—5 *Salo* conj. Casaub. et ediderunt Steph. Græv. Gron. Vulg. restituerunt Burm. et Oud. quos invitus fere obsequitur Baumg.—6 Deest *ex* Cuj. Dein *conjectisque* Huls. et *supposuit* Harlem. Periz. Edd. Camp. Med. Ven. Bon. Cald. In

NOTÆ

novo lapideo. Frontinus ibidem de aqua Claudia loquens, 'Altera, quoniam duæ Anienis aquæ in urbem fluere cœperant, ut facilius appellationibus dignoscerentur, Anio novus appellari cœpit: et quod illas omnes præcesserat prior Anio, cognomen ei veteris est adjectum.' Lacus erant aquarum in publico receptacula, e quibus petere omnibus fas esset.

[x] *Effosso monte, partim exciso*] Quia partim e terra, partim e silicibus, ut notat Plinius, ubi opus hoc tantis laudibus effert, ut 'neque concipi animo, nisi ab iis qui videre, neque humano sermone enarrari' posse contendat.

[y] *Solo*] Sabellicus et Casaubonus censent legendum *salo*. Utrumque

] 'Qua nave nil admirabi-
in mari certum est,' ut ait Plinius lib. XVI. cap. 40. ubi hanc describit, et eadem narrat quæ Suetonius.

[a] *Obeliscus*] Auctore Ammiano, lapis est in figuram metæ, sensim ad proceritatem consurgens excelsam, et in radium gracilescens, specie quadrata in verticem productus angustum, manu lævigatus artificis, sermonum innumeras notas continet, quæ Hieroglyphicæ appellantur, &c. Hujusmodi opera Soli sacrata dicit Plinius lib. XXXVI. cap. 8. cujus radiorum argumentum in effigie est. De his plura idem Plinius ibid. et cap. 9. Ex Ægypto in urbem invehebantur. Hunc in Vaticano Circo positum narrat ibid. Plinius, et Sixtus V. Pontifex Maximus, ingenti postea sumtu medio in foro collocavit, in Dei gloriam et sanctissimæ Crucis exaltationem.

vectus, congestisque pilis superposuit altissimam turrim in exemplum Alexandrinæ [7] Phari,[b] ut ad nocturnos ignes cursum navigia dirigerent. [21.] Congiaria [c] populo sæpius distribuit. Spectacula quoque complura et [8] magnifica edidit, non usitata modo, ac solitis locis, sed et commentitia, et ex antiquitate repetita, et ubi præterea nemo ante eum. Ludos dedicationis Pompeiani theatri,[d] quod ambustum restituerat, e [9] tribunali posito [e] in orchestra [f] commisit,[g] cum prius apud superiores ædes [h] supplicasset, perque mediam caveam,[i] sedentibus ac silentibus [k] cunctis, descendisset. Fecit et sæculares,[l] quasi [10] anticipatos ab Augusto,[m] nec legitimo tempori reservatos: quamvis ipse [1]

Medic. 3. Cop. *turrem.*—7 Libri omnes *Alexandrini.* Emendarunt Burm. Oud. Wolf.—8 Ita primus dedit Ern. cum Oud. auctoribus Medic. Vind. 2. Cop. Voss. Fonc. Dun. Al. *magnificaque.* In Ed. Junk. *usitato,* item *continentia* Vind. 1.—9 *Et trib.* Medic. 1. Vind. 2. Fouc. *et pro tr.* Cop. Lips. in ora Cod. vel legit vel explicavit *e pulvinari.* Exulat *posito* a duob. Torr. Edd. Rom. Bon. Par.—10 *Sæc. quoque q.* Cort. Fonc. Supra *superiorem ædem* mallet Lips. *sedes* Torr. Tum *modo* pro *nec* Edd. Rom. et ita Torr. e suis duob.—1 *Iste* Vind. 1. *in hist. si ipse* Medic. 3. Locus *interm. eos Aug.* mendosus videtur

NOTÆ

[b] *Phari*] In Tib. ad cap. 74.

[c] *Congiaria*] In Jul. ad cap. 27. &c.

[d] *Pompeiani theatri*] In August. ad cap. 31. Sæpe incensum colligere est ex Tiber. cap. 41. et Calig. 21.

[e] *Tribunali posito*] Posteriorem vocem omisere Beroald. et Sabell. et Torrentius in duobus Mss. non extare testatur.

[f] *Orchestra*] Quid sit, in Jul. ad cap. 39. et Tiber. 66.

[g] *Commisit*] Hoc est, signum dedit incipiendi. Vide infra in Ner. ad cap. 22.

[h] *Superiores ædes*] Torrentius legit *sedes*, refutato Beroaldo, qui nescio quas ædes non procul a theatro in superiore parte urbis astruebat: sed melius videtur intelligi debere de æde Veneris, quam theatro illi superpositam probat Lipsius Elect. lib. I. c. 11. Tertulliani auctoritate motus, hic enim theatrorum lasciviam insectatus, non mirum esse dicit, quod Pompeius Veneris ædem theatro suo superposuerit.

[i] *Caveam*] In Aug. ad cap. 44.

[k] *Sedentibus ac silentibus*] Quod ideo notavit, quia insolitum: nam advenienti Principi assurgebant, et voce plausuque gratulabantur. Martial. lib. VI. Epig. 34. 'Quotque sonant pleno vocesque manusque theatro, Cum subiti populus Cæsaris ora videt.'

[l] *Sæculares*] Anno ab U. C. 800. teste Tacito Annal. XI. quarto et sexagesimo postquam Augustus ediderat.

[m] *Ab Augusto*] Supr. in Aug. ad cap. 31. et infra in Domit. ad cap. 4.

in historiis suis prodat, 'intermissos eos Augustum multo post, diligentissime annorum ratione subducta, in ordinem redegisse.' Quare vox præconis irrisa est, invitantis more solenni ad ludos, 'quos nec spectasset quisquam, nec spectaturus esset;'[n] cum superessent adhuc, qui spectaverant, et quidam histrionum,[o] producti olim, tunc quoque producerentur. Circenses frequenter etiam in[2] Vaticano[p] commisit, nonnunquam interjecta per quinos missus[q] venatione. Circo vero maximo marmoreis carceribus,[r] auratisque[3] metis,[s] quæ utraque et tophina[t] ac lignea antea fuerant, exculto, propria Senatoribus constituit loca,[u] promiscue[4]

Urs.—2 *Et in Vat.* Vind. 2. Dein *per quinos menses* Edd. Rom. Sab. Cald. *per quos* Harlem. *et Circo* Vind. 1.—3 *Aureisque* Medic. 1. 3. Cop. Mox *et* deest Vind. 2. Cort. *tofina* Vind. 2. Cuj. *utraque rosina* Fouc. *tophis* Edd. Sab. Cald. *coscina* marg. Ed. Med. *cophina* Medic. 3. Item *exculta* uterque Vind. Cort. Edd. Ven. Med. pr. Correxit Beroald.—4 *Promiscua* Vind. 1. Tum *lus. exhibuit. Exhibuit et Afr.* Dun. Cuj. Voss. Ed. Med. et ex uno Reg. Cod. probavit Walk. ad Cic. de Nat. Deor. III. 24. Statim *Africanos* Fouc. *turba* Vind.

NOTÆ

[n] *Spectaturus esset*] Verba sunt præconis, invitantis ad ludos visendos, et falsa, siquidem annis minus 45. post iterum editi sunt a Domitiano.

[o] *Quidam histrionum*] Stephanio ille, de quo Aug. cap. 45. His quoque Claudi ludis productus est, ut docet Plinius lib. VII. cap. 48. et diu adhuc postea vixisse.

[p] *Vaticano*] Collis fuit prope triumphalem portam, qua in regione est hodie templum D. Petri.

[q] *Quinos missus*] Missus dicebantur, quoties equi bigæ vel quadrigæ sese in cursum effundebant, ad metas circumeundas; quod unius diei spatio primum quinquies et vicies, postea quater tantum et vicies fieri solenne fuit in Circensibus. Singulis missibus quatuor currus emittebantur. Qua de re Servius ad III. Georgic. vers. 18. 'Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus.'

[r] *Carceribus*] Carceres sunt repagula unde currus prorumpebant, dato a magistratu aut ab Imperatore signo, ac reclusis derepente et eleganti artificio portis. Virg. I. Georg. vers. penult. 'Ut cum carceribus sese effudere quadrigæ.'

[s] *Metis*] Metarum figura propemodum eadem erat quæ Pyramidis, a lato incipiens, in altum fastigiata, per modum inversi turbinis, aut fœni acervorum, quos ideo Columella metas quoque appellat, lib. II. cap. 19.

[t] *Tophina*] Tophus est genus lapidis asperi et friabilis, qui et parvi ponderis est, et facile abit in arenam. Livius lib. VIII. decad. I. refert statutos primum carceres in Circo, ab anno U. C. 325. sed ex qua materia fuerint, non expressit.

[u] *Propria Senatoribus constituit loca*] Ea ab Augusto jam secreta constat ex cap. 44. in ejus vita, sed in am-

spectare solitis. Ac super quadrigarum certamina Trojæ [v] lusum exhibuit, et Africanas,[w] conficiente turma equitum prætorianorum, ducibus Tribunis, ipsoque Præfecto :[x] præterea Thessalos equites,[y] qui feros [z] tauros [5] per spatia Circi agunt, insiliuntque defessos, et ad terram cornibus detrahunt. Gladiatoria munera plurifariam [a] ac multiplicia exhibuit; anniversarium [b] in castris prætorianis, sine venatione apparatuque;[c] justum atque legitimum [d] in Septis;[e] ibidem extraordinarium [6] et breve, dierumque paucorum, quodque appellare cœpit 'Sportulam,'[f] quia primum daturus edixerat, 'velut ad subitam condictam-

1. Cort.—5 *Ferotauros* Memm. Mox *detrahant* Ed. Bas. *plurifaria* Memm. Harlem. Cop. Cuj. Fouc. Dun. Medic. Vind. 2. Cort. Edd. Rom. Ven. 1. Junt. Ald. Arg.—6 *Perextraord.* Edd. Gryph. Dein *quodquod* Memm. Lips. conj. *quoque appellari c. sportula.* Mox conspirant Mss. excepto Memm. in lect. *pr. daturum se dix.* cum Edd. Vett. præter Bas. post. et Steph. quas secuti Torr. Casaub. *præmium* Mss. Beroald. et Ed. Lugd. *dixerant* Voss. Paulo

NOTÆ

phitheatro tantum videntur assignata, ut ex cap. 45. ibidem colligere est, non in Circo, quod fecit Claudius; saltem juxta Suetonii historiam, Dioni quippe non omnino convenit.

[v] *Trojæ*] In Jul. ad cap. 39. de hoc ludicro, ut et de quadrigis.

[w] *Africanas*] Pantheras. Calig. ad cap. 18.

[x] *Præfecto*] Prætorianorum. Supra ad cap. 12.

[y] *Thessalos equites*] Plinius lib. VIII. c. 45. refert Thessalorum inventum fuisse, tauros necare cornu intorta cervice, vel potius, ut emendant, qui errorem subesse credunt, 'cornu intorto restibus' aut 'retibus.' Hujus enim venationis taurorum peritissimi Thessali, illis adequitabant, et injecto in cornua vinculo, magna vi prosternebant. Cujusmodi spectaculum a Julio Cæsare primo editum, ait ibidem Plinius.

[z] *Feros*] An sylvestres, quales dicimus *sauvages?* an vero indomitos et minaces, non definit. De vulgaribus tamen tauris loqui videtur Plinius toto illo capite.

[a] *Plurifariam*] Pluribus in locis, ut in Aug. ad cap. 100.

[b] *Anniversarium*] Singulis annis edendum, propter receptum eo loci Imperium. Supra cap. 10.

[c] *Apparatuque*] Supra in Jul. cap. 10. &c.

[d] *Justum atque legitimum*] Justum munus intelligit, quod fit cum apparatu ordinario, et venationi jungitur. Legitimum vero, quod fit tempore et loco solito.

[e] *Septis*] Septa sive Ovile in Campo Martio. Supra in Aug. ad cap. 43. et Tib. 17. &c.

[f] *Sportulam*] Vide in Aug. ad cap. 74.

que[7 g] cœnulam invitare se populum.' Nec ullo spectaculi genere communior[h] aut remissior erat, adeo, ut oblatos victoribus aureos,[i] prolata sinistra[8 k] pariter cum vulgo, voce digitisque numeraret, ac sæpe hortando rogandoque ad hilaritatem homines provocaret, 'dominos'[l] identidem appellans, immixtis interdum frigidis et arcessitis[m] jocis: qualis est, ut cum Palumbum[9 n] postulantibus, 'daturum se,' promisit, 'si captus esset.' Illud[10] plane quantumvis salubriter et in tempore: cum essedario,[1 o] pro quo quatuor

ante *et quia* Cop.—7 *Conditamque* Vind. 2. Cort. cum plurib. et Edd. aliquot, vel sine *que*, ut Periz. Harlem. Edd. Ven. 2. 3. Bas. *dictamque* Cuj. Vind. 1. Medic. 2. a m. pr. Postea *comior* Edd. Rom. *et remiss.* Ven. una.—8 *Sinistraque* membb. Casaub. qui conj. *sinistra quoque*. Edd. Ald. Gryph. Plant. Dol. Col. *prolataque*. Dein *arcess.* repositum hic et alibi pro vulg. *accers.* jam monitum est. *locis* Medic. 1. 3. Huls.—9 *Pabulum* Fouc. *Ut* non habent Periz. Harlem. Cort. et deletum malient Torr. Casaub. *qualis est hic* Ed. Steph. Conj. Burm. *qualis fertur cum*. Ern. τὰ *qualis est* glossam censet. In Medic. 1. *capturus*.—10 Vulgo *quoque* post *illud* legitur, sed abest a Memm. Medic. 1. 3. Fouc. Vind. 2. Cop. Huls. quare delevit Ern. probante Wolf. sicut et Baumg. qui etiam comma post *plane* tulit. Præbet Vind. 1. *sane*. Inde conj. Oud. *perleve*.—1 Cort. *ut cum ess.* Quidam, teste Torr. *retiario* legerunt. Minorem distinct. post *induls.* habent Edd. multæ Vett. In marg.

NOTÆ

g *Subitam condictamque*] Vide in Tiber. ad cap. 42.

h *Communior*] Hoc est, magis familiaris et comis, unde alii legendum censent *comior*, quod idem esse videtur apud Terentium Heautontim. act. v. sc. 1. vers. 39. 'Quenquam animo tam communi esse aut leni putas, Qui se vidente,' &c.

i *Aureos*] De his infra in Oth. ad cap. 4. morem illum innuit, quo populus aurum victoribus dari deposcebat. Juvenal. Satir. VII. vers. ult. 'Accipe victori populus quod postulat aurum.' Martial. lib. x. Epig. 74. Et pro ipsis equis postea petitum, testis est Capitolinus in Vero: 'volucri equo Prasino mortuo, sepulcrum in Vaticano fecit. In hujus equi gratiam primum cœperunt equis aurei vel bravia postulari.'

k *Sinistra*] Videtur innuere priscum illum morem numerandi per digitos, cujus hæc inter alias lex erat, ut quicumque numeri infra centum sinistra manu indicarentur, dextra vero qui supra centum. Unde Juvenal. Satir. x. vers. 249. de longæva Nestoris vita: 'Qui tot per sæcula vitam Distulit, atque suos jam dextra computat annos.'

l *Dominos*] Hac appellatione salutabant obvios, quorum nomina non succurrebant.

m *Acercessitis*] Minime appositis ad rem, sed a longe petitis.

n *Palumbum*] Gladiatoris nomen est, ut Columbus, &c. De quo Calig. cap. 35.

o *Essedario*] Calig. ad cap. 35.

filii deprecabantur, magno omnium favore indulsisset rudem,[p] tabulam illico misit,[q] admonens populum, 'quanto opere liberos suscipere deberet, quos videret et gladiatori præsidio gratiæque esse.' Edidit et[2] in Martio campo expugnationem direptionemque oppidi ad imaginem bellicam, et deditionem Britanniæ regum, præseditque paludatus.[r] Quin et, emissurus Fucinum lacum, naumachiam[s] ante commisit. Sed cum, proclamantibus naumachiariis, 'Ave, Imperator,[3] morituri te salutant,' respondisset, 'Avete vos;'[t] neque post hanc vocem, quasi venia data,[u] quisquam dimicare[4] vellet: diu cunctatus, an omnes

Bas. ex Erasm. sententia *annuisset* pro *induls.* notatum.—2 *Et* deest Vind. 1. Dein *directionemque* Vind. 2. et *paludamentatus* Lisl. Periz. Cuj. pro v. l. Statim *emissarum* Cuj. *sed et cum* Huls.—3 *Imperat.* deest Cop. Huls. Medic. 1. Polit. Tum pro *avete vos* dant Memm. Dun. Medic. 2. 3. Polit. Cop. Harlem. Voss. *aut non*, Medic. 1. *aut vos*, Vind. 1. Edd. Ven. Med. pr. *autem non*, Cuj. *an* vel *ac non*, Ed. Camp. *non*, Beroaldi Codd. *auton*, qui conj. mox *quasi nenia*. J. Crucens invenit in Ms. *aut non nec non*, legitque *aut non* sc. *morituri*. Oud. suasit *τ' αὐτὸν* v. *αὐτὸ*, sive *id ipsum*, *idem*.—4 Medic. 3. *medicare* ac Dun. *vellent*. Mox *an homines* Cop. Medic. 1. 3. *igni ferro*, sine copula, Voss. Mallet Lips. ad Tac. Ann. XI. 23. *vi ferroque*. In Vind. 2. *assumeret* cum

NOTÆ

[p] *Indulsisset rudem*] Hoc est, a pugnandi onere in perpetuum liberasset, rude donata, quæ bene meritorum præmium erat. Unde Horatius lib. I. Epist. 1. 'Spectatum satis et donatum jam rude, quæris, Mecænas, iterum antiquo me includere Circo.' Hinc rudiarii dicti in Tib. cap. 7. Quid hoc a missione differat, in Aug. ad c. 45. Quid sit rudis, in Calig. ad cap. 32.

[q] *Tabulam illico misit*] Refert Dio, Claudium præconibus raro usum, sed tabulis inscripta omnia divulgasse, benigne et comiter postulata præbentem. Vide in Aug. ad cap. 42.

[r] *Paludatus*] Casaubonus in Lislæi codice legit *paludamentatus*: paludamentum bellicum erat Imperatoris vestimentum. Supra in Jul. cap. 64. et Aug. 10.

[s] *Naumachiam*] Navalem pugnam. Supra sæpe. Hanc fuisse egregiam inter omnes quæ præcesserant, ex eo colligere est, quod Domitiani Naumachiæ illam componat Martialis, ut hujus in majus extollat Epig. 28. lib. Spect. 'Fucinus et pigri taceantur stagna Neronis, Hanc norint unam sæcula naumachiam.'

[t] *Avete vos*] Schildius in Salmasiano codice legit *aut non*, quod cum referretur ad 'morituri,' hinc videretur præbita naumachiariis facilior occasio, in suam gratiam responsum hoc explicandi.

[u] *Quasi venia data*] Vel quod eos non morituros indicasset, vel saltem quod avere jussisset; unde factam sibi pugnandi veniam interpretabantur, cum pugnari non posset sine multorum interitu.

igni ferroque absumeret, tandem e sede sua prosiluit, ac per ambitum lacus, non sine fœda [v] vacillatione,[5] discurrens, partim minando, partim adhortando, ad pugnam compulit. Hoc spectaculo classis Sicula et Rhodia [w] concurrerunt, duodenarum [6] triremium [x] singulæ, exciente [7] buccina Tri-

Cort. Periz. a m. pr.—5 *Fœde et bacill.* Huls. *fœda nabacill.* Cuj. *bacill.* etiam exhibent Memm. Cop. Harlem. Medic. Cort. Voss. Ed. Ven. 1.—6 Casaub. corrigend. existimat *quinquagenarum.* Donat. ad Tac. Ann. XII. 56. legit *duoden. triremium et quadriremium.*—7 Memm. cum Medic. 1. 3. Cop. Huls. Pal. 2. *eiciente,* Pal. 1. *eiiente,* Vind. 2. Cort. *ejiciente,* Fouc. *ei ciente,* Polit. *cüciente.* Item *buccinam* Medic. 1. 3. Polit. Huls. Vind. Pal. 2. Periz. Harlem. cum Edd. Rom. Med. Sab. Cald. Bon. Conj. Oud. *inciente buccinam,* sed nihil

NOTÆ

[v] *Fœda*] Hoc est, tremula, et qualis est senis infirmissimi. Quo sensu Juvenalis Sat. VI. de illo: 'Ille senis tremulumque caput descendere suasit In cœlum, et longam manantia labra salivam.' Qua vacillatione obscœnum forte quid inerat, ut ex cap. 30. infra colligere est.

[w] *Classis Sicula et Rhodia*] Non quasi Rhodii forent aut Siculi naumachiarii, sed quia insulares illi artis nauticæ peritissimi, vel quia juxta eorum consuetudinem pugnaturi erant, sic appellatæ sunt classes. Dio enim l. LV. appellatos tantum fuisse notat.

[x] *Duodenarum triremium*] Dio ibidem naumachiarios omnes morte damnatos referens, quinquaginta hinc et inde navibus vectos addidit. Suetonius duodenas tantum triremes assignat, unde alterutrius error manifestus esse videtur. Lipsius ad XII. Annal. Taciti, ubi hæc ipsa narrantur, Dionem sequitur, et falsum Suetonium affirmans, *quinquagenum* hic legendum pronuntiat. Torrentius minime audiendum admonet, loco Taciti supradicto fretus, ubi undeviginti hominum millia ad hanc pugnam armatos narrat, quem numerum tantæ navium multitudini, vel nauta judice, merito prædicat, unde legendum censet *duodevicenarum;* mutatione quidem minori quam Lipsius, qua tamen quod vult effici non videtur, quia non amplius quam quingentos singulis navibus vectores assignat; hac enim ratione nonnisi duodeviginti hominum millia fuisse oporteret, quos tamen undeviginti fuisse Tacitus auctor est. Verum quid si triremes plusquam quingentos caperent? Si septingentos aut octingentos? Si septingentos nonaginta duos, undeviginti millibus suffecturæ sunt a Suetonio triremes assignatæ. Huic conjecturæ favere videtur Tacitus, ibidem triremes quadriremesque memorans; cum enim hæ majores essent, majorem quoque numerum continuisse necesse est: qua ratione Suetonio cum Tacito fortasse convenerit, quin et utrique cum ipso Dione, si totus Taciti locus expendatur; addit enim 'cinctum ratibus ambitum, ne vaga effugia forent.' Dio quippe, dici potest, rates et triremes, hoc est, tam pugnæ quam usui illi destinata navigia, unica ναῦς, hoc est, *navis,* appellatione complexus, cum Auctor hic noster nonnisi triremes, hoc est, pugnaturas, expresserit.

tone [y] argenteo, qui e medio lacu per machinam [z] emerserat. [22.] Quædam circa cærimonias, civilemque et militarem morem,[8] item circa omnium ordinum statum, domi forisque, aut correxit, aut exoleta revocavit, aut etiam nova instituit. In cooptandis per collegia sacerdotibus, neminem nisi juratus [a] nominavit; observavitque sedulo, ut quoties terra in Urbe movisset,[b] ferias advocata concione Prætor indiceret; utque, dira avi [9] [c] in Urbe aut in Capito-

tamen mutat.—8 *Morem* deest Harlem. Edd. Rom. et duob. Torr. ipso probante. Paulo ante *et* desideratur in Fouc. Mox *juratos* Cuj. Dun. pro correctione.—9 Hæc est emendatio Turneb. Adv. XXII. 31. ut legitur et in Memm. et Cod. Giph. *ob dira aut in U.* Medic. 1. Edd. Bon. Par. Lugd. Ald. Junt. Bas. post. Steph. Dol. et al. In uno Torr. *dira aut in Cap.* In altero *atque*

NOTÆ

[y] *Tritone*] Triton Neptuni tubicen, ejus et Salaciæ Nimphæ filius, si fides Servio ad I. Æneid. Meminit etiam in sexto, ubi de Miseno ipsum provocante ait, 'Cava dum personat æquora pompa Demens, et cantu vocat in certamina Divos, Æmulus exceptum Triton (si credere dignum est) Inter saxa virum spumosa immerserat unda.'

[z] *Per machinam*] Duplex illa fuit; non enim ex undis tantum emersit argenteus ille Triton, sed et buccina cecinit, quemadmodum in hydraulicis organis fieri etiam hodie videre est. Vitruvius auctor est, omnimodas ferme voces et organa ab organariis illis exprimi, aquarum in varias fistulas immissarum assultu et agitatione. Quod eleganter a Claudiano describitur, carmine ad Manlium: 'Et qui magna levi detrudens murmura tactu, Innumeras voces segetis moderatur ahenæ, Intonet erranti digito, penitusque trabali Vecte laborantes in carmina concitet undas.' Quod et in theatro inter machinas sonitum edentes factitatum probant hi versus Cornelii Severi in Ætna: quod opus Virgilio nonnulli tribuunt: 'Nam veluti resonante diu Tritone canoro, Pellit opus collectus aquæ, victusque movere, Spiritus, et longas emugit buccina voces, Carmineque irriguo magni cortina theatri Imparibus numerosa modis canit arte regentis.' Cujus meminit et Servius in VII. Æneid. vs. 23. 'Neptunus ventis implevit vela secundis.' 'Physice,' inquit, 'locutus est; mota enim aqua ventus creatur, ut videmus in bombis organorum.'

[a] *Juratus*] Hoc est, nisi jurejurando affirmasset dignissimum a se nominandum.

[b] *Terra in Urbe movisset*] Hoc est, si terræ motus factus esset; ejus enim rei causa ferias edicto imperabant: quoniam vero, et qua vi, et per quem Deorum Dearumve terra tremeret, incertum esset, hinc Dei nomen statuere et edicere quiescebant, ne alium pro alio nominando, falsa religione populum alligarent. Quæ omnia fusius apud Gellium lib. II. cap. 28. et lib. IV. cap. 6.

[c] *Dira avi*] Hoc est, infausta et mali ominis, quales sunt bubones,

lio visa, obsecratio haberetur, eamque ipse jure Maximi Pontificis,[10] commonito pro Rostris populo, præiret,[d] summotaque[1] operariorum servorumque turba.[e] [23.] Rerum[2] actum,[f] divisum antea in hybernos æstivosque menses, conjunxit. Jurisdictionem de fidei commissis,[g] quot-

dira avi in Cap. Periz. Harlem. Cop. Dun. Edd. Ven. Bas. pr. *utque dira aut in*, Edd. Rom. *cum dira aut.*—10 Mss. Torr. *Pont. Max.* Ed. Junk. *Maximus Pontifex*. Mox *commonito* exulat a Memm. Medic. 3. *commonente* Medic. 2. Cop. Huls. *comm. cum Rostr.* Vind. 1. Burm. malebat *commonito populo pro R.* —1 Copulam ex uno Torr. Cod. deleri malebat cum ipso J. F. Gron. sicut abest a Vind. 1. Periz. *commotaque* Cop. *operariorum* cum Mss. restituerunt Oud. et Ern. *operarum* Gron. Grut. Græv. aliique.—2 Pleræque Edd. Vett. et recentt. aliquæ continuant periodum *turb. rerum, &c. conjunxit*, et inde nov. Cap. ordiuntur. Aliæ distinguunt post *turba*, sed Cap. nov. a *Jurisd.* in-

NOTÆ

noctuæ, quas lugubres aves appellat Horatius libro III. Od. 3. 'Trojæ renascens alite lugubri Fortuna,' &c. et malas, Od. 10. Epod. quarum causa semper pavefacti Romani usque, ut totam civitatem quondam lustrarint, propter bubonem Capitolini Jovis cellam ingressum, ut narrat Plinius lib. X. cap. 12. ubi de hac superstitione alia multa. Lucanus quoque varias hac de causa cærimonias describit lib. I. Pharsal. Vulgati legebant hic, *ob dira aut in Urbe aut in Capitolio*. Quod codicum fide Turnebus emendavit lib. XXII. cap. 31.

[d] *Præiret*] Hoc est, prælegeret, ut reliqui mox sequerentur idem repetentes, solennia nempe quædam verba, quibus fiebat obsecratio. Hinc Livius lib. VIII. 'Agedum Pontifex publicus populi Romani, præi verba.' Et Plinius lib. XXVIII. cap. 2. 'Vidimus,' inquit, 'certis precationibus obsecrasse summos magistratus, et ne quid verborum prætereatur, aut præposterum dicatur descripto præire aliquem, rursusque alium custodem dari, qui attendat, alium vero præponi, qui favere linguis jubeat, tibicinem canere, ne quid aliud exaudiatur.'

[e] *Summotaque operariorum servorumque turba*] Utpote quæ ut maxima pars peregrinorum esset; (viliores enim artes ad bellum nati Romani non multum coluere;) hos ergo peregrinos viliores esse censuit, quam ut solennibus populi Romani sacris interessent, vilissima quippe illa turba maxime post mutatam Rempublicam; nam antea ad honores et suffragia admissa quandoque legitur apud Halicarnasseum lib. II. et VI. ubi turbam hanc a civibus separat.

[f] *Actum*] Patet hic intelligendum eodem sensu quo supra cap. 15. et videtur loqui de semestribus illis consiliis, quæ ab Augusto instituta retulit: supra in Augusto cap. 35.

[g] *Fidei commissis*] Ea sunt, quæ restituenda fidei alicujus committuntur: quibus enim hæreditatem vel legata relinquere non poterant, quales erant peregrini, sed et cœlibes, et orbi, &c. post legem Papiam, de qua supra in Augusto ad c. 34. iis si quid a se relictum vellent, eorum fidei committebant, qui capere ex testamento poterant: hoc est, illis ea conditione dabant, ut restituerent. Quæ ideo fideicommissa appellata sunt,

annis et tantum in Urbe delegari magistratibus solitam, in perpetuum[3] atque etiam per provincias potestatibus demandavit. Capiti Papiæ Poppææ[4][h] legis, a Tiberio Cæsare, quasi sexagenarii[i] generare non possent, addito,[k] obrogavit.[5][l] Sanxit, ut pupillis extra ordinem[m]

choant. Habet Vind. 1. *Rer. spacium actum.*—3 Guj. mallet *deleg. solit. mag. in perpetuum, atque, &c.*—4 *Poppææ* deest Vind. 2. Fonc. Cort. Periz. Edd. Rom. *Pompeæ* vel *Pompeiæ* Vind. 1. Harlem. Cop. pluresque cum Edd. Ven. Bon. al. *Popeiæ* Bas. Tum verba *a Tib. Cæs.* adjecta ab imperito censuit Torr. et ejecit Cujac.—5 Ita reposuerunt VV. DD. auctoritate Memm. Lisl. Urs. Cuj. Edd. Steph. Bas. post. *edicto obr.* O. Torr. Pal. 1. Medic. Vind. 1. *edito abrog.* Edd. Ven. Bon. Par. *edicto abrog.* Fouc. Pal. duo cum multis al.

NOTÆ

quia nullo juris vinculo continebantur, sed tantum pudore eorum, qui rogabantur. Postea Augustus, ob insignem quorundam perfidiam, quodque rogatus, ut aiunt, per salutem suam diceretur, et ob personarum gratiam, jussit Consulibus auctoritatem suam interponere: quod quia justum videbatur, et populare erat, paulatim in assiduam jurisdictionem conversum est, tantusque favor eorum factus, ut Prætor proprius crearetur, qui de fideicommissis jus diceret, quem fideicommissarium appellabant. Qua de re plura in jurisconsultorum libris ad l. II. ff. de Origine Juris, ubi duos ad id Prætores a Claudio institutos, legere est, et Instit. lib. II. tit. 23.

[h] *Capiti Papiæ Poppææ*] De hac lege in Augusto ad cap. 34. Uno e capitibus illius legis cavebatur, ne quis sexaginta natus annos uxorem duceret minorem annis quinquaginta, ac vicissim; sed caput illud additum fuisse a Tiberio, nemo præter Suetonium dixit; quin e contra Taciti Annal. III. constat, lenitam ab ipso, non auctam Papiæ legis acerbitatem, propter varia illius incommoda, quæ, ut ait idem auctor, 'altius penetrabant, urbemque et Italiam, et quod usquam est civium corripuerant.' Unde 'multorum excisi status, et terror omnibus intentabatur, ni Tiberius statuendo remedio,' &c. Ac tandem 'exsoluti plerique legis nexus levamentum fuere.' Ex quo loco Torrentius credidit voces *a Tiberio* imperiti cujusdam manu additas, et rejiciendas.

[i] *Sexagenarii*] Quin et octogenarii patres plures, ut de Massinissa et Catone censorio legitur.

[k] *Addito*] Sic Casaubonus ex Memmii et Lislæi codicibus, sic et vetus editio Rob. Stephani. Torrentius in suis omnibus *edicto* legit et servat. Vulgati *edito*. Quid si caput illud Papiæ Poppææ legi additum dixeris a Tiberio in sexagenariorum gratiam? Utpote quo permittebantur juniores ducere uxores, antiquato illo ejusdem legis capite, quo prohibebantur: hoc contextu phrasis et sensu: Claudius, quasi sexagenarii generare non possent, obrogavit capiti, quod Tiberius addiderat legi Papiæ, in eorum gratiam. Ut intelligatur Claudius ipse intendisse legis severitatem lenitam a Tiberio, ut constat ex superiore Taciti loco. Quod et cum superiori capite cohærere optime videtur, ubi multa correxisse, et exoleta revocasse dicitur; et ipsius

tutores a Consulibus darentur, utque hi, quibus a magistratibus provinciæ interdicerentur, Urbe quoque et Italia summoverentur. Ipse quosdam novo exemplo relegavit, ut ultra lapidem tertium vetaret egredi ab Urbe. De majore negotio acturus [6] in Curia, medius inter Consulum sellas, tribunicio subsellio [n] sedebat. Commeatus,[o] a Senatu peti solitos, beneficii sui fecit. [24.] Ornamenta consularia[p] etiam procuratoribus ducenariis[q] indulsit. Se-

Legit *adaucto* Gothofr. ad Cap. Leg. Jul. de mar. ord. c. 2.—6 Quædam Edd. distinguunt post *actur.* Dein *medio* Huls. Cop. *et medius* et mox *cepit* pro

NOTÆ

Claudii ingenio, utpote qui procreandis liberis populum dare operam vellet, ut patet exemplo essedarii illius, de quo supra cap. 21. Cui procreationi liberorum obstare crederet conjunctionem illam discrepantium ætatum, ex qua nulli aut nimis imbecilli partus edantur, quæ et Platonis mens est lib. IV. de Legibus.

[l] *Obrogavit*] Vulgati *abrogavit*. Quod aliud significat. Ulpianus lib. I. Institut. 'Lex aut rogatur, id est, fertur; aut abrogatur, id est, posteriori lege tollitur; aut derogatur, id est, pars tollitur; aut subrogatur, id est, adjicitur aliquid primæ legi; aut obrogatur, id est, mutatur aliquid ex prima lege.' Cui adde Legem 101. de verb. signific. et Ciceronem ad Atticum lib. III. epist. 23. quæ est omnium 65.

[m] *Extra ordinem*] Ordinario quippe jure, hoc est, lege XII. Tabularum, si pupillorum pater tutorem testamento non dedisset, proximo agnato tutela deferebatur: quod utrumque si deesset, Prætor urbanus cum majore parte Tribunorum, (decem enim erant Tribuni plebis,) in provinciis vero Præsides illarum, dandi tutoris jus habebant. Quam curam Claudius Consulum esse voluit: quod ad M. Antoninum obtinuit; ab hoc enim, ut narrat Capitolinus, Prætor tutelaris institutus est, quemadmodum a Claudio fideicommissarius.

[n] *Tribunicio subsellio*] Propter sacrosanctam Tribunorum personam, ut in Augusto ad cap. 27. notatum, honoratissimus erat ille locus; et ideo Cæsari Dictatori, ac ceteris post illum Imperatoribus, a Senatu decretus, ut ex Dionis lib. XLII. notavit Casaubonus.

[o] *Commeatus*] Discedendi facultates, de quibus supra ad cap. 16. Refertur forte etiam ad cap. 42. in Jul.

[p] *Ornamenta consularia*] In Julio, ad cap. 76.

[q] *Procuratoribus ducenariis*] De procuratoribus Cæsaris supra ad cap. 12. Cur autem hi ducenarii appellati fuerint, varie varii tradidere. Alii, quod ex decuria judicum ducenariorum essent, de quibus in Augusto cap. 32. Alii, quod ducentesimam ex auctionibus colligerent, de qua Calig. cap. 16. ubi *centesimam* legendum est. Alii denique verius, ut ex Dionis lib. LIII. perspicuum est, quod ducena pro stipendio suo sestertia acciperent, hoc est, 8750.lib. quod ab Au-

natoriam dignitatem[r] recusantibus, equestrem quoque ademit. Latum clavum,[s] quamvis initio affirmasset, non lecturum se Senatorem,[7] nisi civis Romani abnepotem, etiam libertini[8] filio tribuit; sed sub conditione, si prius ab Equite Romano adoptatus esset. Ac sic quoque reprehensionem verens, etiam Appium Cæcum Censorem, generis sui proauctorem,[9][t] libertinorum filios[u] in Senatum allegisse docuit; ignarus, temporibus Appii et deinceps aliquamdiu 'libertinos' dictos,[v] non ipsos, qui manumitterentur,[10] sed ingenuos[w] ex his procreatos. Collegio Quæstorum[x] pro

fecit Vind. 1.—7 *Se sen.* præbent Medic. 1. 3. Dun. Longol. Polit. uterque Vind. Cort. Voss. Cop. Harlem. Periz. et Edd. fere O. sed Gryph. Plant. Casaub. *τὸ se* ejecerunt: reposuit Burm. *non se lect.* Fouc. Mox *ob nepotem* Periz. Harlem. Edd. Rom. Ven. 1. Med. Cald. *Romani* deest Dun.—8 *Libertino* Fouc. *tradidit* pro *tribuit* Vind. 1. *ac si* Medic. 2.—9 Ex duob. Torr. probante ipso, mutavit ordinem Casaub. in *gen. sui proauct. Cens.* Pro *etiam* dant *et* Memm. Dun. Medic. Vind. 1. Cop. Cort. Voss. quare sic edidit Oud. et cum eo Wolf. In Cuj. *per auctorem.*—10 *Manu emitterentur* rescripserunt Oud. Wolf. fide opt. Torr. Periz. Cop. Huls. Medic. Polit. Dun. et Voss. In Ms. legisse se testatur Longol. ad Plin. Ep. x. 16. *non modo qui manumit.*—

NOTÆ

gusto institutum, idem auctor est, ac colligi posse videtur ex cap. 36. in ejus vita.

[r] *Senatoriam dignitatem, &c.*] Vide in Augusto cap. 40.

[s] *Latum clavum*] In Julio, ad cap. 45. et 48. &c.

[t] *Proauctorem*] Hoc est, longa et remota origine auctorem: quo sensu etiam proavus dicitur. De hoc Appio in Tiberio cap. 1.

[u] *Libertinorum filios*] Qui quanquam ingenui sint, eorum tamen lectionem ab Appio Cæco factam adeo ignominiosam censuerunt, ut Plautius, Appii collega, pudore victus, censura se abdicarit, ut refert Livius lib. IX. decad. 1.

[v] *Aliquamdiu libertinos dictos*] Aperte innuit, non ita semper appellatos, sed ipsos qui manumitterentur aliquanto post Appii censuram libertinos quoque nuncupari solitos. Vide et in Augusto cap. 25.

[w] *Ingenuos*] Hos enim liberos nasci placuit, qui ex patre et matre manumissis nascerentur: ingenuus autem is est, qui statim, ut natus est, liber est. Unde Horatius, quamvis libertino patre natus, ingenui tamen se filium prædicat, Sat. VI. lib. I. vs. 20. 'censorque moveret Appius, ingenuo si non essem patre natus.' Ex qua etiam satira patet, libertinos ab Horatio pro ingenuis habitos: versu enim 45. 'Nunc ad me redeo, libertino patre natum.'

[x] *Collegio Quæstorum*] De quæstura, quæ primus erat magistratus urbanus, supra in Julio cap. 6. Ad Quæstores pertinebat sternendas vias curare, quod immutatum notat hic Suetonius. Gladiatorum meminit Tacitus lib. XI. Annal. 'P. Dolabella

stratura viarum gladiatorium[1] munus injunxit;[x] detractaque[2] Ostiensi et Gallica provincia,[y] curam ærarii Saturni[z] reddidit, quam medio tempore[a] Prætores, aut, uti nunc,[3][b]

1 Ita Dun. Cort. seu Lys. In plurimis et scriptis et editis *gladiatorum.* Emendarunt Lips. Oud. Wolf. &c. Dein pro *injunxit* Lys. ac marg. Vind. 2. *indulsit.*—2 Vind. 1. *detrectaque.* Vind. 2, a m. pr. Fouc. Periz. et Edd. sæc. xv. *decretaque.* Tum *Gallia* Periz. Edd. Ven. Legit Torr. *callium prov.* Item *cura ær.* Dun. *Saturni* Vind. 1.—3 Sic cum Memm. ac Turneb. Adv. xxii. 32. exhibent Medic. 3. Polit. et revocarunt Oud. et Ern. *aut utique tunc* Mss. Torr. Edd. Ven. 2. 3. Bon. Bas. Gryph. et al. *aut utique nunc* Periz. Harlem. Edd. Ven. 1. Plaut. &c. Vulg. lect. *aut utique præt.* invexere Torr.

NOTÆ

censuit munus gladiatorum edendum pecunia eorum, qui quæsturam adipiscerentur.' Mutavit rursus Nero, eodem auctore lib. xiii. qui voluit 'ut ne designatis quidem Quæstoribus edendi gladiatores necessitas esset:' et restituit Domitianus: infra in ejus vita cap. 4.

[y] *Ostiensi et Gallica provincia*] Torrentius emendandum censet, *et callium Provincia,* eodem sensu quo in Julio cap. 19. totam enim Galliam ampliorem fuisse credit, quam ut Quæstoria tantum esset. Hunc refellit Dionis auctoritate Casaubonus: libro quippe LV. clare docet, Quæstores ab Augusto præfectos oræ maritimæ usque ad urbem, (quæ Ostiensis ista provincia est, de qua hic sermo,) et quibusdam aliis Italiæ locis, inter quæ Galliam intelligit, non quidem totam, sed eam tantum partem quæ administrationi Quæstorum subjacebat, quam circumpadanam fuisse, colligere est ex Plutarcho in vita Sertorii. Ostiensis meminit quoque Cicero in Oratione pro Murena; unde patet male a quibusdam legi *decreta* pro *detracta.*

[z] *Ærarii Saturni*] De eo sic Macrobius lib. i. Saturnal. cap. 8. 'Ædem Saturni Romani ærarium esse voluerunt, quod tempore, quo incoluit Italiam, fertur in ejus finibus nullum esse furtum commissum, aut quia sub illo nil erat cujusquam privatum. 'Nec signare solum aut partiri limite campum Fas erat, in medium quærebant.' (Virgil. Georgic. i.) Ideo apud eum locaretur populi pecunia communis, sub quo fuissent cunctis universa communia.' Cujus rei causas et alias enumerat Plutarchus in Problematis; quarum præcipua est, quod Valerius ille Publicola, a quo id institutum, ductus est opportunitate loci, quem, utpote editum, ab insidiis tutissimum existimavit.

[a] *Medio tempore*] Ab Augusto ad Claudium: quod ita se habet: usque ad tempora Julii Cæsaris, cura ærarii fuit penes Quæstores, supra in Julio cap. 6. Quarto Julii consulatu, dum ipse esset in Hispania, nulli Quæstores creati; cura autem ærarii ad Æediles translata, auctore Dione lib. xliii. A quibus non ad Quæstores pro veteri consuetudine rediit, sed ad Prætores Prætoriosve, Augusto volente; in ejus vita c. 36. Unde Torrentius merito suspicatur, auctum ab eo Prætorum numerum. Hinc etiam Prætores ærarii leguntur apud Frontinum, et postea Præfecti ærarii apud Gellium lib. xiii. cap. 23.

[b] *Uti nunc* [*utique*] Multi tam vulgati, quam Mss. legunt, *aut utique*

prætura functi, sustinuerant. Triumphalia ornamenta Silano,[c] filiæ suæ sponso, nondum puberi, dedit; majoribus vero natu tam multis, tamque facile,[4] ut epistola communis legionum nomine extiterit,[5] petentium, 'ut legatis consularibus[d] simul cum exercitu et triumphalia darentur, ne causam belli quoquo modo quærerent.' A. Plautio etiam ovationem[e] decrevit; ingressoque Urbem obviam progressus, et in Capitolium eunti, et inde rursus revertenti latus texit.[f] Gabinio Secundo, Chaucis, gente Germanica, superatis, cognomen 'Chaucius'[6][g] usurpare concessit. [25.] Equestres militias[7] ita ordinavit, ut post cohortem[h]

Casaub. et Burm. et sic dant Medic. 1. 2. Vind. Cort. Dun. al. Mox rursus, ut cap. 27. *Syllano* v. *Sillano* Mss. et Edd. aliquot.—4 *Facilis* Vind. 1. Dein *communis* tuentur Memm. Fouc. Dun. et O. Codd. Burm. et Oud. cum Edd. Vett. præter Bas. post. Casaub. &c. In Mss. Torr. et Urs. *communi*, ipsis cum Oud. comprobantibus.—5 Suadet Ern. *exierit*. Tum *cum exerc. sim.* Cujs *caus. quoquo modo bel.* Periz. Edd. Rom. Med. Ven. *vel si quærerent* Vind. 1. —6 Invertit ord. Oud. e Mss. tantum non O. Vulgo *Chauc. cogn.* In Memm. *Cauchis* et *Cauchius*, et ita Cop. pluresque, et recepit Oud. *Caucicus* vel *Caucici* Codd. Torr. ipso probante. *Thaucis* et *Thauchius* Periz. *Chaucis* et *Cauchius* Cuj. Ed. Rom. sec. *Caucis* et *Caucius* Ven. 1. Lugd. Arg. Junt. al. Ceterum hic putat legendum Baumg. *Chaucii* vel *Chaucium*. Supra *Plancio* in Fouc. ut alibi.—7 Conj. Lips. in ora Cod. sui *semestres milit.* repugnantib. Casaub.

NOTÆ

tunc. Turnebus, *uti nunc*, ut referatur ad Suetonii tempora, cui etiam favet locus Gellii. Sed prior lectio stabilitur supradicto Augusti cap. 36.

[c] *Silano*] Hunc, quanquam Claudio tunc temporis carissimum, postea perdidit Agrippina, ut ex Taciti lib. XII. initio patet.

[d] *Legatis consularibus*] De Legatis in Aug. cap. 47. &c.

[e] *Ovationem*] Quale sit istud triumphi genus, in Tiberio cap. 1.

[f] *Latus texit*] Dextrum latus incedendo honorificentius erat, et interior dicebatur qui a dextro latere incedebat. Ovid. v. Fast. 'Et medius juvenum, non indignantibus ipsis, Ibat, et interior, si comes unus erat.' Qui vero a sinistro, ille dicebatur exterior: Horatius Sat. 5. lib. II. vers. 17. 'ne tamen illi Tu comes exterior, si postulet, ire recuses:' quod et *latus tegere* dicebant, ut ibidem Horatius declarat superiori versui respondens: 'Utne tegam spurco Damæ latus?' et Eutropius loquens de triumpho ejusdem Plautii, qui plura fortiter gesserat in Britannia: 'Triumphantem ipse (Claudius nempe) prosequeretur, et conscendenti Capitolium lævus incederet.'

[g] *Chaucius*] Chauci sunt populi Germaniæ, majores scilicet inter Albim et Visurgim fluvios, *l'Elbe et le Weser*, quorum caput *Breme*; et minores inter Visurgim et Amasium, qui hodie *Ems* in Frisiæ et Westphaliæ confiniis. Majores Chaucos alii locant, ubi nunc Luneburgenses.

alam, post alam tribunatum legionis daret: stipendiaque instituit, et imaginariæ militiæ genus, quod vocatur 'Supra numerum,'[i] quo absentes, et titulo tenus, fungerentur. Milites domos[8] senatorias salutandi causa ingredi, etiam Patrum decreto prohibuit. Libertinos, qui se[9] pro Equitibus Romanis agerent, publicavit.[k] Ingratos,[l] et de quibus patroni quererentur, revocavit in servitutem;[m] advocatisque eorum negavit, se adversus libertos[10] ipsorum jus dicturum. Cum quidam ægra et affecta mancipia in insulam Æsculapii[n] tædio medendi exponerent, omnes, qui expo-

et Grut. et alibi, teste Burm. *equestres pedestresque*. Tum *post aliam* Fouc. Pro *supra* præbent *super* Pal. 1. 2. cum aliis paucis atque Edd. O. ante Casaub. In Edd. Schild. Pitisc. *vocaretur*, Periz. a m. pr. *ex tit.*—8 Ita rescripsit Oud. pro *domos*, cum Medic. Polit. Vind. 2. Cort. Voss. Cop. Harlem. Periz. a m. pr. et Edd. ante Steph. *salut. gratia* Huls. *decreto* abest a Cop.—9 *Quod se* Dun. τὸ *se* delendum mallet Græv. faventib. Ern. Oud. Postea *ingr. de quib.* ejecto *et*, suadet Torr.—10 *Liberatores* legi jussit Guj. Ex Periz. Harlem. et Edd. ante Bas. reposuit Burm. *insula*. In iisdem Mss. et Edd. desunt verba *omn. qui reponer.* et ideo suspecta sunt Torr. Burm. Ern. Oud. Ceteri Codd. servant, nisi quod *omnes* a m. pr. desit Medic. 1. et *qui exp.* erasa sint

NOTÆ

[h] *Post cohortem*] Vide in Augusto c. 38. ubi alius militiæ ordo. Alæ quippe sociorum distributorum in decem cohortes, quarum singulæ 360. homines continebant. Suetonii vero temporibus alas nonnisi equitum auxiliariorum fuisse contendunt, de quibus fuse Lipsius lib. II. de Militia cap. 6. et 7. et Salmasius commentario de Militia.

[i] *Supra* [*super*] *numerum*] Alii legunt *supra*. Supernumerarii milites apud Vegetium lib. II. cap. 1. sunt, qui post completam legionem addebantur, qui et 'accensi' appellati. Sed ab his diversi, de quibus hic sermo.

[k] *Publicavit*] Non definit an bona duntaxat illorum proscripserit: quo sensu supra cap. 8. an vero ipsorum quoque personas, ut de famosis fœminis, supra Tib. c. 75. Tam utrumque fieri potest quam alterutrum. Vide et Aug. cap. 24.

[l] *Ingratos*] 'Ingratus libertus est, qui patrono obsequium non præstat, vel res ejus, filiorumve tutelam, administrare detrectat.' Ex lege XIX. ff. de Jure Patronatus. Aut qui patrono delatores summiserit ad faciendam ei status controversiam, (num scilicet liber, num servus esset,) ut lege V. ff. eodem, ubi hujus constitutionis meminit juriscons.

[m] *Revocavit in servitutem*] Exemplo Atheniensium, quorum in Urbe adversus ingratos actio constituta est, de qua Valerius Max. lib. V. cap. 3.

[n] *Insulam Æsculapii*] Dicitur hodie Insula Sancti Bartholomæi, eademque insula Tiberina dicebatur, de qua Livius lib. II. initio, antequam Æsculapius, ingruente peste, Romam Epidauro deferretur, de quo idem Livius

nerentur, liberos[1] esse sanxit, nec redire in ditionem domini, si convaluissent: quod si quis necare quem mallet,[o] quam exponere, cædis crimine teneri. Viatores ne per[2] Italiæ oppida, nisi aut pedibus, aut sella, aut lectica[p] transirent, monuit edicto.[q] Puteolis et Ostiæ singulas cohortes ad arcendos incendiorum casus collocavit. Peregrinæ conditionis[r] homines vetuit usurpare Romana[3] nomina, duntaxat gentilicia.[s] Civitatem Romanam usurpantes in campo Esquilino[t] securi percussit. Provincias Achaiam

in Vind. 2.—1 *Libertos* Edd. Rom. Dein *redirent* Medic. 1. *nisi* Medic. 3. et alio ord. *mallet quem* Periz. Harlem. et Vett. Edd. præter Steph. quem Casaub. et recentt. secuti; *quamquem* Ed. Ald. *quem vellet mallet* Vind. 1. τὸ *quem* ejectum velit Ern. cum Lips. et Burm.—2 *Nec per* Harlem. Periz. Edd. Rom. Ven. Med. Cald. Lugd. Pro *Italiæ* in Dun. *viale*.—3 Deest *Romana*

NOTÆ

lib. x. decad. i. et Valerius Maximus lib. i. cap. 8. et Ovidius xv. Metam. Ibi exstructum Æsculapio templum, in quo ægri exponebantur ad captanda somnia: et Torrentius testis est, Romæ extare tabellas marmoreas, quibus etiam hujusmodi miracula enarrantur. De hoc more servos infirmos exponendi Zonaras et Dio plura narrant, ac jureconsulti ad leg. ii. ff. Qui sine manumissione ad libertatem proveniant: 'Servo quem pro derelicto dominus ob gravem infirmitatem habuit, ex Edicto D. Claudii competit libertas.' Quin et recens natos infantes vel occidere vel exponere ad cædem liceret: quod jus ab Imperatoribus Christianis postea, quanquam non statim, sublatum est, ut patet ex codice Theodosiano tit. de expositis.

[o] *Necare quem mallet*] Hæc enim ipsis tam in filios quam in servos potestas erat. Unde Cato senior male audivit, quod ægra et senio debilitata mancipia domo exigeret, victumque negaret. Quæ severitas multis postea modis coërcita est. Vide titulum apud Justinianum 'de iis qui sui, vel alieni juris sunt.'

[p] *Sella, aut lectica*] Quæ servorum corporibus bajulabantur, ut ex Calig. cap. 58. notare est.

[q] *Edicto*] Torrentius existimat hujus edicti causam fuisse, ne viæ corrumperentur, quemadmodum de Adriano narrat Spartianus, vehicula nempe cum ingentibus sarcinis Urbem ingredi prohibita, ut nec in equis sedere in civitatibus: quod et in Antonino Capitolinus.

[r] *Peregrinæ conditionis*] Qui nempe non erant cives, ut supra cap. 15. Civitatem hic patet intelligi jus civitatis, ut in Julio cap. 8.

[s] *Gentilicia*] Ea sunt nomina, quæ gentem et originem, non vero gentis familias indicarent. De quibus in Tiberio cap. 1. et in Julio cap. 1.

[t] *Campo Esquilino*] Mons Esquilinus unus est e septem Romanis montibus, et ejusdem nominis porta est, extra quam supplicium de nocentibus sumebatur, Tacit. Annal. ii. ubi et pauperum vel amburi vel semiambusta projici cadavera solebant. Horatius

et Macedoniam,[u] quas Tiberius ad curam suam transtulerat, Senatui reddidit.[v] Lyciis,[w] ob exitiabiles inter se discordias, libertatem ademit: Rhodiis, ob pœnitentiam veterum delictorum, reddidit. Iliensibus,[x] quasi Romanæ gentis auctoribus, tributa in perpetuum remisit; recitata vetere epistola Græca Senatus populique Romani, Seleuco[4][y] regi amicitiam et societatem ita demum pollicentis, si consanguineos suos Ilienses ab omni onere immunes præstitisset. Judæos,[z] impulsore Chresto[5][a] assidue tumultuantes, Roma expulit. Germanorum legatis in orchestra[b] sedere[6] permisit, simplicitate eorum et fiducia

Edd. Junt. Arg. Ald. Steph. Tum verba *dunt. gent.* a glossatore addita censet Burm. *gentilia* Periz. a m. pr. Edd. Ven. Med. pr. Dein *Esquilinio* Medic. tres.—4 In Polit. *Seleucoque*. Mox *pollicenti* Periz. Harlem. Edd. Rom. Ven. Bon. Junt. *pollicentes* Voss.—5 *Cherestro* Fonc. uterque Vind. Cort. Periz. Ed. Rom. sec. *Chrestro* Harlem. Cuj. Edd. Ven. 1. Med. pr. Cald. *Christo* Bon. Lugd. Junt. Ald. Arg. Junk. al. In Mss. Torr. uno demto, aut *Cherestro* aut *Chirestro*. Item *adsiduo* Medic. 3.—6 *Sedem* Huls. Vind. 1. in quo

NOTÆ

Ode 5. Epod. in fine: 'Post insepulta membra different lupi, Et Esquilinæ alites,' &c.

[u] *Achaiam et Macedoniam*] De his in Julio cap. 25. et Tib. cap. 16. et 24.

[v] *Senatui reddidit*] Imperator, Augusti instituto, provinciarum alias sibi servabat, alias populo tradebat gubernandas. In Augusto cap. 47.

[w] *Lyciis*] Lycia Asiæ regio est, hodie *Aldinelli*, vel, ut alii volunt, *Bricquia*. Reddere libertatem Urbi vel provinciæ, est suis illam legibus administrandam permittere, contra vero eandem tollere.

[x] *Iliensibus*] His et Romanis magna necessitudo, cujus meminit et Livius decad. IV. lib. VII. et VIII. lib. I. ad cap. 79. Infra in Nerone cap. 7.

[y] *Seleuco*] Uni ex Syriæ regibus, post Alexandrum Magnum.

[z] *Judæos*] Tam Græci quam Latini auctores illius sæculi, Christianos Judæis annumerant. Judæos igitur hic intellige proprie dictos, qui, non quidem impulsore Christo Domino, jam enim passus erat mortem, imperante Tiberio: Tacitus Annal. XV. de Christianis loquens: 'Auctor nominis Christus, qui, Tiberio imperitante, per Procuratorem Pontium Pilatum supplicio affectus erat:' sed occasione Christi, cum discipulis ejus dissidebant.

[a] *Chresto*] Sic Torrentius in uno e suis libris, cum in aliis omnibus legeretur *Cheresto*, aut *Cherestro*, vel *Chiresto*. Nostram lectionem Tertulliani et Lactantii tuetur auctoritas; hi enim docent Christum Salvatorem sic ab impiis derisoribus appellari solitum, mutato *i* in *e* per contumeliam, ut de Pertinace Capitolinus tradidit, eum scilicet 'Chrestologi' nomine appellatum, quod bona loqueretur, mala perpetraret.

[b] *Orchestra*] Loco in spectaculis honoratissimo, in Julio cap. 39. et

motus, quod in popularia[c] deducti, cum animadvertissent Parthos et Armenios[7] sedentes in Senatu,[d] ad eadem loca sponte transierant, nihilo deteriorem virtutem aut conditionem suam prædicantes. Druidarum[8][e] religionem apud Gallos, diræ immanitatis, et tantum civibus sub Augusto interdictam, penitus[f] abolevit. Contra sacra Eleusinia[9][g] etiam transferre ex Attica Romam conatus est; templumque[10] in Sicilia Veneris Erycinæ,[h] vetustate collapsum, ut ex ærario populi[i] Romani reficeretur, auctor fuit. Cum regibus fœdus in Foro icit,[1] porca cæsa,[k] ac vetere Fecia-

etiam *orchestram*. Tum *commotus* solus edidit Oud. fide Medic. 2. 3. Polit. Vind. Cort. Huls. Voss. quibus accedit Dun.—7 *Armenos* Vind. 1. cum duob. Burm. Edd. Rom. Ven. Med. pr. Conj. Torr. *in senatoriis*. In Vind. 1. *transierunt*.—8 Memm. *Driadarum*, et ita Dun. Medic. 1. 2. Huls. Cop. *Dryadar*. Medic. 3. Voss. Edd. Rom. sec. Med. Cald. ut volebat Salm. *Dryadorum* Cuj. *Dryidar*. Ed. Ven. 1. *Dryudar*. duæ reliquæ et Bas. *Druydar*. Bon. Lugd. Junt. Ald. al.—9 *Eleusina* Periz. Harlem. Dun. Medic. 2. et Edd. Vett. O. præter Steph. Ald. Bas. post. &c. probante Salm. ad Lamprid. Alex. c. 18. Nostr. lect. cum optimis Mss. defendit Oud.—10 Ita Memm. Medic. Fouc. Polit. Vind. 2. Cop. Voss. quare receperunt Oud. et Ern. pro vulg. *templum quoque*. Tum *Eryciniæ* Harlem. Edd. Ven. Lugd. *in ex ær.* Cuj.—1 *Jecit* Memm. Dun. Medic. Vind. Voss. cum quatuor Burm. et Edd. ante Sab. Dein *facilium* Huls. *fetial.* Memm. ac plures Oud. item Edd. Torr.

NOTÆ

supra cap. 21. &c.

[c] *Popularia*] Populi in spectando loca. In Julio cap. 39. &c.

[d] *In Senatu*] In locis Senatoriis, orchestra scilicet, quomodo infra Domit. cap. 8. 'sedere in Equite' pro 'in Equestribus,' et Ner. cap. 12.

[e] *Druidarum*] Druidæ antiqui Gallorum Sacerdotes, omnibus noti, quorum immanitas in eo sita erat, quod sanguine captivo sacrificarent, et ex hominum fibris anguria captarent.

[f] *Penitus*] Romæ tantum, non autem in ipsa Gallia, ut ex Tacito colligere est Annal. XIV. et ex Vopisco, qui Druidas ab Aureliano consultos narrat, &c.

[g] *Sacra Eleusinia*] In Augusto cap. 93.

[h] *Veneris Erycinæ*] Eryx mons et urbs in Sicilia, ubi celebre illud templum a conditore Veneris filio appellatum, de quo Virgilius v. Æneid. 'Tum vicina astris Erycino in vertice sedes Fundatur Veneri Idaliæ,' &c. Dicitur hodie *di San Giuliano*. Ideo autem dixit 'in Sicilia,' quia et Romæ unum erat hoc nomine templum, prope portam Collatinam.

[i] *Ærario populi*] Non ergo ex sua pecunia, sed ex publica populi. Principis enim fiscus, non ærarium dicebatur. In Augusto cap. 15.

[k] *Porca cæsa*] Sic et Virgilius lib. VIII. Æneid. 'cæsa jungebant fœdera porca;' ideoque, ut ait Festus, 'porci effigies in militaribus signis locum obtinebat, quia, confecto bello, inter quos pax fieret, cæsa porca, fœdus firmare solebant.' Porcam hanc mi-

lium[1] præfatione adhibita. Sed et hæc, et cetera, totumque adeo ex parte magna principatum, non tam suo, quam uxorum libertorumque arbitrio, administravit;[2] talis ubique plerumque, qualem esse eum,[3] aut expediret illis, aut liberet. [26.] Sponsas admodum adolescens duas habuit: Æmiliam Lepidam, Augusti proneptem;[m] item Liviam Medullinam, cui et cognomen[4] Camillæ erat, e genere antiquo Dictatoris Camilli. Priorem, quod[5] parentes ejus[n] Augustum offenderant, virginem adhuc repudiavit: posteriorem ipso die, qui erat nuptiis destinatus, ex valetudine amisit. Uxores deinde[6] duxit Plautiam Urgulanillam,[o]

Palm. *ac vetere* desunt Dan.—2 *Ministravit* Cop. Huls. Mox Urs. ex suo Cod. cum Torr. *utique* prætulit; atque ita olim R. Steph. nuper Burm. Ern. Bip. edidere. In una Ed. Ven. *ubi pl.*—3 Edd. Rom. *eum esse*, *exp. aut lib. ill.* Vind. 1. *liberaret* Cuj.—4 Memm. cum Dan. duobus Burm. aliisque, et Edd. ante Casaub. *cogn. et.* Vind. 1. habet *Medulliam*, Cuj. *Leviam.* Conj. Burm. legend. *Camilla.* In Medic. 3. *Camilli s.* et Gron. marg. allevit, quod pro *scilicet* exaratum existimat Oud.—5 *Quodquot* Memm. unde suasit Burm. *quod quondam.* In Vind. 1. *offend. Aug.* Deest *adhuc* Dan. Medic. 1. a m. pr. *nuptui dest.* Vind. 1.—6 *Diu* Perizs. Dein *Planciam* Medic. 3. Polit. Vind. 1. *Herculanillam* Viterb. Pal. 3. aliique scripti Burm. et Oud. *Ergulan.* Pith. Pal. duo, Cop. Medic. 1. 3. Voss. Sed *Urgan.* Memm. opt. Torr. et correxerat Lips. Mox *cum et Sergul.* Medic. 1. et ibi Memm. cum ceteris *Ergan.*—

NOTÆ

nister ille qui a patrando fœdere 'pater patratus' dicebatur, recitatis carminibus, silice feriebat, Jovem precatus, ut eodem modo populum illum feriret, qui prior a fœdere defecisset; unde etiam 'icere fœdus' dictum volunt. Quæ omnia fuse describuntur apud Livium lib. I. decad. I. ubi tamen 'porcum,' non 'porcam,' assidue dicit.

[l] *Fecialium*] Feciales fœdera inibant, et quasi fidei publicæ præfecti. Sacerdotes erant, quorum collegium jam inde a Numa Pompilio institutum, ex eorum quippe collegio sumebatur pater patratus, qui proferret solennia verba, quæ Tranquillus hic appellat 'veterem præfationem,' quæ extat apud eundem Livium ibidem, ubi de fœdere Romanos inter et Albanos, quod omnium primum fuisse indicat.

[m] *Æmiliam Lepidam, Augusti proneptem*] Quod ita se habet. Julia Augusti filia, in Augusto cap. 63. nupsit Agrippæ, ibidem, ex quo suscepit Juliam, Augusti igitur neptem, ibidem cap. 64. quæ Lucio Æmilio Paulo nupta, ibidem, Æmiliam hanc genuit, Augusti, ut patet, proneptem, si quidem Juliæ neptis ejus filia fuit.

[n] *Parentes ejus*] Pater conjuratione in Augustum cap. 19. et 65. in Augusto, mater vitæ turpitudine, unde ipsam et matrem 'carcinomata sua' vocabat Augustus: cap. 65.

[o] *Urgulanillam*] Sic Torrentius emendavit, ex Tacit. Annal. II. et IV.

triumphali,[p] et mox Æliam[7] Petinam, consulari patre. Cum utraque divortium fecit: sed cum Petina, ex levibus offensis; cum Urgulanilla, ob libidinum probra et homicidii suspicionem. Post has Valeriam Messalinam, Barbati Messalæ,[8] consobrini sui,[q] filiam, in matrimonium accepit. Quam cum comperisset, super cetera flagitia[r] atque dedecora, C. Silio[s] etiam nupsisse, dote inter Auspices[9] consignata,[t] supplicio affecit; confirmavitque pro concione apud prætorianos, 'Quatenus[u] sibi matrimonia male cede-

7 Mss. et Edd. quidam *Heliam*, *Eliam*, ac *Petiniam*, et mox *Petiniæ*. In Vind. 1. *cons. ipso patr.*—8 Desunt *Barb. Mess.* duob. Torr. Edd. Rom. In Periz. erant, sed linea subducta, unde locus suspectus. Non habet *consob. sui* Cop. Ad Tac. Ann. XI. 37. tentavit Lips. *et consobrinæ suæ*. Item *Barbari* Edd. Ven. 2. 3. Lugd. Junt. Arg.—9 *Aruspices* unus Torr. Tum *et dote* Dun. In uno Torr. *quod matr. sibi*, altero *quia matr. sibi*. Marg. Ed. Bas. etiam *quod*.

NOTÆ

et maxime inscriptione, qua patet, id cognomen fuisse Plautiorum familiæ.

[p] *Triumphali*] Patre scilicet, qui triumphi honore quondam auctus esset: probat et eadem inscriptio, quam ex veteri Plautiorum sepulcro in via Tiburtina erutam, laudat hic Torrentius, quam videsis in calce operis.

[q] *Consobrini sui*] Quid sit, in Caligula cap. 26. *Consobrinæ* legendum censet Lipsius lib. XI. Annal. Taciti, et bene, nisi si Claudii consobrinus dictus fuerit propter Domitiam uxorem suam, quæ vere Claudii consobrina fuit. Claudius enim et Domitia matres habuere duas sorores Antonias. De Claudio constat ex cap. 1. supra, de Domitia ex cap. 5. et 6. infra in Nerone.

[r] *Cetera flagitia*] Famosissima Messalina, cujus inauditas libidines retulere Tacitus, Aurelius, et stylo satirico tam atrociter perstrinxit Juvenalis Sat. VI. et X.

[s] *C. Silio*] De quo Juvenalis Sat. X. vs. 330. 'cui nubere Cæsaris uxor Destinat, optimus hic et formosissimus idem Gentis Patriciæ,' &c. Jam erat Consul designatus. De hoc matrimonio Tacitus lib. XI. Annal. 'Nec ultra expectato, quam dum sacrificii gratia Claudius Ostiam proficisceretur, cuncta nuptiarum solennia celebrat.' Ubi addit, fabulosum hoc posteris visum iri, se tamen nil composuisse miraculi causa, verum a senioribus audita scriptaque tradere.

[t] *Dote inter Auspices consignata*] Hoc est, adhibitis notariis, qui de dote tradenda testimonium redditurì, signarent tabulas matrimoniales. Juvenalis ibid. 'Veniet cum signatoribus auspex.' Nec enim matrimonia, ut nec alia majoris momenti negotia, sine auspicio transigebantur. Hæc omnia fuse Tacitus lib. XI.

[u] *Quatenus*] Pro *quoniam* ponitur etiam apud Plinium et Florum. Torrentius in uno Ms. legebat *quod*, in altero, *quia*, et in optimo *quatinus*. Quæ omnia eadem significant. Horatius Sat. 3. lib. I. 'Denique quatinus excidi penitus vitium iræ, Cetera item nequeunt.'

rent, permansurum se in cœlibatu: ac nisi permansisset, non recusaturum[10] confodi manibus ipsorum.' Nec durare valuit, quin de conditionibus[v] continuo tractaret, etiam de Petinæ, quam olim exegerat, deque Lolliæ Paulinæ,[w] quæ C.[1] Cæsari nupta fuerat. Verum illecebris Agrippinæ, Germanici[x] fratris sui filiæ, per jus[2] osculi[y] et blanditiarum occasiones pellectus in amorem, subornavit, proximo Senatu qui censerent,[3] cogendum se ad ducendum eam uxorem, quasi Reipublicæ maxime interesset; dandamque ceteris veniam talium conjugiorum, quæ ad id tempus incesta[4][z] habebantur. Ac vix uno interposito die confecit nuptias; non repertis,[a] qui sequerentur exemplum, excepto libertino quodam, et altero primipilari,[b] cujus officium[c] nuptiarum et ipse cum Agrippina celebravit. [27.] Liberos ex tribus uxoribus tulit: ex Urgulanilla Drusum et Claudiam: ex Petina[5] Antoniam: ex Messalina Octaviam, et quem primo Germanicum, mox Britannicum[d] cognominavit. Drusum

De diversa scribendi ratione *quatenus* v. *quatin.* in h. l. vid. Burm.—10 *Recus. se* Fouc. *se conf.* Cort. Cop. Mox *egerat* Harlem.—1 Pro *C.* dant *T.* Edd. Rom. inde *Tiberio* uterque Vind. *Tyberio* Fouc.—2 *Per illius* Vind. 1. *per ejus* marg. Gryph. Postea *occasionem* Medic. 1. Cop. *præallectus* Harlem. Edd. Ven. Med. pr. Cald. Lugd. *pollectus* Vind. 1. *pellatus* Dun.—3 Ita Medic. Vind. Polit. Cort. Dun. Periz. Pulm. Edd. Rom. Junt. Ald. Bas. Steph. Gryph. Plant. Col. Dol. Gron. item Burm. Oud. Ern. Bip. In aliis *censeret*. In Cuj. *se* post *cog.* non comparet. Vind. 1. *in uxorem.*—4 Edd. Bon. Par. *incestum.* Tum *exequerentur* Vind. 1. Infra *nupt. offic.* Medic. 1. 3. Vind. 2.—

NOTÆ

[v] *Conditionibus*] Matrimoniorum.

[w] *Lolliæ Paulinæ*] In Calig. cap. 25.

[x] *Agrippinæ, Germanici*] Qui et quot Germanico liberi, in Caligula cap. 7. De hac Agrippina infra in Nerone plura.

[y] *Jus osculi*] Quanquam enim prohibita fuissent a Tiberio oscula, in Tiberio cap. 34. non tamen inter personas tanta propinquitate junctas, ut ibidem notatum est.

[z] *Incesta*] Quæ matrimonia, ab aliis postea Imperatoribus varie vetita et permissa sunt. De quibus plura apud jurisconsultos.

[a] *Non repertis*] Unum duntaxat repertum ait Tacitus lib. XII. 'Neque repertus est nisi unus talis matrimonii cupitor, Tolledius Severus, Eques Romanus, quem plerique Agrippinæ gratia impulsum ferebant.'

[b] *Primipilari*] Supra in Tiberio c. 37.

[c] *Officium*] De ejusmodi officiis in Augusto cap. 53.

[d] *Britannicum*] Propter devictam a patre Britanniam. De hoc, et Agrippinæ in illum insidiis, infra passim.

Pompeiis[e] impuberem[6] amisit, piro,[7] per lusum in sublime jactato et hiatu oris excepto, strangulatum; cui et ante paucos dies filiam Sejani despondisset.[†] Quo magis miror, fuisse, qui traderent, fraude a Sejano necatum. Claudiam, ex liberto[8] suo Botere conceptam, quamvis ante quintum mensem divortii natam, alique cœptam, exponi tamen ad[9] matris januam, et nudam jussit abjici.[f] Antoniam Cn. Pompeio Magno, deinde Fausto Syllæ,[‡] nobilissimis juvenibus, Octaviam Neroni privigno[g] suo collocavit,[§] Silano ante desponsatam. Britannicum, vicesimo imperii die, inque secundo consulatu natum sibi, parvulum etiam tum, et militi,[10] pro concione manibus suis gestans, et plebi, per spectacula gremio aut ante se retinens, assidue commendabat, faustisque ominibus[1] cum acclamantium turba prosequebatur. E generis Neronem adoptavit: Pompeium atque Silanum non recusavit modo, sed et interemit.

5 *Pætina* Memm. et sic Torr.—6 Hæc emendatio Lips. ad Tac. Ann. III. 29. post Casaub. ab omnib. est probata. Habent Memm. et Cop. *Pompeium impub.* In reliquis Mss. et Edd. *Pompeium puberem.* Hinc Urs. fecit *Drus. propemodum pub.* Gron. *Pomptie impub.* maluit pro *Pomptiæ.*—7 In multis *pyro*, sed illud fide Codd. reposuit Oud. Conj. Burm. *pruno.* Citat Lips. ad Tac. Ann. loc. not. *jacto*, et omisit *strangul.* et in marg. Ed. primæ legitur *excepto cum ei ante*, uti conjecere Lips. Gron. Græv. probante Ern. Ceterum *strangyl.* Memm. ut alibi.—8 *Ut lib.* suadet Urs. In Vind. 2. a m. pr. *Boterii*, Cort. *Boteni*, Fouc. *Botern.* *Sotere* conj. Boxh. ac Reines. Pro *alique* Cuj. *aliquo.* Vind. 1. *ali quoque.* Verba *aliq. cœpt.* desunt Fouc.—9 *Tandem ad* Cuj. pro v. l. Tum *Antoninam* Fouc. in quo mox desideratur *Octaviam.* Memm. cum Cuj. dat *desponsam.*—10 Ita Memm. Medic. Polit. Vind. 2. Cort. Cop. Cuj. et prætulerunt vulg. *militibus* Oud. Ern. *tunc etiam mil.* Vind. 2. Cort. Mox *pro spectaculo* Vind. 2. *perspecto* Dun. pro v. l. *spectaculo* etiam Cuj.—1 *Omnibus* Cort. Edd. Camp. Med. Cald. Plant. *hominibus* Harlem. Edd. Ven. 2. 3. et *cum* pro *cum* Periz. Edd. ante Casaub. præter Rom. sec. et Beroaldi. Statim *perseq.* Fouc. qui et *Syllanum.* Legit Glar. *Pomp. atque Syllam.*

NOTÆ

† A. U. C. 773.

e *Pompeiis*] Pompeii urbs et colonia in ora Campaniæ, prope Sarnum fluvium, urbem Stabias, et Vesuvium montem: ubi nunc *Castel a mare di Stabia.* Vulgati legunt hic *Pompeium, puberem.* Quod Torrentius, Lipsii conjecturam secutus, factum ait ignorantia cujusdam scriptoris, qui existimaret impuberes desponderi, hoc est, sponsalia celebrare, non posse, quemadmodum nec matrimonium.

f *Abjici*] Supra cap. 25. notatum aliquid.

‡ A. U. C. 806.

g *Neroni privigno*] Agrippinæ filio, de quo libro sequente toto.

§ A. U. C. 803.

[28.] Libertorum præcipue suspexit Posiden[2h] spadonem, quem etiam Britannico triumpho inter militares viros hasta pura[i] donavit: nec minus Felicem, quem cohortibus et alis[k] provinciæque Judææ præposuit, trium reginarum maritum:[3l] et Arpocran,[4m] cui lectica[5] per Urbem vehendi, spectaculaque publice edendi[n] jus tribuit: ac super[6] hos Polybium a studiis,[o] qui sæpe inter duos Consules ambu-

In fine *sed int.* sine copula, Periz. Cort. Edd. Rom.—2 Sic Memm. Dun. Medic. pluresque al. *Posidem.* Tum *et Brit.* Edd. Rom. *proposuit* Vind. 1.—3 Pontanus in Syll. Epist. p. 38. conj. *etiam reg. mar.* et esse enallagen numeri pro *reginæ.* Voss. in edd. Syll. p. 384. suasit *tertium reginæ mar.*—4 In Memm. Medic. 1. 2. Voss. *Harp.* in tert. et Polit. *Barpocran.* Cort. *Arpocram,* quod tuetur Castal. Decur. VII. Obs. 1. Nostr. lect. fide utriusque Vind. et Edd. Rom. vulg. *Harpocram* præfert Oud.—5 *Lecticam* Periz. *per orbem* Ed. Rom. sec. Dein *publice* pro glossa damnat Ern. In Vind. 1. *tribuerat,* Edd. Rom. *tribuerit.*—6 Vind. 2. *atque sup.* Postea *ab stud.* dant Dun. Medic. 3.

NOTÆ

[h] *Posiden*] Juvenalis Sat. XIV. 'Ut spado vincebat Capitolia nostra Posides.'

[i] *Hasta pura*] Sic dicta quod sine ferro esset; militare præmium fortitudinis, de quo Donatus in illud VI. Æneid. 'Ille vides, pura juvenem qui nititur hasta.'

[k] *Alis*] Videtur aperte distinguere alas a cohortibus, quo confirmatur, quod ad cap. 25. notatum est, eas temporibus illis, pro equitatu tantum usurpatas.

[l] *Trium reginarum maritum*] Hujus Felicis meminit et Josephus lib. XX. cap. 5. et Tacitus lib. V. Annal. Sed quænam illæ reginæ fuerint, nemo, quem norim, docuit. Equidem Josephus, loco supra citato, dicit Felici nupsisse Drusillam, sororem regis Agrippæ, quæ prius nupserat Azizo Emezenorum regi. Et Tacitus lib. V. initio, ductam a Felice refert Drusillam, quandam Antonii et Cleopatræ neptem, quæ verosimiliter alia fuit a superiore. Harum altera regina, regii sanguinis altera, de tertia nihil omnino conjiciendum datur. Ad stupra id referendum censet Torrentius.

[m] *Arpocran*] Beroaldus et Torrentius existimant hunc eundem esse cum Callisto, libertorum omnium gratiosissimo, quem Tacitus aliique adeo celebrarunt, omisso illo Arpocra, quem solus etiam Suetonius memoravit, de Callisto prorsus silens. Unde duplex hoc ei nomen attribuit Beroaldus.

[n] *Spectaculaque publice edendi*] Nec enim cuilibet id promiscue licitum, præsertim a quo tempore Fidenis amphitheatrum corruit, de quo in Tiberio cap. 40. Qua occasione Tacitus Annal. IV. factum ait Senatusconsultum, quo vetabatur 'ne quis munus gladiatorium ederet, cui minor quadringentorum millium res esset.'

[o] *A studiis*] De hac loquendi ratione jam supra in Julio cap. 74. et Aug. cap. 67. Servi a manu, ab epis-

labat: sed ante omnes Narcissum ab epistolis, et Pallantem[p] a rationibus, quos decreto quoque Senatus non præmiis modo ingentibus, sed et quæstoriis prætoriisque ornamentis honorari libens[7] passus est, tantum præterea acquirere et rapere, ut, querente eo quondam de fisci exiguitate, non absurde sit dictum,[8] 'Abundaturum, si a duobus libertis[q] in consortium reciperetur.' [29.] His, ut dixi,[9] uxoribusque addictus, non Principem, sed ministrum[r] egit. Compendio cujusque horum, vel etiam studio aut libidine, honores, exercitus, impunitates,[10] supplicia largitus est: et quidem insciens plerumque et ignarus. Ac ne singillatim minora quoque[1] enumerem, revocatas liberalitates[2] ejus, judicia rescissa, suppositos aut etiam palam

Vind. 2. Cort. *Narcissum* abest a Fouc. Infra *indigentib.* Voss.—7 Vulg. *ornari libenter*, quod retinet Ern. Sed *honorari* exhibent Mss. Casaub. Pal. duo, tres Medic. Dun. Fouc. Polit. Cuj. Voss. Edd. Bas. Burm. &c. *libens* etiam Codd. Casaub. Cop. Huls. Medic. 1. 3. Polit. Vind. 1. quare utrumque reposuit Oud. Paulo ante *prætoriis* sine *que* Cop.—8 *Dict.* *sit* Dun. Medic. 2. 3. uterque Vind. *a* ante *duob.* deest Harlem. Periz. *repetiretur* Vind. 1.—9 *His* (*ut dictum est*) *ux.* duo Torr. cum Ed. Bas. Et hæc et illa ejicienda vellet ipse Torr. Vulgo post *Princ.* additur *se*, sed delevit Baumg. cum Ern. Bip. jubentibus Græv. Oud. Mox *aut* restituit Oud. cum Medic. Polit. Vind. Fouc. Cort. Cuj. *ut* Cop. *ac* in vulgatis, etiam Wolf. Suadet Müll. *libidini*.—10 Mallet Lips. *immunitates*, receperuntque Schild. Ern. Bip. aliique. Dein *est* elegantius abesse censet Ern. In Fouc. *equidem ins.*—1 Firmant hanc lect. Memm. Cuj. Codd. Turneb. et Torr. comprobantibus Græv. Wolf. Edidit Oud. *minora quæque* cum Medic. Vind. Pulm. Cort. Edd. Ven. 1. Græv. pr. marg. Bas. quibus consentit Fouc. In aliis fere O. *minima quæque*. Ceterum *singulatim* dant Vind. 1. Edd. Steph. Gryph. &c. vel *sigill.* ut plures.—2 Sic ex Turneb. sententia, Adv. xxvii. 19. edidit Pulm. cum seqq. et nota-

NOTÆ

tolis, a memoria, &c. Ad Polybium hunc extat apud Senecam Consolatio de morte fratris ejus, tunc scripta, cum Seneca exularet.

[p] *Pallantem*] Felicis fratrem, auctore Tacito et Josepho. Horum libertorum crebra est mentio, tum apud poëtas, tum apud historicos. Plinius Junior lib. vii. Epist. 19. ridet superbum titulum monumento Pallantis hujus ascriptum. Ac rursus Epist. 8. lib. vi. ubi hæc omnia confirmantur, quæ Suetonius hic narrat.

[q] *A duobus libertis*] Pallante et Narcisso. Juvenalis Sat. i. vs. 109. illorum divitias exaggerans, 'ego possideo plus Pallante et Licinis,' &c. et Sat. xiv. vs. 328. 'Nec Crœsi fortuna unquam, nec Persica regna Sufficient animo, nec divitiæ Narcissi, Indulsit Cæsar cui Claudius omnia, cujus Paruit imperiis, uxorem occidere jussus.'

[r] *Ministrum*] Aurelius Victor in Claudio, loquens de libertis, 'Hos omnes anteibat Narcissus, dominum se gerens ipsius domini.'

immutatos datorum[3] officiorum codicillos;[s] Appium Silanum, consocerum suum,[t] Juliasque,[u] alteram Drusi, alteram Germanici filiam, crimine incerto, nec defensione ulla data,[4] occidit: item Cn. Pompeium, majoris filiæ virum, et L. Silanum, minoris[v] sponsum. Ex quibus Pompeius in concubitu dilecti adolescentuli confossus est: Silanus abdicare[5] se prætura ante quartum Kalendas Januarias, morique initio anni† coactus, die ipso[w] Claudii et Agrippinæ nuptiarum. In quinque et triginta Senatores, trecentosque amplius Equites Romanos tanta facilitate[6] animadvertit, ut, de nece consularis viri renuntiante Centurione, 'Factum

verat Lips. astipulantib. Medic. 1. 3. Polit. Vind. Cort. et trib. Burm. In ceteris cum Edd. Vett. O. excepta Rom. *libertates*. Proxime *rescisa* Medic. 1. *recisa* Corsend. pro v. l.—3 Ern. a glossatore *datorum* putat ascriptum. Conj. Græv. *ratorum*. Dein, ut sæpissime, *codicell*. Huls. Medic. al. Mox *Liviasque* Edd. Ven. 2. 3. Bon. Bas. Gryph. contra O. Codd.—4 Conj. Græv. *ulli data*. In Fouc. legitur *defensionem ullam optinentibus*. Mox *incidit* Vind. 1. *minor. filiæ* Medic. 1.—5 *Abdicere* Edd. Schild. Statim *se a præt*. Vind. 2. *præturam* Voss. Tum *Januarii* Cop. Harlem. In multis compendiose *Kal. Jan.* ut alibi. Vett. Edd. distinguunt post *coactus*, præter Steph. Casaub. &c. quæ Lipsio obtemperarunt.—6 *Felicitate* Medic. 1. a m. pr. Harlem. Tum edidit Oud. *ut cum de nece*, probante Wolf. auctoritate Mss. Pulm. Cop. Voss. Medic. Polit. Vind. Cort. Cuj. Longol. Fouc. Edd. Steph. Bas. *tum de*

NOTÆ

[s] *Codicillos*] Diplomata, quibus ejusmodi officia deferuntur, quales et Suetonius literas vocat in Vespasiano cap. 8. Vide in Augusto cap. 50. et Tib. cap. 51.

[t] *Consocerum suum*] Cujus filio Octavia Claudii filia desponsata fuerat; supra cap. 7. quin et ipsius Claudii socer erat, ut patet ex Dione, qui ductam a Silano Messalinæ matrem refert, unde etiam ipsi pereundi causa, quod nurus impudicitiæ servire quoque noluisset.

[u] *Juliasque*] Altera filia fuit Drusi, qui filius Tiberii, altera Germanici, quam Suetonius Calig. cap. 7. Livillam quoque vocat, præter Dionem. Probat hoc etiam Torrentii nummus æreus, in quo effictæ cernuntur Germanici tres filiæ, cum inscriptione DRUSILLA, AGRIPPINA, JULIA. Unde patet Sabellici error, qui *Livias* scribendum volebat.

[v] *Majoris filiæ ... et ... minoris*] Antoniæ, Octaviæ, de quibus supra cap. 27.

† A. U. C. 802.

[w] *Die ipso*] Tacitus lib. XII. Annal. 'Die nuptiarum Silanus sibi mortem conscivit: sive eo usque spem vitæ produxerat, sive dilecto die augendam ad invidiam.' Unde patet vulgatarum editionum error, in quibus punctum additur ante voces 'die nuptiarum,' quasi cædes illa trigintaquinque Senatorum die nuptiarum patrata fuisset.

esse quod imperasset,' negaret,[7] quicquam se imperasse, nihilo minus rem comprobaret; affirmantibus libertis, officio milites functos, quod ad ultionem Imperatoris ultro procucurrissent.[8] Nam illud omnem fidem excesserit,[x] quod nuptiis, quas Messalina cum adultero Silio fecerat, tabellas dotis et ipse consignaverit; inductus,[9] quasi de industria simularentur, ad avertendum transferendumque periculum,[y] quod imminere ipsi per quædam ostenta portenderetur. [30.] Auctoritas dignitasque formæ non defuit vel stanti,[10] vel sedenti, ac præcipue quiescenti. Nam et prolixo, nec exili, corpore erat; et specie canitieque pulchra,[1] opimis cervicibus. Ceterum et ingredientem destituebant poplites minus firmi,[z] et remisse quid vel serio agentem multa dehonestabant: risus indecens; ira turpior, spumante rictu,[a] humentibus naribus; præterea [2] [b] linguæ titubantia, caputque, cum semper, tum in quantulocumque actu

Dun. Vulg. defendunt Ern. et Baumg.—7 *Negare* Periz. Harlem. Post *imperasse* adjiciunt *cum tamen* Vind. 1. Medic. 2. Dun. Cuj. Voss. *reprobaret* Vind. 1.—8 Ita Memm. Medic. et libri meliores cum Ed. Ven. 1. Vulgo *procurrisse*. Periz. et Edd. Rom. *cucurrissent*. Vind. 1. *quod ultionem procurassent*. Cuj. *quod adulationem*.—9 *Indictus* Cuj. Exc. quæ et *simularetur* cum Dun. Medic. 2. *ex industr*. Medic. 1.—10 *Verum stanti* unus Torr. et ita Lips. *cæterum stanti* Cuj. *veteri vel stanti* Vind. 1. A Vind. 2. Cort. Cop. exulat prius *vel*. Heins. tentavit: *def. ei, utrum stanti*. In Memm. Medic. 3. Polit. *et veterum stanti*, unde eruit Oud. *non def. ei; verum stanti*.—1 Ern. mallet scribend. *et canitie pulcra*. Fouc. *opimisque*. Postea conj. Ruhnk. *tumentibus nar*.—2 Hoc agnoscunt cum Turneb. Pulm. Torr. ac Casaub. libb. etiam Medic. Polit. Vind. Cort. Pal. Urs. *plectra* Harlem. Periz. Edd. Vett. item Pulm. Pitisc. Mox *tum semper* Periz. cum Vett. Edd.

NOTÆ

[x] *Fidem excesserit*] Vide cap. 26. supra.

[y] *Periculum*] In Calig. ad cap. 14. notatum est, antiquos aliquem conservari posse arbitratos, si ejus se loco devovisset alius. Hoc prætextu deceptus uxoris astutia Claudius existimabat in alium transferri posse periculum, quod sibi Imperatori imminere prædixerant harioli, si quis alius Imperator esse fingeretur.

[z] *Poplites minus firmi*] Exemplo est vacillatio illa, de qua supra cap. 21.

[a] *Spumante rictu*] Vide versum Juvenalis ad eundem locum, supra.

[b] *Præterea*] Sic restituit Pulmannus: sic et Torrentius in tribus Mss. Vulgati habebant *plectra linguæ*. Unde Beroaldus linguam plectri similem, et dentes chordarum instar habitos, notabat ex Cicerone II. de Natura Deorum.

vel maxime tremulum. [31.] Valetudine, sicut olim gravi, ita Princeps perprospera [3] usus est, excepto stomachi dolore, quo se correptum etiam de consciscenda morte cogitasse dixit. [32.] Convivia agitavit et ampla [4] et assidua, ac fere patentissimis locis, ut plerumque sexcenteni [c] simul discumberent. Convivatus est [5] et super emissarium [d] Fucini lacus, ac pæne summersus, cum emissa impetu aqua redundasset. Adhibebat omni [6] cœnæ et liberos suos cum pueris puellisque nobilibus, qui more veteri ad fulcra lectorum [e] sedentes vescerentur. Convivæ, qui pridie [7] scyphum aureum surripuisse existimabatur, revocato in diem posterum, calicem fictilem apposuit. Dicitur etiam meditatus edictum, 'quo veniam daret flatum crepitumque ventris in convivio emittendi;' cum, periclitatum quendam præ pudore ex continentia, reperisset. [33.] Cibi vinique quocumque et tempore et loco [8] appetentissimus. Cognoscens [f]

præter Rom. sec. Steph. Casaub. &c. In Vind. 1. *cum etiam quant.*—3 *Prospera* Memm. Medic. Dun. Corsend. Fouc. Cort. Polit. Voss. Ed. Steph. *præprosp.* Bon. Par. Dein pro *corrept.* Huls. *correctum.* Conj. Burm. *quo sæpe corrept.* Paulo post *consciende m.* Ed. Junk. *duxit* Vind. 1.—4 Desunt *et ampl.* Voss. Dein *sesceni* Memm. Medic. 3. *sexceni* opt. Torr. Corr. Lips. ad Tac. Ann. VI. 19. *sexageni*, quod non displicuit Casaub. Oud. *simul* non agnoscit Fouc.—5 Τὸ *est.* retinent Corsend. Dun. Medic. Fouc. Nonn. Polit. Memm. Edd. Bas. Steph. In ceteris Edd. Vett. omittitur, quod Ern. placeret, si, deleto *ac*, post *subm.* trajiceretur τὸ *est.*—6 *Et omni* Cop. *puellis puerisque* Vind. 1. Mox habent *sedentes vescenti* Medic. 1. 3. Polit. Vind. 2. Cort. omisso *qui.* In Fouc. etiam deest *qui*, et *vescentibus* legitur.—7 *Pridie* Ern. olet glossam. Tum Boxh. ex Vet. Ed. deletum vult *calicem.* Dant *efflatum* Medic. 1. Mss. Torr. Edd. Bon. Med. sec. Bas. Gryph. Dol. Col. &c. *et flatum* Medic. 2. Dun. Polit. Corsend. Cuj. Voss. cum duob. Burm. et Edd. Sab. Cald. Med. pr. Lugd. Supra *dicitur et med.* Edd. Rom. *edictum turpe* in marg. Dein malit Oud. cum Ern. *ex cont. præ pud.*—8 Periz. *loco et temp.*

NOTÆ

[c] *Sexcenteni*] Lipsius legendum contendit *sexageni*. Certe corruptum in numeris Suetonius alias etiam notare est, ut Tiber. cap. 1.

[d] *Emissarium*] Locus est per quem aquæ emittebantur. Tacitus Annal. XII. 'effluvium' dixit, 'quin et convivium effluvio lacus appositum, magna formidine cunctos affecit, quia vis aquarum prorumpens, et proxima trahebat.' Supra cap. 20.

[e] *Fulcra lectorum*] In Augusto cap. 64. Idem de Augusti liberis; nisi quod ibi 'imum lectum' dixit eam tori partem, quam hic fulcrorum nomine indicat.

[f] *Cognoscens*] Ad judicandum sedens. Vide supra cap. 15.

quondam in Augusti Foro, ictusque nidore prandii, quod in proxima[9][g] Martis æde Saliis apparabatur,[h] deserto tribunali, ascendit ad sacerdotes, unaque decubuit.[10] Nec temere unquam triclinio abscessit, nisi distentus ac madens, et ut statim supino ac per somnum hianti pinna in os[i] inderetur,[1] ad exonerandum stomachum. Somni brevissimi erat: (nam ante mediam noctem plerumque evigilabat:[2]) ut tamen interdiu nonnunquam in jure dicendo obdormisceret, vixque ab advocatis, de industria vocem augentibus, excitaretur. Libidinis in fœminas profusissimæ, marium[3] omnino expers. Aleam studiosissime lusit: de cujus arte librum quoque emisit: solitus etiam in gestatione[4][k] ludere, ita essedo alveoque[l] adaptatis, ne lusus confunderetur.

Tum *ictusque* dant Memm. Medic. 2. Dun. Vind. 1. Cop. Cuj. Edd. Bas. pr. Gryph. Plant. &c. In reliquis Mss. et Edd. *victusque*.—9 In Dun. *maxima*, et ita Medic. 2. Vind. 2. a m. pr. Periz. Harlem. et Edd. Vett. ante Bon. pluresque. Postea *descendit* Vind. 2. Cort. Nonn. *abscessit* Edd. Rom. marg. Gryph. et *tricl. abscedit* in iisdem. Marg. Bas. *abcessit*.—10 Ita Memm. Medic. Polit. Cop. Voss. et rescripsit Oud. Vulgo legebatur *discub*. Mox *somnium* Medic. 3. Polit. *hiantis* Medic. 3. et *penna* Fouc. Cop. Huls. cum trib. Oud. et Nonn.—1 *Inderentur* Vind. 1. *videretur* Huls. Edd. Ven. 1. Lugd. (quæ et *hos*) Junt. *mitteretur* Vind. 2. Cort.—2 *Vigilab.* Mss. O. præter Vind. 2. Emendavit Casaub. cum seqq. Pro *interdiu* præbent *interdum* Memm. Fouc. cum omnibus Codd. Burm. Oud. et Edd. Bon. prioribus.—3 *Marum* Memm. Cop. Medic. 3. a m. pr. Dein *alea* Medic. 2. Huls. Periz. Harlem. et Edd. pleræque ante Casaub.—4 *In gestatorio* Nonn. Vind. 2. Cort. Fouc. Harlem. cum membb. Casaub. et Edd. Vett. præter Rom. Bas. post. Gryph. et recentt. Torr. legi vult *gest.* sine *in*. Infra *ut lus.* Cop. unde conj. Burm. *ut ne*

NOTÆ

[g] *Proxima*] Beroaldus et Sabellicus legunt *maxima*, ad differentiam alterius, quæ erat in Capitolio. Vide in Aug. cap. 29.

[h] *Saliis apparabatur*] Hi sunt Martis sacerdotes, de quibus supra cap. 4. Ex quibus locis mirum non est 'cœnas Saliares' in proverbium abiisse, pro lautis et exquisitis conviviis.

[i] *Pinna in os*] Phœnicopteri, ut plurimum, de qua ave in Calig. cap. 22. Pinna vomitum provocabant. Unde Martialis lib. III. Epig. 82. 'Stat exoletus, suggeritque ructanti Pinnas rubentes:' quo prætextu Agrippina venenum ei præbuisse dicitur, pinna illita veneno rapidissimo. Tacit. Annal. XII. sub finem.

[k] *Gestatione*] Legunt alii *gestatorio*, quod idem est; gestatio enim significat et rem ipsam, et locum in quo fiebat: qui locus arboribus utplurimum, aliisque id genus, ad amœnitatem ambiebatur. Plinius libro II. Epist. 17. 'Gestatio buxo, aut rore marino, ubi deficit buxus, ambitur,' &c.

[l] *Alveoque*] Tabula lusoria.

[34.] Sævum et sanguinarium natura fuisse, magnis minimisque apparuit rebus. Tormenta quæstionum pœnasque parricidarum[m] repræsentabat,[n] exigebatque coram. Cum et[5] spectare antiqui moris supplicium[o] Tiburi concupisset, et, deligatis ad palum noxiis, carnifex deesset, accitum ab Urbe vesperam[6] usque opperiri perseveravit. Quocumque gladiatorio munere, vel suo, vel alieno, etiam forte prolapsos jugulari jubebat,[7] maxime retiarios,[p] ut expirantium facies videret. Cum par quoddam[q] mutuis ictibus concidisset, cultellos sibi parvulos ex utroque ferro in usum fieri sine mora jussit. Bestiariis[r] meridianisque[s] adeo de-

lus.—5 Deest *et* Dun. Periz. Harlem. et pluribus. Addidit Casaub. cum Medic. 1. 3. aliisque. In Memm. *exspect.* Vind. 2. Cort. *et cum.* Tum *concupisceret* Vind. 1. *delig.* sine *et* Medic. 3. Polit. *accitus* Cop.—6 *Ad vesp.* Cod. Urs. Dein *fortasse* Vind. 1. Harlem. Periz. a m. pr. Edd. Ven. Med. Cald.—7 *Præcipiebat* Fonc. in quo mox *cum per quædam.* Dein *faciem* dant Periz.

NOTÆ

[m] *Pœnas parricidarum*] Ut culeo insui, in mare projici. Supra in Augusto cap. 33. Seneca lib. I. de Clementia cap. 23. et lib. I. de Ira cap. 16. testatur, plures a Claudio insutos fuisse unius quinquennii decursu, quam omnibus retro sæculis.

[n] *Repræsentabat*] Impræsentiarum et sine dilatione solvendas jubebat: quo sensu 'pecuniam repræsentare,' Calig. 16. &c.

[o] *Antiqui moris supplicium*] Ab ipso Suetonio describitur in Nerone cap. 49.

[p] *Retiarios*] Qui sint, in Calig. cap. 30. Ideo illorum faciem videre volebat, quod capite indefenso pugnarent. Juvenalis Sat. VIII. vs. 203. de Retiario, 'nec galea faciem abscondit.'

[q] *Cum par quoddam*] Hoc est, duo gladiatores simul pugnantes, ut et Aug. cap. 44.

[r] *Bestiariis*] Intelligere præsertim videtur eos, qui bestiis objiciebantur, sed pugnaturi, non vero duntaxat laniandi. Illi autem in triplici fuere differentia: vel enim erant damnati, ut Calig. cap. 27. vel conducti, ex iis nempe, quos lanistæ in usum illum erudiebant, ut in Julio cap. 10. et 26. et in Augusto cap. 42. vel denique exauctorati virtutis ostentandæ, aut lucrifaciendi causa, ut in Tiberio cap. 7. Quibus addi possunt servi singulorum, quos ab initio domini dare poterant ad bestias, ut libuerat, donec tanta illa dominorum auctoritas coërcita legibus est, nec, nisi justa de causa, servi damnati sunt hoc supplicio.

[s] *Meridianisque*] Triplicis generis in uno die spectacula, matutina, meridiana, pomeridiana. Prima bestiariorum, ut plurimum. Martialis in Xeniis Epig. 94. 'Matutinarum non ultima præda ferarum Sævus oryx,' &c. Epig. 66. lib. V. &c. Seneca Epist. 70. 'Nuper, in ludo bestiariorum, unus e Germanis, cum ad spec-

lectabatur, ut et prima[8] luce ad spectaculum[9] descenderet, et meridie, dimisso ad prandium[t] populo, persederet; præterque destinatos, etiam levi subitaque de causa, quosdam committeret, de fabrorum quoque ac ministrorum, atque id genus numero, si automatum,[10u] vel pegma,[v] vel quid

Harlem. cum Edd. O. ante Casaub. et reposuit Burm. Cf. Oud. ad loc.—8 Sic Gron. e Memm. confirmantib. Medic. Vind. 2. Cort. Cop. In duob. Pulm. Vind. 1. Periz. Harlem. Edd. Bon. priorib. est *a pr.* Lugd. *ut a patria luc.* Vulgo *etiam pr.* Conj. Burm. *et cum pr.*—9 Vind. 1. *spectandum*, et *præsed.* Edd. Bas. Gryph. *prœterque* Dun. ac *destinatus* Cuj. Voss.—10 Ita Memm. Medic. Vind. 2. Cort. Voss. probantib. Salm. Græv. Polit. al. *si aut autom. peg.* Edd. Ven. 2. 3. *si autom. pœg.* Junt. Arg. *si automaton aut p.* Bon. Par. *si aut ornatum aut peg.* Vind. 1. Harlem. Voss. Periz. (sed in marg. *ornatus*) Ed. Ven. 1. *si aut ornatus aut* Rom. sec. *si ariomatum vel* Huls. *si aut ornatus peg.* Lugd. *si*

NOTÆ

tacula matutina pararetur, secessit,' &c. Meridiana gladiatorum erant, vel ordinariorum, vel eorum qui prælio bestiariorum superstites fuerant. Innuit Seneca Epist. 7. 'Mane leonibus et ursis homines, meridie spectatoribus suis objiciuntur.' Et Tertullianus in Apologetico: 'Risimus inter ludicras meridianorum crudelitates Mercurium mortuos cauterio examinantem, vidimus et Jovis fratrem gladiatorum cadavera cum malleo deducentem.' Pomeridiana denique jucundiora quædam erant spectacula, quales Scenici vel Circenses ludi, quibus recreatus a cæde et sanguine populus mitior abiret, et hilarior, colligere est ex eodem Seneca Epist. 7. quæ ferme tota de spectaculis est. Quæ tamen omnia eodem ordine semper non facta constat, ut de Circensibus supra cap. 21. et de celebri illo Curionis amphitheatro, de quo Plinius lib. XXXV. c. 13. in quo gladiatores postremo producti.

[t] *Ad prandium*] In Calig. cap. 56.

[u] *Automatum* [αὐτόματον] Torrentius In vetustissimo libro legit *automatum*: quod confirmat Politianus, addens, librarios ex eo fecisse *aut ornatum*, quod in quibusdam legitur: et certe automatum tam fuit in usu quam *pegma*, licet utraque vox Græca sit: *αὐτόματος*, hoc est, *sua sponte*. Unde automata dictæ sunt machinæ quædam, tanta solertia fabricatæ, ut nulla apparente causa, et quasi sua sponte, moverentur, qualia sunt horologia, qualis fuit argenteus ille Triton, de quo supra cap. 21. quales imagunculæ quædam cursitantes, quæ fidiculis et nervis quibusdam intensæ per se moveri videantur. Horatius Sat. 7. lib. II. vers. 82. 'aliis servis miser, atque Duceris ut nervis alienis mobile lignum.'

[v] *Pegma*] Non aliud est, quam grandis et ingeniosa quædam contabulatio, quæ sponte et occulte statim cresceret, aut subsideret, unde multa exhibebantur, quorum aliqua supra in Calig. cap. 26. notata sunt. Seneca machinam ipsam describit Epist. 88. de artificibus loquens: 'His licet annumeres machinatores, qui pegmata ex se surgentia excogitant, et tabulata tacite in sublime crescentia, et alias ex inopinato varietates, aut dehiscentibus quæ cohærebant, aut quæ distabant sua sponte cohærenti-

tale aliud[1] parum cessisset. Induxit et unum ex nomenculatoribus[w] suis, sicut erat togatus.[2] [35.] Sed nihil æque quam timidus ac diffidens fuit. Primis imperii diebus,[3] quanquam, ut diximus, jactator civilitatis,[x] neque convivia inire ausus est, nisi ut speculatores[y] cum lanceis circumstarent, militesque vice ministrorum[4] fungerentur: neque ægrum quenquam visitavit, nisi explorato prius cubiculo, culcitisque et stragulis prætentatis et excussis: reliquo autem[5] tempore salutatoribus scrutatores[z] semper apposuit, et quidem omnibus, et acerbissimos. Sero enim ac vix remisit, ne fœminæ prætextatique pueri et puellæ contrectarentur, et ne cujus comiti[a] aut librario[b] calamariæ aut graphiariæ thecæ adimerentur. Motu civili, cum eum Camillus,[c] non dubitans etiam citra bellum posse terreri,[6]

aut αὐτόματον vel Dol. Gryph. Col. Bas.—1 *Alicui* pro *aliud* placet Fabro. Casaub. conj. *vel aliquid alicui*, et *aliquid* exhibent Medic. 2. Edd. Bas. Gryph. *circumcularibus* Cuj.—2 *Ut erat* Edd. Rom. Casaub. mallet *sicut erat*, *togatum*. —3 Edd. Rom. Bas. al. pleniorem distinct. post *diebus* habent, non post *fuit*. Dein *nisi ubi spic*. Cod. Urs. sed *spec*. ab opt. Mss. prætulerunt Oud. Ern. *ut* deest Cop. *eum cum lanc*. Periz.—4 *Vicem ministrator*. Fonc. Tum *agrum* Cop. *nisi ut perscrutato* Pal. 1. *scrutato pr*. Viterb. *expl. ipsius cub*. Voss. Item *culcitrisq*. quidam scripti et editi, *cultrisq*. Vind. 2. Item *pertentatis* Edd. Junk. Schild.—5 *Reliq. quoque* Vind. 2. a m. pr. Postea *contract*. Ed. Camp. Steph. Tum *cujus* testantur Memm. Urs. Pal. Dun. Medic. 3. Vind. tres Burm. et Edd. sæc. xv. præter Sab. aliæque. Vulgo *cuicis*. Rescripsit Oud. *et graph*. fide Medic. Polit. Vind. Cort. Harlem. Voss. Edd. Ven. Med. Bon. Lugd. Junt. Ald. Steph. quib. accedunt Dun. Fonc. *et gr. et th*. Cuj.—6 *Teneri* Harlem. Mox

NOTÆ

bus, aut iis quæ eminebant paulatim in se residentibus.' De quo plura legi possunt apud Lipsium lib. de Amphith. cap. ult.

[w] *Nomenculatoribus*] Ii sunt qui singulorum nomina Imperatori suggerebant, quos melioris conditionis quam servos reliquos fuisse, ex eo conjiciunt, quod togatum hunc dixerit, cum tunicati duntaxat essent alii. De nomenculatoribus jam in Augusto cap. 19.

[x] *Civilitatis*] De ea virtute lib. I. 76. et II. cap. 51.

[y] *Speculatores* [*spiculatores*] Torrentius in optimo libro legit *speculatores*. De his in Caligula cap. 52.

[z] *Scrutatores*] Qui scrutarentur adeuntes se ad salutationis officium: in Augusto cap. 27.

[a] *Comiti*] De pueris nobilibus loquitur, quibus comites pædagogi, et vulgo librarii, quos 'capsarios' vocat in Ner. cap. 36. et Juven. Sat. X. 'Quem sequitur custos angustæ vernula capsæ.' Capsula quippe libros inclusos gerebant.

[b] *Librario*] Librarii, qui libros aut alia quæpiam transcribebant. Cicero pro Sylla 42. 'Describi statim ab

contumeliosa et minaci et contumaci epistola cedere imperio juberet, vitamque otiosam in privata re agere; dubitavit, adhibitis principibus viris, an obtemperaret. [36.] Quasdam insidias temere delatas[7] adeo expavit, ut deponere imperium tentaverit. Quodam, ut supra retuli,[d] cum ferro circa sacrificantem se deprehenso, Senatum per præcones propere convocavit, lacrymisque et vociferatione miseratus est conditionem suam, cui nihil tuti usquam esset; ac diu publico abstinuit. Messalinæ quoque amorem flagrantissimum, non tam indignitate contumeliarum, quam periculi metu, abjecit, cum adultero Silio acquiri imperium credidisset: quo tempore fœdum in modum trepidus ad castra confugit, nihil tota via, quam, essetne sibi salvum imperium, requirens. [37.] Nulla adeo suspicio, nullus auctor tam levis extitit, a quo non, mediocri scrupulo injecto, ad cavendum[8] ulciscendumque compelleretur. Unus ex litigatoribus seducto[e] in salutatione affirmavit, vidisse se[9] per quietem, occidi eum a quodam: dein paulo post, quasi percussorem agnosceret, libellum[f] tradentem[10] adversarium suum demonstravit; confestimque is pro deprehenso ad pœnam raptus est. Pari modo oppressum ferunt Appium Silanum:[g] quem cum Messalina et Narcissus[h] conspirassent perdere, divisis partibus, alter

cederet Vind. 1. *credere* Cort. Infra *ageret* Fouc.—7 *Delectas* Ed. Bas. Dein *cum ferr.* desunt Huls. In multis *deprenso*, sed illud firmant optimi Codd. Statim *præconem* Vind. 2. Cort. *publice*, et post *periculo*, Medic. 3. In Fouc. deest *tam*, qui et *filio.*—8 Heins. conj. *ad pavendum*. Dein *seductus* Vind. 1. Periz. Harlem. Ed. Ven. 1. *seductum* Edd. Med. Sab. Cald. Lugd. Junt. Ald. Deest hoc verb. Ed. Rom. sec.—9 Hoc ord. pro vulg. *se vid.* prætulit Oud. auctorib. Medic. 2. 3. Dun. Cuj. Voss. uti et *dein* pro *deinde*, fide Medic. 1. 3. Cuj. Polit. Vind. 2. Cort.—10 *Tradente* Harlem. Rursus *deprenso* Medic. 2.

NOTÆ

omnibus librariis imperavi.' Et Epist. ad Famil. lib. XVI. Epist. 21. &c. Quid essent graphia, in Julio cap. 82. et Calig. cap. 28.

[c] *Camillus*] De quo supra cap. 13.

[d] *Retuli*] Supra cap. 13.

[e] *Seducto*] Claudio, ad secretum abducto.

[f] *Libellum*] Supplicem.

[g] *Silanum*] Consocerum suum: supra cap. 29.

[h] *Narcissus*] De hoc et ceteris li-

ante lucem similis attonito patroni cubiculum irrupit, affirmans somniasse se, vim ei ab Appio illatam: altera, in admirationem formata,[1] sibi quoque eandem speciem aliquot jam noctibus obversari, retulit. Nec multo post ex composito[2] irrumpere Appius nuntiatus, cui pridie, ad id temporis ut adesset, præceptum erat, quasi plane repræsentaretur somnii fides, arcessi[i] statim ac mori jussus est. Nec dubitavit postero die Claudius, ordinem rei gestæ perferre ad Senatum, ac liberto gratias agere, quod pro salute sua etiam dormiens excubaret. [38.] Iræ atque iracundiæ[k] conscius sibi, utrumque[3] excusavit edicto; distinxitque, pollicitus 'alteram quidem brevem[l] et innoxiam, alteram non injustam fore.' Ostiensibus, quia sibi[4] subeunti Tiberim scaphas obviam non miserint, graviter correptis,[5] eaque cum invidia, ut, 'in ordinem se coactum,'[m]

—1 Sic Bas. Steph. (cum et Beroald. *formata* exhibuerat) edidere cum Memm. Medic. 2. Cuj. Voss. Dun. In reliquis Mss. et Edd. *in admiratione firmata.* Paulo ante *alter* Cop. Medic. 1. 3. Dein *in eand.* Vind. 1.—2 *Ex comp.* desunt Periz. a m. pr. Dein *arcessi* constanter Mss. nisi quod Vind. 1. cum aliquot Edd. de more *accersi*, Nonn. *accessiri*, Huls. *arcessiri* dent. Lips. ad Tac. Ann. XI. 29. legit *arceri ac statim mori*. Ceterum *sua* abest a Dun.—3 Opt. Torr. *utramque*, cum Memm. Medic. Vind. 2. Cort. Voss. et Edd. aliquot. Polit. *utroque.* Si quid mutandum, mallet Oud. *utraque*; sic enim Mss. superducta lineola.—4 *Sibi* non comparet in Medic. 1. 3. Cort. Fonc. Cop. Tum *miserant* Urs. Cod. probante Græv. et edidit Torr. *miserunt* Polit.—5 *Correctis* Huls. Statim *coacturum* unus Torr. et *ascriberet* Harlem. Periz. a m. pr. Edd. Ven. Med. pr. Locus suspect. est Burm. qui conj. *adjiceret* v.

NOTÆ

bertis, supra cap. 28.

[i] *Arcessi*] Hoc est, accusari; aliquem enim arcessere crimine, idem est atque accusare. Alii legunt *arceri statim*, quod et potest, quanquam Torrentius priorem lectionem prætulit.

[k] *Iræ atque iracundiæ*] Differentiam refert Seneca lib. I. de Ira cap. 4. 'Quid esset ira satis explicatum est: quo distet ab iracundia satis apparet: que ebrius ab ebrioso, timens a timido. Iratus potest non esse iracundus; iracundus potest aliquando iratus non esse.' Paulo aliter sensisse videtur Claudius, iracundiam hoc loco, odii instar, longam et inveteratam iram esse innuens.

[l] *Alteram quidem brevem*] Iram scilicet, quæ furor brevis est.

[m] *In ordinem se coactum*] Redigi vel cogi in ordinem dicuntur, qui vel despicatui habentur, vel ad privatorum modum rediguntur. Quo sensu magistratus nonnunquam in ordinem cogi dicuntur a Livio.

conscriberet, repente, tantum non satisfacientis [n] modo,[6] veniam dedit. Quosdam, in publico parum tempestive [7] adeuntes, manu sua repulit. Item scribam quæstorium,[o] itemque prætura functum Senatorem, inauditos et innoxios relegavit: quod ille adversus privatum se intemperantius affuisset; [p] hic in ædilitate inquilinos [q] prædiorum suorum, contra vetitum cocta [8] [r] vendentes, mulctasset, vil-

objiceret.—6 Ita probarunt Grut. Græv. ex opt. Torr. et Casaub. Scriv. ex Cod. Abb. Gand. neque aliter Memm. Pal. 2. Medic. 1. 3. Harlem. Huls. Cuj. Periz. a m. pr. nisi quod uno verbo transposito, *ven. modo* habeant. *modo satisfacientis ven.* Edd. Rom. *satisfacientes ven. mo.* Medic. 2. Cort. Dun. Fouc. Pith. Pal. duo, *satisfacientes mo. ven.* Viterb. Lisl. in aliis Casaub. *tantummodo satisf. ven. dedit.* Edd. Med. pr. Cald. *tantum modo satisfacientibus ven. ded.* Bon. Par. Plant. et al. *tantum non satisfacientibus ven. ded.* Bas. post. *tantum non satisfaciens ven. ded.* Junt. Steph. *tantam modo satisfacientib. ven. ded.* Med. sec. *tantum num satisfacientib. ven. ded.* Ceteri conspirant vulg. *tantum non satisfacientib. ven. mo. ded.* Glar. legit, *ut tanquam satisfacientib.* Heins. placuit, *tantum non satisfacientis mo. v. petit.*—7 Periz. a m. pr. *respective.* Pro *item* dant *idem* Medic. 1. 3. cum Edd. aliquot. *Id est scr.* Cop. *quæstorum* Dun. Mox *que* exulat ab iisdem Medic.—8 *Coacta* Medic. 2. 3. uterque Vind. Cort. Voss. Cop. Periz. a m. pr. Cuj. Edd. Rom. Ven. 1. Bon. Lugd. Ald. cum aliis plurimis et Mss. Torr. quorum uni ascriptum, *id est, col-*

NOTÆ

[n] *Satisfacientis* [*satisfacientibus*] Quid sit satisfacere, supra in Julio cap. 73. Varia est hujus loci lectio. Alii *satisfaciens*, alii *tantum non satisfacientis modo*, eodem sensu, ut nempe intelligatur Claudius propemodum illis etiam satisfecisse, adeo repressa ira mitigaverat objurgationem. Alii legunt *tantum non*, et *tantummodo satisfacientibus*, ut sit sensus, Claudium illis pepercisse etiam leviter satisfacientibus.

[o] *Scribam quæstorium*] De Quæstoribus in Jul. cap. 6. de scribis supra cap. 1. Quæstores ministris usi sunt scribis et lictoribus; illis ad conficiendas tabulas publicas, his ad tuendam dignitatem.

[p] *Affuisset*] Adesse alicui in judicio, pro patrocinari, sæpe legitur apud jurisconsultos, quod et 'superesse' aliqui dixerunt, male, ut patet ex Gellio lib. I. cap. 22. et supra in Augusto cap. 56.

[q] *Inquilinos*] Ii sunt, qui alienas ædes vel prædia ex conducto incolunt.

[r] *Cocta* [*coacta*] Sic legunt in Mss. omnibus, quorum uni ascriptum est, *id est, collecta*; ut sensus sit, collecta et coacervata fuisse ab inquilinis illis vendenda ea quæ vetita fuissent ab iis quibus annona curæ, ut in Julio cap. 43. Torrentius legendum vult *cocta*, arbitratus, jam ante Claudium id statutum fuisse, quod ipse, teste Dione, statuit de tabernis, quo potaturi commeabant: ne scilicet in illis calida aqua, aut elixæ carnes venderentur. Quod certe vix cohæreat cum capite 16. infra in Nerone, ubi cocta prohibita leguntur, 'cum ante nullum non obsonii genus venderetur,' inquit.

licumque [s] intervenientem flagellasset. Qua de causa etiam coërcitionem [9] popinarum Ædilibus ademit. Ac ne stultitiam quidem suam reticuit, simulatamque [t] a se ex industria sub Caio, quod aliter evasurus perventurusque ad susceptam stationem [u] non fuerit, quibusdam oratiunculis testatus est. · Nec tamen persuasit; cum [10] intra breve tempus liber editus sit, cui index erat *μωρῶν ἐπανάστασις*·[1] [v] argumentum autem, 'stultitiam neminem fingere.'[2] [39.] Inter cetera in eo mirati sunt homines et oblivionem et inconsiderantiam,[3] vel, ut Græce dicam, *μετεωρίαν* et [4] *ἀβλεψίαν*.[w]

lecta. Tum per unum *l* proferunt *vilicumq*. Memm. Medic. 1. 3.—9 *Coërcionem* Memm. uterque Vind. Medic. 1. 2. Polit. Periz. Cop. Cuj. et Edd. Vett. præter Steph. *coreptionem* Vind. 2. a m. pr. Postea *at ne* Mss. quidam et Edd. ac *Rationem* Cop. pro *stat*.—10 Ita locum restituit J. F. Gron. quem secuti sunt ceteri. In Mss. et Edd. usque ad Græv. legitur *nec ante pers. quam*, nisi quod in Medic. 2. sit *autem*, et in Urs. Cod. *tamen ante*. Confirmatur *cum* seu *quum* etiam a Memm. Cuj. Medic. 2. Markland. in Ep. Crit. p. 22. conj. *nec ante destitit, quam*. Statim *inter br*. Edd. Rom. *indix* Medic. 3.—1 Sic Memm. Viterb. Pal. 2. 3. Dun. Torr. Edd. Rom. Bon. Junt. Ald. Steph. et ex optimis suis reddidit Oud. In vulgg. *ἀνάστασις*. Cuj. *ἐπάστασις*. Ad marg. Pal. 3. Vind. aliorumque exaratum *stultorum exaltatio*, unde colligit Casaub. lectum fuisse in quibusdam libb. *ἀγαλλίασις*. In Ed. Lugd. omissis Græcis et aliis, *cui ind. erat stultorum insolentia, contrarietas*, quod Burm. putat sumtum ex interpretatione Sabell.—2 Casaub. corr. *stultit. stultum nem. fing*. probatque Brem. Lips. malit *non nem. fing*. In Pal. 1. *stult. venientem*. Conj. Guj. *effingere*.—3 *Inconsiderationem* Pal. 1. 2. Cod. Giph. Cop. Medic. 1. 3. Polit. Dein *vel Gr*. sine *ut* Vind. 1. Deest *Græce* Medic. 1.—4 Al. *καὶ ἀβ*. sed *et*

NOTÆ

[s] *Villicumque*] Villicus ille est, qui rationibus et universo operi rustico præponitur, quem e servorum numero fuisse inde colligas, quod ab Ædili flagellatum dixit. A poëtis quandoque sumitur pro eo, qui magnis etiam rebus præficitur, sed satyrice, ut Juven. Sat. IV. vs. 77. pro Urbis Præfecto: 'Pegasus attonitæ positus modo villicus urbi.'

[t] *Simulatamque*] Non dubitaverim, quin id Bruti exemplo fecerit princeps historiæ callentissimus, et Tito Livio, ut patet ex cap. 41. conjunctissimus; notum enim est ex Livii historia, simulatam a Bruto juvene stultitiam, quo foret, ut ait Ovidius, 'Tutus ab insidiis, dire superbe, tuis.'

[u] *Stationem*] Hoc est, imperii administrationem. Quo sensu Lucanus Neroni adulans vel illudens lib. I. Pharsal. 'cum, statione peracta, Astra petes serus.'

[v] *Μωρῶν ἐπανάστασις* [*ἀνάστασις*] Hoc est, *stultorum resurrectio*. De quo jocose et inciviliter Nero infra cap. 33. Argumentum hujus libri Casaubonus sic legit, *stultitiam stultum neminem fingere*, clarius.

[w] *Μετεωρίαν* et *ἀβλεψίαν*] Hoc est, *stoliditatem* et *inconsiderantiam*: *με-*

Occisa Messalina, paulo post, quam in triclinio decubuit, 'cur domina [x] non veniret,' requisivit.[5] Multos ex iis, quos capite damnaverat, postero statim die et in convivium,[6] et ad aleæ lusum admoneri [7] jussit: et, quasi morarentur, ut somniculosos per nuntium increpuit. Ducturus contra fas Agrippinam uxorem, non cessavit omni oratione[8] 'filiam,' et 'alumnam,'[y] et 'in gremio suo natam atque educatam' prædicare. Asciturus[9] in nomen familiæ suæ Neronem,[z] quasi parum reprehenderetur, quod adulto jam filio[a] privignum adoptaret, identidem divulgavit,[b] 'neminem unquam

ἀβ. legend. monuerunt Græv. Gron. Casaub. et ita Memm. Medic. Polit. Edd. Rom. Tum *deducubuit* Vind. 1. Mallet Burm. *discub.* Item *triclinium* Huls. Conj. Casaub. *cum in tr. dec.* vel *decubuisset.*—5 *Requisiit* Memm. Medic. 2. 3. Cort. et mox *his*, quod recepit Oud. cum Edd. Vett.—6 Ita præbet Memm. cum Cod. Urs. probante Casaub. Sed in aliis Mss. et Edd. Vett. legitur *in consilium*, nisi quod *concilium* sit in Medic. 2. Edd. Bas. post. Gryph. Col. Dol. Plant.—7 Hæc lectio est Memm. Medic. Polit. Cop. Cuj. Periz. Nonn. Cort. et Edd. O. ante Med. sec. item Pulm. Torr. Burm. &c. suffragantibus Turneb. Græv. Oud. &c. Vulg. *admoveri* defendit cum Grut. Ern. Si Cod. aliquis addiceret, Burm. mallet legi *advocari*. Ceterum *moraretur* Edd. Schild. —8 Casaub. scribend. jussit *in o. orat.* In Edd. Casaub. Græv. post. *ratione*, contra Mss. O. Tum *nat. et educt.* Cod. Urs. Paulo ante *alum. in gr.* omisso *et* Harlem.—9 *Asserturus* opt. Torr. *accitur.* Vind. 1. Verba *fam. suæ* desunt Mem. Medic. 3. a m. pr. et ejicienda censet Græv. *suæ* non agnoscunt Codd. exceptis Vind. 2. Cort. neque Edd. ante Casaub. præter Rom. pr. Dein *de-*

NOTÆ

νωθία enim est quædam mentis quasi supinitas et inertia.

[x] *Domina*] Hoc nomine conjuges sese invicem appellasse videntur etiam ex Virgilio lib. IV. Æneid. 'Dominum Ænean in tecta recepit.' et lib. VI. 'Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti.' Quem locum Servius eodem sensu explicat.

[y] *Filiam et alumnam*] Cujus nempe erat patruus, utpote frater Germanici patris ejus. Quod Casaubonus ad Claudii stoliditatem refert; id enim publicabat, quod alii maxime dissimulant, cognationem nempe, qua odiosum et incestum fiebat ejus matrimonium.

[z] *Neronem*] De quo libro sequente. Erat ex familia Domitiorum.

[a] *Adulto jam filio*] Hoc est, jam grandiusculo, utpote qui adoptionis tempore novem vel undecim tantum annos natus erat. Nero enim duobus annis Britannico major, ut patet ex Tacit. Annal. XII. undecimo vel decimotertio ætatis anno adoptatus est. Vide in ejus vita cap. 7.

[b] *Divulgavit*] Et aliud stoliditatis indicium fuisse aiunt, quod alium insereret in suam familiam, quæ per seipsam ab initio duraverat, nato jam et grandiusculo filio, quo id honoris continuari poterat. Hoc tamen Augusti exemplo defendi quadantenus

per adoptionem familiæ Claudiæ[c] insertum.' [40.] Sermonis vero rerumque tantam sæpe negligentiam ostendit, ut nec quis,[10] nec inter quos, quove tempore ac loco verba faceret, scire aut[1] cogitare existimaretur. Cum de laniis ac vinariis[d] ageretur, exclamavit in Curia: 'Rogo vos, quis potest sine offula vivere?' descripsitque abundantiam veterum tabernarum,[2] unde solitus esset vinum olim et ipse[e] petere. De Quæstore[3][f] quodam candidato inter causas suffragationis suæ posuit, 'quod pater ejus frigidam[g] ægro sibi tempestive dedisset.' Inducta teste[h] in Senatu, 'Hæc,'

prehend. Medic. 1. Vind. 1. *divulgatum* Huls.—10 Baumg. laudat conject. Müll. *nec quos*, sc. sermones. Confirmat eam lectio Fouc. *vel inter quos.*—1 Pro vulg. *ac* ediderunt *aut* Oud. et Ern. jubentib. Medic. Polit. Vind. 2. Cort. seu Lys. Cop. Voss. et ita Fouc. Contra mox *ac lan.* cum Torr. Casaub. et seqq. reposuerunt Ern. Bip. Oud. &c. fide Memm. Medic. Vind. 2. Cort. Voss. In aliis et Edd. Vett. *aut vin.* Oud. tamen cum Burm. hic malit *aut*, sed ita ut pro *descripsitque* (quod nullus agnoscit Ms. neque Ed. ante Torr. et Casaub.) legatur *ac descripsit.* Lips. suadet *laniariis ac vin.*—2 Ern. emend. *veterem abund. tab.* Postea *unum pet.* habent Periz. a m. pr. Edd. Ven. 2. 3.—3 Correctionem Beroald. *de quæsturæ quodam*, receptam in Edd. Med. sec. Bon. Par. adoptavit Ern. et cum eo Bip. probante Græv. Nihil variant Mss. Tum in

NOTÆ

potuerit, si verum, quod innuit Pallas, id ipsum Claudio persuadens, apud Tacit. lib. XII. Annal. ab Augusto nempe Tiberium adoptatum, viventibus licet nepotibus: quod tamen Suetonii historiæ repugnat, in Augusto cap. 65.

[c] *Familiæ Claudiæ*] Tacitus ibidem: 'Annotabant periti, nullam antehac adoptionem inter patricios Claudios reperiri, eosque ab Atta Clauso continuos duravisse.' Certe aliquem ex illis in alienam familiam adoptatum, constat ex supradictis, in Tiberio cap. 2. et in Julio cap. 20.

[d] *Laniis ac vinariis*] Illi carnium, hi vini venditores: posteriore voce minus frequenter usi sunt auctores.

[e] *Et ipse*] Probat se tunc temporis tenuem admodum extitisse; hujusmodi enim hominum est, vinum e taberna, non e cella sua petere. Unde Cicero inter alia sordidæ libidinis indicia Pisoni exprobrat: 'Pistor domi nullus, nulla cella, panis et vinum de propola atque de cupa,' &c.

[f] *Quæstore*] Beroaldus et Sabellicus legunt *quæsturæ*, sensu aperto; patet enim de eo intelligendum, qui quæsturam ambiret, non vero de Quæstore illo, qui candidatus Principis dicebatur. De quo in Aug. cap. 65. et in Nerone cap. 16.

[g] *Frigidam*] Hoc refert, ut ridiculum: tamen simile quid magnum animi memoris argumentum fuit in Dario Hydaspe, qui eodem beneficio, urgente necessitate, affectus fuerat.

[h] *Inducta teste*] Raro testes mulieres, nisi ubi de crimine majestatis agitur: quo casu deficientibus reliquis, earum indicio uti non dedigna-

inquit, 'matris meæ liberta et ornatrix [i] fuit: sed me patronum semper existimavit. Hoc ideo dixi, quod quidam sunt adhuc in domo mea, qui me patronum non putant.' [4] Sed et pro tribunali, Ostiensibus quiddam publice orantibus, cum excanduisset, 'Nihil habere se,' vociferatus est, 'quare eos demereatur: si quem alium, et se liberum esse.' Nam illa ejus quotidiana, et plane omnium horarum et momentorum erant, 'Quid? ego tibi Theogonius [5] [k] videor?' et, λάλει, καὶ μὴ θίγγανε· [6] [l] multaque talia, etiam privatis defor-

Senatum Vind. 2. Cort. Fouc.—4 Suadet Ern. *putent*. Mox *hab. vocif.* sine *se* opt. Torr. et *illius quotid.* Medic. 1. 3. Cop. haud improbante Oud.—5 *Telegenius* Memm. Pal. 1. 2. Medic. 3. quod amplexi sunt Græv. et Oud. *Telegennius* ex Pith. et Inscript. legerunt Scalig. Casaub. Guj. *quid ergo tibi Telegenius* Cop. *quid ergo tibi legemus* Huls. *Telegonius* Medic. 1. 2. Dun. Voss. Pal. 3. *Thelogonius* Harlem. Cuj. Vind. 1. Edd. Rom. *Thelogenius* Polit. *Theologonius* Periz. Edd. Med. pr. Cald. *Theleogonius* Vind. 2. Cort. *Telegonus* Ed. Steph. *Togonius* asserit Turneb. Adv. XXVII. 19. sed Cf. XXII. 31. ubi *telæ genium* profert. Lips. volebat *Theognius* v. *Theognis*. Beroaldo debetur vulg. *Theogonius*.—6 Vestigia hujus lect. a Turneb. propositæ servant Mss. Torr. Pith. Groslot. Pal. 1. 2. aliique. In Memm. λάλι καὶ μεθιγγανα, Dun. Cuj. αλι και μη θιγγανα, Medic. 1. 2. αλαικατλαη θιγγανα, Medic. 3. αλακαιμεσιγγανα, suprascr. *loquere*. In Voss. αλαικαιμηειγγανα. In Pal. 3. et aliis cum Edd. priscis desunt Græca. λογιωτάτως Polit. λογιώτατος Periz. a m. pr. Fouc. Edd. Bon. Bas. Ald. Arg. Gryph. Plant. Casaub. et seqq. λογιωτατος *videor et eloquentissimus* Lugd. Præbent Vind. 2. Cort. interpretamentum, id est, *decens locutor*. In marg. Viterb. ascript. *dic et loquere*, unde facit Casaub. λέγει καὶ εἰπέ. Steph. exhibuit *et* ἄδικά τ' ἀληθῆ θ' ἅμα. Conj. Is. Voss. λάλει καὶ μηδὲν ἅγαν, Gron. τετι-

NOTÆ

bantur, ut constat de Fulvia illa, cujus ope Cicero conjurationem Catilinæ detexit, de qua plura apud Sallustium, et in libris Digestorum ad legem Juliam, Majestatis lege VIII.

[i] *Ornatrix*] In famulatu matronarum fuere, quæ illarum ornamenta servarent et aptarent, qualia erant inaures, armillæ, &c. Has Græco vocabulo cosmetas appellat Juvenalis Sat. VI. vs. 476. 'periit libraria, ponunt Cosmetæ tunicas,' &c.

[k] *Theogonius* [*Telegennius*] Hanc lectionem tuetur Casaubonus ex Scaligero, qui uni ex Romanis gentibus id nominis fuisse colligit ex veteri inscriptione, DIS MANIBUS C. TELEGENNI OPTATI. Nec dubium videtur, quin ea sit omnium verisimillima; nullibi enim sic variant codices, *Thelegonius*, *Thelogonus*, *Theologonius*, *Theogonius*, &c. Quisquis ille fuerit, apparet notæ fatuitatis quendam fuisse, cui Claudius comparatum se nollet.

[l] Λάλει, καὶ μὴ θίγγανε [λογιώτατος] Hoc est, *verbosissimus*. Sic plures legunt codices. Casaubonus tamen testatur, Græcam vocem in Viterbiensi non extare, sed margini ascriptam interpretationem hanc, *dic et loquere*. Unde facile colligit scriptum, λέγε καὶ εἰπέ. Turnebus lib. XXII. cap. 31. legisse se affirmat λάλει, καὶ μὴ θίγγανε, *loquere, et ne attinge*. Cu-

mia, nedum Principi, neque infacundo, neque indocto, immo etiam pertinaciter liberalibus studiis dedito. [41.] Historiam [m] in adolescentia, hortante T. Livio,[7] [n] Sulpicio vero Flavo etiam adjuvante, scribere aggressus est. Et cum primum frequenti auditorio commisisset,[o] ægre perlegit, refrigeratus [p] sæpe a semetipso. Nam cum initio recitationis,[8] defractis compluribus subselliis obesitate cujusdam, risus exortus esset; ne sedato quidem tumultu temperare potuit, quin ex intervallo subinde facti reminisceretur, cachinnosque revocaret. In principatu [9] quoque et scripsit plurimum, et assidue recitavit per lectorem. Initium autem sumsit historiæ post cædem Cæsaris Dictatoris. Sed et [10] transiit [q] ad inferiora tempora, cœpitque a pace civili; cum

γόνιον.—7 *L. Livio* Medic. 3. Polit. Fonc. Ed. Casaub. 1611. *adhortante* Edd. Rom. Tum *adortus est* opt. Torr. *est* exulat a Vind. 1.—8 *Orationis* Peris. a m. pr. Conj. Burm. *defract. compaginibus subsellii.* Dein *obesitante* Vind. 2. *obesitare* Medic. 3. *obhesitantem* Fonc. et *exort. est* Cort.—9 *Primatu* Cop. Medic. 1. Mox *cædem* deest Huls.—10 Torr. abesse mallet particulam *et*, et scribend. *sed* cum *s* minuscula. Sed Müll. deleri jubet *sed*, et antea com-

NOTÆ

jus lectionis vestigia in Pithœi et Groslotii codicibus expressissima notavit Casaubonus. Quæ etiam clariora sunt verba inconsiderati hominis, et parum pro imperatoria majestate loquentis, quasi verbera et plagas formidasset.

[m] *Historiam*] Meminit et Plinius lib. XII. cap. 27. et Suetonius supra cap. 21.

[n] *T. Livio*] Titus Livius Historiæ Romanæ princeps, auctore Eusebio Chronic. 19. mortem obiit quarto imperii Tiberii anno, qui Urbis fuit 771. et Coss. habuit Junium Silanum et L. Norbanum Balbum: quo tempore Claudius viginti circiter et septem annos natus erat, utpote qui anno U. C. 744. Coss. Julo Antonio et Fabio Africano, ut supra cap. 2. in lucem editus fuerat.

[o] *Commisisset*] De commissionibus in Augusto cap. 45. et 89. et Calig. cap. 53.

[p] *Refrigeratus*] Sic iterum Suetonius in vita Lucani dixit, Neronem 'nulla nisi refrigerandi sui' (hoc est Lucani recitantis) causa' recessisse. Refrigerare igitur recitantem est auditorii, ut ita dicam, frigus illi afferre. Hoc sensu et Plinius Epist. 13. lib. VI. de Passieno Paulo recitante ait, 'Interim Paulo aliena deliratio aliquantum frigoris attulit.' Unde recitandorum operum consuetudinem colligere est, de qua in Augusto ad cap. 89. A seipso refrigeratus dicitur, quia ipse sibi frigoris hujus causa fuit, quod in recitando subinde recordatus obesi et præpinguis illius viri, qui pondere suo subsellia fregerat, sibi non posset a risu temperare.

[q] *Transiit*] Non nisi duobus, ut ait, super hac materia scriptis volumini-

sentiret, neque libere, neque vere, sibi de superioribus tradendi potestatem relictam, correptus[s] sæpe et a matre[r] et ab avia.[s] Prioris materiæ duo volumina, posterioris unum et quadraginta reliquit. Composuit et 'De vita sua' octo volumina, magis inepte, quam ineleganter: item 'Ciceronis[1] defensionem adversus Asinii Galli[t] libros,' satis eruditam. Novas etiam commentus est literas tres,[2][u] ac numero veterum, quasi maxime necessarias, addidit: de quarum ratione cum privatus adhuc volumen edidisset, mox Princeps non difficulter obtinuit, ut in usu quoque promiscuo essent. Extat talis scriptura[v] in plerisque libris, actis diurnis,[3][w]

ma poni pro puncto.—1 *Correctus* Periz. Huls. Fonc. Vind. 2. Cort. Edd. Ven. Med. pr. Cald. Lugd. Junt. Arg. Ald. Tum in iisdem Mss. *eleganter*, Ed. Camp. *illeganter*.—2 In Camp. *citerioris*, Cort. et marg. Vind. 2. *Curionis*. Mox abest *tres* a Medic. 1. a m. pr. Vind. 2. Cort.—3 Ita emendavit

NOTÆ

bus; nec enim prosecutus videtur integram hanc historiam, quæ tredecim circiter annorum erat, a cæde scilicet Julii Cæsaris, anno U. C. 710. ad mortem Antonii 723. Pacem civilem dixit eam, quæ bella omnia civilia secuta est, tunc cum Janum clausit Augustus. De quo in Augusto cap. 22.

[r] *A matre*] Antonia: supra cap. 1. et Calig. cap. 1. et 23.

[s] *Ab avia*] An Octavia Augusti sorore, quæ Antoniæ mater fuit, de qua in Augusto cap. 63. An vero Livia Augusti conjuge, patris ejus matre, de qua tam sæpe supra.

[t] *Asinii Galli*] De hoc in Augusto ad cap. 66. Filius fuit Asinii Pollionis oratoris, ut ibidem ad cap. 43. notatum, et poëtæ, ut in Julio ad cap. 30. et 35. Scripsit libros de comparatione Pollionis patris sui et Ciceronis, quibus patri suo dare palmam ausus est, ut ait Plinius Epist. 4. lib. VII. Quem cum Largio quodam eodem nomine insectatur Gellius lib. XVII. cap. 1.

[u] *Literas tres*] Idem habet Tacitus Annal. II. ubi de literarum inventoribus locutus addit: 'Quo exemplo, Claudius tres literas adjecit, quæ usu imperitante eo, post obliteratæ.' Sed nec tradidit quænam illæ fuerint, nec tradere etiam curavere grammatici, ut fatetur Lipsius, Taciti locum enarrans, ubi de Æolico, ut vocant, digammate constare, probat ex Quintiliano, et inscriptionibus illius temporis: 'Nec inutiliter Claudius Æolicam illam Ⅎ ad hos usus literarum adjecerat,' ait Quintilianus lib. I. cap. 13. Vetusta marmora, 'Pomerium ampliaℲit terminaℲitque OctaℲia, DiℲi Augusti,' &c. Unde patet hujus literæ Ⅎ eundem valorem esse, qui *v* consonantis. De reliquis nihil constat, ubi conjecturis tantum agitur. Pari exemplo et eventu Chilpericus Francorum Rex, tres quoque literas addidit, quas in usum adhibendas edicto jusserat.

[v] *Scriptura*] Tacitus ibidem: 'As-

titulisque operum. [42.] Nec minore cura Græca studia secutus est, amorem præstantiamque linguæ occasione omni professus. Cuidam barbaro, Græce et Latine disserenti, 'Cum utroque,' inquit, 'sermone nostro sis paratus.'[4] [x] Et in commendanda Patribus conscriptis Achaia,[y] 'gratam sibi provinciam,' ait, 'communium studiorum commercio.' Ac sæpe in Senatu legatis perpetua oratione[5] [z] respondit. Multum vero pro tribunali etiam Homericis[a] locutus est versibus. Quoties quidem hostem vel insidiatorem ultus esset, excubitori Tribuno,[b] signum de more poscenti, non temere aliud dedit, quam

'Ανδρ'[6] ἐπαμύνασθαι, ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ.[i]

[i] *Virum ulcisci oportet, quando aliquis prior injuriam facit.*

Burm. pro vulg. *ac diurn.* et receperunt omnes optimæ notæ Edd. Torr. conj. *lib. actorum diurnorum*, mutationemque ortam e compendiaria scriptura *act. diur.* Muret. ad Tac. Ann. III. 3. suasit *lib. actorum diurnis.*—4 Sic præbent Memm. Pith. Lisl. Medic. 3. Polit. Cuj. Voss. marg. Edd. Bas. Gryph. *in utroq. &c. comparatus* Medic. 1. In aliis fere omnibus *peritus*. Exulat *nostro* a Medic. 3. a m. pr. aliisque. In Cort. *vide*. Divinavit Voss. *quam utr. i. s. monstrosi partus.* Supra *ac Lat.* præfert Oud. cum Medic. Polit. Vind. Periz. et Edd. Vett.—5 Suspicatur Casaub. legend. *leg. Græce perp. or.* Dein *heroicis loc.* Periz. Harlem. et Vett. Edd. O. præter Bas.—6 Medic. Vind. 2. Cort. *'Ανδρα ἐπ.* vulgo et in Dion. p. 676. *ἀπαμ.* Dein Vind. *χαλεπαίνει*, Me-

NOTÆ

piciuntur etiam nunc in ære publicandis plebiscitis per fora et templa fixo.'

[w] *Libris, actis* [*ac*] *diurnis*] Torrentius de libris actorum intelligit, errorem scripturæ inde natum existimans, quod cum Suetonius dimidiatis, more veterum, vocibus scripsisset *lib. ac. diurn.* librarii fecerint *libris ac diurnis*: quod quanquam verosimillimum est, intelligendum tamen videtur de privatis etiam libris, tum quia 'plerisque' dixit, tum quia diurna libri sunt, quibus dierum singulorum rationes describuntur. Juvenalis: 'Longi relegit transacta diurni:' et Ausonius de sapiente loquens, 'Nec prius in dulcem declinant lumina somnum, Omnia quam longi reputaverit acta diei.' Vide in Augusto ad cap. 78.

[x] *Paratus* [*peritus*] Pithœi et Lislæi codices *paratus*.

[y] *Achaia*] Quam illis reddiderat. Supra cap. 25.

[z] *Perpetua oratione*] Græca scilicet, quod contra majorum, ac præsertim Augusti, institutum fuit. Vide in Tiberio ad cap. 71.

[a] *Homericis*] Beroaldus et Sabellicus scripserant *heroicis*: male.

[b] *Tribuno*] Qui excubitorum cohortibus præerat, in Caligula cap. 56. Signum autem intellige tesseram mi-

Denique et Græcas [7] scripsit historias, *Τυῤῥηνικῶν* [c] XX. *Καρχηδονιακῶν* [d] VIII. Quarum causa veteri Alexandriæ Museo [8] alterum additum [e] ex ipsius nomine: institutumque, ut quotannis in [9] altero *Τυῤῥηνικῶν* libri, in altero *Καρχηδονιακῶν*, diebus statutis, velut in auditorio, recitarentur toti a singulis per vices. [43.] Sub exitu vitæ, signa quædam, nec obscura, pœnitentis et de matrimonio Agrippinæ, deque Neronis adoptione, dederat. Siquidem, commemorantibus

dic. 1. *χαλεπηαυτη*, Medic. 2. 3. *χαλεπηαυτι*.—7 *Græcis* Cuj. Tum Latinis literis *Tyrrhenicon* v. *Tyrrheniacon* v. *Thyrenicon* Mss. Torr. Burm. Oud. et Edd. Vett. *Cyrenicon* Ven. tr. Bon. *Cyreniacon* Bas. post. Item *Carchedoniacon* iidem Mss.—8 *Musio* Mem. Codd. Casaub. cum duob. Burm. pluribus Oud. et Edd. Rom. Ven. 1. Med. pr. Cald. *Musæ* Lugd. *alterum* agnoscit unicus Urs. Cod. cujus fide Casaub. et seqq. receperunt. Conj. Torr. *add. et ips.* omisso *alterum*. Oud. vel repetendum *Museum*, vel addendum *et* ante *ex* existimat. In Vind. 1. scribitur *veteri templo Alex. Musium*, Medic. 2. Dun. *veterum*.—9 Vulgo abest *in*. Restituit cum Burm. aliisque Oud. fide Medic. 1. 3. Vind. Periz. *in alterum* Harlem. Edd. Camp. Mediol. duæ, Cald. Mox

NOTÆ

literam, de qua ibidem.

[c] *Τυῤῥηνικῶν*] Latinis alii literis *Tyrrhenicon*. Interpretes probabilius putant legere *Κυῤῥηνικῶν*, *Cyrrhenicon*, quamvis Tyrrheni fama satis noti sint.

[d] *Καρχηδονιακῶν*] Hoc est, Carthaginensium: hi enim Carchedonem conditorem agnoscebant, Appiano auctore, (quanquam Dido vulgatiore fama Carthaginem condidisse feratur.) Cum igitur Cyrenaicis vicini fuerint Carthaginenses, multa inter se communicanda et disceptanda habuisse longe probabilius foret, etiam tacente Sallustio, qui tamen bello Jugurthino, de utriusque populi dissidiis locutus est. Cyrenaica regio Africæ eadem, quæ Plinio Pentapolitana dicitur lib. v. cap. 5. hodie Barbariæ pars: Cyrene vero civitas etiam *Corene*.

[e] *Veteri Alexandriæ Museo alterum additum*] Ita scripsit Casaubonus ex Mss. cum in vulgatis editionibus non extaret vox *alterum*. Sensus est: Alexandriæ erat antiquum Museum. Huic Claudius addidit novum suo nomine appellatum: quod confirmat Athenæus lib. vi. ubi disertis verbis Claudium Museum Alexandriæ fuisse significat. Museum autem, vel Musium Alexandrinum, fuit collegium hominum circa disciplinas versantium, quibus attributa e publico pecunia ad promovenda bonarum artium studia, a Ptolemæo Philadelpho, celebri illo bibliothecæ conditore, institutum, ut vulgo censent. Augustus et Tiberius multa Museo, in gratiam doctorum hominum, liberaliter indulserunt. Testis est Strabo libro ultimo, ubi et ædificium describit, de quo et Spartianus in Adriano, qui sæpe quæstiones illis proponebat; et Philostratus in vita Dionysii Milesii sophistæ, ubi Museum mensam fuisse dicit, quæ ex omni terrarum orbe eloquentissimos quosque viros convocaret.

libertis, ac[10] laudantibus cognitionem,[f] qua pridie quandam adulterii ream condemnaverat, 'sibi quoque in fatis esse,' jactavit, 'omnia impudica, sed non impunita matrimonia.' Et subinde obvium sibi Britannicum arctius complexus, hortatus est, 'ut cresceret, rationemque a se omnium factorum acciperet;' Græca insuper voce prosecutus, ὁ τρώσας καὶ ἰάσεται.[1] [g] Cumque impubi[2] teneroque adhuc, quando[h] statura permitteret, togam dare destinasset, adjecit: 'ut tandem populus Romanus verum Cæsarem[i] habeat.' [44.] Non multoque post[3] testamentum etiam conscripsit, ac signis omnium magistratuum obsignavit.[k] Prius igitur, quam ultra progrederetur, præventus est ab Agrippina, quam præter hæc conscientia[4] quoque, nec minus

---

conj. Urs. *dieb. statis.*—10 Fouc. *et laud.* Tum *condemnarat* edidit Oud. cum Medic. tr. Cop. *condemnavit* Periz. Edd. Vett. præter Bas. Gryph. et seqq.—1 Hoc modo e vestigiis sui Cod. restituit Petr. Victorius, Var. Lect. xxiv. 14. probantibus Torr. Casaub. Grut. Græv. Ern. al. Turneb. Firmant Pal. uterque Vind. Cort. aliique, in quibus ex interpretatione *rectas facite* aut *en rectas facite.* Turneb. vulgavit *ὁ τρώσας πείσεται*, uti dant Memm. Medic. 1. 3. Pith. Lisl. cum Dun. Cuj. Voss. Medic. 2. nisi quod in his sit *πείσαται.* Vulgo in Viterb. Huls. Pal. 2. Edd. Rom. &c. legebatur *ὁ ἔρως δ' ἐπείγεται*, quo facit Polit. *ὁ ἔρως δὲ ἐπείγεται.* In Edd. Med. pr. Cald. *ὄρθος πίετε*, unde Sab. et Beroald. *ὀρθῶς ποιεῖτε.* Lugd. *ὄρθος πιεῖτε*, Ald. Seb. Gryph. Col. Dol. *ὁ ἔρος δ' ἐπείγεται.* Alii aliter paulo. Gron. conj. et edidit *ὁ τρώσας ἀκέσεται.* Heins. teste Pontano, tentavit *ὁ Νέρων δ' ἐπείγεται.* Oud. emendationem probat Victor. sed delet copulam *καί.*—2 *Inpuberi* Edd. Rom. *impuber* Fouc. Dein *et tog.* Vind. 1.—3 *Non multo post* uterque Pulm. Huls. Vind. 1. *non multumque* Fouc. Suadet Müll. *non multo itaque.* Deest *ultra* Vind. 1.—4 Sic quatuor libb. Torr. cum Memm. Medic. Cuj. Voss. Pulm. Casaub. Urs. et Grut.

NOTÆ

[f] *Cognitionem*] Supra ad cap. 15.

[g] Ὁ *τρώσας καὶ ἰάσεται* [*ὁ ἔρως δ' ἐπείγεται*] Hoc est, *amor impellit.* Sic plures habent codices: alii tamen *ὀρθῶς ποιεῖτε*, *bene facite.* Petrus Victorius l. xxiv. Variarum Lectionum c. 14. ex vetusti codicis vestigiis legit *ὁ τρώσας καὶ ἰάσεται*, *qui læsit et sanabit*, proverbio, quod ex oraculi responsione factum est, cum Telephus ab Achille vulneratus, illud olim consuluisset. Hoc certe de principe in Homericis versatissimo probabilius est, quam quod Turnebus lib. xxii. cap. 31. *ὁ τρώσας πείσεται*, *qui læsit pœnas dabit.*

[h] *Quando*] Hoc est, siquidem, notat quippe Xiphilinus, Britannicum statura majorem fuisse, quam vulgo ferret ejus ætas.

[i] *Verum Cæsarem*] Non vero adoptivum, ut antea habuerat, et habitura erat, si Nero rerum potiretur.

[k] *Obsignavit*] De testamentorum signis supra in Augusto ad cap. 33. &c. Ner. ad cap. 4.

delatores [l] multorum criminum [m] arguebant. Et veneno quidem occisum convenit: ubi [n] autem, et per quem dato, discrepat. Quidam tradunt, epulanti in arce cum sacerdotibus, per Halotum [o] spadonem prægustatorem; [p] alii, domestico convivio, per ipsam Agrippinam, quæ boletum medicatum [q] avidissimo ciborum talium obtulerat. Etiam de subsequentibus diversa fama est. Multi statim, hausto veneno, obmutuisse aiunt, excruciatumque doloribus nocte tota, defecisse prope lucem. Nonnulli inter initia consopitum, deinde cibo affluente [5] evomuisse omnia, repetitumque toxico, [r] incertum, pultine addito, cum velut exhaustum

Edd. Rom. sec. Bas. In aliis Edd. Vett. *consciam*. Fouc. *conscia*. Edd. Froben. Torr. *conscii*, quod placet Burm. Postea *dato* exulat a Vind. 1.—5 *Afluente* Memm. probante Græv. vel legente *effluente*. Vind. 1. *evomisse*. Paulo ante *in cibo* Camp. Mox *clystera* Memm. Cop. recepitque Oud. *clysteram* Medic.,1. 3. *clysteren* Periz. *clystere* Vind. 1. Edd. Ven. Bon. Lugd.

NOTÆ

[l] *Delatores*] Quos inter Narcissus libertus, de quo supra cap. 28.

[m] *Criminum*] Impudicitiæ præsertim cum Pallante liberto, de quo supra ibid.

[n] *Ubi*] Ex Tacit. Annal. XII. patet fuisse in Palatio, et a Locusta, veneficii damnata muliere, præparatum fuisse.

[o] *Per Halotum*] Tacitus ibidem de veneno illo loquens: 'Cujus minister e spadonibus fuit Halotus, inferre epulas et explorare gustu solitus.'

[p] *Prægustatorem*] Munus hoc demandari solitum ei, quem principes inprimis diligebant. Tacit. Annal. XIII. 'Quia cibos potusque dilectus ex ministris explorabat.' Quem morem, stante Republica, ignotum, nec ante Augustum incœpisse colligunt viri docti, tum ex Suetonio et Tacito, tum ex inscriptionibus, quas vide in calce.

[q] *Boletum medicatum*] Nec enim solus nocet, et Plinius lib. XXII. cap. 22. boletum iis annumerat quæ temere manduntur, ideoque Tacitus Annal. XII. delectabili boletorum cibo infusum venenum dicit; unde patet ex iis fungis non fuisse, qui quanquam boletum extrinsecus referant, mortiferi tamen sunt; unde et Plinio ibidem cap. 23. et Juvenali Sat. V. vs. 146. ancipites dicuntur: 'Vilibus ancipites fungi ponentur amicis.'

[r] *Repetitumque toxico*] Tacitus alium adhuc modum refert libro XII. extremo, 'Nec vim medicaminis satis intellectam, socordiane Claudii an vinolentia: simul soluta alvus subvenisse videbatur. Igitur exterrita Agrippina, et quando ultima timebantur, spreta præsentium invidia, provisam jam sibi Xenophontis medici conscientiam adhibet; ille tanquam nisus evomentis adjuvaret, pinnam rapido veneno illitam faucibus ejus demisisse creditur.' Vide supra ad cap. 33.

refici cibo oporteret, an immisso per clysterem, ut quasi abundantia laboranti etiam hoc genere egestionis subveniretur. [45.] Mors ejus[6] celata est, donec circa successorem[s] omnia ordinarentur. Itaque et quasi pro ægro adhuc vota suscepta sunt, et inducti per simulationem comœdi, qui velut desiderantem oblectarent. Excessit tertio Idus Octobris, Asinio Marcello, Acilio Aviola[7] Consulibus,[t] quarto et sexagesimo ætatis, imperii quartodecimo anno; funeratusque est solenni Principum pompa, et in numerum Deorum[u] relatus. Quem honorem, a Nerone destitutum[v] abolitumque, recepit mox per Vespasianum. [46.] Præsagia mortis ejus præcipua fuerunt: exortus[8] crinitæ stellæ, quam 'cometen'[w] vocant; tactumque de[9]

Junt. Arg. Ald.—6 *Ej. mors* Polit. Pro *desiderantem*, teste Torr. legunt quidam *desidentem*. Conj. Burm. *delirantem*.—7 Polit. *Ac. Amela*, Cort. *Ac. Arnelo*. Tum videntur aliqui legisse *LXIII. æt.* quos refutavit Casaub. Vulgo *anno*. *Funeratus est*, sed *que* addunt Mss. O. et Edd. ante Casaub. In Ed. Junk. *XV. an.* Mox legit Guj. *Quem hon. in N. d. a. rec. mox Roma per V.* repugnante Cannieg. ad Avien. fab. 31. *abolitum* Memm. Huls. Medic. 1. 3. *abolet*. Edd. Sab. Omnia a *quem* usque ad fin. cap. omisit Vind. 1.—8 *Exortu* et *comete* Vind. 1. *quem com.* duo Torr. *cometam* Cort. *cometem* Edd. Vett. cum Periz.—9 Præposit. *de* excidit in Ed. Gron. *a cœlo* Ven. 1. Tum verba

NOTÆ

[s] *Successorem*] Tacitus ibidem: 'Dum res firmando Neronis imperio componuntur,' et eadem quæ hic Suetonius, nisi quod de comœdis silet.

[t] *Consulibus*] Qui annus ab U. C. 806. Christi vero 56. Qui ætatis ejus annos exacte numerant, ii non amplius quam 63. ann. duobus mensibus ac tredecim diebus: sed Suetonius annum incœptum habuit pro completo, ut et alias.

[u] *Numerum Deorum*] Apotheosim intelligit, ut et Julii cap. 88. Tacitus: 'Cœlestesque honores Claudio decernuntur, et funeris solenne perinde ac Divo Augusto celebratur, æmulante Agrippina proaviæ Liviæ magnificentiam.'

[v] *A Nerone destitutum*] Aliter Plinius in Panegyrico: 'Dicavit cœlo Tiberius Augustum, sed ut majestatis numen induceret; Claudium Nero, sed ut irrideret.' Et ipse Suetonius consecratum a Nerone testatur infra cap. 9. Unde locus hic nonnisi de templo Claudii intelligendus, quod a Nerone destructum Vespasianus instauravit. In Vesp. cap. 9.

[w] *Cometen*] Hujus meminit et Seneca lib. VII. Natural. Quæst. cap. 17. et 29. et Plinius lib. II. cap. 25. 'Cometas Græci vocant, nostri crinitas, horrentes crine sanguineo, et comarum modo in vertice hispidas; terrificum magna ex parte sidus, ac non leviter piatum, ut civili motu, Octavio Consule, iterumque Pompeii et Cæsaris bello; in nostro vero ævo,

cœlo monumentum Drusi patris; et quod eodem anno ex omnium magistratuum [x] genere plerique mortem obierant. Sed nec ipse [10] ignorasse, aut dissimulasse ultima vitæ suæ [1] tempora videtur, aliquot quidem argumentis. Nam et cum Consules designaret, neminem ultra mensem, quo obiit, designavit: et in Senatu, cui novissime interfuit, multum ad concordiam liberos suos cohortatus, utriusque ætatem suppliciter Patribus commendavit. Et in ultima cognitione [y] pro tribunali, 'accessisse se [2] ad finem mortalitatis,' quanquam abominantibus,[z] qui audiebant, semel atque iterum pronuntiavit.

ex om. m. g. non habet Huls.—10 Vulgo *ipse nec.* Illud reposuit Oud. auctorib. Medic. Polit. Cort. Voss. trib. Burm. Longol. et Edd. multis Vett. *ipse* abest a Vind. 1. Periz. et Edd. ante Med. Legi jubet Casaub. *sed nec ipse quidem ign.*—1 Desunt *vit. su.* Vind. 1. Infra *hortatus* Vind. 2. Cort. Edd. Ven. et seqq. usque ad Bas. *suppliciter* non comparet in Vind. 1.—2 *Se* non agnoscunt Polit. Casaub. et eum secuti, *qui videbant* etiam Exc. Polit.

NOTÆ

circa veneficium, quo Claudius Cæsar imperium reliquit Domitio Neroni,' &c.

[x] *Omnium magistratuum*] Tacitus lib. XII. ubi et alia ab his portenta recenset: 'Numerabatur inter ostenta deminutus magistratuum numerus, Quæstore, Ædili, Tribuno, ac Prætore et Consule, paucos intra menses defunctis.' Unde etiam colligere est, quinam fuerint magistratus Romani; quos enim generatim Suetonius expressit, hos Tacitus singillatim declaravit.

[y] *Cognitione*] Constanter dicitur de judicio, in quo Princeps ipse cognoscit, ut supra cap. 15. et 43.

[z] *Abominantibus*] Hoc est, malum omen deprecantibus; abominari enim est triste aliquid precibus rejicere, et amoliri: quod Virgilius sic expressit III. Æneid. 'Di, prohibete minas, di, talem avertite casum:' quo depelli posse credebant ominis exitium.

NERO CLAUDIUS CÆSAR.[1]

Ex gente DOMITIA[2][a] duæ familiæ claruerunt, CALVINORUM,[b] et AENOBARBORUM.[c] Aënobarbi auctorem originis, itemque cognominis, habent L. Domitium: cui rure[3] quondam revertenti juvenes gemini[d] augustiore forma ex occursu imperasse traduntur, nuntiaret Senatui ac populo victoriam, de qua incertum adhuc erat: atque in fidem majestatis adeo permulsisse malas, ut e nigro rutilum ærique

1 Medicei *Nero* vel *de Nerone*. Vind. 2. Cort. *Nero Domitius Cæsar*. Alii carent titulo.—2 *Domicia* semper Cop. Tum *Calvicioram* Vind. 1. et *Æneobarbor.* hic et infra, ac cap. 7. Vind. 2. *Ænobardor*. Cuj. Torr. vellet ex nummis scribi *Ahenob.* de qua orthographia cf. Muret. ad Cic. Ep. Fam. VIII. 8. —3 *Jure* Huls. Mox *auctiores for*. Memm. *adh. incert*. Vind. 1. in *finem*

NOTÆ

[a] *Gente Domitia*] Gens et familia differunt, ut totum et pars, ut jam supra in Tiberio cap. 1.

[b] *Calvinorum*] Ex hac familia Domitius ille Calvinus, Julii Cæsaris legatus, de quo in Julio cap. 36.

[c] *Aënobarborum*] In lapidibus Capitolinis et nummis, quos Torrentius profert, scriptum est 'Ahenobarb.'

[d] *Juvenes gemini*] Hos Castorem et Pollucem fuisse creditum est; præcipuo enim favore Romanis semper opitulatos, narrat Valerius Maximus lib. I. cap. 8. Victoria illa relata est adversus Tarquinios, anno U. C. 257. unde gentis antiquitatem colligere est. Idem narrat et Plutarchus in Æmilio, Livius lib. II. decad. I. et Dionysius Halicarnasseus lib. VI. qui ea pugna pro Romanis certasse Castorem et Pollucem narrant, et exstructum illis templum; quo loco, sudorem equorum abstergentes visi sunt.

assimilem capillum[4] redderent. Quod insigne mansit et in posteris ejus, ac magna pars rutila barba fuerunt. Functi autem consulatibus septem,† triumpho,‡ censuraque duplici,§ et inter patricios allecti,[5] [e] perseverarunt omnes in eodem cognomine. Ac ne[6] prænomina[f] quidem ulla, præterquam Cnei et Lucii, usurparunt; eaque ipsa notabili varietate, modo continuantes unumquodque per trinas[7] personas, modo alternantes per singulas. Nam primum secundumque ac tertium Aënobarborum Lucios; sequentes rursus[8] tres ex ordine Cneos accepimus; reliquos nonnisi vicissim, tum Lucios, tum Cneos. Plures e familia cognosci referre arbitror, quo facilius appareat ita degenerasse a suorum virtutibus Nero,[9] [g] ut tamen vitia cujusque, quasi tradita et ingenita, retulerit. [2.] Ut igitur paulo altius repetam, atavus[h] ejus Cn. Domitius in tribunatu[i] pontifi-

Medic. 1. Item *ideo* Edd. Rom.' *in rutilum* Cort.—4 Corr. Burm. *pilum redd.* reclamantibus Oud. et Ern. Dein abest *in* ante *post.* ab Huls.—5 *Delecti* Vind. 1. Postea *perseveraverunt* dant Medic. Vind. Cop. Periz. Edd. Ven. Med. *omnes* exulat a Vind. 1.—6 *At ne* Fonc. *præter Cn. et Luci* Cop. Pro *eaque* in Cuj. *tamque.*—7 Ita Memm. Dun. Medic. multique cum Edd. Vett. usque ad Bas. probantibus Gron. Muret. ad Cic. Fam. VIII. 8. Oud. et seqq. Vulg. *ternas* servant Huls. Vind. 2. Edd. Rom. Dein *secundum ac* Vind. 1.—8 Hoc ord. Memm. Medic. Dun. Vind. 2. Cuj. Voss. Vulgo *rurs. seq.* Desideratur *tres* in Periz. Edd. Med. Cald. *sequentes* deest Fonc. In Polit. *pluris.*—9 In hanc lect. conspirant O. Mss. et Edd. ante Bas. Al. *Neronem.* In Vind. 2. a m. pr. *Nero tantum.* Statim *cujusq. vit.* Medic. 3. *v. uniuscujusque*

NOTÆ

† A. U. C. 593. 632. 658. 660. 700. 722. 785.

‡ A. U. C. 632.

§ A. U. C. 639. 662.

[e] *Patricios allecti*] Quid hoc sit, supra in Tiberio cap. 1. et Aug. cap. 2. &c.

[f] *Prænomina*] Vide in Tiberio cap. 1.

[g] *Nero* [*Neronem*] Casaubonus legit *Nero*, ex scriptura Viterb. et Lislæi.

[h] *Atavus*] Nemo non novit atavum occupare quintum cognationis gradum ascendendo, cui respondet atnepos descendendo. Sed Casaubonus et Torrentius contendunt, Ænobarbos patrem et filium a Suetonio confundi; qui enim Allobrogas domuit, is ejus pater, qui censuram gessit una cum Licinio Crasso eximio Oratore, de quo præclara multa narrat Cicero lib. III. de Orat. initio, et lib. de clar. Orat. Meminit et Plinius lib. XVII. cap. 1.

[i] *Tribunatu*] Plebis scilicet, quod factum anno U. C. 651. ut notavit Sigonius lib. I. de Jure Civium Rom. cap. 19. Unde colligas Ænobarborum familiam inter patricios nondum allectam fuisse tunc temporis, aut rur-

cibus offensior, quod alium, quam se, in patris sui locum cooptassent,[10] jus sacerdotum subrogandorum a collegiis[k] ad populum transtulit: at[1] in consulatu,[†] Allobrogibus Arvenisque[2] superatis, elephanto[l] per provinciam[m] vectus est, turba militum, quasi inter solennia triumphi, prosequente. In hunc dixit Licinius[3] Crassus orator, 'Non esse mirandum, quod æneam barbam haberet, cui os ferreum,[n] cor plumbeum[o] esset.' Hujus filius Prætor[p] [‡] C.[4] Cæsarem

Vind. 1. Pro *tradita* conj. Lips. *traducta*.—10 *Coaptas*. Fouc. Medic. 2. Vind. 1. *jussa*, et pro v. l. *jura, sac.* Dun. Cuj. Tum *a collegis* Periz. Edd. Rom. sec. Ven. 1. Bon.—1 Sic rescripserunt Torr. Burm. Oud. Ern. &c. jubentib. Medic. Cop. Voss. Dun. Vulgo *ac in*. Legit *a cons.* Lips. Tentavit locum Oud. ita: *Atav. e. Cn. D. in consulatu, &c. prosequente. Hujus filius in tribunatu, &c. transtulit. In hunc* vel *At in hunc*.—2 *Avernisque* Memm. Vind. 2. Periz. Edd. Med. pr. Cald. Ven. aliæque. *Arvenisque* Cop. Ed. Burm. Mox *vectus est* testantur Memm. Medic. Vind. 2. Fouc. Dun. Lys. sive Cort. Cuj. Voss. Viterb. Lisl. Pal. Edd. Junt. Ald. Arg. In ceteris *invectus*, quod damnat Oud.—3 *L. Crassus* Mss. Torr. Urs. Edd. Med. sec. Bon. Dein pro *cui* Cort. Fouc. *cum*. Omnes Codd. cum Edd. præter Bas. Gryph. Plant. &c. servant lect. *plumb. esset*. Tamen revocavit Burm. vulg. *cui esset o. f. c. p.* In

NOTÆ

sus ad plebem se contulisse; hujus enim erat hic magistratus, ut ex Aug. cap. 10. et 40. et Jul. cap. 20. notare est.

[k] *Collegiis*] Collegia hæc erant variæ classes seu societates eorum, qui res sacras curabant, quales erant v. g. Flaminum, qui ab initio tres, postea quindecim, Augurum, qui similiter ab initio nonnisi tres, ac procedente tempore novem extitere, Pontificum, fratrum Arvalium, &c. quorum e numero si quis deficeret, collegæ alium ipsi auctoritate sua subrogabant. Quod ille Domitius populi, non collegii, beneficium esse voluit, et sublatum a Sylla iterum restituit Labienus Tribunus plebis, lege, quæ sub Antonio Consule abrogata, iterum restituta est, jusque illud populo redditum: quo tempore ceteræ quoque Antonii leges sublatæ sunt.

† A. U. C. 632.

[l] *Elephanto*] His animalibus usos hoc bello Romanos testatur et Florus lib. III. cap. 2. 'Maximus barbaris terror elephanti fuere.' Ubi et tanti momenti victoriam hanc fuisse refert, ut Domitius Fabiusque, ejus belli duces, illis quibus dimicaverant locis exstruxerint saxeas turres, et desuper exornata armis hostilibus tropæa fixerint, cum is mos Romanis fuisset antea inusitatus.

[m] *Per provinciam*] Galliam scilicet Narbonensem, cui attributi sunt Allobroges, quorum regio hodie Delphinatus et Sabaudiæ pars.

[n] *Os ferreum*] Dicterium illud in impudentes jactari solitum: idem Pisoni a Cicerone objicitur, idem et Catullus Epig. 43. 'ruborem Ferreo canis exprimamus ore.' Quo sensu Terentius in Eunucho, 'Os durum, os impudens,' &c.

[o] *Cor plumbeum*] Alii tardum interpretantur, ut apud Terentium in Heautontim. Act. v. Scen. 1. vs. 4.

abeuntem consulatu, quem adversus auspicia legesque gessisse existimabatur, ad disquisitionem Senatus vocavit: mox Consul† Imperatorem ab exercitibus Gallicis retrahere tentavit: successorque ei per factionem nominatus, principio civilis belli ad Corfinium[q] captus est. Unde dimissus, Massilienses[5] [r] obsidione laborantes cum adventu suo confirmasset, repente destituit, acieque demum Pharsalica occubuit: vir neque satis constans, et ingenio truci: in desperatione rerum, mortem, timore appetitam, ita expavit, ut haustum venenum pœnitentia[s] evomuerit, medicumque manumiserit,[6] quod sibi[7] prudens ac sciens minus noxium temperasset. Consultante autem Cn. Pompeio de mediis[t] ac neutram partem sequentibus, solus censuit hostium numero habendos. [3.] Reliquit filium, omnibus gentis suæ procul dubio præferendum. Is inter conscios Cæsarianæ necis,‡[u] quanquam insons, damnatus lege Pedia,[v]

Cuj. *τὸ esset* non habetur.—4 Prænomen deest Medic. 2. Vind. 1. Periz. et Edd. ante Casaub. *Caium Cæs.* Cuj.—5 *Massiliensis* Medic. 1. 3. *Massiliensi* Fouc. Tum *laborantis* Polit. Non habet *ita* ante *expav.* Cop.—6 *Evomeret. Medicumq. manumisit* tres Torr. ipso probante. Etiam *evomeret* Vind. 1. Periz. Harlem. et Edd. sæc. xv. *manumisit* Periz. Harlem. et Edd. usque ad Bon. majore distinctione ante *medic.* posita.—7 Ita præbent Memm. Pal. Medic. 3. Dun. Polit. Vind. Cort. cum trib. Burm. et Edd. pluribus. *quod idem* Medic. 2. *qui idem sibi* Medic. 1. Periz. Edd. Rom. Ven. Bon. Gryph. Plant.

NOTÆ

'in me quidvis harum rerum convenit, Quæ sunt dicta in stultum, caudex, stipes, asinus, plumbeus,' &c. Alii lividum. Satius videtur dicere, mollitiem et ignaviam Domitio exprobratam ex comparatione plumbi cum ferro; hujus enim respectu molle dici potest.

‡ A. U. C. 696.

[p] *Prætor*] In Julio cap. 23. et seq.

† A. U. C. 700.

[q] *Corfinium*] In Julio cap. 34. Huic renuenti vitam a Cæsare concessam innuit Lucanus lib. II. 'Vive, licet nolis, et nostro munere, dixit, Cerne diem.'

[r] *Massilienses*] Itidem in Julio cap. 34.

[s] *Pœnitentia*] Subito exorta, cum audivit Cæsarem humanissime victoria utentem, captis parcere, ut ait Plutarchus in Cæsare. Et Seneca lib. III. de Benef. cap. 24. ubi servorum in dominos beneficia memorat, hoc profert exemplum.

[t] *Mediis*] Quos Cæsar amicorum sibi loco futuros pronuntiarat: in Julio cap. 75.

‡ A. U. C. 711.

[u] *Cæsarianæ necis*] In Julio cap. 82.

[v] *Lege Pedia*] Quam tulit Q. Pe-

cum ad Cassium Brutumque se, propinqua sibi cognatione junctos,[8] contulisset, post utriusque interitum[9] classem olim commissam retinuit: auxit etiam; nec, nisi partibus ubique profligatis, M. Antonio [w] sponte, et ingentis meriti[10] loco, tradidit; solusque omnium ex iis, qui pari lege damnati erant, restitutus in patriam, amplissimos honores percucurrit:[1] ac subinde redintegrata dissensione[x] civili, eidem Antonio legatus, delatam sibi summam imperii ab iis, quos Cleopatræ pudebat, neque suscipere, neque recusare fidenter, propter subitam valetudinem, ausus, transiit ad Augustum:[2] [y] † et in diebus paucis obiit, nonnulla et ipse infamia aspersus. Nam Antonius, eum desiderio amicæ Serviliæ Naidis[z] transfugisse, jactavit. [4.] Ex hoc Domitius nascitur, quem emtorem[a] familiæ[b] pecuniæque[3] in

Col. *qui sibi* Huls. Vulgo *qui id sibi*, quod Casaub. primus exhibuit. Infra *de Medio* Ed. Plant. operarum vitio.—8 *Conjunctos* Periz. Medic. 1. cum Edd. ante Casaub. Rom. exceptis. In Voss. Medic. 2. 3. *vinctos.*—9 *Primo utriusq. interitu* Harlem. Edd. Med. pr. Cald. Ven. tr. nisi quod *interitum* habet Ven. 1. ut et Lugd. Junt. Ald. et Periz. a m. pr.—10 *Merito* Cop. Huls. Dein *his*, et infra *ab his*, Memm. Mss. Oud. Burm. et Edd. priores magno numero. Tum *dam. essent* Vind. 2. Cort. Fouc.—1 *Percurrit* Periz. Harlem. cum uno Pulm. duob. Oud. et Edd. ante Bas. *promeruit* Nonn. Dein *sub. re integra.* —2 *Auguste* Harlem. Statim *qui dein dieb.* Vind. 2. Cort.—3 Delet Torr. *pecuniæque*, sed defenditur a Burm. et Ern. Dein *augurandi arte* Fouc. *adu-*

NOTÆ

dius, Augusto cohæres a Cæsare datus, in Julio cap. 83. Velleius lib. II. cap. 65. 'Consulatumque iniit Cæsar, pridie quam viginti annos impleret, decimo Kal. Octobres, cum collega Q. Pedio, post Urbem conditam annis 709.' Et paulo infra cap. 69. 'Et lege Pedia, quam Consul Pedius tulerat, omnibus qui Cæsarem interfecerant aqua ignique interdictum.'

[w] *M. Antonio*] Ad quem illum remisit Augustus. In Augusto cap. 16. et Plutarcho plura.

[x] *Redintegrata dissensione*] In Augusto cap. 17.

† A. U. C. 723.

[y] *Ad Augustum*] Plutarchus in Antonio sub Actiacæ pugnæ tempus id factum narrat, ipsumque Domitium febre jam tunc implicitum.

[z] *Serviliæ Naidis*] Torrentius ex cognomento colligit libertam hanc fuisse.

[a] *Emtorem*] Emtor ille imaginarius adhibebatur in testamentis, ut testator vivens alienasse et vendidisse bona sua videretur.

[b] *Familiæ*] Familia apud jureconsultos plerumque significat res omnes hæreditarias, ut familiæ erciscundæ judicium, quod instituitur ad dividendam inter hæredes hæreditatem.

testamento[c] Augusti fuisse, mox vulgo notatum est; non minus aurigandi arte in adolescentia clarus, quam deinde ornamentis triumphalibus[d] ex Germanico bello. Verum arrogans, profusus, immitis, Censorem[4] [e] L. Plancum via[5] sibi decedere Ædilis coëgit: præturæ consulatusque honore Equites Romanos matronasque ad agendum mimum[f] produxit in scenam. Venationes et in Circo, et in omnibus Urbis regionibus,[6] dedit: munus etiam gladiato-

lesc. Memm. Cop. qui et *in ornam.* In Gryph. *in Germ.*—4 Correxerunt Lips. ac Torr. *censorium.* In Ed. Plant. aliisque *Cens.* compendiose.—5 *Via* deest Dun. Dein *consulatuque* Ed. Ven. 1. *venationesque* Edd. Vett. pleræque cum Codd. aliquot, sed *que* non agnoscunt Memm. Dun. Medic. Vind. 2. Cort. Cop. Voss. cum Edd. Junt. Steph. Arg. Ald. Græv.—6 *Reg. urb.* Me-

NOTÆ

Hinc non immerito suspecta vox *pecuniæque* Torrentio: hæc enim idem significat ac 'familiæ:' nec pecuniæ emtor apud jurisconsultos legere est, ut affirmat idem. Vide lib. CXCV. ff. de verborum signif.

[c] *Testamento*] Plura erant apud Romanos testamentorum genera: alia fiebant in bello, coram aliquibus tantum commilitonibus, quæ 'in procinctu' dicebantur, namque sub ipsam pugnæ horam a pugnaturis militibus condebantur. Alia in pace, coram populo convocato, quæ ideo 'testamenta calatis comitiis' appellata sunt. Accessit deinde tertium genus testamentorum, quod dicebatur per æs et libram: scilicet quod per emancipationem, id est, imaginariam quandam venditionem, agebatur, quinque testibus et libripende civibus Romanis puberibus præsentibus, et eo qui familia emtor dicebatur.' Justin. lib. II. Instit. Tit. de Testamentis. Eodem ferme modo quo supra in Augusto cap. 64. de adoptione per æs et libram, nisi quod alia erant solennia verba: testator enim tenens tabulas testamentarias dicebat: 'Hæc, uti his tabulis cerisque scripta sunt, ita do, ita lego, ita testor, itaque vos Quirites testimonium præbetote.'

[d] *Ornamentis triumphalibus*] In Tiberio cap. 20.

[e] *Censorem*] De Munatii Planci censura in Augusto cap. 37. Cum vero censura multo sit ædilitate superior, ideo Torrentius non existimat ea fronte Domitium esse potuisse, ut Censorem, magistratu durante, sibi via cedere vellet Ædilis, et ideo legit *censorium.* Sed censuræ honorem valde tunc temporis imminutum fuisse constat ex Augusto cap. 27. et 37. Et certe homo gratia potens apud Principem et arrogans facere id potuit.

[f] *Mimum*] Idem de Laberio Equite Romano, in Julio cap. 39. et de aliis Equitibus, in Augusto cap. 43. et infra cap. 20. Hoc autem non tam profusioni, quam arrogantiæ et superbiæ Domitii tribuendum videtur, quod honestos, non ignobiles et infames, actores habere voluerit; satis enim patet ejus profusio ex venationibus, quas non tantum in circo, sed in omnibus quoque regionibus edidit.

rium; sed tanta sævitia,[g] ut necesse fuerit Augusto, clam frustra monitum edicto[h] coërcere. [5.] Ex Antonia majore[7] [i] patrem Neronis procreavit, omni parte vitæ detestabilem. Siquidem comes ad Orientem C. Cæsaris[k] juvenis, occiso liberto suo, quod potare, quantum[8] jubebatur, recusarat, dimissus e cohorte amicorum,[l] nihilo modestius[9] vixit. Sed et in viæ Appiæ vico repente[10] puerum, citatis jumentis, haud ignarus obtrivit; et Romæ medio Foro cuidam Equiti Romano liberius jurganti oculum eruit: perfidiæ vero tantæ, ut non modo argentarios[m] pretiis rerum coëmtarum, sed et in prætura[1] [n] mercede palmarum[2] [o] auri-

dic. 1. et *gladiatorum* Harlem.—7 *Minore* Cop. Tum *juvenis*, quod a duob. Mss. ejus abest, abesse malit. Distinguit Græv. post *Cæs.* Est et qui conj. *Siq. juvenis, comes, &c.* Ceterum *Caii Cæs.* dedit Oud. cum aliis. Deest *comes* Cop.—8 *Quant. portare* Harlem. Periz. Edd. Ven. Lugd. Junt. Arg. *quant. potare* Edd. reliquæ, præter Bas. et recentt. *quant. pot. videbatur* Fouc. Postea *recusaverat* Medic. 1. Cop. *recusaret* Harlem. Periz. Edd. Ven.—9 *Molestius* Cop. *mod. nih.* Vind. *sed in* Fouc. Vind. 2. sine *et*.—10 Wolf. probat emendationem Casaub. Guj. aliorumque, *repentem pu.* Mox *haud gnarus* Memm. In Medic. 1. 2. Huls. *obruit*, Vind. 1. *obtruit*.—1 *Sed in pr.* Memm. Fouc. Ed. Camp. Supra pro *jurganti* in Vind est *virgam*.—2 Torr. existimavit posse legi, *palmarii* vel *palmariorum*. Statim Fouc. *auguriarios*

NOTÆ

[g] *Tanta sævitia*] Qui gladiatores temere jugulari vellet, ut de Claudio cap. 34. in Claudio.

[h] *Edicto*] Illo forte, quo gladiatores sine missione edi prohibuit. In Augusto cap. 45.

[i] *Antonia majore*] In Claudio cap. 1. et Calig. cap. 1. &c.

[k] *C. Cæsaris*] Qui filius Agrippæ ab Augusto adoptatus, in Augusto cap. 64. et in Tiberio cap. 12. &c.

[l] *Cohorte amicorum*] Ita vocabant, exemplo prætoriæ cohortis: ita et Tacitus de Vestilio, 'quem Druso fratri suo percarum transtulerat in cohortem suam.' Amicorum cohortem in tres classes divisit Tiberius. Vide in Tiberio cap. 46.

[m] *Argentarios*] De iis in Augusto cap. 2. et 3. Ad eorum tabernas fiebant quoque auctiones, (de quibus quid sint, supra in Julio cap. 50. Calig. cap. 16. &c.) ut constat ex Cicerone in Orat. pro Cæcina, et Quintil. lib. XI. cap. 1. ac præsertim ex Seneca lib. I. Declamat. ubi de Hortensii memoria. Ad ipsos quoque bona minorum aliaque mittebantur vendenda, ut ex multis legum et constitutionum locis colligit Torrentius, ac præsertim ex lege LXXXVIII. ff. de Solutionibus: 'Filiæ intestato patri hæredis negotia mater gessit, et res vendendas per argentarios dedit, argentarii universum redactum venditionis solverunt.' Unde patet quænam sint ea rerum emtarum pretia, quæ Domitius argentariis ademit, nisi si de mercede ipsorum argentariorum intelligatur hic locus.

[n] *Prætura*] A Prætoribus et Ædilibus ludos edi solitos, supra notatum in Julio cap. 10. et 14.

[o] *Palmarum*] Quæ jam diu apud

garios,[p] fraudaverit. Notatus ob hæc et sororis joco,[3] querentibus dominis factionum,[‘] repræsentanda[q] præmia in posterum,’ sanxit. Majestatis[r] quoque, et adulteriorum, incestique[4] cum sorore Lepida,[s] sub excessu Tiberii reus, mutatione temporum evasit; decessitque Pyrgis[t] morbo aquæ intercutis, sublato filio Nerone ex Agrippina,[u] Germanico genita. [6.] Nero natus est Antii[v] post nonum mensem,[5] quam Tiberius excessit,[6] duodevicesimo Kalen-

fraud. et *ob hoc* Vind. 2. Cort.—3 *Et Cæsaris joco, qui quer.* Cod. Urs. unde Oud. conjuncta duplici scriptura, fecit: *Neronis Cæsaris joco, qui*, quod cum Ruhnk. probavit Wolf. Casaub. maluit *quæ quer.* probante Grut. et ita notaverat Lips. Pro *joco* habent *loco* Medic. Vind. uterque, Cop. Huls. Fouc. Harlem. Cort. Voss. et Edd. ante Sab. Mox pro *sanxit* Græv. conj. *dixit*, Lips. *dixit* vel *ait*, referente Burm. ‘Si augendæ sunt præter rem conjecturæ, suadeo, mutata interpunctione: *Not. ob hæc et sor. joco. Querentib.* seqq. vel: *Not. ob hæc et sorori* (pro *a sorore* crebro Scriptoris usu, de quo v. Oudend. ad Cæs. 19.) *joco, &c. sanxit*, sc. edicto prætorio v. pro *sancte promisit*, ut *querentib.* sit dativus. Sed nihil mutandum videtur.’ *Baumg.* —4 *Incestusque* Medic. 1. Cop. Huls. ac *Pigris morbo* Periz. a m. pr. Cop. —5 Ita dedit Baumg. cum Oud. et Bip. *nat. est ante post VIIII. mensem* Memm. Cop. Glar. in Nervii Cod. invenit: *n. e. ante post nonum annum*, unde fecit: *n. e. annum post et IX. menses.* Olim simpliciter legebatur *ante novem menses*, quomodo exhibent Medic. 2. Dun. uterque Vind. Fouc. Cort. Pal. 3. Periz. Harlem. Vulg. lect. *n. e. Ant. post novem menses*, quam servant Steph. Casaub. et seqq. debetur Turneb. Adv. XXIV. 6. *ante nonum mensem* Viterb. Lisl. Pal. 1. unus Torr. Voss. Cuj. *Antii post nonum mensem* Huls. et optimi Oud. Torr. mallet *Antii ante non. mens.* Cod. Urs. *Antii post novem menses*, Pal. 2. *ante per VIIII. menses.* Panvin. in Fast. conj. *nat. e.*

NOTÆ

Romanos victoris præmia. Livius lib. x. decad. I. ‘Eodem anno (qui fuit U. C. 460.) coronati primum ob res bello bene gestas ludos Romanos spectaverunt, palmæque tum primum translato e Græcia more victoribus datæ.’ Pro palmis aurum etiam dari solitum, ut Claudii cap. 21. patet, quod ideo ‘palmarium’ dicebatur: quæ vox pro ipsa mercede victoris usurpata. Unde Torrentius merito arbitratur hic legendum esse *palmarii*, aut *palmariorum*.

[p] *Aurigarios*] Vel aurigarum curatores, vel equorum agitatores. Singulis factionibus sui ministri, quales isti, ac præterea conditores, succonditores, tentatores, viatores, medici, &c. quibus qui præerant, hi factionum domini dicebantur, de quibus supra in Calig. cap. 55. et 18. et Tib. cap. 37. et infra cap. 22.

[q] *Repræsentanda*] Sine dilatione solvenda. In Aug. cap. ult. et Claud. c. 34. &c.

[r] *Majestatis*] De illo crimine in Tiberio cap. 2. &c.

[s] *Lepida*] Uxore Messallæ Barbati, Messallinæ patris. Vide in Claudio cap. 26.

[t] *Pyrgis*] Pyrgi Hetruriæ oppidum; hodie *S. Maria di Purgano.*

[u] *Agrippina*] In Calig. cap. 7. et 24. et Claud. 26. &c.

[v] *Natus est Antii*] Ubi et Caligula: supra in Caligula cap. 8. Alii legunt

das Januarias, tantum quod [7] exoriente sole, pæne ut radiis [w] prius, quam terra, contingeretur.[x] De genitura ejus [y] statim multa et formidolosa multis conjectantibus, præsagio fuit etiam Domitii patris vox, inter gratulationes amicorum negantis, quicquam ex se et Agrippina, nisi detestabile et malo publico, nasci potuisse.[8] Ejusdem futuræ infelicitatis signum evidens die lustrico [z] extitit: nam C. Cæsar, rogante sorore, ut infanti,[9] quod vellet, nomen [a] daret, intuens Claudium patruum suum, a quo mox Principe Nero adoptatus est, ejus se dixit dare: neque ipse [10] serio,

IX. menses quam, Lips. *Antii nono mense*, Petav. de Em. Temp. XI. 15. *ante tres menses.* Alii aliter.—6 *Decesserit* Vind. 1. *Januarii* Vind. 2. Harlem. Edd. Rom.—7 Sic exhibent cum Cod. Pulm. Pal. 1. Memm. Medic. Vind. Cort. Edd. Ven. Med. pr. Steph. &c. *tuncque* marg. Periz. Edd. Rom. *tant. quod et* Pal. 3. *tantumque exor.* Pal. 2. *jam tum quidem exor.* ex emendatione Beroald.. Edd. Bon. Med. sec. Par. Bas. Junt. Ald. Gryph. *jam tumque* Lugd. In Vind. 1. *pæne sole*, et mox *etiam* pro *ejus*, uti et *conjecturantib.* cum duob. Burm. et Edd. Vett. ante Bas. nisi quod in Ven. 1. sit *conjecturalibus.*—8 Fouc. *nasci non pot.* Tum in uno Urs. et Vind. 1. *felicitatis*, quam lect. a Lips. propinatam recepit etiam Ern. et Ed. Bip. Ceterum Lips. legend. censuit, *Eisdem.* —9 Post *inf.* addunt *ei* vulgati Codd. cum Edd. ante Casaub. sed ignorant voculam Memm. Medic. Polit. Cuj. Dun. Postea *Nero* desideratur in libb. Torr. Harlem. et Edd. Beroald. priorib. *vero* Lugd. *dix. se* Medic. 1.—10 Legit Torr. *neque id ipse*, sicut editur in Edd. Casaub. et seqq. sed delevit *τὸ id* Oud. auctoritate Mss. Burm. suisque et Edd. Vett. quibus accedunt Dun. Fouc. Jac. Gron. retinet *id*, et spreto *ipse*, dedit *neque id serio.* Ern.

NOTÆ

ante, scilicet ante obitum Tiberii, de quo in Tiberio cap. 73. Sive ante, sive post, optime convenit mensium numerus: sunt quippe novem menses a XVII. Kalendas Aprilis, hoc est, XVI. Martii die, ad XVIII. Kalendas Januarii, hoc est, XV. Decembris diem.

[w] *Radiis*] Qui illum, ut ait Dio, nascentem circumfulsere, unde futuri præsagium imperii.

[x] *Contingeretur*] Hoc apud ipsos religiosum. Vide in Augusto cap. 5.

[y] *Genitura ejus*] Hoc est, nativitate, aut potius themate nativitatis indice, de quo in Augusto cap. 94.

[z] *Die lustrico*] Quo nomen imponebatur pueris, unde et 'nominalia' dictus est. De cujus cærimoniis plura apud Macrobium lib. I. cap. 16. et Plutarchum Quæst. Rom. Festus: 'lustrici dies infantium appellantur, puellarum octavus, puerorum nonus, quia bis lustrantur, atque iis nomina imponuntur.'

[a] *Nomen*] Potest intelligi de prænomine; hoc enim ad arbitrium imponebatur, manente nomine ad gentem indicandam, ut in Tiberio cap. 1. vel 2. Claudii nomen jocose duntaxat inditum a Caligula; nec enim sic appellatus est ante adoptionem, ut patet ex Tacito, qui illum ubique Lucium Domitium appellat, maxime ubi de ludis illis, de quibus capite sequenti.

sed per jocum, et aspernante Agrippina, quod tum Claudius inter ludibria aulæ erat.[1] [b] Trimulus patrem amisit: cujus ex parte tertia hæres, ne hanc quidem integram cepit, correptis per cohæredem Caium universis bonis : et subinde matre etiam relegata,[c] pæne inops atque egens, apud amitam Lepidam [d] nutritus est, sub duobus pædagogis, saltatore atque tonsore. Verum [2] Claudio imperium adepto, non solum paternas opes recuperavit, sed et Crispi Passieni [e] vitrici sui hæreditate ditatus est. Gratia quidem [3] et potentia revocatæ restitutæque matris usque eo floruit, ut emanaret in vulgus, missos a Messalina, uxore Claudii, qui eum meridiantem,[4] [f] quasi Britannici æmulum, strangularent. Additum fabulæ est, eosdem dracone e pulvino [g] se proferente conterritos refugisse.[5] Quæ fabula exorta est, deprehensis in lecto ejus circum cervicalia serpentis exuviis: [h] quas tamen, aureæ armillæ [i] ex voluntate matris

quoque displicebat *ipse*, sed injuria, judice Wolf.—1 *Lud. audierat* Fouc. Dein *trimus* Vind. 1. et *nec hanc* Medic. 2. Dun. *etiam matre* Vind. 1. Cop. *religatæ* Voss.—2 *Vero* Memm. in quo etiam *reciper.* Inverso ord. *imp. Cl.* Vind. 1. Tum *Crisippi* Polit. Ed. Camp. *Chrysippi* Ven. 1. *victrici* Vind. uterque, Cort. Periz. ut supra sæpissime.—3 *Quidem* deest Vind. 1. Dein *emanaretur* Cort. *emaneret* Harlem. Edd. Ven. 1. Lugd. Emendavit Lips. *emanarit.*—4 Cuj. *mediantem.* Mox pro *est* in Medic. 3. Polit. scribitur *ad*, quod juvat Lips. conject. non displicentem Casaub. *addita fabula.* Abest verbum a Nonn. Vind. 2. Cort. Cop. Edd. Rom. Sed *et* habent Medic. 2. Dun. Periz. Harlem. Cuj. et Edd. Vett. præter Gryph. Plant. &c. receperitque Oud.—5 *Profug.* Vind. 1. *deprensis* Medic. 2. 3. ut alibi.—6 *Requisiit* ex-

NOTÆ

[b] *Ludibria aulæ erat*] In Claudio cap. 3.

[c] *Matre etiam relegata*] In Calig. cap. 24.

[d] *Amitam Lepidam*] Patris sororem: cap. proxime præcedenti.

[e] *Passieni*] Huic post Domitium nupserat Agrippina. Seneca ut virum optimum non uno in loco laudat, et Plinius lib. XVI. cap. 42. oratorem et bis Consulem fuisse dicit, de quo et in Calig. cap. 10.

[f] *Meridiantem*] Calig. cap. 38.

[g] *Dracone e pulvino*] Narrat quoque Tacitus lib. XI. Annal. initio vulgatum, infantiæ ejus dracones affuisse per modum custodum, et ipse Nero nequaquam, ut ait, famæ suæ detractor narrare solitus erat, unam omnino anguem in cubiculo suo visam.

[h] *Serpentis exuviis*] Idem narrat Xiphilinus, additque interpretatos ex hoc vates, magnam ab homine sene potentiam capturum, quod serpentes, exuviis positis, senectutem exuere dicantur.

[i] *Armillæ*] Serpentis exuvias multis remediis efficaces testatur Plinius.

inclusas, dextro brachio gestavit aliquamdiu; ac tædio tandem maternæ memoriæ abjecit; rursusque extremis suis rebus frustra requisivit.[6] [7.] Tener adhuc, necdum matura pueritia,[7] Circensibus ludis Trojam[k] constantissime favorabiliterque lusit. Undecimo[8] ætatis anno[l] a Claudio adoptatus est, Annæoque Senecæ,[m] jam tunc Senatori, in disciplinam[9] traditus. Ferunt, Senecam proxima nocte visum sibi per quietem C. Cæsari præcipere: et fidem somnio Nero brevi fecit, prodita immanitate naturæ, quibus primum potuit experimentis. Namque Britannicum fratrem, quod se post adoptionem AHENOBARBUM[10] [n] ex con-

hibuerunt Oud. Wolf. fide Medic. Vind. 2. Cort. Cop. Harlem. Cuj. Ed. Ven. 1.—7 *Pueritiæ* Memm. unde conj. Gron. *pueritia e Circ.* Græv. *maturæ pueritiæ*. Vind. 1. *favorabiliter*, cum duob. Burm.—8 Nihil variant libri, vel *duodecimo* vel *tertiodecimo* reponendum, cum Lips. ad Tac. Ann. XII. 25. asserunt Torr. Casaub. Grut. Oud. Ern. Baumg. aliique. Supra *Trojanis* Fonc.—9 *Disciplina* Harlem. Periz. Dein *proanna* dat Cuj. vice τοῦ *proxima*.—10 *Enobarborum* Harlem. Periz. a m. pr. Mox *subditiv.* ex opt. Torr. reposuit Casaub. firmantque Medic. Vind. Cort. Huls. Cop. Voss. Cuj. Antea vulgabatur *subdititium*. In Edd. Rom. *subditum*, quod placebat Burm. *subdi-*

NOTÆ

[k] *Trojam*] De his puerorum ludis in Julio cap. 39. &c.

[l] *Undecimo ætatis anno*] Ita codices omnes. Qua in re Suetonium errasse colligunt ex Taciti Annal. XII. ubi adoptio facta legitur Coss. C. Antistio et M. Suillio. Qui annus fuit Urbis 802. Claudius vero mortuus est, M. Asinio Marcello et M. Acilio Aviola Coss. anno Urbis 806. ut patet ex cap. 45. supra in Claudio: quo tempore Nero septemdecim natus annos imperium suscepit, ut patet ex capite sequenti. Quo quidem clarum fit, Neronem, cum adoptatus est, non nisi quadriennio minorem fuisse, quam cum imperium suscepit. Unde Torrentius, qui hoc animadvertit, et Casaubonus illum secutus, contendunt legendum esse hic *decimo tertio*. Sed videtur Tacitus in recensendis Consulum nominibus, tam potuisse errare, quam in assignanda Neronis ætate Suetonius, quem alias adeo exactum iidem illi doctissimi viri prædicant.

[m] *Annæoque Senecæ*] De quo jam supra in Caligula cap. 53. Is favore Agrippinæ revocatus est ex insula Corsica, in qua Claudii jussu, et Messalinæ odio exulabat, 'ut tali magistro Domitii pueritia adolesceret,' inquit Tacitus initio libri XII.

[n] *Ahenobarbum*] Non vero Neronem, quod verum ipsi nomen postquam adoptatus est, 'quod ut initium discordiæ, Agrippina multo questu ad maritum defert: sperni quippe adoptionem, quæque censuerunt patres, jusserit populus, intra penates abrogari,' inquit Tacitus Annal. XII.

suetudine salutasset, ut subditivum apud patrem arguere conatus est. Amitam autem [1] Lepidam [o] ream testimonio coram affixit, gratificans matri, a qua rea premebatur.[2] [p] Deductus in Forum tiro,[q] populo congiarium, militi donativum proposuit: indictaque decursione [r] prætorianis, scutum [s] sua manu prætulit: exin [3] patri gratias in Senatu egit.[t] Apud eundem Consulem pro Bononiensibus Latine, pro Rhodiis [4] atque Iliensibus Græce verba fecit. Auspicatus est et jurisdictionem Præfectus Urbi [5] [u] sacro Lati-

tium Arg. Ant. Gryph.—1 Ita reposuit Beroald. in Edd. Med. sec. Bon. et rescripsit Oud. fide Medic. 2. 3. Polit. Cop. Cuj. Voss. item Dun. In Vind. 1. *am. autem ejus*, Vind. 2. Cort. Fouc. duob. Burm. et Edd. primis, aliisque *am. ejus.* | Mallet etiam Burm. si per Codd. liceret, delere *ream.*—2 Medic. 1. 3. Vind. Cort. Cop. et Fouc. *a qua reprimebatur.* Mox *indicta dec.* Periz. Edd. Vett. præter Rom. sec. Ald. Steph. Pulm. &c. et in priorib. *proposuit indicta decursione. Præt.* seqq. Habet Fouc. *deconcursione.*—3 Ita Memm. Medic. 2. Dun. Voss. *exhinc* Medic. 1. 3. Polit. Vind. 2. Fouc. Cop. Huls. Reliqui Mss. et Edd. ante Græv. *exinde.* Mox *in Senatum* Edd. Rom. *in sen. grat.* Vind. 1.—4 Vulgo *et pro Rh.* Copulam delevit Oud. auctorib. Medic. Polit. Vind. 2. Periz. Harlem. aliisque, et Edd. Vett. præter Gryph. Plant. &c. Verba *Latine, &c.* usque ad *Iliensib.* desunt Medic. 2. Dun. Voss. Cuj. —5 Hanc lect. testantur Memm. opt. Torr. Medic. 1. 3. Vulgo *præfectus Urbis.* In Cod. Glar. *et qui jurisd. præf. Urbis.* Ante ipsum edebatur *præfecti Urbis atque Lat.* ut in Vind. 2. Cort. Fouc. Cuj. conspicitur, vel *præfectis Urbis atque L.* quod habent Medic. 2. Dun. Periz. Harlem. Ed. Ven. 1. *præfectis Urbis et L.* Vind. 1. *præfectus Urbis atque L.* duo Pulm. Voss. *præfectus Urbi sacroque L.* Polit. *præfecta atque* Ald. *præfecti Urbis sacro* Bas.

NOTÆ

[o] *Lepidam*] Amitam: supra cap. 5. et 6.

[p] *Premebatur*] Agrippina invidebat Lepidæ propter generis claritudinem; hæc enim Antoniæ majoris filia, siquidem soror Domitii, ut supra cap. 5.

[q] *Tiro*] De tirocinio in Augusto cap. 26. De donativis et congiariis in Julio cap. 27.

[r] *Decursione*] Sic apud Tacit. II. Annal. 'exercitio equitum, decursibus cohortium interesse:' hæc enim decursio exercitii causa fiebat, et ter in singulos menses, ex Augusti instituto. Eandem Vegetius appellat 'campicursionem,' lib. I. cap. 27. et lib. III. cap. 4. Suetonius vero infra in Galba cap. 6. 'campestrem decursionem.' Erat et alia decursio in funebri pompa, de qua in Claudio cap. 1.

[s] *Scutum*] Quo decursionem moderabatur. Sic et infra in Galba cap. 6.

[t] *Gratias in Senatu egit*] Quod huic decursioni præesse se voluisset.

[u] *Præfectus Urbi* [*Urbis*] Alii legunt *Præfecti*, male; respicit enim ad morem antiquum, quo magistratum ineuntes primo die negotiis quidem incumbebant, sed non toto, neque laboriose; delibabant duntaxat aliquid

narum,[v] celeberrimis patronis non translatitias,[6] ut assolet, et breves, sed maximas plurimasque postulationes certatim ingerentibus;[w] quamvis interdictum a Claudio esset. Nec multo post duxit uxorem Octaviam:[x] ediditque pro Claudii salute Circenses et venationem.[y] [8.] Septemdecim natus annos,[†] ut de Claudio palam factum est, inter horam sextam[z] septimamque[7] processit ad excubitores;[a] cum ob totius diei diritatem[b] non aliud auspicandi tempus accommodatius videretur: proque Palatii gradibus IMPERATOR consalutatus, lectica in castra,[c] et inde raptim[8] appellatis

Gryph.—6 *Tralatic.* Edd. Græv. Burm. aliæque. Tum *brevis* Medic. 3. Polit. *br. maximasque* Vind. 1. Infra *pro Claudiis* Huls. *sal. Cl.* Fouc.—7 *Decimamque* Huls. Tum *dirit. diei* Cnj. *auspicandi* deest Dun.—8 *Rapti* Cnj. *in curia* Fouc. Dein *discessitque* edidit Casaub. e suis Codd. faventib. Memm. Medic. Cort. Vind. 2. Cnj. Voss. et pluribus: ab aliis et Edd. Vett. abest co-

NOTÆ

auspicii causa, unde et 'auspicalis' appellatus est ille dies. Utrumque constat ex Plinio in Panegyrico. Alii quoque ipso Kalend. Januar. die operis sui delibabant aliquid, 'Totus ab auspicio ne foret annus iners,' ut ait Ovidius, et ex Senec. Epist. 84. ac Columella lib. II. cap. 12. probat Casaubonus.

[v] *Latinarum*] In Julio cap. 79. translatitias communes intellige, ut in Augusto cap. 10.

[w] *Certatim ingerentibus*] Sensus est, multas res magnique momenti advocatos postulasse a Nerone, quamvis leves duntaxat proponi moris esset; non enim tam negotiorum, quam auspicii causa id fiebat. Quo nomine etiam laudatur a Plinio Trajanus in Panegyrico.

[x] *Octaviam*] Claudii ex Messalina filiam, Britannici sororem. De qua in Claudio cap. 27.

[y] *Circenses et venationem*] De illis in Julio cap. 39. &c.

† A. U. C. 807.

[z] *Inter horam sextam*] Ita et Tacitus lib. XII. in fine: 'Tunc medio diei, tertio ante Idus Octobres foribus Palatii repente diductis, comitante Burrho, Nero egreditur ad cohortem, quæ more militiæ excubiis adest.'

[a] *Ad excubitores*] In Claudio cap. 42.

[b] *Diei diritatem*] Hoc est, quia diræ et infaustæ erant aliæ diei horæ ad auspicandum imperium. Patet ex Tacito ibidem: 'Agrippina, &c. crebro vulgabat ire in melius valetudinem Principis, quo milites bona in spe ageret, tempusque prosperum ex monitis Chaldæorum attentaret.' Quam mulierum superstitionem Juvenalis ridet Sat. VI. 'Ad primum lapidem vectari si placet, hora Sumitur ex libro.'

[c] *Castra*] Prætoria, de quibus in Claudio cap. 10. et Tiberio cap. 37.

militibus in Curiam delatus est, discessitque jam vesperi, ex immensis, quibus cumulabatur, honoribus, tantum PATRIS PATRIÆ nomine recusato, propter ætatem. [9.] Orsus hinc[9] a pietatis ostentatione, Claudium, apparatissimo funere elatum, laudavit consecravitque.[d] Memoriæ Domitii patris honores maximos habuit. Matri summam omnium rerum publicarum[10] privatarumque permisit. Primo etiam imperii die signum excubanti Tribuno dedit 'Optimam matrem:' ac deinceps ejusdem sæpe lectica per publicum simul vectus est. Antium coloniam deduxit, ascriptis[1] veteranis e prætorio,[e] additisque per domicilii translationem[f] ditissimis primipilarium:[g] ubi et portum operis sumtuosissimi fecit. [10.] Atque, ut certiorem[2] adhuc indolem ostenderet, 'ex Augusti præscripto[h] imperaturum se,' pro-

pula, sed tum *est* etiam delend. foret, quod mallet Burm.—9 *Hic* Edd. Med. sec. Ven. 2. 3. *ostensione* Edd. Rom. Pro *elatum* præbet *cælatum* Dun. in quo *consecravit* sine *que*, sicut et in Memm. Medic. Polit. Vind. 1. cum quatuor Burm. Mss. et Ed. Ven. 1. In Vind. 2. Fouc. est *et consecr.*—10 Exulat *publicar.* ab Huls. *privatarum publicarumq.* Medic. 2. 3. Polit. Vind. 2. et *vectus*, omisso *est*, Medic. 1. 3. Polit. Cop. *sæpe vect.* Periz.—1 *Deductis ascr.* Edd. Ven. 2. 3. Paulo ante *e colonio* Vind. 1. Postea *et præt. abditisque* Harlem. Periz. a m. pr. *abditisq.* etiam Ven. 2. 3.—2 Unus Torr. et Corsend. a m. sec. [illegible], alter Torr. cum Fouc. *interiorem*. Dein *Aug. rescripto* Vind. 1. [illegible]. pro v. l. Ed. Camp. Statim *non liber. non clem.* Fouc. *ne comit.* Memm. Medic. 2. Voss. Ed. Steph. eamque secutæ: *neque* Cors. Cop.

NOTÆ

[d] *Consecravitque*] Vide in Claudio cap. 45.

[e] *Veteranis e prætorio*] De prætorianis supra sæpe.

[f] *Domicilii translationem*] Hæc addit ut coloniæ magnificentiam indicet, in quam missi sunt cives Romani, iique optimo jure cives, relicto eo, quo gaudebant, Romæ domicilio. Ii enim dicebantur cives Romani optimo jure, qui domicilium, qui tribum, qui honorum potestatem habebant; unde qui municipia incolebant, quanquam et tribum et honorum petitionem haberent. Quia tamen domicilio carebant, eos Cicero in Bruto appellat non ingenuos cives Romanos, donec Romam cum suis rebus commigrassent. Domicilium hoc, non in urbe tantum ipsa, sed in agro Romano patuit. Qua de re plura apud Ciceronem in Agrariis adversus Rullum, et maxime apud Sigonium lib. I. de Antiquo Jure Civium Romanorum cap. 1. et 2. ubi ista fuse et docte persequitur.

[g] *Primipilarium*] De iis quid sint, vide in Tiberio cap. 37.

[h] *Augusti præscripto*] Idem et Tacitus, ac præsertim Seneca libro de Clementia, qui inscriptus 'ad Neronem.'

fessus, neque liberalitatis, neque clementiæ, nec comitatis quidem exhibendæ ullam [3] occasionem omisit. Graviora vectigalia [i] aut [4] abolevit, aut minuit. Præmia [k] delatorum Papiæ legis [l] ad quartas redegit. Divisis [5] populo viritim quadringenis nummis,[m] Senatorum nobilissimo cuique, sed a re [6] familiari destituto, annua salaria, et quibusdam quingena,[n] constituit: item prætorianis cohortibus frumentum menstruum gratuitum. Et cum de supplicio cujusdam capite damnati, ut ex more subscriberet, admoneretur: 'Quam vellem,' [7] [o] inquit, 'nescire literas!' Omnes ordine

Edd. Rom. sec. Ald.—3 *Ullam* non habetur in Periz. Harlem. Ed. Ven. 1. *obmisit* Huls. *emisit* Dun. Medic. 1. 2. Cuj. Voss.—4 Deest *aut* Medic. 3. Polit. Vind. 2. Cort. Cop. Edd. Casaub. et seqq. *obolev.* Harlem. In marg. Ant. Gryph. *Papia lege* legitur. Tum *ad quartanas* Harlem. Periz. Edd. Med. pr. Cald. Ven. *relegit* Cop.—5 *Divisi* Edd. Schild. Mox *quadragenis* Viterb. Lisl. Pal. 1. 3. Medic. 1. 2. Cort. Edd. Rom. aliæque plurimæ, *quadrigennis* Pal. 2. *quadringentis* Periz. *quadrigenis* vel *quadring.* uterque Vind. Cop. Harlem. Voss. Edd. Med. pr. Ven. al.—6 *Sed re*, ejecta præpos. Cop. Huls. Fouc. Medic. 1. 3. Vind. 2. Cort. Item *quinquagena cons.* Vind. 1. Fouc. probante Müll. Mox *menstruumque* Vind. 1. et Harlem. cum Edd. Vett. præter Steph. Bon. &c. quibus obsecutus est Casaub. *mestruum* Cuj. A Vind. 2. et Cort. abest etiam *capite.*—7 Huls. *vellet.* Tum *ordine* dedit Baumg. cum Ed. Seb. Gryph. pro vulg. *ordines.* Idem conj. *omnes ordi[illegible] sub. et memor.* Præiverat Lips. *omnes Senatores ordine, &c.* quam conject. probant Oud. Wolf. Ruhnk. Perizon. Deest *ac* Vind. 1. duob. Burm. Edd. Rom. Ven. Med. Cald. Lugd. Junt. Ald. Steph. Infra *divisit et pl.* Fouc. [illegible] correct.—

NOTÆ

[i] *Graviora vectigalia*] Qualia invenerat Caligula, supra in ejus vita cap. 40. aut alia hujusmodi, de quibus plura apud Tacitum lib. XIII. Annal. sub finem.

[k] *Præmia*] Lipsius ad III. Annalium Taciti num. 49. existimat fuisse quartam partem bonorum ejus, qui deferebatur, ut forsan fuerit antea tertia vel semis. Beroaldus vero hic nonnisi quartam præmiorum antea constitutorum partem, ut si v. g. quarta pars bonorum delatori daretur antea, jam non haberet nisi quartam illius quartæ. Quod probabilius est.

[l] *Delatorum Papiæ legis*] De hac lege in Claudio cap. 23. &c. Hujus delatores eos esse patet, qui peccantem adversus legem accusant ac deferunt; genus hominum sordidum, quales erant quadruplatores, forsitan ab ista quarta dicti, quod illam lucrifacerent aliis accusandis, sordidoque isto modo vitam sustentarent.

[m] *Quadringenis nummis*] Sestertios intellige, scilicet unam argenti libram, ut in Julio cap. 4. notatum: 17.lib. 10.s.

[n] *Quingena*] Supple sestertia, quorum singula mille sestertios valent, ut ibidem et cap. 26. notatum est: 2187.lib. 10.s.

[o] *Quam vellem, &c.*] Hoc dictum

subinde ac memoriter salutavit. Agenti Senatui gratias respondit: 'Cum meruero.'[p] Ad campestres[q] exercitationes suas admisit et plebem: declamavitque[8] sæpius publice: recitavit et carmina, non modo domi, sed in theatro, tanta universorum lætitia, ut ob recitationem[9] supplicatio[r] decreta sit, eaque pars carminum aureis literis Jovi Capitolino dicata. [11.] Spectaculorum plurima et varia genera edidit: Juvenales,[s] Circenses, scenicos ludos, gladiatorium munus. Juvenalibus senes quoque consulares, anusque matronas[10] recepit ad lusum. Circensibus loca Equiti secreta[t] a ceteris tribuit: commisitque etiam camelorum quadrigas. Ludis, quos[1] pro æternitate imperii susceptos appellari 'Maximos' voluit, ex utroque ordine[u] et sexu

8 Vulgo *declamavit et*, sed illud habent Mss. O. et Edd. ad Casaub. usque. Revocavit Gron. Pitisc. omisit copulam, jubente Græv. Mallet Oud. *quoque*. Mox post *sed* rursus addunt *et* Edd. vulgg. cum Codd. Torr. Pal. 3. Medic. 2. Vind. 1. Dun. probante Græv. sed ejiciunt Burm. Oud. aliique, reliquis Mss. suffragantib.—9 Verba *ob rec.* Ern. glossam censet. Dein *eaque* jam ediderant Steph. et Casaub. uti exhibent libb. Torr. Memm. Medic. 1. 3. Polit. Vind. Cort. Cop. Hul[illegible] Al. *atque*. In aliquot Mss. Torr. item Vind. 2. Cort. Edd. Rom. est *dedica[illegible]*. Supra *conversorum læt.* Cuj. Deest *literis* Voss.—10 *Anusque et matr.* Cod. Urs. *anusque matronasque* Cop. (qui *commisit etiam* cum Medic. [illegible] 2.) Contra Vind. 1. habet modo *anus matronas*. Non comparet *quoque* [illegible]un. *et ceteris* ac mox *in camel.* Fouc.—1 *Lud. quoque pro* Fouc. Dein *lubr[illegible]s p.* Ed. Camp. *supersidens* dant Memm. Medic. 1. 2. Cop. Huls.

NOTÆ

mire extollit Seneca, atque testatur natum inde sibi de Clementia scribendi consilium.

p *Cum meruero*] Idem Aug. cap. 56. cum filios suos commendaret.

q *Campestres*] In Augusto cap. 83.

r *Supplicatio*] Quid sit, in Julio cap. 24.

s *Juvenales*] Hos privatim exhibitos patet ex Tacit. Annal. XIV. et ab ipso Nerone institutos; quod miror prætermissum a Suetonio. Videsis Tacitum hæc fuse disserentem.

t *Equiti secreta*] Tacitus lib. XV. 'Equitum Rom. locos sedilibus plebis anteposuit apud Circum; namque ad eam diem indiscreti inibant, quia Lex Roscia (de qua in Augusto ad cap. 40.) nil nisi de quatuordecim ordinibus (qui in Theatro, ut in Julio ad cap. 39.) sanxit.'

u *Utroque ordine*] Senatorio et equestri, quin et in arena certasse mulieres eodem anno quo loca discrevit equitibus. Tacitus refert Annal. XV. 'Spectacula gladiatorum idem annus habuit, pari magnificentia ac priora, sed fœminarum illustrium Senatorumque plures per arenam fœdati.' Quæ postmodum etiam fœminarum libido fuit, quæ exagitatur a Juvenale Sat. VI. vs. 260. 'Aspice quo

plerique ludicras partes sustinuerunt. Notissimus Eques Romanus elephanto supersedens per catadromum [v] decucurrit. Inducta est et [2] Afranii togata,[w] quæ 'Incendium' inscribitur;[3] concessumque, ut scenici ardentis domus supellectilem diriperent, ac sibi haberent. Sparsa et populo missilia omnium rerum per omnes dies: singula quotidie millia [4] [x] avium cujusque generis, multiplex penus,[5] tesseræ [y] frumentariæ, vestis, aurum, argentum, gemmæ, margaritæ, tabulæ pictæ, mancipia, jumenta, atque etiam mansuetæ feræ; novissime naves, insulæ,[z] agri. [12.] Hos

gatadr. in Medic. et Edd. Vett. aliquot. Tandem *decurrit* Fouc.—2 *Est et* exulant a Memm. Dun. Medic. 1. 3. Polit. Vind. 1. Voss. *et* non habent Fouc. Medic. 2. Cort. duo Burm. cum Edd. ante Casaub. *est* ignorat Cop. In Huls. *induta est et toga.*—3 Memm. Medic. 2. 3. Vind. uterque, Cop. Fouc. Cort. Periz. Harlem. *scribitur*, cum Edd. Vett. plerisque, nisi quod in Edd. Rom. sit *incendio scribitur.* Dein *sceni* Vind. 1.—4 Ita distinxit Græv. cum Edd. Bon. Par. aliisque recentt. antea post *millia* ponitur *τελεία στιγμή*. In Memm. Medic. Cop. Voss. *aulum* pro *avium*, Vind. 2. *aulium*, Cort. *aurum.* Conj. Oud. *alitum.* Paulo ante *sparsit et pop.* Fouc.—5 *Plenus* Voss. Mox *vestes* Ed.

NOTÆ

fremitu monstratos perferat ictus, Et quanto galeæ curvetur pondere, quanta Poplitibus sedeat,' &c. Statius Sylv. ultima lib. I. Adeoque id vulgatum, ut Severo imperante cavendum fuerit Senatusconsulto, ne fœmina ulla ad gladium ultra depugnaret, auctore Xiphilino in ejus vita.

[v] *Catadromum*] Quidam explicant pro decursionis stadio; sed quid mirum, si per spatium amplum elephantus decurrat. Melius Torrentius et Casaubonus funem protensum fuisse dicunt, quo elephantus ille decurreret: quod et Xiphilinus sic reddidit, et constat elephantos visos esse funambulos, tum ex cap. 6. in Galba, tum ex Seneca epist. 85. 'Elephantem minimus Æthiops jubet subsidere in genua, et ambulare per funem.' Sed maxime Plinius lib. VIII. cap. 3. ubi de his animalibus plura et mira.

[w] *Togata*] Fabula Romano more et habitu. In Augusto ad cap. 45.

[x] *Singula quotidie millia*] Hoc est, singularum rerum unum mille, singulis diebus. Beroaldus aliter distinguit, hoc sensu, ut singula millia avium omnis generis singulis diebus sparsa sint, et 'multiplex penus' intelligit esculenta varia; penus enim id omne dicitur, quo vescuntur homines: minus probabiliter.

[y] *Tesseræ*] De tesseris frumentariis in Augusto ad cap. 40. de aliis ad cap. 41. et Calig. ad cap. 3. His tesseris, de quibus non modo descripta erat quædam frumenti quantitas accipienda, sed et vestes, agri, margaritæ, &c. quæ concedebantur arripientibus tesseras. Unde Martialis lib. VIII. Epig. 67. 'Nunc dat spectatas tessera larga feras.'

[z] *Insulæ*] Hoc est, domus: in Julio ad cap. 41. &c.

ludos spectavit e proscenii [a] fastigio. Munere, quod in Amphitheatro ligneo,[b] regione [6] Martii campi intra anni spatium fabricato, dedit,† neminem occidit, ne noxiorum quidem. Exhibuit autem ad ferrum etiam quadringentos Senatores,[c] sexcentosque Equites [7] Romanos, et quosdam fortunæ atque existimationis [8] integræ:[d] ex iisdem ordinibus [e] confectores quoque ferarum, et varia arenæ ministeria. Exhibuit et naumachiam marina aqua,[f] innantibus belluis:[9] item pyrrhichas [g] quasdam e numero [10] ephebo-

Junk. *tab. via pictæ* Vind. 1.—6 Vulgo *in reg.* Non agnoscunt τὸ *in* Memm. Polit. Vind. 2. Cort. Cop. opt. Torr. et, auctore Lips. delevit Oud. Post *mun.* abest *quod* a Fonc. Supra *prosceni* Medic. 1. 3. Mox *noxium* Medic. 1. Edd. Gryph. Col. Dol. Plant. Torr.—7 Lips. ad Tac. Ann. VI. 19. corr. *quadragenos Sen. sexagenosque Eq.* probantib. Torr. Græv. aliisque. Grut. suadet *quadraginta Sen. sexagintaque Eq.* Guj. *quatuordecim Sen. sexagintaque Eq.* Vind. 1. a m. pr. *quadrigenos*, Duo. *quadrigentos.* Memm. cum Medic. 1. *sescentosq.* ut passim.—8 *Estimat.* Cop. *et iisd.* Periz. a m. pr. Tum in vulg. est interpunctio post *ordinib.* et mox *confectoresque fer. et ad var.* Confirmant *quoque* Pal. tr. Medic. Polit. Vind. uterque, Cort. Fonc. Dun. et tres Burm. Dein *et var.* sine *ad* præbent iidem, et Editiones omnes ante Casaub. —9 'Prætuli interpunctionem nostri commatis, quam edidi, alteri: *naumachiam, mar. aqua in. bell.*' Baumg.—10 Oud. conj. *pyrr. C.* vel *centum numero*

NOTÆ

[a] *Proscenii*] Servius ait proscenica esse pulpita ante scenam, in quibus ludicra exercebantur, ad hunc Virgilii II. Georgic. vers. 386. 'Veteres ineunt proscenia ludi.'

[b] *Amphitheatro ligneo*] Quale jam ante ædificaverat Curio ille Tribunus, tuba civilis belli, de quo lib. I. cap. 29. et 50. &c. cujus magnificentiam describit et miratur Plinius lib. XXXV. cap. 15.

† A. U. C. 810.

[c] *Quadringentos Senatores*] Lipsius ad VIII. Annal. Tac. corruptum hunc numerum affirmat, et *quadragenos* ac *sexagenos* reponit: verosimillime; 400. quippe Senatores dimidia Senatus pars erat, et Xiphilinus 300. tantum equites memorat, quos tamen arenæ longe cupidissimos colligere est ex Calig. cap. 30.

[d] *Existimationis integræ*] Nam plerumque nonnisi pauperes aut ignominia notati.

[e] *Iisdem ordinibus*] Senatorio et equestri, quos tamen a Nerone coactos indicat Juvenalis Sat. VI. 'quanti sua funera vendant Quid refert? vendunt nullo cogente Nerone.' ibi enim exagitat sui temporis equites, qui, Principe non jubente, sed sponte, hanc subibant infamiam.

[f] *Marina aqua*] Quam e mari deduxerat. Belluas istas intelligunt crocodilos, hippopotamos, &c. de quibus Martialis Domitiano blandiens Epig. 28. Spectaculorum: 'Cæsaris hæc nostri pars est quota? vidit in undis Et Thetis ignotas et Galatea feras.'

[g] *Pyrrhichas*] In Julio ad cap. 39.

rum,[h] quibus post editam[1] operam diplomata[i] civitatis Romanæ singulis obtulit. Inter pyrrhicharum argumenta,[k] taurus Pasiphaën,[2] [l] ligneo juvencæ simulacro abditam, iniit, ut multi spectantium crediderunt. Icarus[m] primo statim conatu juxta cubiculum[n] ejus decidit, ipsumque cruore respersit. Nam perraro præsidere,[3] [o] ceterum accubans, parvis primum foraminibus, deinde toto podio[p] adaperto, spectare consuerat. Instituit[4] et quinquennale[q]

eph. Ern. *item ad pyrr. quosdam e num. eph.* Müll. placebat: *pyrr. saltantes v. pyrr. quas saltabant e. n. e.* In Vind. 2. et Ed. Junk. *quosdam.*—1 *Edictam* Memm. Medic. 3. Polit. Voss. Cop. Edd. Sab. Cald. al. Pro *obtulit*, in marg. ed. Gryph. notatur, alios *edidit* habere.—2 *Pasaphaam* Memm. *Pasiphan* Medic. 2. *Pasiphen* Cort. Cop. Harlem. Ed. Rom. sec. Alii cum Ed. Camp. *Pasiphem.* Ven. 1. *Pasiphaem.* Tum *in lign.* habent Periz. Voss. et Edd. Vett. præter Par. Bas. Gryph. Plant. &c. *additam* Dun. Medic. 2. in quo et Cop. *in. et ut multi sp. crediderunt, Icar. &c.* Mox *resparsit* Vind. 1.—3 *Persid.* Vind. 1. Vulgo *pr. parv.* Illud dedit Oud. e Medic. 2. 3. Vind. 2. Cop. *parvum pr.* Voss. Item *adoperto* in nonnullis typis impressis, et *consueverat* Edd. Vett.—4 *Instituitque et* Vind. 2 *inst. etiam* Medic. 1. Postea *Neronea* mavult Burm. et *dedicatis* sine *que* volunt Lips. Jos. Scal. et Torr. e duob. suis

NOTÆ

[h] *Epheborum*] Quales erant adolescentes illi ex Asia per Caligulam acciti: in Calig. cap. 58.

[i] *Diplomata*] Hoc est, codicillos, quibus delatum erat jus civitatis Romanæ; hi enim a forma sic appellata sunt, quia formabantur in modum tabellarum duplicium: quare etiam διπλᾶς a Græcis appellari notavit Casaubonus. De his jam supra in Augusto ad cap. 50.

[k] *Pyrrhicharum argumenta*] In scenicis ludis erant quoque saltationes, quarum argumentum ad comœdiam vel tragœdiam quæ agebatur accommodatum erat, unde videtur fabulæ argumentum illius fuisse de Pasiphaë, et illi convenisse saltationem.

[l] *Pasiphaën*] Nota est Pasiphaës Dædali ac Minotauri fabula. Simile quid innuit Martialis Epig. 5. Spectaculorum: 'Junctam Pasiphaën Dictæo credite tauro. Vidimus: accepit fabula prisca fidem.'

[m] *Icarus*] Ejusdem argumenti continuatio esse videtur, ex eo quod Icarus volans induceretur. Hujus et Dædali patris Minoëm fugientis fabulam nemo nescit.

[n] *Cubiculum*] Principis in spectando suggestus est, de quo lib. I. ad cap. 76.

[o] *Præsidere*] In Augusto ad cap. 45. &c.

[p] *Toto podio*] Quid sit podium, in Julio ad cap. 39. Quod autem 'adapertum' dixit, innuere videtur simile fuisse Mænianis quibusdam, de quibus in Calig. ad cap. 18.

[q] *Quinquennale*] Jam ante celebrabatur Neapoli, supra in Augusto cap. 98. Idem narrat Tacitus lib. XIV. et lib. XVI. ubi 'lustrale certamen' appellat, quod singulis lustris, hoc est, quinquenniis, instauraretur. Testantur et nummi veteres.

certamen † primus omnium Romæ, more Græco triplex, musicum, gymnicum,[r] equestre, quod appellavit NERONIA. Dedicatisque thermis atque gymnasio,[s] Senatui quoque et Equiti oleum[t] præbuit. Magistros toti[5] certamini præposuit consulares sorte, sede Prætorum: deinde in orchestram Senatumque[6 u] descendit, et orationis quidem carminisque Latini coronam,[v] de qua honestissimus quisque contenderat, ipsorum consensu concessam sibi recepit; citharæ[7 w] autem, a judicibus ad se delatam, adoravit,[x] ferrique ad Augusti statuam jussit. Gymnico, quod in Septis[8 y] edebat, inter buthysiæ[z] apparatum, barbam primam

Codd. et Edd. Rom.—5 *Toto* tres Medic. Vind. uterque, Cort. (in quo *certamine*) Cop. Cuj. Huls. Mox *sorte redemptorum* Harlem. Periz. Edd. Ven. Med. pr. *sortes redemptorum* vel *edemptor.* Voss. Dun. *sorte prætor.* Bon. Med. sec. Par. *sede pr.* sine *sorte* Vind. 1. et ita legend. monuerat Beroald. Protulit e Ms. Urs. *sed et prætorios*, quod edidit, R. Steph.—6 Sabell. et Bongars. probante Ern. conjecere legend. *in orch. scenamque.* Repugnat Oud.—7 Ita Casaub. adjuvantib. Viterb. Lisl. Reg. Codd. Par. Pal. 2. Periz. Memm. Harlem. Medic. 2. 3. Polit. et Edd. Vett. præter Lugd. Gryph. Plant. &c. in quibus *citharam*, quam lect. Burm. denuo invexit. In Voss. *citharam adornavit.* Paulo ante *ipsorumque* Vind. 1. et mox *ad stat. jus. Aug.*—8 Edd. Rom. *in scriptis*, et in Mss. aliquot *bucisiæ*, *butisiæ.* Tum *conditam* sine *que* Periz.

NOTÆ

† A. U. C. 813.

[r] *Musicum, gymnicum*] De musico adhuc infra in Domitiano cap. 4. de Gymnicis in Augusto c. 43. et 45. &c.

[s] *Thermis atque gymnasio*] Thermæ fuerunt balnea calidarum aquarum, qualia plura et magnificentissima fuere sub Imperatoribus. His ædificiis jungebantur gymnasia ephebea stadia, aliaque id genus loca exercendis corporibus destinata.

[t] *Oleum*] Ad usum scilicet gymnasii: hoc enim ungi salubre est gymnasticam exercentibus. Hinc Plinius lib. XIV. cap. 22. 'Duo sunt liquores humano corpori gratissimi, intus vini, foris olei.' Virgilius Æneid. III. de Actiacis ludis: 'Exercent patrias oleo labente palæstras Nudati socii.'

[u] *Orchestram Senatumque*] Idem sonant, ut in Julio ad cap. 39. et Tib. cap. 66. et Claud. cap. 21. &c.

[v] *Coronam*] Tacitus lib. XIV. 'Eloquentiæ primas partes nemo tulit, sed victorem esse Cæsarem pronuntiatum.'

[w] *Citharæ* [*citharam*] Beroaldus et Sabellicus legunt *citharæ*, quod et in Mss. multis Casaubonus agnoscit. Qua recepta lectione, supplenda est vox *coronam*, quod probabilius est: hanc enim potius quam citharam ad Augusti statuam miserit: cui accedit quod Eusebius testis est, cunctos a Nerone in citharistarum agone contendente fuisse superatos.

[x] *Adoravit*] Vide in Aug. ad cap. 94. num. 28.

[y] *Gymnico, quod in Septis*] Certa-

posuit,[a] conditamque in auream pyxidem, et pretiosissimis margaritis adornatam, Capitolio[9] [b] consecravit. Ad athletarum[c] spectaculum invitavit et virgines Vestales, quia Olympiæ[10] [d] quoque Cereris[e] sacerdotibus spectare conceditur. [13.] Non immerito[1] inter spectacula ab eo edita et Tiridatis[f] in Urbem introitum † retulerim. Quem Armeniæ[g] regem, magnis pollicitationibus solicitatum, cum destinato per edictum die ostensurus populo propter nubilum distulisset,[2] produxit, quo opportunissime potuit, dispositis circa Fori templa armatis cohortibus, curuli[h] resi-

Harlem. Edd. O. ante Bon.—9 Ediderunt Casaub. Græv. Gron. aliique e Memm. *Jovi Capitolino.* In Medic. 3. Polit. *Capitolino*, ut malebat Lips. et Marcil. ad Hor. l. III. c. 24. Ceteri Mss. et Edd. *Capitolio*, quod post Burm. Ern. Oud. restituit Baumg.—10 Casaub. *Olympia* scribi jussit, probante Guj. Excidit *quoque* e Casaub. Ed. et Schild. typothetarum culpa, ut videtur. Mox *sacerd. Cer.* Medic. 1. *ceteris* Vind. 1. Harlem. Edd. Rom. *cereis* Cop.—1 Desunt *non imm.* Huls. qui habet *spect. ab eo edita et Tirid.* Cop. caret *eo.* In Mss. Pulm. Torr. duob. Burm. Vind. 2. a m. pr. Fouc. *Mitridatis*, item Edd. Rom. Med. pr. Ven. 1. Cald. *Tyridatis* quædam Edd. *pro Mitridat.* Medic. 3. *retulerint* Fouc.—2 *Destitisset* Vind. 1. Tum *quem opport.* marg. Ant. Gryph. *co-*

NOTÆ

mine scilicet quod edidit in Septis, de quibus in Aug. ad cap. 43. et Tib. cap. 17. &c.

[z] *Buthysiæ*] Hoc est, dum pararetur maximum omnium sacrificium: θυσία enim Græce, id est, *sacrificium*, et βοῦς, id est, *bos*, qui victima est omnium maxima. Virgilius II. Georgic. vs. 146. 'Hinc albi, Clitumne, greges, et maxima taurus Victima.'

[a] *Barbam primam posuit*] In Caligula ad cap. 10.

[b] *Capitolio* [*Jovi Capitolino*] Hæc enim alicui Deo sacrari solita. Martialis l. I. Epig. 32. 'Hos tibi, Phœbe, vovet totos a vertice crines Encolpus,' &c. et lib. IX. Epig. 17. 'Consilium formæ speculum dulcesque capillos Pergameo posuit dona sacrata Deo.'

[c] *Athletarum*] In Augusto ad cap. 43. et 45.

[d] *Olympiæ*] In Caligula ad cap. 57.

[e] *Cereris*] Eleusinæ, de qua in Claudio ad cap. 25. Has antistitas quoque appellarunt, quarum castitas Athenis eodem in honore quo Romæ Vestalium. Juven. Sat. VI. 'Paucæ adeo Cereris vittas contingere dignæ:' et Sat. XIV. 'qualem Cereris vult esse Sacerdos.'

[f] *Tiridatis*] Hic, a Corbulone victus, solennes inter cærimonias sublatum capiti diadema Neronis imagini subjecerat, in ipsa Armenia. Pluribus hoc narrat Tacitus lib. XV. Annal.

† A. U. C. 819.

[g] *Armeniæ*] De hac in Tiberio ad cap. 41.

[h] *Curuli*] Tacitus ibidem id quoque de ejus imagine narrat: 'Medio tribunal sedem curulem, sedes effigiem Neronis sustinebat.' De sella curuli in Augusto ad cap. 43.

dens apud Rostra triumphantis habitu, inter signa militaria atque vexilla: et primo per devexum pulpitum subeuntem admisit ad genua, allevatumque dextra exosculatus est; dein precanti,[3] tiara deducta,[4][i] diadema[k] imposuit, verba supplicis interpretata prætorio viro multitudini pronuntiante. Perductum inde[5] in theatrum, ac rursus supplicantem, juxta se latere dextro[l] collocavit. Ob quæ Imperator consalutatus, laurea in Capitolium[m] lata. Janum geminum[n] clausit, tanquam nullo residuo bello.[6] [14.] Consulatus quatuor[†] gessit: primum bimestrem,[7] secundum et novissimum semestres,

hortib. deest Cop. *curruli* habent Vind. 2. Cop.—3 *Deinde prec.* Vind. 2. *deprecanti* sine *dein* Edd. Rom.—4 *Diariam deductum* Memm. Huls. Cop. Voss. Cuj. Dun. Medic. 3. Edd. Rom. *diariam* quoque reliqui Medic. *tiaram deductam* Periz. Harlem. Edd. Sab. Med. pr. Cald. *dianam deductam* Fouc. Burm. an exciderit *post*, Oud. *per* dubitant.—5 Ita Memm. Medic. Polit. Edd. Bas. Plant. al. probantib. Oud. Ern. Vulg. *deinde*. Voc. ignorat Periz. Harlem. et Edd. Vett. *enim* Vind. 1—6 Recepit Baumg. emendationem Faërni, Torr. et Lips. plerisque probatam, pro lect. vulg. *tam nullo quam res. bello*, a Gron. mutata in *jam nullo quasi res. bel.* Casaub. conj. *clausit: clausit tam nullo q. r. b.* Oud. *non tam nullo q. r. b.* In Ed. Junk. *tum nullo usquam res. bel.* Jungenda hæc superiorib. (virgula post *lata* posita) monuerunt Torr. Casaub. aliique, ut et edidit Oud. Edd. Vett. præter Steph. Bas. et seqq. nov. cap. incipiunt a *Janum*. Cuj. *Tam in illo*.—7 Medic. 1. 3. Cop. *bimenstrem*, et mox *semenstres* et *quadrimenstrem* Memm. Medic.

NOTÆ

[i] *Tiara deducta*] Hæc capitis ornamentum est Persis et Phrygiis, unde et sacerdotes quidam Romani a Trojanis orti hac utebantur. Juven. Sat. VI. vs. 515. 'cui rauca cohors, cui tympana cedunt Plebeia, et Phrygia vestitur bucca tiara.' rotunda et quasi sphæra media capitis apicem apertum relinquebat, unde et lunata dicitur a Sidonio: 'Flectit Achemenius lunatum Persa tiaram:' ubi nota masculino quoque genere efferri a Virgilio lib. VII. 'sceptrumque sacerque tiaras.'

[k] *Diadema*] Quod in Armenia deposuerat, nonnisi Neronis manu resumendum. Tacitus ibidem.

[l] *Latere dextro*] Honoratiore, ut supra notatum in Claudio ad cap. 24. Theatrum hic intellige Pompeianum, quod Nero hac de causa operiendum auro jusserat, auctore Plinio lib. XXXIII.

[m] *Laurea in Capitolium*] Quod stante Republica licuit omnibus qui Imperatores consalutati fuerant: de quo adhuc infra in Domitiano cap. 6.

[n] *Janum geminum*] Ab his verbis caput sequens inceperunt, qui Suetonium distinxere. Restituit Casaubonus ex optimo Viterbiensi codice, non quidem distincto capitibus, in quo tamen quibusdam in locis paragraphi minio notati visuntur.

† A. U. C. 808. 810. 811. 813.

tertium quadrimestrem: medios duos continuavit,[o] reliquos inter annua spatia variavit. [15.] In jurisdictione postulatoribus,[8] [p] nisi sequenti die, ac per libellos,[q] non temere respondit. Cognoscendi[r] morem eum tenuit, ut, continuis actionibus[s] omissis,[9] singillatim quæque[10] per vices[t] ageret. Quoties autem ad consultandum secederet,[1] neque in commune quicquam, neque propalam deliberabat; sed conscriptas[2] ab unoquoque sententias tacitus ac secreto legens, quod sibi[3] libuisset, perinde[4] atque pluribus idem videretur, pronuntiabat. In Curiam libertinorum filios[u] diu non admisit: admissis a prioribus Principibus honores denegavit. Candidatos, qui supra numerum[v] essent, in

semestrem Vind. 2. *duos* abest a Medic. 1. a m. pr.—8 Reines. placebat *postulantibus* cum Guther. de Off. Dom. Aug. 1. 20. Mox *in cognoscendo* vulgg. Edd. etiam Burm. Nostr. lect. comprobant Memm. Medic. 3. Polit. et aliquot Torr. cum Pal. 2. nisi quod pro *eum ten.* legat *continuit.* Alii Torr. Codd. *cognoscendi eum mor.* Nov. Cap. ordiuntur ab his verbis Edd. plurimæ. —9 Torr. e duob. Codd. et Guther. de Off. Dom. Aug. 1. 20. delent *omissis*, eosque sequitur Reines. *accusationibus* Pal. 1. In Polit. Medic. 2. et Edd. Vett. *singulatim*, perpetua variatione.—10 *Quæcunque* Medic. 1. *per vicos* in nonnullis Casaub. Mss. et Polit. Exulat *ageret* a Memm. Medic. 2. Polit. Conj. Noordkerk. teste Ern. *ageret*. Malit Oud. *ageretur*.—1 Medic. 1. Vind. 2. Periz. *sederet*, cum Edd. Sab. Cald. Bon. Junt. Ald. aliisque. Illud ex Turneb. monito suisque Mss. item Edd. Rom. Med. pr. &c. restituit Pulm. *se sederet* Lugd. *ad consulundum* Huls.—2 Vulgo additur *et* ante *conscript*. sed delevit Baumg. auctore Oud. astipulantib. Ms. Urs. Vind. 2. Cort. Fouc. *sed descript*. Cop.—3 Vulgo *quid ipsi*. Edd. Lugd. Junt. Steph. *quod ipsi*. Torr. mallet *quod* vel *quidquid ipsi*. Receperunt *quod sibi* Burm. Ern. cum Vind. 2. Periz. Harlem. Edd. Ven. Bon. *quod ipsi* retinuerunt Oud. Wolf. al.—4 *Proinde* Fouc. Dein corr. Torr. *libertorum*. In Edd. Lugd. Junt. Ald. Bas. Gryph. seqq. Medic. 1. Polit. Fouc. Cort. Cop. *admissos pr*. omissa præposit. *admissos* etiam uterque Vind. Ed. Camp. *honores* deest Dun. Medic. 1. Paulo

NOTÆ

[o] *Continuavit*] Sic in Aug. ad cap. 26. et Julio cap. 76.

[p] *Postulatoribus*] Ii sunt quos jurisconsulti vocant etiam procuratores, ut et nostrates vulgo.

[q] *Libellos*] Ne impræsentiarum respondens temere quid statueret, propria voce.

[r] *Cognoscendi* [*in cognoscendo*] Hoc est, judicando, supra in Claudio ad cap. 15.

[s] *Continuis actionibus*] Hoc est, causis quæ, ubi agi cœperant, non ante relinquebantur, nec aliæ tractabantur, quam forent absolutæ: quod patet ex Ciceronis Verrinis.

[t] *Per vices*] Non attendendo utrum necne incepta prius finita foret.

[u] *Libertinorum* [*libertorum*] *filios*] Supra in Claudio cap. 24.

[v] *Supra numerum*] Definitus enim erat magistratuum numerus: unde, si

solatium dilationis[5] ac moræ, legionibus præposuit. Consulatum in senos plerumque menses dedit. Defunctoque circa Kalendas Januarias altero e Consulibus, neminem substituit; improbans exemplum vetus Caninii[6] Rebili,[w] uno die Consulis. Triumphalia ornamenta[x] etiam quæstoriæ dignitatis et[7] nonnullis ex equestri ordine tribuit, nec utique de causa militari. De[8] quibusdam rebus orationes[9] ad Senatum missas, præterito Quæstoris officio,[y] per Consulem[z] plerumque recitabat. [16.] Formam ædificiorum Urbis novam excogitavit, et ut ante insulas ac domos porticus essent, de quarum[10] solariis[a] incendia arcerentur:

ante *curia* Fouc.—5 *Dilectionis* Vind. 1. Mox *Januarii* Cop. Harlem. *citra Kal.* Mss. Beroald. *adimprobans* Medic. 1.—6 *Comini* Ed. Ven. 1. *Convivii* Fouc. *Canini* Medic. 1. 3. Cop. Voss. Edd. Rom. *Rebuli* Periz. Harlem. cum Edd. Ven. 2. 3. Lugd. et plures. *Rebilii* Bon. Steph. Par.—7 Deest copula Edd. Seb. Gryph. Pulm. et duob. Mss. Torr. qui cum Lips. invertebat *dign. nonn. et ex eq.* Guj. censet *hominibus* vel s. q. desiderari. In Periz. *dignitati*, erasa litera *s*. Medic. 2. *nonnulli*.—8 In Edd. Vett. usque ad Casaub. item Ern. Bip. cum utroque Vind. Cort. Medic. 2. Dun. Pal. 1. Cuj. Voss. additur *sed et*, unde Beroald. et alii cum Burm. distinguunt: *de caus. militari, sed et de quib. rebus. Orat.* sed corr. idem Burm. *sed et de quibusd. aliis* v. *civilibus reb.* Dorvill. *sed et quibusd. regibus.* Illa *sed et* deleta fuerunt a Torr. et Casaub. e suis Mss. probantib. Græv. Gron. Oud. suffragantib. Memm. Pal. duob. Medic. 1. 3. Polit. Cop. *de quibusd. etiam reb.* Medic. 1. Baumg. conj. *sed de quibuscumque reb.*—9 Edd. Casaub. et seqq. *rationes*, quod operarum incuriæ attribuendum putat Oud. *per Consules* Cod. Urs. Ed. Ern. In Mss. aliquot et Edd. recentt. *Cos.* vel *Coss.*—10 *Quorum* Medic. 1. 3. Polit. Vind. 1. Cop. Voss. qui et mox *destinavit*. Vind. 2. Edd. Rom. *destinaverat*. Supra *ut et ante* Fouc. Ern. delend. censet τὸ *et*. Tum *Hostiam* seu *Ostiam* libb.

NOTÆ

plures peterent, necessario aliqui repellebantur. De hoc et Tacitus: 'Comitia Prætorum, arbitrio Senatus haberi solita, quod acriore ambitu exarserant, Princeps composuit, tres, qui supra numerum petebant, legioni præficiendo.'

[w] *Caninii Rebili*] In paucas horas Consulis, supra in Julio cap. 76.

[x] *Triumphalia ornamenta*] Supra non semel. Unde in Claudio ad cap. 17.

[y] *Quæstoris officio*] Hic est candidatus ille Principis, cujus erat officium literas in Senatu Principis nomine recitare. De quo in Augusto cap. 65. Hic et sub Imperatoribus Constantinopolitanis Quæstor Sacri Palatii dictus est, ejusque munus ampliatum; libellis enim supplicibus subscribebant, leges subnotabant Quæstores Sacri Palatii, quales postea in Aula Principum dixere Cancellarios.

[z] *Per Consulem*] Quod videbatur magnificentius.

[a] *Solariis*] Quid sint solaria, supra dictum est in Claudio ad cap. 10. et Mæniana, quæ ferme idem erant, in Calig. ad cap. 18.

easque sumtu suo exstruxit.[b] Destinarat etiam Ostia tenus[c] mœnia promovere, atque inde fossa mare veteri Urbi inducere. Multa sub eo[1] et animadversa severe, et coërcita, nec minus instituta. Adhibitus sumtibus modus: publicæ cœnæ ad sportulas redactæ:[d] interdictum, ne quid in popinis cocti[e] præter legumina aut olera veniret, cum antea nullum non opsonii genus proponeretur: afflicti[2] suppliciis Christiani,[f] genus hominum superstitionis novæ ac maleficæ: vetiti quadrigariorum[3] lusus, quibus, inveterata licentia[g] passim vagantibus, fallere ac furari per jocum jus erat: pantomimorum[h] factiones cum ipsis simul relegatæ.

Torr. cum Edd. ante Bon. *Hostia* plerique Mss. Ed. Med.—1 *Etiam sub eo* Huls. *sub eo etiam adversa* Medic. 1. Postea *venirent* Medic. 1. 3.—2 *Affecti* Cod. Urs. et Ed. Steph. quod non displicebat Oud. Ern.—3 Man. doct. in ora Ed. Steph. conj. *saecularioruin*, Burm. *quadriarior.* Statim *negantib.* Vind.

NOTÆ

[b] *Exstruxit*] Tacitus lib. xv. nonnisi pollicitum refert post incensam Urbem.

[c] *Ostia tenus*] Torrentius legit in tribus libris *Ostiam*. Hæc aberat sexdecim ab Urbe millibus.

[d] *Sportulas redactæ*] Sportæ sunt calathi viminei, quibus pecuniæ condi, et cœnæ ac prandia inferri solebant, non secus atque canistris. Hinc sportulæ dictæ, vel cœnæ, vel quæ pro cœnis aliquando pecuniæ clientibus dabantur. Quarum usum postea Domitianus sustulit, revocata cœnarum rectarum consuetudine. De quibus supra in Augusto ad cap. 74. et Domitiano cap. 7. Ex quo tamen instituto erogationes etiam, quæ in ordinem decurionum fiebant, sportulæ dictæ sunt, ut et ea quæ judicibus aut viatoribus pro salario dabantur.

[e] *Ne quid in popinis cocti*] Vide in Claudio ad cap. 38.

[f] *Afflicti suppliciis Christiani*] Tacitus enumerat hæc supplicia, Annal. xv. ubi retulit a Nerone tentata incassum omnia, ut incendii a se excitati opinionem everteret: subjungit: 'Ergo abolendo rumori Nero subdidit reos, et quæsitissimis pœnis affecit, quos, per flagitia invisos, vulgus Christianos appellabat.' Et paulo infra: 'Et pereuntibus addita ludibria, ut ferarum tergis contecti laniatu canum interirent, aut crucibus affixi, aut flammandi, atque, ubi defecisset dies, in usum nocturni luminis urerentur. Hortos suos ei spectaculo Nero obtulerat.' De qua immanitate Josephus Scaliger et Lipsius intelligendum putant Juvenalem Sat. I. vs. 155. 'Pone Tigellinum, tæda lucebis in illa, Qua stantes ardent qui fixo pectore fumant:' quanquam alii de quibusvis maleficis aut damnatis. De Christianis jam supra in Claudio cap. 25.

[g] *Licentia*] Forte qualem describit infra cap. 26.

[h] *Pantomimorum*] Quid sint pantomimi et mimi, in Augusto ad cap. 45. et Julio ad cap. 39. De factionibus

[17.] Adversus falsarios[i] tunc primum repertum, ne[4] tabulæ,[k] nisi pertusæ, ac ter lino per foramina trajecto, obsignarentur. Cautum, ut in testamentis primæ[5] duæ ceræ,[l] testatorum modo nomine inscripto, vacuæ[m] signatoris ostenderentur; ac ne quis[6] alieni testamenti scriptor[n] legatum sibi ascriberet; item, ut litigatores pro patro-

1. *per joc.* desiderantur in Cuj. *tum ipsis* in Edd. Schild. postt.—4 *Ut tab.* et *trilino* Vind. 1. *cum luco* Edd. Rom. Mox *in*, haud improbante Casaub. abest a Viterb. Medic. 1. 3. Vind. 2. Cort. et duob. Burm.—5 Sunt qui conj. *imæ duæ*, teste Casaub. Legit Salm. *ut pr. cer. &c. subsignaturis est.*—6 In Memm. Medic. 3. Vind. 2. Cort. Cop. Edd. Rom. Ven. 1. *ne qui.* Statim *ut* deest

NOTÆ

horum etiam in Tiberio cap. 37.

[i] *Falsarios*] Indictum adversus illos supplicium. In Claudio cap. 15.

[k] *Tabulæ*] Quæ cera illitæ pugillares quoque et codicilli dicuntur, quamvis pro magnitudine et usu discrepasse videantur. Obsignare est linum illud seu filum per foramina ter traductum munire signis testium, cum ante nonnisi semel traduceretur; nec enim incognitus ille mos jam inde a Plauti temporibus, ut patet ex Bacchidibus aliisque hujus poëtæ locis. Hæc cautio ad contractus et tabulas omnes adhibita; ad testamentarias vero alia insuper.

[l] *Primæ duæ ceræ*] Hoc est, primæ duæ tabulæ ceratæ, sive paginæ: erant enim aliquando quintuplices, vulgo triplices.

[m] *Vacuæ*] Horatius lib. II. Sat. 5. vs. 54. ubi curiosos hæredipetas insectatur, ait: 'quid prima secundo Cera velit versu, solus multisne cohæres, Veloci percurre oculo.' Ad quem locum Porphyrion: 'Bene hoc et juxta ordinem, quia prius testatoris nomen, secundo hæredis.' Ne igitur testes, qui et nomina sua subscribebant, et signa apponebant, hæredem, cognoscerent, Nero voluit ut primis duabus paginis non scriberetur aliud quam testatoris nomen, quo testibus constaret tantum, se ejus testamento adhibitos, et ubi subscripserant, tum testator securus describebat suum testamentum in vacuis illis paginis, quas ideo reliquerat. Hæc autem omnia ad majorem testatoris ipsius, et hæredis, instituti sive substituti, securitatem.

[n] *Scriptor*] Quales sunt tabelliones. Lege III. codice 'De his qui sibi ascribunt,' refertur ex Alexandri Imperatoris Constitutione, hoc a Divo Claudio prohibitum. Ad quem locum Cujacius Suetonium accusat erroris, qui Neroni tribuerit quod erat Claudio tribuendum, quia nempe Nero Divi appellatione affectus non legitur.

[o] *Pro patrociniis*] Hoc vetitum fuerat lege Cincia, quam M. Cincius Tribunus plebis tulerat multo ante, anno scilicet U. C. 549. quam idcirco muneralem appellarunt, quia vetabat ne quis donum munusve caperet, ut Festus ex Plauto in voce 'Muneralis.' De ea lege Tacitus Annal. XI. 'Consurgunt Patres legemque Cinciam flagitant, qua cavetur antiquitus ne quis ob causam orandam

ciniis[o] certam justamque mercedem,[p] pro subselliis[q] nullam omnino darent, præbente ærario[7] gratuita: utque rerum actu[r] ab ærario causæ ad Forum ac recuperatores transferrentur: et ut omnes appellationes[s] a judicibus ad

Vind. 1.—7 *Ad ærarium* unus Torr. Mox *reciperatores* Memm. Medic. aliique plures, *reparatores* Vind. 1. *reciperatos* Cuj. Ante *atque rerum* Dun. Cuj.

NOTÆ

pecuniam donumve accipiat.' Et lib. XIV. 'Ejus opprimendi gratia repetitum credebatur Senatusconsultum, pœnaque Cinciæ legis adversus eos, qui pretio causas oravissent.' Hanc postea vetustate evanescentem Augustus firmarat Senatusconsulto, quod, a Nerone sublatum, restituit iterum Trajanus, ut diserte innuit Plinius libro V. Epist. ultima. Qua de re et Cicero et Livius non uno in loco.

[p] *Certam justamque mercedem*] Hæc fuit, ex Plinio Epist. ultima lib. V. decem millium: ex Tacito lib. XI. Annal. initio, ubi Claudium hujus rei auctorem facit, 'dena sestertia, quæ egressi repetundarum tenerentur.' Ex Ulpiano Lege I. ff. de extraordin. cognit. § 10. et 11. 'pro singulis causis centum aurei,' ad plurimum. Quæ tria in idem omnino recidunt: aureus enim unus vigintiquinque denarios sive centum nummos valebat, ut probatur infra in Othone ad cap. 4. nostrate igitur moneta 437.lib. 10.s. Vide in Julio ad cap. 4. et 26. de sestertiis.

[q] *Subselliis*] Casaubonus existimat, subsellia et tribunalia in foro ad tempus exstructa fuisse, quoties opus esset propter judicia quæ ibi a Prætore ceterisque magistratibus exercebantur. Unde colligit, fuisse quosdam illorum mancipes, qui pecunia sua subsellia exstruerent, quam postmodum a litigatoribus cum lucro repeterent. Certe obscurum est quænam illa subsellia fuerint; vix enim intelligi potest de judicum subselliis, ut lib. I. cap. 84. aut patronorum, ut in Augusto cap. 56. &c. Recitantes quidem, de quibus Aug. c. 89. et Claud. cap. 41. subsellia conduxisse constare videtur ex Juven. Sat. VII. vs. 45. 'Nemo dabit regum quanti subsellia constent, Et quæ conducto pendent anabathra tigillo.'

[r] *Rerum actu*] Judiciorum tempore, ut in Claudio cap. 15. et 23. et Aug. cap. 32. Recuperatores non multum ab iis judicibus diversi, quos a Prætore datos, notatum est supra in Julio ad cap. 11. aut sorte ductos, ut in Augusto cap. 29. nisi recuperatores dicebantur judices dati, quod in iis ferme causis, in quibus de facto quodam aut statu alicujus ageretur; quia per eos rem aut statum quisque suum recuperabat. Quidam codices legunt *reciperatores*, ut et Festus in voce *reciperatio*, ubi etiam de iis nonnulla. Sensus igitur est, causas quæ ante agebantur coram Præfectis ærarii, de quibus Aug. cap. 36. et Claud. cap. 9. et 24. in ipso ærario, vel ad ærarium, ut loquuntur alii, translatas in forum apud Judices illos, per quos res suas quisque recuperabat.

[s] *Appellationes*] Caligula judicibus permiserat liberam jurisdictionem, supra in Caligula cap. 16. Quæ tamen diuturna non fuit, ut patet ex hoc loco et ex Tacit. Annal. XIV.

Senatum fierent. [18.] Augendi propagandique imperii neque[8] voluntate ulla, neque spe motus unquam, etiam ex Britannia deducere exercitum cogitavit: nec nisi verecundia, ne obtrectare parentis gloriæ[9] videretur, destitit. Ponti modo regnum, concedente Polemone,[t] item Alpium, defuncto Cottio,[u] in provinciæ formam[v] redegit. [19.] Peregrinationes duas omnino suscepit, Alexandrinam et Achaicam:[10 w] sed Alexandrina ipso profectionis die destitit, turbatus[1] religione simul ac periculo. Nam circuitis[2] templis cum in æde Vestæ resedisset, consurgenti ei primum lacinia obhæsit: deinde tanta oborta[3] caligo est, ut dispicere[x] non posset. In Achaia[4] Isthmum perfodere aggressus, prætori-

—8 *Nec vol.* Periz. Edd. sæc. xv. *numquam* Vind. 1. Tum *de Brit. exerc. deduc.* Cuj.—9 *Gloriam* Medic. 3. Polit. Vind. 2. Cort. Cop. Dein *Polemone* Vind. 1. *Palem.* Camp. Mox *Coctio* et *Cotio* Mss. aliquot et Edd. Bas. Lugd. Ald. Steph. &c. *Cotto* Ms. Urs. *Concio* Fouc. *redigit* Medic. 2. Dun.—10 *Achaiam* Medic. 1. Vind. 1. Periz. Edd. Camp. Med. Ven. *Acchiticam* Dun. Tum *Alexandrinam* Memm. Medic. Polit. Vind. 1. Harlem. Pal. 1. 2. Periz. Edd. Vett. exceptis Rom. sec. Bon. Bas. Pulm. &c. *destituit* conj. Guj. sicut est in Nonn. Cod. marg. Ant. Gryph.—1 *Exturbat.* Huls. Mallet Lips. *tardatus.* Dein *simul relig.* Dun. Vind. 1. Medic. 2. Harlem. et Edd. ante Casaub. *et peric.* Medic. 1. Cop. Notavit Lips. in ora Cod. *relig. ac miraculo.*—2 Memm. *circumitis*, ut Medic. 3. Vind. 2. Cort. passim. *Cum* ante *circ.* habent Edd. O. ante Casaub. et Mss. multi, sed Memm. Medic. 3. Vind. 2. Cort. Huls. Casaub. favent. Mox *dein* tres Medic. Polit. Cuj. Voss.—3 Ita Memm. Medic. 1. Vind. 2. Cort. Cuj. Voss. cum Edd. Steph. Casaub. Græv. &c. probantib. Oud. Ern. In ceteris *coorta*, quod revocavit Burm. Dein *respic.* a Græv. et Oud. receptum, est in Mss. O. præter Periz. necnon Edd. præter Rom. Par. Bas. Gryph. Plant. Schild. &c. Alterum defendunt Burm. Ern. *ut desp. non esset* Edd. Arg.—4 *In Ach. enim* Vind. 1. *Ach. est* Dun. Cuj. Voss. Edd. Rom. *in Achaiam* Ven. Med. *fodere* Vind. 1.—

NOTÆ

[t] *Polemone*] 'Pontum in jus provinciæ Polemonis reguli permissu redegit, a quo Polemoniacus Pontus appellatus est,' inquit Aurelius Victor in Nerone. Pontus Asiæ minoris regio, quæ hodie *Anatolia*.

[u] *Cottio*] A quo Alpes Cottiæ appellatæ, quas alii appellant *Moncenis*, alii *Mongenebre*.

[v] *In provinciæ formam*] Hoc est, a magistratu Romano administrandam voluit, ut Augustus Ægyptum, Aug. cap. 18.

[w] *Achaicam*] De Achaia in Tiberio cap. 4. &c.

[x] *Dispicere*] Alii *despicere*. Tacitus addit et per omnes artus tremuisse. De consilio perfodendi Isthmi, jam supra in Caligula cap. 21. et Jul. cap. 44.

anos pro concione ad inchoandum opus cohortatus est; tubaque signo dato, primus rastello humum effodit,[5] et corbulæ[y] congestam humeris extulit. Parabat et ad Caspias portas[z] expeditionem, conscripta[6] ex Italicis senum pedum[a] tironibus nova legione, quam Magni Alexandri[7] phalangem[b] appellabat. Hæc partim nulla reprehensione, partim etiam non mediocri laude digna in unum contuli, ut secernerem a probris ac sceleribus ejus, de quibus dehinc dicam. [20.] Inter ceteras disciplinas pueritiæ tempore imbutus[8] et musica, statim ut imperium adeptus est, Terpnum citharœdum, vigentem[9][c] tunc præter alios, ar-

5 *Hum. confedit* Vind. 1. Dein *Corbulo conjectam hum. extulit* Pal. 1. *Corbulo* etiam Edd. Bas. Col. Seb. Gryph. *Corbula* Junk. *congesta* Harlem. quod posse defendi existimat Burm.—6 *Conscriptam* Medic. 3. Vind. 1. Harlem. Voss. Periz. a m. pr. Ed. Ven. 1. *pedum* deest Medic. 1. Corr. Sab. *sen. millium peditum*, quem refutat Beroald. Tum *nova* Edd. Sab. Cald. Med. pr. cum Periz.—7 *Alex. more* Fouc. Edd. Rom. Proxime *phalanga* Memm. *phalangen* Vind. 1. *phalangam* Camp. *appellavit* Vind. 1. Edd. Rom.—8 *Puer. imb. temp.* Periz. Harlem. Edd. Ven. Lugd. Plant. al. Torr. cum Lips. ejecit *tempore*. Tum *et in mus.* Fouc. *Terpreum* Vind. 1. *Terpinum* Cort. *Thernum* Nonn. *Ternum* Huls. *Therpnum* Periz. Ed. Rom. sec. probatque Burm.—9 *Ingentem* uterque Vind. Cort. et O. Torr. cum Edd. Rom. Dein *arcessiit* Edd. Oud. Wolf. auctoribus Memm. Medic. 2. 3. Polit. Periz. Edd. Rom. Med. Ven.

NOTÆ

[y] *Corbulæ*] Vas est vimineum. Hoc autem præstitit, non tantum ut more magnorum Imperatorum milites incitaret ipse suo exemplo, sed etiam ut religione deterritos confirmaret, quod ad primam fossionem visus esset erumpens sanguis, visa spectra auditique gemitus, referente Xiphilino.

[z] *Caspias portas*] 'Claustra Caspiarum' dixit Tacitus I. Hist. De his et Plinius lib. VI. cap. 11. et 14. et Strabo lib. XI. Sunt angustiæ Tauri montis, non longe a mari Caspio, natura et magno artis molimine interclusæ, qua transitus est e Media, quæ hodie *Madag*, in Albaniam. Hujus regionis ut non una pars est, ita nec unum nomen hodiernum est.

[a] *Senum pedum*] Proceros quosque lectos patet, ex eo quod de statura dictum est in Tiberio cap. 68. Quod et ab Imperatoribus Romanis in tirone legendo animadversum notat Vegetius, et non semper exigendum probat exemplis, lib. I. cap. 15.

[b] *Phalangem*] Phalanx Macedonica, caterva Gallica, et legio Romana, non multum inter se nec robore nec numero differebant. Notat porro ex Suida Casaubonus, Macedonicis regibus fuisse cohortem aut legionem e tironibus staturæ procerioris compositam, Neronianæ isti plane similem; quin et ejusdem omnes ætatis erant, unde dicebantur Ἥλικες.

[c] *Vigentem*] Torrentii Mss. libri

cessivit; diebusque continuis post cœnam canenti in multam noctem assidens, paulatim et ipse meditari exercerique [10] cœpit, neque eorum quicquam omittere, quæ generis ejus artifices, vel conservandæ [1] vocis causa, vel augendæ factitarent; sed et plumbeam chartam [d] supinus pectore sustinere, et clystere [2] vomituque purgari, et abstinere pomis cibisque officientibus; [e] donec, blandiente profectu, (quanquam exiguæ vocis et fuscæ,) [f] prodire in scenam [3] concupivit, subinde inter familiares Græcum proverbium [4] jactans, 'occultæ musicæ nullum esse respectum.' Et prodiit Neapoli [g] primum; ac ne concusso quidem repente [5]

&c. *arcessit* Med. sec. In aliis *accersiit.*—10 *Excitarique* Periz. a m. pr. Edd. Med. pr. Sab. Cald. *exercitarique* Harlem. Ed. Med. sec. Dein *ne eor.* Cop. Vulgo *nec.* Firmant nostr. lect. Memm. Medic. Dun. Polit. Vind. 1. Edd. Rom. Med. 1. Ven. &c. Desunt *quæ gen.* Cop.—1 *Conservandum* et *augendum* Huls. Mox conj. Müll. *sic et pl.* Item, *factitarunt* Fouc. et *sustinuit* Periz. Harlem. Edd. Ven. Bon. *sestinuit* Med. Cald. margo Gryph.—2 *Clisteri* Vind. 1. Paulo ante *chartham* Cuj. Dein *afficientib.* unus Torr. cum Ed. Par. Pro *pomis* Reines. ad marg. suadet *potibus* vel *pomatis.*—3 Fouc. *in scen. prod.* Statim *concupiit* Edd. Oud. Wolf. cum Memm. Dun. Cop. Voss. Vind. 2. Cort. Edd. Rom. Steph. *concupuit* in aliis.—4 *Gr. prosibium* Vind. 1. Dein *prodit Neapolim* Medic. 1. 3. Cop. *Neapolim* etiam in utroque Vind. Fouc. Cort. trib. Burm. Edd. Ven. Med. pr.—5 *Repente* abest a Cop. Tum Latinis literis *nomon* Mss. tantum non O. item Edd. Med. pr. Cald. Bon. uti etiam malebat Torr. Hinc et *nomen* in Fouc. Vind. 1. Cort. Cop. Huls. Har-

NOTÆ

omnes *ingentem.* Artifices hujus generis sunt phonasci, ut infra cap. 25. patet, formandæ vocis magistri.

[d] *Plumbeam chartam*] Plinius lib. XXXIV. cap. 18. 'Nero, (quoniam ita Diis placuit,) lamina pectori imposita, sub ea cantica exclamans, alendis vocibus demonstravit rationem.' Ubi de vario plumbi usu loquitur.

[e] *Officientibus*] Unus e libris Mss. *afficientibus:* quod eo potest sensu, quo in Claudio cap. 25. verbum hoc explicatum est. Porro sectivo hac de causa auctoritatem dedit 'ex oleo statis mensium omnium diebus, nihilque aliud, ac ne pane quidem vescendo,' inquit Plinius lib. XIX. cap. 6.

[f] *Fuscæ*] Et ideo maxime porro usus videtur; hic enim 'voci splendorem affert,' auctore eodem Plinio lib. XX. cap. 6. qui et de voce 'fusca' lib. XXVIII. cap. 6. Hanc subraucam fuisse innuit Quintilianus, cum ait in Antonio fuisse vocem fuscam et subraucam. Quem auctorem vide lib. IX. cap. 3. ubi de vocis qualitate plura disserit.

[g] *Neapoli*] Utpote quæ cum Græca civitas foret, non adeo mirum videretur, si Græco in ea more ageret: nec enim apud Græcos, quemadmodum apud Romanos, musica et saltatio a Principum persona aberant, nec in vitiis ponebantur; quin immo hæc 'omnia apud Græcos et grata et

motu terræ theatro, ante cantare destitit, quam inchoatum [6] absolveret νόμον.[h] Ibidem sæpius, et per complures cantavit dies: sumto etiam ad reficiendam vocem brevi tempore, impatiens secreti a balineis in theatrum transiit, mediaque in orchestra [i] frequente populo epulatus,[7] 'si paulum subbibisset, aliquid se sufferti [8] [k] tinniturum,' Græco sermone promisit. Captus autem [9] modulatis Alexandrinorum laudationibus,[l] qui de novo commeatu Neapolin confluxerant, plures Alexandria [10] evocavit. Neque eo segnius adolescentulos equestris ordinis, et quinque amplius millia e plebe robustissimæ juventutis undique elegit, qui divisi in [1]

lem. Edd. Rom. Ven. aliisque.—6 *Incoatum* Vind. 1. *incohat.* Periz. Postea *per complures* Fouc. *ab bal.* Voss. *ab valin.* Memm. In Vind. 1. *medio quoque.* —7 Memm. *epulat.* Ascripsit Salm. *epulans.* Mox *paululum* Vind. 2.—8 *Sufferi* Memm. Edd. Med. Ven. 1. nec improbat Turneb. *sufferri* Periz. Cop. cum O. Oud. et Edd. Rom. Ven. 2. 3. Bon. Par. Lugd. Junt. Bas. (marg. *sufferrei*) Plant. Col. *suffertim* cum Egnat. Edd. Steph. Ald. et duob. Mss. mallet Torr. *sufferctim* alii, teste Urs. *sufferret* vel *suffertim* marg. Gryph. Nostr. lect. plurimorum suffragiis comprobatum receperunt omnes post Burm. Desunt hæc omnia a m. pr. in Cod. Glar. *sufferre* a man. sec. suppletum, deinde in *sufferri* a tert. mutatum.—9 *Autem* non habent Edd. Rom. *autem a mod.* Vind. 2. Cort. *in laudat.* Fouc. qui et *quæ de novo*, Periz. a m. pr. *confugerant.*—10 Huis. et Cop. *Alexandriæ voc.* Cuj. *Alexandrina.* Dein *adolescentes* Periz. Huis. Fouc. Vind. 2. Cort. Edd. ante Casaub. præter Rom. Paulo ante *eo secius* malit Baumg.—1 *In* deest Edd. Cald. Lugd. Junt. Arg.

NOTÆ

laude digna dicuntur,' ut ait Cornelius Nepos in Epaminonda.

[h] Νόμον] Torrentius scribit Latinis characteribus *nomon*, ut supra in Claudio cap. 34. *automaton.* Nomi autem sunt leges seu modi canendi, tibicinum præsertim et citharœdorum; unde et ipsa cantica nomi quoque dicuntur.

[i] *Orchestra*] In Julio cap. 39. et 76. et Tib. cap. 66. &c.

[k] *Sufferti*] Turnebus lib. XXIV. cap. 6. legisse se ait in codice antiquo *sufferi*, quasi esset *ὑπάγριόν τι*, quod et in veteribus libris legit Casaubonus, nec probat, quia melius verteretur *subrustici*. Nero promittebat se cantaturum plenius quid et grandius, si bibisset: suffertum enim et differtum significant plenum. Unde, sive sufferum sive suffertum retineatur, hæ voces indicant Neronem Græce locutum in urbe Græca *ὑπάγριον*, *ὑπόπικρον*, et *ὑποπίνειν*, quæ Suetonius Latine verterit *sufferum* aut *suffertum*, et *subbibere*.

[l] *Alexandrinorum laudationibus*] De quibus jam dictum est supra in Augusto cap. 98. ubi et de commeatu. Quæ vox lib. V. de bello Gallico sumitur a Cæsare pro itu et reditu classis, 'duobus commeatibus exercitum reportare constituit.' Et paulo post, 'prioris commeatus expositis militibus,' &c.

factiones,[m] plausuum genera[n] condiscerent, ('bombos,' et 'imbrices,'[o] et 'testas' vocabant,) operamque navarent cantanti sibi, insignes pinguissima coma,[p] et excellentissimo cultu pueri,[2] nec sine anulo lævis:[q] quorum duces qua-

---

Dein *imbr. condisc. et testes* Fouc. omisso *vocabant*, quam voc. fastidiunt Cort. Vind. 2. *imbr. discerent et test.* Cop. Item *testes* Medic. 3. Periz. Ed. Camp. in qua etiam cum Harlem. Fouc. *novarent*.—2 In Memm. *pueris*, et ita tres Medic. Pal. 1. 2. Dein *nec* in nullo Cod. extat, sed *ac*, uti est in Edd. Med. pr. Cald. aliisque. Tum *læviis* Memm. Pal. 1. *levis* Pal. 3. *velis* Pal. 2. Viterb. Medic. 1. 3. Vind. 1. *leves* quatuor Torr. Cop. ipso Torr. probante, *lenes* Periz. *lenis* Harlem. et ita fere variant Edd. *lænis* Edd. Med. pr. Cald. *sortis* Cuj. *ac non sine an. levis* Junt. Arg. Ald. nisi quod illa *lævis*. Græv. conj. *et insign. p. c. et ex. c. pueros n. s. a. lævis*, aut potius *pueri* expungendum, aut *ac in an. levis*. Burm. vel *pueri* delend. vel legend. *puberes ac s. a. leves*, Heins. *ac in an. lævis v. vetustiores pueris nec s. a. lævis*, Lips. *ac s. a. lævis*, Oud. *puris ac s. a. lævis* seu *puris lænis*, seu *puris baxeis, in an. lævis*, seu, quod malit, *puris baxeis, et an. in lævis*, Ern. *excell. culti vestitu* v. *excellentissima culti pur-*

NOTÆ

[m] *Factiones*] Ad similitudinem histrionum, de quibus in Tiberio cap. 37. et aurigarum, de quibus infra cap. 22.

[n] *Plausuum genera*] Plausus quoque suis modulis constabant, ut et Annal. XVI. Tacit. 'Plebs quidem Urbis, histrionum quoque gestus juvare solita, personabat certis modis, plausuque composito.' Et paulo post de iis qui artem non callebant, 'cum manibus nesciis fatiscerent, turbarent gnaros,' &c. Quæ plaudendi ars jam ante in usu, ut patet ex Ovidio lib. I. de Arte vs. 114. 'In medio plausu (plausus tunc arte carebat) Rex populo prædæ signa petenda dedit.' Postea usi sunt instrumento quodam, quod vel ad augendam, vel ad dirigendam vocem ori adjungebant, instar personæ histrionicæ, unde 'oraria' nomen erat. Vopiscus in Aureliano, 'Ipsumque primum donasse oraria populo, quibus uteretur ad favorem,' hoc est, ad acclamationem; ibi enim favor id significat.

[o] *Bombos et imbrices*] Conficta plausuum nomina ab apum sonitu, qui proprie bombus. Plinius lib. XI. cap. 10. 'Noctu quies apibus in matutinum, donec una excitet omnes gemino aut triplici bombo, ut buccino aliquo.' Bombus ille quibusdam instrumentis edi solebat. Hinc Nero ipse apud Persium Sat. I. vs. 93. 'Torva Mimalloneis implerunt cornua bombis.' Imbricum autem plausus vel sic dictus est ex similitudine crepitantis super tegulas pluviæ, vel quod imbricibus fieret; est enim imbrex tegula cava. Idem de testis dicendum videtur, quarum meminit quoque Juvenalis Sat. XI. vs. 170. 'audiat ille Testarum crepitus cum verbis,' &c. Quæ omnia fuisse videntur eadem quæ crepitacula illa, de quibus in Calig. cap. 54.

[p] *Pinguissima coma*] Vel propter capillorum densitatem: quo sensu Aug. c. 82. 'pinguem togam' dixit, pro crassa et densa: vel propter unguenta quibus crines perfundere solebant.

[q] *Lævis*] Hoc est, sinistris manibus annulo exornatis. Torrentius in quatuor libris Mss. legit *leves*. Hoc

dragena[3] millia sestertium[r] merebant. [21.] Cum magni[4] æstimaret cantare, etiam Romæ Neroneum[s] agona ante præstitutam diem revocavit. Flagitantibusque[5] cunctis cœlestem vocem,[t] respondit quidem, 'in hortis[u] se copiam volentibus facturum:' sed adjuvante vulgi preces etiam statione militum, quæ tunc excubabat, repræsentaturum se pollicitus est libens; ac sine mora nomen suum in[6] albo[v] profitentium citharœdorum jussit ascribi; sorticulaque[w] in urnam cum ceteris demissa, intravit ordine suo, simul[7] Præfecti prætorii[x] citharam sustinentes, post Tribuni[8] mili-

pura. 'Si quid mutandum, suaderem, *exc. cultu puerili.*' Baumg.—3 *Quadringena m. sestertia* Memm. Pith. Medic. 1. 3. *quadrig.* Harlem. *sextertia* Medic. 2. Malit Oud. *quadring. mil.* deleto *sestert.* In Vind. 1. *merebantur.* —4 Cuj. *magis.* Mox *præstitutum* Fonc. Vind. 2. Cort. *præstitam* Medic. 1. a m. pr. Dun. Cuj. Voss.—5 *Flagrantib.* Cort. Dein *mortis se* Vind. 1. Fonc. Huls. Cop. *in ortis* Vind. 2. duo Burm. Edd. Camp. Ven. 1. *sed et adj.* Medic. 1.—6 Heins. abesse mallet *in.* Mox *in urna* Fonc. Verba *prof. c. j. a.* desiderantur in Cop. *dimissa* habet Cort. *in ordinem suum* Vind. 1.—7 Vulgo *simulque*; delevit copulam primus Oud. fide Medic. Polit. Vind. 1. Cort. duor. Torr. quatuor Burm. atque Edd. Ven. 1. Med. Sab. Cald.—8 *Potribuni* Memm.

NOTÆ

sensu, ut intelligantur manus annulo exoneratæ, ad plaudendum agiliores extitisse: quod summo illi viro probatur.

[r] *Quadragena millia sestertium*] Casaubonus in Pithœi codice legit *quadringena*, quod multum augeret summam. Priore enim 1750.lib. posteriore 17500.lib. quod supra idem esse videtur, nisi *quadringena* et *quadragena* pro eodem usurpari inde colligas.

[s] *Neroneum*] Certamen quinquennale, de quo supra cap. 12. quamvis nondum expleto quinquennio, ex quo primum Neapoli editum erat.

[t] *Cœlestem vocem*] Adulatorie, ut patet; hanc enim capite proxime præcedenti fuscam dixit et exilem.

[u] *In hortis*] Iisdem verosimiliter, in quibus Juvenales ludos editos supra notatum est cap. 11. in quibus theatrum quoddam minus fuisse innuit Plinius lib. XXXVII. c. 2. ubi Nero Pompeiano præludebat. Casaubonus verosimillime existimat hortos illos fuisse Transtiberinos, populo publice legatos a Julio Cæsare, ut lib. I. cap. 83.

[v] *In albo*] In quo citharœdorum certare volentium nomen describebatur. Vide in Caligula cap. 51.

[w] *Sorticulaque*] Minore quadam sorte, unde patet nulla se prærogativa admitti voluisse, sed eo tantum loco quem sors daret, in urnam pro more missa et extracta. Horat. Od. 3. lib. II. 'omnium Versatur urna serius ocyus Sors exitura.'

[x] *Præfecti prætorii*] Tacitus Annal. XIV. ubi narravit mortem Burrhi: 'quippe Cæsar duos prætoriis cohortibus imposuerat, Fenium Rufum ex vulgi favore, et Ofonium Tigellinum, veterem impudicitiam in eo se-

tum, juxtaque amicorum intimi.[y] Utque constitit, peracto principio,[z] Nioben[9][a] se cantaturum, per Cluvium Rufum consularem pronuntiavit, et in[10] horam fere decimam[b] perseveravit: coronamque eam et reliquam certaminis partem in annum sequentem distulit, ut sæpius canendi occasio esset. Quod cum tardum videretur, non cessavit identidem se publicare.[c] Non[1] dubitavit etiam privatis spectaculis[d] operam inter scenicos dare, quodam Prætorum[2][e] sestertium decies offerente. Tragœdias quoque cantavit[f] personatus;[g] heroum Deorumque, item heroidum ac Dearum personis effectis[3] ad similitudinem oris sui, et fœminæ,

unde faciebant Gron. et Heins. *porro trib.* Tum *proacto* Cop.—9 *Nioban* Memm. Dun. Medic. 2. Voss. *Niobam* Vind. 1. Ed. Ven. 1. *Niobem* Medic. 1. 3. Cort. Periz. cum Edd. primis. Postea *Clivium* Edd. ante Casaub. et Mss. præter Memm. Voss. Dun. Tornac. *Clinium* Fouc.—10 *Sed in* Edd. Rom. Mox *in annum* Harlem.—1 Carent τῷ *non* Memm. Medic. Polit. Cop. Voss. Dun. In iisdem *in priv. sp.* Periz. *et in pr.* Præpositionem ejecit Casaub. cum seqq. præter Burm. in cujus Ed. non comparet *etiam.* Ceterum *nec dub.* Fouc. Vind. 2. Cort. Habuit Memm. *daret*, unde J. F. Gron. ad Senec. Thyest. v. 715. et Perizon. correxerunt, *dub. an priv. &c. daret*, probante Wolf.—2 *Quodam prætorio* Cod. Urs. *quædam* Memm. Dein *personatum* Huls. —3 Sic Medic. 2. 3. Polit. Vind. 1. Cort. uterque Pulm. cum trib. Burm. Edd. Rom. Ven. 1. Med. pr. Cald. Al. *effictis.* Mox *interea cant.* Vind. 1. et

NOTÆ

cutus, ac quæ illi pro cognatis moribus fuere.' Hic iste Tigellinus de quo Juven. Sat. I. vs. 155.

[y] *Amicorum intimi*] Referendum videtur ad cohortes interioris admissionis, de quibus in Tiberio cap. 46.

[z] *Principio*] Quasi prooemio, quo præludunt citharœdi ante legitimum certamen. Alii legunt *parato proscenio.*

[a] *Nioben*] Fabulam cujus argumentum esset Niobe, quæ Amphionis uxor, cum suam fœcunditatem Latonæ prætulisset, liberos suos ab Apolline in ultionem injuriæ Latonæ matri suæ illatæ confixos vidit, &c. De his plura apud Ovidium, et Juvenalem Sat. VI. vs. 171. &c.

[b] *Decimam*] Provecto jam die ultra solitam cœnandi horam, ut supra in Caligula cap. 45.

[c] *Se publicare*] Hoc est, publicam vocis suæ copiam facere.

[d] *Privatis spectaculis*] Quæ ab aliis quam a seipso ederentur. Alii enim a Principe, etiam magistratus privatorum loco habentur. Quo sensu Plinius Junior ait Consulatum esse privati hominis fastigium.

[e] *Quodam Prætorum*] Illo, ut videtur, qui ludos exhibebat. *Decies*, supple centena millia, hoc est, 43750. lib.

[f] *Tragœdias quoque cantavit*] Supra in Caligula cap. 57.

[g] *Personatus*] Persona velatus, Gallice *masque.*

prout quamque diligeret. Inter cetera cantavit 'Canacen[h] parturientem,' 'Oresten[4] matricidam,'[i] 'Œdipodem excæcatum,'[k] 'Herculem insanum.'[l] In qua fabula fama est, tirunculum militem, positum ad custodiam aditus, cum eum ornari ac vinciri catenis, sicut argumentum postulabat, videret, accurrisse ferendæ opis gratia. [22.] Equorum studio vel præcipue ab ineunte ætate flagravit, plurimusque illi sermo, quanquam vetaretur,[5] de Circensibus[m] erat: et quondam tractum[n] prasinum agitatorem[o] inter condiscipu-

Canachen Cop. Medic. 2. 3. *Chanachen* Dun. *Canacem* Harlem. Periz. et Edd. plures.—4 *Orestem* Mss. et Edd. plurimi. Dein *Œdipoden* Dun. Medic. Vind. 1. Edd. Rom. Pro *ornari* habet *arctari* Vind. 1. *onerari* marg. Gryph. quæ et *obcæcat*. cum opt. Torr.—5 *Veteraretur* Memm. Tum *et quendam* Mss. Torr. marg. Gryph. Alii *Prasini*, sicut dant O. Codd. Burm. et Ond. Memm. Fouc. necnon Edd. Vett. *Perasim* Periz. Ed. Ven. 1. *Prasina cogitatorem* Cuj. Conj. Torr. *Prasinæ*, Heins. *quendam tract. e Prasinis.* Item *tractatum*

NOTÆ

[h] *Canacen*] Æoli Tuscorum Regis filiam, quæ vagitu pueri ex incesto Macharei fratris concubitu nati deprensa, mortem sibi consciscere coacta est gladio, quem pater ad ipsam, audito scelere, miserat: quod et Machareus ipse fecit. Narrat Dio, cuidam, dum Nero Canacen caneret, interroganti quid faceret Imperator, responsum ab altero, illum parere: quod eo facetum magis fuerit, si dictum postquam Nero Pythagoræ suo nupserat, ut infra dicetur.

[i] *Oresten matricidam*] Qui ut patrem Agamemnona Ægistho matris adultero interfecto ulcisceretur, cum duodecim annos ejusdem sortis metu delituisset in Phocide, redux tandem et incognitus matrem interemit. Quo scelere admisso, correptus est Furiis, &c.

[k] *Œdipodem excæcatum*] Hic Laii Thebanorum Regis et Jocastæ filius fuit, qui cum patrem ignarus occidisset, matremque postmodum eodem fato duxisset, re detecta et dolore percitus, ipse sibi oculos eruit.

[l] *Herculem insanum*] Hoc est, furore correptum, inducta toga quam Nessi Centauri sanguine tinctam Deianira decepta miserat, existimans non aliud fore quam remedium Ioles amori, quo flagrabat Hercules.

[m] *Circensibus*] Ludis nempe, qui equorum cursu utplurimum celebrabantur.

[n] *Tractum*] Equorum impetu abreptum. Alias trahi, gladiatorum et damnatorum supplicium est, ut in Tiberio cap. 61. et 75.

[o] *Prasinum agitatorem*] Hoc est, aurigam Prasinæ seu viridis factionis, de qua jam in Caligula cap. 55. Aurigantium in Circo partes adversæ, hoc est, factiones, quatuor fuerunt, et suis omnes distinctæ coloribus, et appellatæ Prasina, Veneta, Russata, Albata: hoc est, viridis, cærulei, coccinei, albique panni. De his Cassiodorus libro III. variar.

los querens, objurgante magistro,[6] de Hectore[p] se loqui, ementitus est. Sed cum inter initia imperii eburneis quadrigis quotidie in abaco[q] luderet, ad omnes etiam minimos[7] Circenses e secessu[r] commeabat, primo clam, deinde propalam: ut nemini dubium esset, eo die utique affuturum. Neque dissimulabat, velle se palmarum numerum ampliare:[8] [s] quare spectaculum multiplicatis missibus[t] in serum protrahebatur,[9] ne dominis quidem jam factionum[u] dignantibus, nisi ad totius diei cursum, greges ducere. Mox et ipse aurigare, atque etiam spectari sæpius voluit: positoque in hortis inter servitia et sordidam plebem rudimento,[10] universorum se oculis in Circo maximo[v] præbuit, aliquo

Periz. a m. pr.—6 *Pædagogo* Viterb. Memm. Cuj. Cop. Huls. Pal. Medic. 1 3. Fouc. Polit. Vind. 2. Cort. cum Edd. Rom. Junt. Ald. Steph. Glossam judicant Burm. et Ern.—7 *Mimos* Medic. Vind. 1. unus Torr. Cop. Edd. Camp. Ven. 1. Med. pr. Cald. Lugd. Junt. Ald. *ad omn. mimos* Harlem. Ven. 2. 3. Cald. Tum præposit. *e* carent Pal. Viterb. et O. Burm. et Oud. cum Edd. ante Casaub. *secessu* præponentibus. *E sec. comm.* e Memm. Cuj. Voss. edidit Burm. quem secuti Oud. aliique. Item *secessum* Cuj.—8 *Ampliari* Memm. Polit. Ed. Steph. Mox *multiplicitatis* Fonc. et *missilibus* uterque Vind. Cort. Periz. Edd. Rom. Med. pr. Cald. &c. sed jam Sab. et Beroald. emendarunt.—9 *Protrahebat* Vind. 1. 2. *protrahebantur* Medic. 2. *deducere* Edd. Rom. cum marg. Periz. qui cum Vind. utroque Fouc. et Edd. plurimis dat *vol. sæp.* Etiam *spectare* habet Cop.—10 *Frumento* Dun. pro v. l. *frudi-*

NOTÆ

Epist. 51. 'Dolores autem invicem temporum quadrifaria divisione funduntur: prasinus virenti verno, venetus nubilæ hyemi, roseus æstati flammeæ, albus pruinoso autumno dicatus est,' &c. De his et Isidorus lib. XVIII. Etym. cap. 41. Corippus poëta lib. I. &c.

[p] *Hectore*] Hunc enim Achilles in ultionem Patrocli circum Trojana mœnia trahi jusserat. Virgilius lib. I. Æneid. 'Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros.'

[q] *In abaco*] Tabula lusoria, in qua aurigæ illi eburnei similitudinem Circensium referebant. Ita et Lampridius de Heliogabalo, dicit eum in triclinio pransitantem et cœnitantem semper exhibuisse quadrigas.

[r] *Secessu*] Alii *e secessu*, clarius: nam sæpe commeabat in suburbanum aliquod, imperii initio.

[s] *Palmarum numerum ampliare*] In Circensibus erant primæ, secundæ, et tertiæ palmæ: quod patet ex inscriptione, quam Torrentius laudat: VICIT CXXX. SECUND. TULIT LXXXVIII. TERT. TULIT VII.

[t] *Missibus*] De his in Claudio cap. 21. Alii legunt *missilibus*, male.

[u] *Dominis . . . factionum*] Supra cap. 5. et in Tiberio cap. 37. ubi capita factionum sed histrionicarum dicuntur.

[v] *Circo maximo*] Plinius lib. XXXIII. cap. 5. refert Circi arenam chryso-

liberto mittente mappam,[w] unde magistratus[x] solent. Nec contentus harum artium experimenta Romæ dedisse, Achaiam, ut diximus,[y] petit,[1] hinc maxime motus. Instituerant civitates, apud quas musici agones edi solent, omnes citharœdorum coronas ad ipsum mittere. Eas adeo grate recipiebat, ut legatos, qui pertulissent, non modo primos admitteret, sed etiam familiaribus epulis[2] interponeret. A quibusdam ex his rogatus, ut cantaret super cœnam, exceptusque effusius,[z] 'Solos scire audire Græcos, solosque se et studiis suis dignos,' ait. Nec profectione dilata, ut primum Cassiopen[3][a] trajecit, statim ad aram Jovis Cassii cantare auspicatus est. [23.] Certamina deinceps obiit omnia. Nam et quæ diversissimorum[b] temporum sunt,

mento vel *rundimento* Cuj. Postea *mapam* Huls. Deest *artium* Dun.—1 *Petiit* Vind. 1. Edd. Sab. Beroald. Statim *hic maxime* Dun. (qui et *civitates* omisit) Harlem. in quo et *instituerat*.—2 Edd. Rom. *epistolis*. Dein *scire et aud.* Vind. 2. Cort. Fouc. *se* abest a Medic. 1. Cop. *esse ait* Vind. 2. Cort. Ceterum *affectione dil.* Medic. 2. Dun. Fouc. Cuj. Vind. 2. a m. pr.—3 *Casiopem* vel *Casiopen* Mss. O. nisi quod *Asiopen* sit in Medic. 2. Cuj. *Scasiopen* in Fouc. Censuit Urs. legend. *Cassopen*. Cf. Interpp. ad h. l. Denique *Casii* dant

NOTÆ

colla a Nerone stratam, de qua in Caligula cap. 18.

[w] *Mittente mappam*] Moris erat, ut magistratus ludorum editores signum darent incipiendi, excussa et missa ex alto mappa, quod ludos committere dixit supra in Claudio cap. 21.

[x] *Magistratus*] Ædiles, vel Prætores, &c. qui si forte non possent, Dictator vel in id unum creabatur, ut de Plautio tempore ludorum ægrotante refert Livius lib. III. decad. I. A Consulibus quoque signum hoc datum probant Ennii versus apud Ciceronem lib. I. de Divinat. 'Expectant, veluti Consul cum mittere signum Vult, omnes avidi spectant ad carceris oras, Qua mox emittat pictis e faucibus currus.'

[y] *Diximus*] Cap. 19.

[z] *Exceptusque effusius*] Hoc est, immodica laudatione et plausu assentatorio.

[a] *Cassiopen*] Ursinus scribit *Cassopen* ex Græco nummismate, in quo legitur ΚΑCCΩΠΑΙΩΝ. Plinius lib. IV. cap. 12. Cassiopen Corcyræ oppidum esse dicit, quod hodie, ut refert Ferrarius, nonnisi pagus est, vulgo *S. Maria di Cassopo*. De quo, quia ibi quoque Jovem templo cultum ait idem Plinius, potius videtur intelligendus hic locus, quam de Cassope, nempe portu qui est in Thesprotia, non longe a Corcyra.

[b] *Diversissimorum*] Hoc est, ludos quos non singulis annis, sed aliquo duntaxat annorum interposito spatio celebrari moris erat, eodem anno et tempore non debito celebrari voluit.

cogi in unum annum,[4] quibusdam etiam iteratis, jussit; et Olympiæ quoque præter consuetudinem[c] musicum agona commisit. Ac, ne quid circa hæc[5] occupatum avocaret detineretve, cum præsentia ejus urbicas res egere a liberto Helio admoneretur, rescripsit his verbis, 'Quamvis nunc tuum consilium sit et votum, celeriter reverti me;[6] tamen suadere et optare potius debes, ut Nerone dignus revertar.' Cantante eo, ne[7] necessaria quidem causa excedere theatro[d] licitum erat. Itaque et enixæ quædam in spectaculis dicuntur, et[8] multi tædio audiendi laudandique, clausis oppidorum portis, aut furtim desiluisse de muro, aut morte simulata[9] funere elati. Quam autem trepide anxieque certaverit, quanta adversariorum æmulatione, quo metu judicum,[e] vix credi potest. Adversarios, quasi plane condi-

Harlem. Edd. Rom. ac plures. *Est* exulat a Medic. Cop. Cuj.—4 *In un. an. cogi* Medic. 1. *etiam* ignorat Cop. Mox *et Ol.* exhibent Memm. Dun. Fouc. Medic. Polit. Cort. duo Burm. et Ed. Steph. In reliquis omittitur copula. *Olympiæque* Vind. 1.—5 *Hoc* Vind. 1. Cort. Periz. Edd. Rom. Med. Sab. Cald. Bon. Lugd. Statim *advoc.* Cuj. *detineretne* Fouc. Postea *agere* Harlem. Periz. a m. pr. Edd. Ven. 2. 3. *urbi eas res* Ven. 1.—6 Hunc ord. ut cum Steph. edidit Casaub. servant etiam Pulm. Memm. Medic. &c. Vulgo *me cel. rev.* Cuj. *rev. me cel.* Paulo ante *notum* Fouc.—7 *Nec necess.* Dun. Periz. Harlem. et Edd. Vett. fere O. Dein *lic. est* Vind. 1. Cuj. Dun. Proxime *et* deest in Fouc. Cort. Vind. 2. in cujus et Periz. marg. *evenisse*, ut in Edd. Rom.—8 Rursus omittunt *et* Vind. 2. Cort. Fouc. Harlem. Periz. Edd. Rom. Ven. Med. Sab. Cald. Bon. in quibus, aliisque *dissil.* v. *disil.* In Corsend.

NOTÆ

Apud Philostratum lib. v. cap. 2. testatur Apollonius jussos a Nerone Elidenses, ut ludos suos, hoc est, Olympicos, qui circa anni finem celebrari solebant, in adventum suum differrent.

[c] *Præter consuetudinem*] Et hoc diserte refert Apollonius ibidem, eum nempe tragœdorum et citharœdorum certamina proposuisse apud viros, quibus nec theatra sint, nec scenæ, nec alia ejusmodi ludicris idonea, sed nativum duntaxat stadium, et nuda omnia. De his Neronis oblectationibus Juvenalis Sat. VIII. 'Hæc opera atque hæ sunt generosi Principis artes, Gaudentis fœdo peregrina ad pulpita saltu Prostitui, Graiæque apium meruisse coronæ.'

[d] *Excedere theatro*] Exemplo est Vespasianus, infra in Vesp. cap. 4. et refert Tacitus multos ob id occisos: et Apollonius apud Philostratum lib. v. cap. 2. testis est, præcipuam hanc delatoribus accusandi materiam, non venisse auditum Neronem, aut venisse quidem, sed negligenter audivisse, risisse, non plausisse, pro Neronis voce non sacrificasse, ut clarior ad Pythium veniret.

[e] *Metu judicum*] Gellius lib. IX. cap. 12. probat ex Sallustio 'metum'

tionis ejusdem, observare, captare,[10] infamare secreto, nonnunquam ex occursu maledictis incessere, ac si qui arte præcellerent, corrumpere [f] etiam solebat. Judices autem, priusquam inciperet,[1] reverentissime [g] alloquebatur, 'Omnia se facienda fecisse, sed eventum in manu esse Fortunæ: illos, ut sapientes et doctos viros, fortuita debere excludere:' atque, ut auderet,[2] [x] hortantibus, æquiore animo recedebat; ac ne [3] sic quidem sine solicitudine, taciturnitatem pudoremque quorundam pro tristitia et malignitate arguens, suspectosque sibi dicens. [24.] In certando vero ita legi obediebat,[h] ut nunquam [4] excreare [i] ausus, sudorem quoque frontis brachio detergeret: atque etiam in tragico quodam actu,[5] cum elapsum baculum[k] cito resumsisset, pavidus

clusis, pro v. l.—9 *Simulato* Vind. 1. Boxh. legit *fuere*. Tum Edd. Med. pr. Cald. *tepide*, et *judicium* Harlem.—10 *Causare* Vind. 2. Fouc. Cort. Huls. *cantare* Cop. Medic. 3. Dein quædam Edd. jungunt *secreto nonn.*—1 Harlem. et Periz. a m. pr. *inciperent*, cum Ed. Ven. 1. Mox *facienda* glossema esse putat Græv.—2 *Adderet* Medic. 2. a m. pr. Vind. 1. Dun. Voss. Cuj. *orantibus* Corsend. a m. pr. Supra *sapientis* Medic. 3. Polit.—3 *At ne* Medic. 1. *nec* Medic. 3. Vind. 2. *et malig.* pro vulg. *ac malig.* recepit Oud. auctorib. Medic. 1. 3. Polit. Vind. 2. quibus accedit Fouc.—4 *Nonnunq.* Fouc. in quo *sud. fr.* omisso *quoque*, ac statim *detergere.*—5 Hic voc. ordo, quem cum Gron. dedit Oud. habetur etiam in Memm. Medic. Cop. Vulgo *quod. trag.*

NOTÆ

dici, et de eo qui timet, et de eo qui timetur. Posteriore sensu hic intelligendum probat Taciti Annal. XVI. auctoritas idipsum narrantis: 'Postremo flexus genu et cœtum illum manu veneratus, sententias judicum opperiebatur ficto pavore.' Et Apollonius insectatur apud eundem Philostratum ibidem.

[f] *Corrumpere*] Muneribus, ut secum certantes aliquid peritiæ suæ remitterent.

[g] *Reverentissime*] Dio ipsa ejus verba refert, *κύριοί μου, εὐμενῶς μου ἀκούσατε*, *Domini mei, audite me faventes*. Quod et in more positum fuisse colligitur ex veteri Epigrammate quod laudat hic Casaubonus: 'Ingressus scenam populum saltator adorat: Solerti pendet prodere verba manu.'

[h] *Legi obediebat*] Eadem omnino et Tacitus Annal. XVI. initio. Suæ erant et gladiatoribus leges, ut v. g. jussi ferrum jugulo exciperent, suum et hostis sanguinem eodem vultu aspicerent, &c. Qua de re plura apud Senecam Epist. 7.

[i] *Excreare*] Hoc est, expuere, quæ theatro reverentia præstabatur ab histrionibus, quasi templo; nec enim in templis excreare fas erat, aut emungere, ut aperte Arrianus in Epictet. lib. IV. cap. 11. Tragicus actus hic est ipsa tragœdia.

[k] *Baculum*] Baculus pars erat or-

et metuens, ne ob delictum certamine summoveretur, non aliter confirmatus est, quam adjurante hypocrita,[l] non animadversum id inter[6] exultationes succlamationesque populi. Victorem autem se ipse pronuntiabat;[m] qua de causa et præconio ubique contendit.[7] [n] Ac ne cujus alterius hieronicarum[o] memoria aut vestigium extaret usquam, subverti et unco trahi abjicique in latrinas omnium statuas[p] et imagines,[q] imperavit. Aurigavit quoque plurifariam,

Mox *ne ob id del.* Cort. *adjuvante* Periz.—6 Pro *id inter* præbent Exc. Cuj. *illiciter*. Exulat *id* a Cort. et Vind. 2. Tum *ipse se* Fouc. Vind. 1.—7 *Con-*

NOTÆ

natus histrionici, quem pro ornamentorum diversitate diversum gerebant, v. g. regibus pro baculo sceptrum, quale tunc Neroni fuisse, ut et tragœdiam illam Creontis vel Œdipi fuisse verosimillime indicat eodem loco Philostratus.

[l] *Hypocrita*] Hoc est, alienæ personæ simulator, quales secundarii, de quibus in Calig. cap. 57. Hic fuisse videtur quidam Neronis hypocrita, qui forte verba, si quæ memoriam fugerent, canenti subjiceret.

[m] *Se ipse pronuntiabat*] Notat Casaubonus Dionem huic loco contradicere: auctor enim est Neronem usum esse præcone Cluvio Rufo, et ipsius præconii formulam refert: quod verisimile est, cum eodem præcone jam usus legatur supra cap. 21. Forte de diversis temporibus auctor uterque loquitur.

[n] *Præconio ubique contendit*] Hoc est, præconis arte, seu vocis magnitudine; præconum enim erat victores pronuntiare, et eisdem coronas imponere: quapropter in Olympiis præconum quoque certamen erat, ut et tibicinum et æneatorum: quod fiebat ad quandam aram, cujus situm describit Pausanias in Eliacis. Ex quo videtur ars præconum apud Græcos non adeo contemta fuisse, atque apud Romanos; tam enim vilis erat, ut nequidem esse decurio posset is qui illam exerceret.

[o] *Hieronicarum*] Hieronicæ, hoc est, sacri victores. Sic dicebantur qui in aliquo e sacris Græciæ certaminibus vicissent. Ea quatuor erant, Olympia, Pythia, Isthmica, Nemea. Qui in omnibus vicerant, ii periodo victores appellati.

[p] *Statuas*] Summi enim apud Græcos ejusmodi victoribus honores habiti sunt, quos inter maximi erant statuæ in publico positæ: qui honos non nisi magnis viris, et magna de causa delatus: proximus ab isto is erat, quod patriam repetentes, quadrigis in mœnia triumphantium instar inveherentur, et perpetuum e publico vectigal acciperent.

[q] *Imagines*] Hoc est, vel tabulas, ut de Olympicis testatur Plinius lib. xxxv. cap. 10. de Eupompi pictoris operibus loquens, 'Eupompi victor certamine gymnico palmam tenens,' vel icones ad victorum similitudinem formatæ. De quibus in Calig. ad cap. 22.

Olympiis vero [8] etiam decemjugem; [r] quamvis id ipsum in rege Mithridate carmine quodam suo reprehendisset. Sed excussus curru, ac rursus repositus, cum perdurare non posset, destitit ante decursum; [s] neque eo secius [9] coronatus est. Decedens deinde, provinciam universam [10] libertate donavit; [t] simulque judices civitate [u] Romana, et pecunia grandi. Quæ beneficia e medio stadio [v] Isthmiorum die [w] sua ipse voce [x] pronuntiavit. [25.] Reversus e Græcia [1] Neapolin, quod in ea primum [y] artem protulerat, albis equis [z] introiit, disjecta parte muri, ut mos hieronicarum [a] est. Simili modo Antium, inde Albanum, [b] inde Romam. Sed et Ro-

dit Memm. Mox *incotrahi* Cuj. *subvertit et v. trahit* Vind. 1.—8 *Nero* Fouc. Utrumque deest Vind. 1. Postea *ut rege* marg. Ant. Gryph. Conj. Burm. *in Mithr. ut rege.*—9 Fouc. Cort. *serius*, Memm. *setius*. Rescripsit *neque* Oud. fide Medic. Vind. 2. Ed. Torr. In Cop. *neque eo sed vi cor.* Non comparet *deinde* in Medic. 3. Fouc. Habet *discedens* Ed. Torr.—10 *Diversam* Huls. Tum *Isthmorum* Cop. *Sthmiorum* Memm. *Histmior.* Vind. 1. Ed. Camp. ubi desideratur *stadio*, sicut in Medic. 2. a m. pr. non est *e*. A Vind. 1. exulat quoque *ipse*.—1 *A Græc.* Medic. 1. Cop. Huls. Mox *primam* Harlem. Periz.

NOTÆ

[r] *Decemjugem*] Currum decem equis junctis tractum, ut sejuges qui sex, quadrijuges qui quatuor, &c.

[s] *Ante decursum*] Priusquam stadium omne decurrisset.

[t] *Libertate donavit*] De hoc in Claudio ad cap. 25. et Tib. ad cap. 37. Pausanias in Achaicis auctor est, datam Senatui et populo Sardiniam Achaiæ loco, quam ipsis adimebat, licet datam a Claudio, ut supra ibidem.

[u] *Civitate*] De jure civitatis libro I. ad cap. 8.

[v] *Stadio*] Stadium locus est ad currendum comparatus, qui in Græcia 600. pedes patet; sed Olympicum ceteris longius, quia Herculis pedibus metatum, ut ait Gellius lib. I. cap. 1.

[w] *Isthmiorum die*] Isthmii sunt ludi, qui in Isthmo Corinthiaco singulis quinquennils celebrabantur, a Theseo, ut quidam censent, instituti, in æmulationem Olympicorum quos Hercules instituerat.

[x] *Sua ipse voce*] Præconis functus officio, quo confirmatur quod de se ipso victorem se pronuntiante dixit supra.

[y] *Primum*] Supra cap. 20.

[z] *Albis equis*] More triumphantium, ut de Camillo supra in Aug. ad cap. 94.

[a] *Mos hieronicarum*] Hujus moris rationem hanc offert Plutarchus Quæst. Convival. 5. lib. II. quod aliis huic urbi munimentis opus esse non videatur, quæ tantos viros habeat cives. De his cap. præced.

[b] *Albanum*] Albam potius intelligere videtur, quam villam hujus nominis prope Velitras, viginti ab Urbe millibus. De Antio supra sæpe.

mam[2] eo curru, quo Augustus olim triumphaverat, et in veste purpurea, distinctaque stellis aureis chlamyde,[c] coronamque capite gerens Olympiacam,[3 d] dextra manu Pythiam,[e] præeunte pompa ceterarum[4 f] cum titulis, ubi, et quos,[5] quo cantionum, quove fabularum argumento vicisset; sequentibus currum ovantium[g] ritu plausoribus, 'Augustianos,[h] militesque se[6] triumphi ejus,' clamitantibus. Dehinc, diruto[7] Circi maximi arcu,[i] per Velabrum[k]

Edd. Rom. pr. Ven. Med. Cald. Bon. *prætul.* Rom. sec.—2 *Sed et Rom.* desunt Vind. 1. ac delendum τὸ *et* censet Torr. qui mox cum Lips. *veste* ejiciend. judicat. In Medic. 1. Cop. *distincta*, sine *que*.—3 Burm. e Mss. duob. et Edd. ante Casaub. prætulit *Olympicam* contra opt. Torr. Memm. Medic. 2. 3. Vind. 2. Cort. Voss. Supra *chlamidem* Periz. Harlem. *chlamydem comamque* Ed. Ven. 1.—4 *Cæterorum* Fouc. Cop. Periz. Harlem. Cuj. et plures cum Edd. Rom. Ven. aliisque, unde Burm. videtur transponere: *pomp. cum cet. tit.*—5 Conj. Oud. *quas.* Abest *quo* a Vind. 1. *cantionumque fab.* Huls.—6 *Augustianosque se mil.* tres Torr. ipso probante. *Augustianosque se milites tr.* Edd. Rom. Bon. *Augustanosque se milites tr.* Periz. *Augustanos* Edd. Med. pr. Cald. Ant. Gryph. Emendavit Lips. *Augustianis militesque.* Statim *clamantib.* Harlem. Edd. Ven. 2. 3. Med. Cald. Bon. Gryph. Bas. Col. &c.—7 *Obruto* Medic. 2. Dun. Dein *petit* Memm. Medic. 1. 3. Polit. Vind. 2. Voss. Cort.

NOTÆ

[c] *Chlamyde*] Supra in Tib. cap. 6. &c.

[d] *Olympiacam*] Quidam legunt *Olympicam.* Hanc ex oleastro factam auctor est Plinius.

[e] *Pythiam*] Ludis Pythiis partam. Hi ludi in Apollinis honorem propter occisum Pythonem instituti. Ovid. I. Metam. 'Neve operis famam posset delere vetustas, Instituit sacros celebri certamine ludos, Pythia, perdomitæ serpentis nomine dictos.' Corona hæc primum ex æsculo, tum ex lauro facta est, ut ibidem idem auctor.

[f] *Ceterarum*] Coronarum scilicet, quas in Isthmiis, Nemeæis, &c. reportarat.

[g] *Ovantium*] De ovatione in Tiberio ad cap. 1.

[h] *Augustianos*] Torrentius in tribus libris Mss. legit et probat, *Augustianosque se, militesque, &c.* Plausorum ejusmodi quinque millia parata scribit Xiphilinus, et Tacitus equites illum secutos esse qui dies noctesque plausibus personarent, &c. quos omnes ex eorum genere esse videntur, de quibus supra ad cap. 20.

[i] *Circi maximi arcu*] Romæ plures erant Circi, maximus jam inde a Romulo Palatinum inter et Aventinum montes designatus, a Tarquinio Prisco, ut temporis imperitia ferebat, exstructus, a Julio Cæsare amplificatus, ab Augusto translatis ex Ægypto obeliscis adornatus, ac demum a Claudio aliisque deinceps Imperatoribus varie perpolitus. Altera Circi extremitas portis pervia, altera clausa. Cum igitur ab hac parte in rotundum desineret instar semicirculi, videtur Circus ille, de quo loquitur hic Suetonius, esse pars illa semicir-

Forumque, Palatium [l] et Apollinem petiit. Incedenti passim victimæ cæsæ,[m] sparso per vias identidem croco,[n] ingestæque aves,[8] ac lemnisci,[o] et bellaria.[p] Sacras coronas [q] in cubiculis [9] circum lectos posuit: item statuas suas

—8 Græv. conj. *ingestique flores.* Oud. vocem *ave* latere existimavit. Pro *ingestæque* malit Baumg. *injectæque.* Deest *et* ante *bellar.* Huls. et Cop.—9 Ita Memm. Polit. uterque Vind. Cort. Cop. Voss. Fonc. Edd. Lugd. Junt. Arg. Ald. Steph. probantib. Græv. Ern. *in cubilibus* Pal. 1. 2. *in cubilis* Medic. 3. Cuj. Ceteri cum Edd. sæc. XV. aliisque *in cubili.* Nic. Loens. Epiphyll. III. 7. legit: *in obelis-*

NOTÆ

culi formam referens, quam Nero disjecerit, ut secundum totam Circi longitudinem pompa traduceretur.

[k] *Velabrum*] Vicus erat Urbis, de quo in Jul. cap. 37.

[l] *Palatium*] In Palatino monte sedem Imperii posuerat Augustus, ut supra in Aug. ad cap. 5. et 29. &c. Apollinem hic intellige Palatini Apollinis ædem, de qua ibidem. In hanc ædem merito traducebat pompam sui triumphi, utpote cujus victoriæ musica, non bello partæ; alii enim triumphantes pompam in Capitolium novissime traducebant.

[m] *Incedenti passim victimæ cæsæ*] Hic honor et Caligulæ delatus: supra in Calig. cap. 13. et Galbæ: infra in Galba cap. 18. et longe ante in usu fuisse satis innuit Ovidius, Epistola Paridis ad Helenam: 'Ibis Dardanias ingens regina per urbes, Teque novam credet vulgus adesse Deam: Quaque feres gressus adolebunt cinnama flammæ, Cæsaque sanguineam victima planget humum:' et Metam. XV. de navi serpentem Epidaurium vehente.

[n] *Croco*] Croci multus in pompis usus erat: vino dulci tritus spargebatur et in theatris, ut ex Plinio lib. XXI. cap. 6. et in nobilium funeribus, ut innuit Statius. Sed non modo crocum et aves ingessisse moris fuit, sed et ipsas tunicas, et petasos, et crepidas, et flores sertos et solutos, ut ait Apuleius, aliaque id genus quæ ad manum aderant, quandoque jacta sunt in eos, quos honore auctos volebant, ut ex Livio lib. II. decad. IV. ubi de honore Flaminii colligas, aliisque, sed Græcorum, locis.

[o] *Lemnisci*] Casaubonus in ora Viterbiensis codicis sic explicatam legit hanc vocem ex Festo: 'Festus: Lemnisci sunt fasciolæ purpureæ dependentes ex coronis. Solebant enim veteres coronas fasciis laneis ex purpura alligatas donare.' Vocem hanc Syracusanam esse probat ex Athenæo Turnebus Advers. lib. XVIII. cap. 13. ac significare angustam quandam tæniam, qua in victoriis nobilioribus coronæ vel palmæ ornabantur. Unde Ausonius in Epist. 'Et quæ jamdudum tibi palma poëtica pollet, Lemnisco ornata est, quo mea palma caret.' De quo etiam Josephus Scaliger lib. I. Ausonianarum Lectionum cap. 10. Cicero pro Roscio 'lemniscatam coronam' appellat. Plinius lib. XXI. cap. 3.

[p] *Bellaria*] Ea sunt quæcumque apponuntur secundis mensis, quæ melle ut plurimum condiebant, non saccaro, ut apud nos; hoc enim duntaxat ad medicinæ usum.

[q] *Sacras coronas*] Sacris certamini-

citharœdico habitu;[r] qua nota etiam nummum percussit. Ac post hæc tantum afuit a remittendo laxandoque studio, ut, conservandæ vocis gratia, neque milites unquam, nisi absens, aut alio verba pronuntiante, appellarit,[10] neque quicquam serio jocove egerit, nisi astante phonasco,[s] qui moneret, parceret[1] arteriis, ac sudarium ad os applicaret; multisque vel amicitiam suam obtulerit, vel simultatem indixerit, prout quisque se magis parciusve[t] laudasset. [26.] Petulantiam, libidinem, luxuriam,[2] avaritiam, crudelitatem, sensim quidem primo et occulte, et[3] velut juvenili errore, exercuit: sed ut tunc quoque dubium nemini foret, naturæ illa vitia, non ætatis esse. Post crepusculum statim, arrepto pileo vel galero,[u] popinas inibat; circumque

cum Circi injectas pos. probante Reimaro ad l. c. Is. Voss. corr. *in obeliscis Circi conlectas pos.* Burm. *in cubiculo Circi fixas pos.* vel *in cubiculo circum lectos.* —10 Hoc modo scripsit Baumg. pro vulg. *appellaret*, ob sequentia *egerit*, *obtulerit*, *indixerit*. Dein *jocoque* Cort. *assistente* Medic. 1. Cop. Supra *in conserv.* et *ab alio* Cuj.—1 *Parcere* Fouc. in quo *multisque am.* omisso *vel*. Tum *applicante* Vind. 2. *induxerit* marg. Periz. Ed. Rom. sec. et *prout se quisq.* Cop. —2 *Luxuriem* Memm. Dein Oud. cum Ern. edidit *et velut*, auctoritate Medic. Polit. Vind. 2. Cort. Cop. Cuj. Fouc. Vulgo *et* deest. Mox ob voc. *sensim* contra O. libros Ern. intulit et Bip. receperunt *exseruit*.—3 Memm. *sed et*, Vind. 1. *et ut*. Postea *nem. dub.* uterque Vind. Mox *screpulum* Vind. 1. *pilleo* Mss. Torr. Medic. Cop. Voss. et Edd. aliquot, *pilleolo* Vind. 1. Item *galerio* Memm.

NOTÆ

bus relatas, quas 1808. numero fuisse auctor est Xiphilinus in Nerone, non in cubili, sed in circo, ad Ægyptiacum obeliscum appensas, quod nonnisi de Circensium tempore intelligendum videtur ex ipso etiam Xiphilino: unde staret nihilosecius locus Suetonii, in quo forte melius legeretur *cubilibus*, aut *cubiculis*, ut in Palatinis et Salmasiano codicibus.

[r] *Citharœdico habitu*] Appensa ad colossum cithara: quæ omnia ridet Juvenalis Sat. VIII. vers. 228. Nummum æreum profert Torrentius, qui et aureos huic similes vidit, quibus exprimitur Nero longa veste indutus citharam pulsans.

[s] *Phonasco*] Vocis regendæ magistro, ut in Aug. ad cap. 84.

[t] *Parciusve*] Hinc magno illi Thraseæ pernicies quod nunquam applausisset, auctore Xiphilino.

[u] *Pileo vel galero*] Aperte distinguit: pileus ex ovium pellibus densus ac villosus, qui aulicis turbinatus fuit, et serico tectus, galerus autem ex pellibus quoque, sed in galeæ formam rotundus: hoc Pontifex Maximus et Flamines Diales præsertim operiebantur. Dissimilis fuisse non videtur petasis, de quibus in Augusto ad cap. 82. et hac lascivia videtur quoque Caligulam imitatus, ut supra in Calig. cap. 11. Unde galerus hic

vicos vagabatur[4] ludibundus, nec sine pernicie tamen. Siquidem redeuntes a cœna verberare, ac repugnantes vulnerare, cloacisque demergere assuerat:[5] tabernas etiam effringere et expilare; quintana[v] domi constituta, ubi partæ et ad licitationem[6] dividendæ[7] prædæ pretium absumeretur. Ac sæpe in ejusmodi rixis oculorum et vitæ periculum adiit, a quodam laticlavio,[w] cujus uxorem attrectaverat, prope ad necem cæsus. Quare nunquam postea publico se[8] illud horæ sine Tribunis commisit, procul et occulte subsequentibus. Interdiu quoque clam gestatoria[9] sella delatus in theatrum, seditionibus pantomimorum[x] ex parte proscenii[y] superiori signifer[z] simul ac spectator aderat.

—4 *Vagab.* desideratur in Edd. Rom. Burm. Tum pro *vulner.* Periz. a m. pr. *verberare.*—5 Vulgo *assueverat.* Illud tuentur Memm. Medic. Polit. Vind. Cort. Cop. Periz. et Edd. primæ, præter Rom. Proxime *tabernas* recepit Baumg. cum Oud. suffragantib. Medic. 1. 3. Polit. Vind. 2. Cop. Cort. Fouc. Defendunt vulg. *tabernulas* Burm. et Ern.—6 *Parte, ubi et ad licitatorem* Edd. Med. pr. Ven. 2. 3. sed corr. Beroald. *sibi pro parte* Vind. 2. a m. pr. Cort. *constitutæ parte* Fouc.—7 Suaserunt Torr. et Græv. *divendendæ.* Dein *absum.* ediderunt Oud. Ern. uti e Mss. legi jusserunt Turneb. Torr. astipulantib. Memm. Medic. 3. Voss. Vulgo *assum.* In Huls. *sumeretur*, Vind. 1. *assumeret.* Suadet Burm. *insumeretur.*—8 Vulgo *se publ.* Postponunt *se* Memm. Medic. Dun. Vind. Periz. Voss. cum Edd. Vett. multis. Supra *laticlavo* Edd. quædam.—9 *Gestoria* Vind. 1. Dun. qui caret *tribunis.* Tum *e parte* Medic. tres, Dun. *ex* ignorat Cop. *prosceni* Medic. 1. 3. *superiori* Voss. *et* ante *cum*

NOTÆ

idem forte quod ibi capillamentum, et in Oth. cap. 12. galericulus. Juvenalis Sat. VI. vs. 120. 'Sed nigrum flavo crinem abscondente galero.'

[v] *Quintana*] 'Quintana,' inquit Festus, 'appellabatur porta in castris post Prætorium, ubi rerum utensilium forum fuit.' Vide notam doctissimi Andreæ Dacerii ad hunc locum Festi, quem emendat quasi Quintana porta nulla fuerit, sed pars fori ipsius, quod post Prætorium, et Quæstorio fuit adsitum, 'Quintana' dicta fuerit; ad cujus similitudinem Quintanam prædæ vendendæ domi suæ Nero instituisse dicitur. Isidorus lib. XV. cap. 2. 'Quintana pars plateæ quinta est, qua carpentum progredi potest.'

[w] *Laticlavio*] Hunc Julium Montanum appellant Tacitus et Dio. De laticlavii dignitate in Jul. ad cap. 45. et 80. &c,

[x] *Seditionibus pantomimorum*] Quæ oriebantur ex diverso favore spectantium: supra in Tib. ad cap. 37.

[y] *Proscenii*] Supra ad cap. 12.

[z] *Signifer*] An quod signum committendis ludis dabat, an quod seditionem ipse accendebat?

Et cum ad manus [10] ventum esset,[a] lapidibusque et subselliorum fragminibus decerneretur, multa et ipse jecit[b] in populum, atque etiam Prætoris caput consauciavit. [27.] Paulatim vero invalescentibus vitiis, jocularia et latebras omisit, nullaque dissimulandi cura[1] ad majora palam erupit. (Epulas a medio[2] die[c] ad mediam noctem protrahebat, refotus sæpius calidis piscinis,[d] ac tempore æstivo nivatis.[3] Cœnitabatque nonnunquam et in publico, Naumachia præclusa, vel Martio campo, vel Circo maximo, inter scortorum totius Urbis ambubaiarumque[4][e] ministeria. Quoties

deest Periz. Harlem. Edd. sæc. xv. aliisque haud paucis.—10 *Munus* Dun. Mox *decertaretur* Lugd. Junt. Arg. Ald. Steph. Gryph.—1 *Causa* Medic. 1. a m. pr. Harlem. Cuj. Edd. Rom. Med. Sab. Cald. Bon. *palam* deest Dun.—2 Ita e suis Mss. legit Casaub. cui obsecuti sunt sequentes editores. Burm. reposuit *e med.* cum paucis Codd. et Edd. priorib. *refot. sæpe* Fonc. Vind. 2. Cort.—3 *Mirratis* Vind. 1. Tum *cœnitabat* n. Vind. 2. Cort. *a Mart.* Dun. Voss.—4 *Et ambub.* Memm. Medic. Dun. Polit. Vind. 2. Cort. Cop. Voss. Fonc. nisi quod *ambubarum* Memm. *ambularumq.* Edd. Rom. Infra *aut ad Bai.* Dun. Harlem. Medic. 2. cum Edd. Rom. Med. Sab. Cald. Bon. Bas. *ut ad B.* Periz. a m. pr. *Baiarum* Cort. Postea *divers.* vulgo legitur. Illud

NOTÆ

[a] *Ad manus ventum esset*] Tanta erat inter factionum illarum fautores æmulatio, ut dum suam quisque præferendam contendebat, armis deficientibus, lapides et quæcumque ad manum erant invicem jactitarent. Quam licentiam cum Nero non impunitate modo, sed et præmiis auxisset, (ut refert Tacitus Annal. XIII.) non aliud denique remedium fuit, quam histriones ex Italia pellere: quod supra cap. 16. retulit. Quo loco notare est, a Tacito histriones dici, qui a Suetonio pantomimi, quo confirmantur quæ in Calig. ad cap. 57. notata sunt.

[b] *Multa et ipse jecit*] In eos verosimiliter ex populo, qui factioni sibi dilectæ non favebant.

[c] *A medio die*] Hujus quoque luxuriæ meminit Juvenalis Sat. IV. vs. 135. 'noverat ille Luxuriam imperii veterem noctesque Neronis Jam medias.' Vide in Calig. ad cap. 45.

[d] *Piscinis*] Publica erat piscina, in quam natandi et exercitationis causa veniebant: fuerunt et in splendidis illis thermarum ædificiis, sed quæ non patebant omnibus, piscinæ: hæ nive refrigerari solitæ cum usus exigeret, ut patet ex hoc loco et ex Senec. lib. IV. Quæst. Natural. cap. ult. in ipso fine: 'Nix ista etiam, in qua natatis, eo pervenit usu et quotidiana stomachi servitute, ut aquæ locum obtineat.'

[e] *Ambubaiarumque, &c.*] Casaubonus post Angelum Caninium et Josephum Scaligerum firmiter asseverat, ambubaias fuisse Syras quasdam mulieres, quæ in Circo aliisque locis ædilem metuentibus habitarent, ac duplici quæstu vitam sustentarent, corpore et instrumentis quibusdam musicis, quæ

Ostiam Tiberi defiueret,[f] aut Baianum sinum prætemavigaret, dispositæ per littora et ripas deversoriæ tabernæ parabantur, insignes ganeæ[g] et matronarum, institorias[h] operas[i] imitantium,[5] atque hinc inde hortantium,[6] ut ap-

est in opt. Codd.—5 Hanc lect. restituit Baumg. e Medic. 2. Periz. Harlem. aliquot Torr. Edd. Ven. Bon. Lugd. Bas. Gryph. Col. probante P. Bauldri in Græv. notis. Turneb. Adv. XXIV. 6. ex Mss. suis dedit *institorio copas imit.* cum Memm. uno Torr. et Dun. (nisi quod in eo sit *copus*) receperuntque post eum fere omnes. Lips. ad Tac. Ann. XV. 37. astipulante Torr. suadet: *matr. institoria, copas imit.* Ipse Torr. mallet *etiam matr.* vel delendum *et*, quod abest ab uno suo Cod. et Urs. in quo *institoria opera.* Præmittitur *et* in Cop. marg. Seb. Gryph. voc. *gan.* Salm. de Usur. p. 351. probante Græv. legit: *insign. ganea et matr. institorio*, Ern. *ganeæ et ins. matr. institorias operas imit.* Burm. *gan. etiam matr. institorum loco quasi invitantium.* In Medic. 1. 3. Pal. 2. 3. Huls. *institor loco pas invitantium.* Viterb. Pith. Polit. Cop. *institor loco pas imit.* Pal. 3. *institor loco passim invit.* Vind. 1. *institor copiis imit.* Vind. 2. *institor* (ad marg. *instar*) *copias imit.* Cort. *institor copias invit.* Edd. Rom. *instar loco passim invit.* Ald. Steph. Junt. Arg. &c. *institorum loco passim invit.* quod placuit Oud. Ruhuk. et Wolf. In nonnullis Beroald. legi testatur *instituta loca.* Locum ita constituit Baumg. *dev. tab. parabant, insig. ganea et* (h. e. *etiam*) *matr. inst. op. imit.*—6 Ita primus edidit Casaub. accedentib.

NOTÆ

e patria secum apportarant: 'ambubaiæ' enim, inquit, Syriaca vox est pura puta. Lambinus ad primum illum versum Sat. 2. lib. I. Horatii, 'Ambubaiarum collegia,' &c. edoctum se ait a P. Mercero, Hebraicæ Linguæ peritissimo, *ambub.* significare tibiam, unde verosimillimum fit, barbarici instrumenti nomen in urbe remansisse, cum et Syros et Syras fidicines ac tibicines Romæ frequentes, quin et eorum forte linguam in usu fuisse colligas ex Juven. Sat. III. vs. 62. 'Jampridem Syrus in Tiberim defluxit Orontes, Et linguam et mores, et cum tibicine chordas Obliquas, necnon gentilia tympana secum Vexit, et ad Circum jussas prostare puellas.' Alii ambubaias esse volunt genus quoddam hominum lascivia ac parasitica arte famosorum, qui sic dicti sint vel ab ambiendo, per epenthesim, ut induperator pro imperator, vel a Baiis, loco nempe Romanorum deliciis notissimo, ubi multa ejusmodi turba.

[f] *Defiueret*] Sic Virgil. VIII. Æneid. 'secundo defluit amni.'

[g] *Insignes ganeæ, &c.*] Vulgati legunt *Insignes ganeæ et matronarum institorias operas imitantium.* Unde Torrentius tollendam censet conjunctionem *et*, aut sic legendum, *et matronarum institoria copas imitantium.* Utrobique tam bene. Lectionem tamen nostram asserit Turnebus libro XXIV. cap. 6. Torrentii codicum unus, et Casaubonus ex aliis.

[h] *Institorias* [*institorio*] Institorium dixit pro institoris munere: est autem institor qui negotio cuicumque agendo instat, unde Stabuli et Cauponæ institores dicuntur, l. I. ff. Nautæ, Caupones, &c. Lipsius ad librum XV. Annal. Tacit. emendat *institoria*, et pro ipsis locis intelligit.

[i] *Operas* [*copas*] Copæ sunt mulieres cauponam exercentes: Turne-

pelleret. Indicebat et familiaribus cœnas, quorum uni mellita[7] [k] quadragies[8] sestertio constitit, alteri pluris aliquanto absorptio[9] rosaria.[l] [28.] Super ingenuorum pæda-

Memm. Medic. 1. 3. Polit. Cort. aliisque. Vulg. *orantium.* Dein *appellaret* Fouc. Huls. *applauderet* Vind. 1.—7 *Mitellita* Memm. Medic. Dun. Cop. Torr. Viterb. Pith. Lisl. Reg. Codd. Par. Pal. et ex Turneb. sententia recepere Casaub. Gron. Græv. et O. recentt. cum Ven. 1. *mitelita* Vind. 1. *metallica* vel *metallita* Vind. 2. Cort. *myrthelita* Periz. *mytelica* quidam Torr. sed in opt. *quotum unum mitellitel quadr.* Ed. Camp. *miltelita,* Rom. sec. *Myrtelica.* Reliquæ *mellita,* nisi quod *milita* Harlem.—8 *Et quadr.* Vind. 1. Ciaccon. de Triclin. p. 62. conj. *quadringentis sestertiis.* Mss. plerique et Edd. Vett. *sestertium.* Tum *constituerunt* Med. sec. *constiterunt* Bon. Lugd. Junt. Ald. Arg. Steph. &c. quod præferret Burm. si *mellita* legendum. In Medic. 3. Vind. 2. Cort. Pal. 2. Fouc. *plures.*—9 Vocem *abs.* omittunt Memm. Dun. Lisl. Reg. Par. duo Pulm. totidem Pal. Fouc. Medic. uterque Vind. Cort. cum trib. Burm. Edd. Ven. 1. Bon. Steph. Lugd. Junt. Ald. Arg. delebatque Guj. præeunte Salm. cumque eo Pitisc. In reliquis et Edd. Vett. *ab Syrtio, absyrtio,* vel *absirtio,* nisi quod in Pal. 1. *absertio.* Ab aliquot Reg. Medic. 1. Huls. omnia illa *alteri, &c.* exulant. Totum locum ita refinxit Casaub. *quorum uni myrti trichilo CCCC. HS. const. alt. pl. ab Ægypto ros.* Putavit quoque *a Pæsto* posse legi. Torr. conj. *aspersio rosaria.* In Vind. 1. *rosoria,* Cop. *rasaria.*

NOTÆ

bus lib. XXIV. cap. 6. Tacitus libro XV. de convivio quod in Agrippæ stagno Tigellini cura Nero præparaverat, 'Crepidinibus stagni lupanaria astabant illustribus fœminis completa, et contra scorta visebantur nudis corporibus.' 'Lupanaria' videtur dixisse, quas Suetonius 'tabernas,' et 'scorta,' quas forte idem 'copas:' nec enim ferme discrepabant apud antiquos.

[k] *Mellita* [*mitellita*] Lectionem hanc retinuit Casaubonus, mendi licet, ipso fatente, suspectam, nec sibi intellectam, sed quia optimorum codicum est. Salmasius refert ad coronarum usum in conviviis tunc frequentissimum, eruitque ex corrupto itidem Plinii loco lib. XXI. cap. 3. quem restituit: unde corollas, non tantum ex rosis, non tantum ex nardi folio, sed etiam ex veste serica versicolori unguentis madida ab India et ultra Indos petita, factitatas contendit, hasque sericas coronas quasi parvas mitras, (quæ capitis tegmina, supra) seu, quod idem est, 'mitellas' fuisse. Ex qua voce Suetonius fecerit 'mitellita,' ad significandam mitellarum distributionem nepotinis ejusmodi conviviis fieri solitam. Turnebus Advers. XXIV. cap. 6. existimabat 'mitellita' fuisse placentarum quoddam genus: quod longe verosimilius innuit vulgata lectio *mellita,* hoc est, bellaria illa melle condita, de quibus ad cap. 25. quæ quadragies constitisse, hoc est, 175000.lib. tam credi potest, quam mitellas Salmasii.

[l] *Absorptio* [*absortio*] *rosaria*] Casaubonus emendat *aspersio,* et fatetur nescire se quid sibi vellet *absortio.* Salmasius et vulgati non agnoscunt illam vocem. Utut est, significari videtur illud artificium triclinia rigandi per fistulas, quomodo Plutarchus narrat factum ab Othone cum Neronem convivio exciperet, in quo

gogia,[10] [m] et nuptarum concubinatus, Vestali virgini Rubriæ vim intulit. Acten libertam, paulum afuit, quin justo[1] matrimonio sibi conjungeret, summissis consularibus viris, qui regio genere ortam pejerarent.[2] Puerum Sporum, exsectis testibus, etiam in muliebrem naturam[3] transfigurare conatus, cum dote et flammeo,[n] per solenne[4] nuptiarum, celeberrimo officio deductum ad se pro uxore[5] habuit.

Burm. malit *rosacea*.—10 Egnat. legend. duxit *proagogia*, et ita Edd. Ald. Bas. Steph. Gryph. *super pæderastium* legit Beroald. ex uno Cod. Tum *Attem* vel *Atten* Fouc. Mss. Torr. *Acciam* Harlem. Periz. *Accen* Rom. Ven. 2. 3. *ac tenus libertum* Dun.—1 *Injusto* Vind. 1. Periz. Harlem. Voss. Edd. Camp. Med. pr. Cald. *justo sibi matr.* Cop. Medic. 1. 3. Vind. 2. Ed. Rom. sec.—2 Burm. cum Beroald. et Brouk. suasit *dejerarent*, Oud. *pejerarunt*. In Medic. 1. *penetrarent*.—3 Fouc. *mul. figuram*. Mox *conat. est* in Edd. vulgg. sed delendum τὸ *est* monuerunt Gron. Grut. Burm. aliique, cum Pal. Medic. Dun. Polit. Vind. 2. Cort. Edd. Rom. Steph. Torr. vel ejiciend. vel scribend. *cumque dote*. Dein *flameo* Edd. quædam, *flamineo* Memm. *flammineo* Dun.—4 *Persollenni nupt.* habent Mss. Pulm. Medic. Polit. Vind. 2. Cort. Cuj. Edd. Rom. Ven. Bon. et Vett. plurimæ, probatque Græv. In prim. Ed. Ern. τὸ *persolenni* uncis inclusit, sed in sec. cum Oud. ex Vind. 2. Cort. dedit *per sollemnia nupt.* Burm. conj. *flam. sollemniter n. c. officio*. Nostr. lect. ediderunt Casaub. et Gron. cum Cod. Urs. probantib. Turneb. Adv. XXIV. 6. Duk. ad Liv. I. 31.—5 *Uxorem* Fouc. Mox *nunc Sp.* Cuj. Pro *circa* mallet *circum*

NOTÆ

tubi aurei argenteique tantam repente unguenti copiam effuderunt, ut omnia tanquam aqua rigarentur. Quo posito, fidem non superabit summa quadragies HS.

[m] *Pædagogia*] Legitur et *pædagium*, domus pars, in qua παῖδες, hoc est, *pueri*, habitabant. Plinius lib. VII. epist. 27. 'Puer in pædagogio mistus pluribus dormiebat.' Pædagogia a jureconsultis aliisque sumuntur eodem sensu, quo supra in Jul. cap. 47. et Aug. cap. 42. 'servitia.' Ita et Plinius lib. XXXIII. cap. 3. et 12. et Seneca libro de Vita Beata cap. 17. et de Tranquillitate Animi cap. 1. Egnatius cum vulgatis legit *proagogia*, ut fuerint puerorum in deliciis habitorum cœtus, qui cum hucusque servi fuissent, Nero sibi esse voluit omnes ingenuos pueros, et elegantissimos, ut innuit Juvenalis Sat. X. vs. 306. Marcellus Donatus a pædagogiis veterum deducit vocem hodiernam *Pages*.

[n] *Flammeo*] Flammeum est velamen lutei coloris, quo novæ nuptæ operiebantur boni ominis gratia, ut matrimonium bene consentiens et individuum foret. Sic dictum est illud velamen, quia simili utebatur semper uxor Flaminica, cui divortium facere non licebat. Tacitus Annal. XV. refert 'cum iisdem cærimoniis Neronem nupsisse Pythagoræ suo, inditum Imperatori flammeum, dos, et genialis torus et faces nuptiales, cuncta denique spectata quæ etiam in fœmina nox operit.' Vide caput sequens.

Extatque cujusdam non inscitus jocus, 'Bene agi potuisse cum rebus humanis, si Domitius pater talem habuisset uxorem.' Hunc Sporum, Augustarum ornamentis excultum, lecticaque vectum, et circa conventus mercatusque Græciæ, ac mox Romæ circa Sigillaria,[o] comitatus est, identidem exosculans. Nam matris concubitum[p] appetisse,[6] et ab obtrectatoribus ejus, ne ferox atque impotens[7] mulier et hoc genere gratiæ prævaleret, deterritum,[8] nemo dubitavit: utique postquam meretricem, quam fama erat Agrippinæ simillimam, inter concubinas recepit. Olim etiam, quoties lectica cum matre veheretur, libidinatum inceste, ac maculis vestis proditum, affirmant. [29.] Suam quidem pudicitiam usque adeo prostituit, ut contaminatis pæne omnibus membris, novissime quasi genus lusus[9] excogitaret, quo[10] feræ pelle contectus emitteretur e cavea, virorumque ac fœminarum ad stipitem deligatorum[1] inguina invaderet; et cum affatim desævisset, conficeretur[2] a Doryphoro[q] liberto: cui etiam, sicut ipsi Sporus, ita ipse

Oud.—6 *Appetiisse* Medic. 1. 3. Cop. Dein *et obt.* sine *ab* Medic. 1. 3. Vind. 1. tres Burm. et Edd. Camp. Med. Ven. Cald. Bon. Suadet Oud. *at obt.*—7 Ita cum Burm. restituit Oud. pro vulg. *et imp.* suffragantib. Medic. Polit. Vind. 2. Voss. Cop. Fouc. cum Edd. Vett. *ac præpotens mul. etiam hoc gen.* Habet quoque *etiam* opt. Torr. Vind. 2. Cort. Edd. Rom.—8 *Territum* Fouc. Infra *adlibidin.* Cort. *incestæ* Edd. Sab. Lugd. Junt. aliæque. Statim *et mac.* Pal. 1. *a mac.* Pal. 3. Vind. 2. Cort. Cop. Man. doct. in ora Steph. legit *affirmabant.*—9 Vind. 2. Cort. *luxus*, item Edd. Casaub. et ejus sequaces. Paulo ante *prostravit ut* opt. Torr. et *contaminatus* Ed. Seb. Gryph.—10 Sic præbent Memm. Pal. Medic. Dun. Polit. Vind. 2. Cort. Cop. marg. Gryph. et Edd. Bon. Lugd. Junt. Arg. Ald. Steph. Dol. Vulg. *quatenus fer.* Utrumque ignorat Fouc.—1 *Deleg.* Cuj. *ad stipem* Voss. Periz. Edd. Med. pr. Sab. Cald. *stirpem* Polit. Dein *evaderet* Memm.—2 *Configeretur* Pal. 2. Petr. Faber in Semestr. III. 23. legit *conficerentur* vel *conciderentur.* Vind. 1. *Odoripho* habet. Pro *ipsi* Medic. 1. Vind. 1. *ipse.* Supra voluit Heins. *desubasset* pro *desæv.*—

NOTÆ

[o] *Sigillaria*] In Claud. cap. 5. et 16.

[p] *Matris concubitum*] Multa de hoc etiam Tacitus Annal. XIV. initio.

[q] *Doryphoro*] Pythagoram illum appellat Tacitus Annal. XV. nec probabile est, in tam publica Neroniani matrimonii infamia alterutrum errare potuisse; unde dubium non videtur, quin duplici isto nomine fuerit appellatus, ut de Callisto supra in Claud. ad cap. 28.

denupsit,[r] voces quoque et ejulatus vim patientium virginum imitatus. Ex nonnullis comperi, persuasissimum habuisse eum, neminem hominem[3] pudicum, aut ulla corporis parte purum esse; verum plerosque dissimulare vitium, et callide obtegere: ideoque professis apud se obscœnitatem cetera quoque concessisse delicta.) [30.] Divitiarum et pecuniæ fructum non alium putabat, quam profusionem: sordidos ac deparcos[4] esse, quibus impensarum ratio constaret; prælautos[5] vereque magnificos, qui abuterentur ac perderent. Laudabat mirabaturque avunculum Caium[s] nullo magis nomine, quam quod ingentes a Tiberio relictas[t] opes in brevi spatio prodegisset. Quare nec largiendi nec absumendi modum tenuit. In Tiridaten,[6][u] quod vix credibile videatur, octingena[v] nummum millia diurna erogavit, abeuntique super sestertium millies[w] contulit. Menecraten[7] citharœdum et Spiculum mirmillonem[x] triumphalium virorum patrimoniis ædibusque donavit. Cer-

3 *Hominum* Memm. *callide* primus edidit Ern. probante Oud. astipulantib. Medic. Pal. Nonn. Polit. Vind. 2. Cort. Fouc. Cop. Voss. et marg. Seb. Gryph. Al. *calliditate*. Burm. mallet, transpositis vocib. *diss. et vit. callid. obt.* Antea *nulla corp.* in Voss. Mox *ceteraque* Edd. Rom.—4 *Sordidatos ac depravatos* Vind. 1. *depravat.* etiam in Corsend. a m. pr. Periz. Harlem. et Edd. ante Bon. Item invers. ord. *rat. imp.* Edd. Vulg. ad Ern. et Oud.—5 *Prælatos* Cuj. *prælautosque* Fouc.—6 *Mitridatem* Fouc. Vind. 2. a m. pr. Periz. Ed. Rom. sec. *in una datione* Vind. 1. cum utroque Pulm. et Ed. Camp. *in una dotione* marg. Viterb. corrigente Casaub. *in una donatione.* Tum *octogena* Medic. 1. *octingenta* Nonn. et Edd. pleræque ad Casaub. usque.—7 *Menecratem* de more dant multi scripti et editi. Dein *Speculum* Memm. Medic. Dun. Polit. Vind. 2. Cort. Fouc. Cop. Voss. *Spectillum* Vind. 1. Edd. Ven. Lugd. Junt. Ald. Steph. item Burm. *Specillum* Periz. Edd. Rom. Bas. Gryph. Casaub. Schild. al. *Specuillum* Cuj. *Spectilum*, *Spectilium* alii. Sed *Spiculum* Ed. Bon. cum plerisque Mss. et rescripsit Oud. Statim *myrmilionem* Medic.

NOTÆ

[r] *Denupsit*] Vide locum Taciti ad caput proxime superius.

[s] *Avunculum Caium*] Caligulam scilicet, Agrippinæ matris ejus fratrem, ut in Calig. cap. 7.

[t] *A Tiberio relictas*] In Calig. cap. 37.

[u] *Tiridaten*] Armeniæ regem, de quo supra cap. 13.

[v] *Octingena*] Sic legitur in veteribus libris: in vulgatis *octingenta*, supple *sestertia*, vel *sestertiorum millia*, hoc est, 25000.lib.

[w] *Millies*] 4375000.lib.

[x] *Mirmillonem*] Supra in Calig. ad cap. 30. et 32.

copithecum[8] [y] Panerotem, fœneratorem, et urbanis rusticisque prædiis locupletatum, prope regio extulit funere. Nullam vestem bis induit. Quadringenis[9] in punctum[z] sestertiis aleam lusit. Piscatus est rete aurato, purpura coccoque[a] funibus nexis. Nunquam minus mille carrucis[10] [b] fecisse iter traditur, soleis mularum argenteis, canusinatis

1. Cop. *mirmilion*. Voss. Vind. 1.—8 *Cercophit*. Medic. Cop. Ed. Ven. 1. *Cercopitec*. quædam. *Circophitetum* Camp. *Cercophitet*. Voss. Dun. *Catorphitectum* Vind. 1. Alii aliter. Deest *fœnerat*. Vind. 2. Cort. sive Lys. Torr. suadet: *Panerotis fœneratoris*, *urbanis*, Gron. pater *venatorem*, probante Ern. filius *funeratorem*. 'Cum Oud. existimo, excidisse aliquid post *et* (quod delevit Ern.) vel ita suadeo: *Cercop. fœneratione, et Panerotem, urb. &c.*' Baum.—9 *Quadrigenis* Periz. et Edd. Vett. *quadragenis* Vind. 1. cui favet Oud. Mox *alea* Huls. Fouc. Pro *rete* in Memm. Medic. 1. *veste*, unde conj. Salm. *reste*. Immo *veste aurata* Medic. 1. Polit. Cop. Huls. *reti* Cod. Urs. *aureo* marg. Gryph. Statim *et purp.* dant Medic. Fouc. Polit. *ac purp.* Vind. 2. Cort. *e purp.* Ed. Steph. *ex purp.* Voss. quod placuit Oud. et Burm. qui *textis* pro *nexis* cogitavit. In utroque Vind. Cort. *croceque*.—10 Isto ord. Memm. Medic. Vind. 2. Fouc. Voss. Cuj. Al. *car. min. mil.* Postea *canusiatis* Vind. 1. *camisinatis*

NOTÆ

[y] *Cercopithecum*] Hunc locum sic legendum censet Torrent. *Cercopithecum, Panerotis fœneratoris, urbanis, &c.* ut intelligatur Cercopithecus ille fuisse gladiator, aut minus Panerotis, qui fuerit ipse libertus, fœneratoris cujusdam a Nerone confiscati: qui modus loquendi valde implicatus videtur. Cur enim Torrentius adduci non potest, ut credat fœneratorem Neroni tam carum fuisse? Schildius lectionem retinet, et explicat de simia laudata (id enim significat cercopithecus) circa quam Nero eodem modo insaniret, ut Caligula circa Incitatum equum suum, ut supra in Calig. cap. 55. Quod facile de Nerone persuaserit, verum quis credat ab aliis omnibus omissum?

[z] *In punctum*] Vel unoquoque talorum jactu, vel in singula tesserarum puncta; qui enim talis ludebant, singulis jactibus infelicibus, nummum conferebant; vel in singulos talos, ut Aug. cap. 71. vel in singulas unitates, prout convenerat inter collusores, quod et 'manum' appellat Augustus ipse ibidem.

[a] *Coccoque*] Coccum granum est rubens rubore quodam exuberante et splendido, sed purpura inferius, unde ad hanc adulterandam eo utebantur, de quo Plinius lib. IX. cap. 41. Hinc et purpuræ appellatione coccum non contineri, auctor est Ulpianus lege Si cui lana LXX. § 13. ff. de legatis et fideicommissis 3.

[b] *Carrucis*] Carruca varios habuit apud Veteres usus: hic significat minorem quendam carrum quatuor habentem rotas, qui divitibus erat in deliciis, unde auro et argento sæpe sæpius ornatus fuisse legitur. De quo Spartianus in Severo, et Plinius lib. XXXII. cap. 11. Eadem Persarum regibus erat, quæ Neroni, luxuria. Narrat enim Heliogabalus apud Lampridium, eos decem millibus camelorum iter facere, ubi multa et majora his de Heliogabali luxuria.

mulionibus,[c] armillata et phalerata cum Mazacum [1 d] turba atque cursorum. [31.] Non in alia re tamen [2] damnosior, quam in ædificando. Domum a Palatio Esquilias [e] usque fecit, quam primo 'Transitoriam,' [f] mox, incendio absumtam, restitutamque, 'Auream' nominavit. De cujus spatio atque cultu suffecerit [3] hæc retulisse. Vestibulum [4] ejus

Vind. 2. a m. pr. *canismatis* Camp.—1 Ita legunt Sab. Egnat. Turneb. Salm. Grut. pluresque apud Oud. *et* non apparet in Memm. Medic. 1. 3. Polit. Vind. 2. Cort. Voss. Cod. Urs. unde *faleratáque* correxere Salm. Gron. *falerataci Maz.* Memm. Urs. *cimazacum* vel *cymazacum* Dun. Medic. Pal. 1. Cop. Voss. Polit. in cujus alio Cod. *Amaxicon*. Vind. 1. *cum Azacum*, Torr. Mss. *Comazacum*, Pal. 2. *Crimazæum*, Pal. 3. *Cimaracum*. Edd. Rom. *Comaxacum*, Ven. 2. 3. *cum Mazocum*, Bon. Junt. Arg. e conject. Beroaldi *amaxicorum*, Gryph. *hamaxicorum*, Lugd. *Cymmazacum*. Burm. conj. *Hamaxocon* vel *Amazacum*. Jan. Dousa *chiramaxicorum* seu *chiramaxeorum*. Turneb. Adv. XXIV. 6. *acu Mazacum*. Ceterum *cursorem* Memm.—2 In vulgg. deest *tamen*. Recepere Oud. et Ern. auctorib. Memm. Medic. Polit. Cop. Dun. quo facit lectio Vind. 2. Cort. Fouc. *tam d.* Voss. *tunc d.* Præbent *aliena re* Memm. Medic. 1. 3. Huls.—3 *Suffecerunt* Fouc. Paulo ante *assumtam* Huls. Dein *hæc* pro vulg. *hoc* receperunt Oud. Ern. fide Medic. Polit. Cort. Cop. Cuj. Voss. quibus accedit Dun.—4 Oud. mallet *vestibulo* seu *vestibuli*. Mox *cent. et decem ped.* Harlem. *ipsi effigies* Voss. Harlem. Edd. Ven. 1. Med. pr. Cald. *effigiei*

NOTÆ

[c] *Canusinatis mulionibus*] Sensus est, carrucarios illos canusina veste indutos fuisse: quod Suetonius annotavit propter nobilitatem lanæ Canusinæ.

[d] *Mazacum*] Beroaldus et vulgati legunt *hamaxicorum*, hoc est, carrucariorum; ἅμαξα enim id est *currus*: quam vocem Capitolinus Latinam fecit, referens Maximum traxisse hamaxas manibus. Libri Mss. dissentiunt. Mazaces sunt populi interioris Africæ, quorum equos laudat Nemesianus: 'Quemque coloratus Mazax deserta per arva Pavit, et assiduos docuit tolerare labores.' De his locum hunc Turnebus intelligit lib. XXIV. cap. 6. Frequens enim apud ipsos Afrorum equitum comitatus. Verum cum et Cappadoces equites in comitatu quoque nobilium fuisse reperiantur, ut ex Martiali Epig. 76. lib. X. et Mazaca Cappadocum civitas fuerit, quæ postea Cæsarea dicta est, sita ad radices montis Argæi, unde et Claudianus I. in Rufinum: 'Volucrumque parens Argæus equorum;' non videtur constare de utro intelligendum sit, quanquam de Afris sermo sit, quoties Mazacum meminere, ut Claudianus lib. I. in Consulat. Stilichonis: 'Pavidus projecit missile Mazax:' et Lucan. lib. IX. 'æquaturusque sagittas Medorum, tremulum cum torsit missile Mazax.'

[e] *Palatio Esquilias*] Duo sunt Urbis montes, multis et ingentibus ædificiis exornati, quæ incendio illo, de quo infra cap. 38. absumta fuerunt, et in eorum locum exstructa domus hæc, de qua fuse et Tacitus Annal. XV. et Martialis libro Spectacul. Epig. 2.

[f] *Transitoriam*] Quod ab uno monte in alium per eam transitus esset.

fuit, in quo Colossus[g] centum viginti pedum staret ipsius effigie; tanta laxitas, ut porticus triplices milliarias[h] haberet; item stagnum[i] maris instar, circumseptum[5] ædificiis ad urbium speciem; rura insuper, arvis atque vinetis,[6] et pascuis sylvisque varia, cum multitudine omnis generis pecudum ac ferarum. In ceteris partibus cuncta[7] auro lita, distincta gemmis unionumque conchis erant. Cœnationes[k] laqueatæ tabulis eburneis versatilibus, ut flores, fistulatis,[8][l] ut unguenta desuper spargerentur.[9] Præcipua

Medic. 2. Dun. Vind. uterque, Cort. Corsend. pro v. l. Voss. Periz. Edd. Rom. Ven. 2. 3. Lugd. Junt. Arg. Ald. *ipsius effigies* Huls. aliique. In Fouc. *ei tanta*.—5 *Circumspectum* Vind. 1. *ædific.* exulat a Medic. 1.—6 *Vineis* Vind. 2. Dein vulgo distinguitur: *pascuis silvisque, varia cum m.* Emendavit Burm.—7 *Compta* Periz. Postea *erat* Medic. 1. 3. *cælationes* Vind. 2. a m. pr. Medic. 3. Fouc. Edd. Rom.—8 Ita legend. docuerant Salm. Guj. aliique. Accedunt Memm. Pith. Grosl. Corsend. duo Turneb. Dun. Medic. 2. Vind. uterque, Cort. Voss. Cuj. Edd. Ven. 1. Steph. Bas. Reliqui scripti et editi *fistulis*, nisi quod in Fouc. *festulis*. Habent *ex fistulis et ung.* Ven. 2. 3. Bon. Gryph. Col. Pol. Plant. Aliæ *et fistulis ung.* vel *fist. et ung.* Lips. conj. *et fistulis ut ung.* Torr. *ex fistulis* seu *fistulatis ung.* Casaub. *fistulatæ, ut ung.*—9 Memm. *asparger.* Tum *cælationum* Vind. 2. Medic. 3. Periz. margo, Edd. Rom. Med. pr. Cald. *perpetua* Periz. a m. pr. *circumagerentur* Voss. Periz. Edd. Rom. sec. Med. Cald. Ven. 1. Lugd. Junt. Arg. cum trib. Mss. Torr.

NOTÆ

g *Colossus*] Ad quem faciendum Zenodorus accitus e Gallia fuerat. Eo loci postea exstructum celeberrimum illud amphitheatrum, cujus reliquias hac de causa etiam hodie *Coliseum* vocant. De quo adhuc infra in Vesp. cap. 18. Neroniani hujus ædificii nullæ reliquiæ supersunt; nec mirum, cum jam inde a Vespasiani temporibus destructum fuerit, ut ex Martiali lib. I. Epig. 2. patet. Vide et in Calig. cap. 35.

h *Triplices milliarias*] An tres diversas porticus, an multas quarum triplex ordo columnarum, quales fieri docet Vitruvius lib. III. Milliarias Torrentius intelligit mille pedibus longas, non mille passibus; contrarium tamen evincere videtur tum usus loquendi, tum spatii quod hic describitur amplitudo.

i *Stagnum*] In valle Palatinum inter et Esquilinum montes jacente: quo loco erectum amphitheatrum Vespasiani, de quo Vespas. cap. 18. patet ex Martiali libro I. Epig. 2. 'Hic ubi conspicui venerabilis amphitheatri Erigitur moles, stagna Neronis erant.'

k *Cœnationes*] Membra sunt splendidarum ædium, ut et diætæ, de quibus in Claud. ad cap. 10.

l *Fistulatis* [*fistulis*] Pari artificio, de quo supra ad cap. 27. Casaubonus legit *fistulatæ*, longe clarius, juxta hunc contextum orationis, *Cœnationes laqueatæ tabulis eburneis versatilibus, ut flores: fistulatæ, ut unguenta desuper spargerentur*: tabulæ enim circumactæ flores spargebant, fistulis un-

cœnationum rotunda, quæ perpetuo diebus ac noctibus vice mundi circumageretur: balineæ marinis et Albulis [m] fluentes aquis. Ejusmodi domum cum absolutam dedicaret, hactenus comprobavit, ut, 'se,' [10] diceret, 'quasi hominem tandem habitare cœpisse.' Præterea inchoabat piscinam [n] a Miseno [o] ad Avernum lacum, contectam, porticibusque [1] conclusam, quo, quicquid totis Baiis calidarum aquarum [2] esset, converteretur: fossam ab Averno [p] Ostiam usque, ut navibus,[3] nec tamen mari, iretur, longitudinis per centum sexaginta [q] millia; latitudinis, qua contrariæ quinqueremes commearent. Quorum operum perficiendorum gratia, quod ubique esset [4] custodiæ,[r] in Italiam deportari, etiam sce-

circumagerent Cort.—10 *Se* desideratur in Periz. Harlem. Edd. sæc. xv. item Bas. Col. et pluribus. Item *Niseno* Lugd. Junt. Arg.—1 Addiderunt copulam Ern. et Oud. fide trium Torr. Medic. 1. 3. Polit. Vind. utriusque, Cort. Periz. Cuj. ac Vett. Edd. præter Bas. Gryph. &c. accedentib. Dun. Fonc. in quo *aquarum* pro *conclusam*.—2 Restituit *aquarum* Oud. auctorib. Mss. O. Palm. Burm. suisque et Edd. Vett. usque ad Bas. In reliquis, etiam Wolf. desideratur. Mox *committeretur* pro *convert.* est in Medic. 2. Vind. 1. Harlem. Periz. et Edd. ante Casaub. excepta Camp. Paulo ante *totis bis cal.* Cuj.—3 *Ut manibus* Harlem. *tamen* deest Periz. Dein *CXL. mill.* Fonc. *milliaria* Harlem. Periz. cum Edd. Casaub. priorib.—4 *Essent* in uno Torr. Periz. Cort. Edd. Sab. Bon. Unde scribend. docent *quot ub. essent* Lips. Torr. Grut. et ita Cuj. Vind. 2. vel *quod ub. essent custodiarum* idem Torr. et Casaub. *in Italia*

NOTÆ

guentum effundebatur. De quo artificio Seneca Epist. 90. et lib. II. Quæst. Natural. Lampridius de Heliogabalo, 'Oppressit in tricliniis versatilibus parasitos suos violis et floribus, sic ut animam aliqui efflaverint, cum eripi ad summum non possent.'

[m] *Marinis et Albulis*] In Aug. cap. 82.

[n] *Piscinam*] Ad natandum, non ad alendos pisces, comparata videtur, quales multæ in lautorum domibus, ut jam paulo supra cap. 27.

[o] *A Miseno, &c.*] Per quinque aut sex milliaria, hoc est, nostrates leucas circiter duas. De his locis jam supra.

[p] *Ab Averno*] 'Magistris et machinatoribus Severo et Celere, quibus ingenium et audacia erat, viribus Principis illudere,' ut ait Tacitus lib. xv. ubi irritum hoc consilium fusius narrat.

[q] *Centum sexaginta*] Hoc est, leucas circiter quinquaginta tres: tria quippe milliaria pro singulis leucis vulgo numerant. Quæ tanta non est hæc distantia, sed pluribus diverticulis uti cogebant obices, qui multi, ut innuit Tacitus. *Milliaria:* legunt alii *millia*.

[r] *Custodiæ*] Casaubonus in Cujacii libro legit *custodiarum*, bene, nisi si addita litera legas, *quot ubique essent custodiæ*. Prima tamen lectio est plu-

lere convictos non nisi ad opus damnari, præceperat. Ad hunc impendiorum furorem, super fiduciam imperii, etiam spe quadam repentina immensarum et reconditarum opum impulsus est, ex indicio Equitis Romani,[s] pro comperto pollicentis, thesauros antiquissimæ gazæ, quos Dido regina fugiens Tyro secum extulisset,[5] esse in Africa vastissimis specubus abditos, ac posse erui parvula molientium opera.[†] [32.] Verum ut spes fefellit, destitutus, atque ita jam exhaustus et egens, ut stipendia[6 t] quoque militum, et commoda veteranorum,[u] protrahi ac differri necesse esset, calumniis rapinisque intendit animum. Ante omnia instituit, ut e libertorum defunctorum bonis[v] pro semisse[w]

Vind. 2. Cort.—5 *Attulisset* Fouc. Mox *ac* deest Periz. *parva* Cort. Fouc.—

NOTÆ

rium codicum. De custodiis in Tib. ad cap. 27. et 61. ubi vincti servi tenebantur.

[s] *Equitis Romani*] Tacitus orditur librum XVI. Annalium ab hujus rei narratione: 'Illusit dehinc Neroni fortuna ex promisso Casellii Bassi, qui origine Pœnus, mente turbida nocturnæ quietis imaginem ad spem haud dubiam retraxit.' Ubi quod perstringitur hic a Suetonio, narrat cum circumstantiis omnibus, quarum una est, quod cum quinquennale ludicrum secundo tunc lustro celebraretur, ea præcipue materia in Principis laudem sumta sit; 'non enim tantum solitas fruges nec metallis confusum aurum gigni, sed nova ubertate provenire terras, et obvias opes proferre Deos. Quæque alia summa facundia nec minore adulatione servilia fingebant securi de facilitate credentis.'

† A. U. C. 818.

[t] *Stipendia*] De his in Jul. ad cap. 26. et Aug. ad cap. 49.

[u] *Commoda veteranorum*] De his in Aug. ad cap. 24.

[v] *E libertorum defunctorum bonis*] Lege XII. Tabul. libertus in condendo testamento præterire patronum impune poterat, nec ad hæreditatem ejus alio modo venire patronus, quam si libertus obiret et sine liberis et intestatus. Hoc quanquam pro liberis naturalibus obtinuerit, pro adoptivis tamen edicto Prætoris emendatum est, cautumque ut, sive testatus, sive intestatus moreretur libertus, natis ex matrimonio legitimo liberis carens, pars dimidia bonorum ejus ad patronum pertineret. Quæ jura patronorum lege Papia, de qua in Augusto, adhuc aucta sunt: hac enim statutum est, ut patronus liberti relinquentis patrimonium centum millium HS. in bonis liberti succederet æqua portione cum liberis etiam naturalibus, si isti pauciores quam tres essent. De quibus fuse Justinianus de successione libertorum, Instit.

[w] *Pro semisse*] Quot et quibus nominibus appellatæ hæreditatis partes essent, supra in Jul. ad cap. 83. Cum igitur non nisi media pars forsan es-

dextans ei cogeretur, qui [7] sine probabili causa eo nomine fuissent, quo essent [8] ullæ familiæ, quas ipse contingeret: deinde, ut ingratorum [x] in Principem[a] [9] testamenta ad fiscum pertinerent: ac, ne impune esset studiosis juris,[y] qui scrip-

[a] *Primo decrevit, ut loco mediæ partis, tres quadrantes pro se colligerentur ex bonis eorum libertorum, qui absque ratione legitima appellarentur eodem nomine, quo appellatæ fuissent illæ familiæ, quibus aliquo modo conjunctus esset, ac postea ut testamenta ejusmodi libertorum confiscarentur, tanquam ingratorum in Principem.*

---

6 *Stipendium* Huls.—7 Ita extat in Memm. Medic. Vind. Cort. Cuj. Voss. Dun. Viterb. Lisl. Pal. Fouc. Torr. ut plerique VV. DD. rescribi jusserunt. *Dodrans cog. ei qui* Harlem. Periz. et Edd. Vett. præter Steph. *dextans cog. ei si qui* Ed. Burm. cum Ms. Glar. *dodr. cog. ei si qui* Edd. Casaub. Schild. Bip. *dexitus ei cog.* Cuj. *dext. ei cog. si* Cop. Lips. corr. *dext. cog. si qui, &c. fuissent*, probantib. Torr. Græv. et Baumg. 'Quæ si minus placent, suadeo transpositionem commatum hanc: *ut e lib. def. bonis, qui sine prob. causa eo nom. fuissent, quo . . . . conting. pro semisse dext. ei.* h. e. sibi cogeretur.' *Baumg.*—8 Ita cum Casaub. ex aliquot libris receperunt Oud. et seqq. Vulgo *essent quo fuiss.* In Nonn. Urs. Periz. Edd. Rom. Ven. 1. Med. Cald. Lugd. *esset.* Ante Edd. Sab. *sine* omittunt. Dein *ullæ*, ut Græv. et Gron. exhibuerunt, confirmatur a Vind. 2. a m. pr. Polit. Torr. Periz. Harlem. Fouc. Edd. Rom. Med. pr. Ven. Sab. Cald. Steph. Ald. In ceteris *illæ.*—9 Sunt qui velint verba *in Princ.* deleta, quibus assentitur Ern. Tum *juris* reposuit primus Pulm. ex Turneb. sententia. In prioribus Edd. *viris*, sicut in Mss. recentiorib. Torr. expungi mallet utrumque, et legi, *ne imp. esset eis qui.* In Camp.

NOTÆ

set in fiscum redigenda, et altera medietas hæredibus aut patrono relinquenda; hujus medietatis mediam iterum partem sibi sumsit Nero in eorum libertorum bonis, qui eo nomine appellati fuissent, quo nuncupabantur illæ familiæ, quibus aliquo vel naturæ vel adoptionis vinculo conjungebatur, quales v. g. Julia, Claudia, Domitia, &c. Cum enim moris esset, ut liberti patronorum nominibus appellarentur, inde, ex nomine scilicet, colligere volebat istarum familiarum libertos illos esse, atque ideo se patronum, qui et illarum caput esset, nisi probabilem et laudandam istius appellationis causam legitimus ipse patronus allegaret. Casaubonus hic pro *dodrans* scribit *dextans* ex codice Viterbiensi et Lislæi, &c.

[x] *Deinde, ut ingratorum*] An de ejusmodi libertis intelligit, qui, cum eum patronum haberent, (ut volebat ipse,) testamento nihilominus præteribant? An vero de aliis quibuscumque, quos, si quid ab ipso vel honoris vel gratiarum accepissent, debere existimabat suum hoc modo testari gratum animum? Priorem sensum amplectitur Beroaldus, posteriorem alii omnes. Vide in Calig. ad cap. 38. et Claud. ad cap. 25.

[y] *Studiosis juris*] Vulgati legunt *viris.* Romani ad omnes contractus juris peritorum operam adhibebant, ut sua negotia tutius gererent, et strictos juris apices observarent. Juris studiosorum hujusmodi et doctorum hominum loco successere tabelliones, quibus ideo juris peritiam ne-

sissent vel dictassent ea: tum,[10] ut lege majestatis[a] facta dictaque omnia,[1] quibus modo delator non deesset, tenerentur. Revocavit et præmia coronarum,[2] quæ unquam sibi in certaminibus civitates detulissent.[a] Et cum interdixisset usum amethystini ac Tyrii[b] coloris, summisissetque,[3] qui nundinarum die pauculas uncias[c] venderet, præclusit cunctos negotiatores. Quin etiam inter canendum animadversam matronam e spectaculis,[4] vetita purpura cultam, demonstrasse procuratoribus suis dicitur:[5] detractamque illico, non veste modo, sed et bonis[6] exuit. Nulli delegavit officium, ut non adjiceret, 'scis, quid mihi opus

juris non habetur.—10 Oud. et Wolf. dederunt *tunc ut*, jubentib. Medic. 2. 3. utroque Vind. Cort. Cuj. Voss. Dun. *lesæ maj*. Camp. *lege* deest Rom. sec.—1 *Omnibus* Medic. 2. Corsend. a m. pr. Periz. Harlem. Edd. Ven. quatuor, aliæque.—2 Guj. Oud. et Baumg. favent lectioni Cod. Urs. *præmia civitatum, quæ u. s. i. c. coronas detul.* vel emendationi Burm. etiam Wolfio probatæ, *pr. coronar. quas*. Dat Fonc. *civit. sibi in cert.* Medic. 1. 3. Vind. 2. *civit. in cert.*—3 In Vind. 1. legitur *det. usum ametisti et Turii c. cum interd. submisset-que*. Ed. Camp. quoque *submissetque*. Pro *præclusit* conj. Budæus *perculit*, applandentib. Grut. Ern. et Schell. in Lexico, qui conject. addit *percussit*.—4 Oud. cum Burm. recepit *in spect.* auctorib. Memm. tres Medic. Cort. Voss. Fouc. et ita conjecerat Lips. Transponenda verba censent Beroald. Ern. post *detr. illico* Wolf. glossematis loco ascripta putat verbis *inter can.* Ceterum *animadversum* Medic. 1. 3.—5 Ita Memm. Corsend. Nonn. Medic. Vind. Cort. Huls. Cop. Dun. Cuj. Voss. Edd. Steph. Græv. Oud. &c. Vulgo *creditur*. In Ven. 2. 3. Med. pr. Cald. Lugd. Junt. Ald. *creditus*. Statim *detractumque* Cuj. *detractaque* Vind. 1.—6 *Sed bon.* omissa copula Vind. 1. *addiceret* Cuj. *opus* exulat a Medic. 1. a m. pr. Dun. *op. mihi* Vind. 1. Mox *ex aur. vel ex arg.* Vind. 1. probante Oud. *in iis* Memm. Medic. 1. 3. Cort. *ignis*

NOTÆ

cessariam esse notavit Gothofredus ad Novellam 66. cap. 1.

[a] *Majestatis*] Læsæ scilicet. In Tib. ad cap. 2. &c.

[a] *Præmia coronarum*] Vel quæ sibi præter coronas (ut moris erat in sacris certaminibus) delata civitatibus condonarat, vel coronas intelligit sibi quidem delatas, ut supra cap. 22. sed non repræsentatas, quas jam post exhaustas tot opes volebat repræsentari.

[b] *Usum amethystini ac Tyrii*] Amethystinus et Tyrius color sunt purpuræ species, cujus usum prohibuit, ut Julius conchyliatæ vestis, in Jul. ad cap. 43. De purpura vide plura apud Plinium libro IX. cap. 41. et lib. XXI. cap. 8.

[c] *Pauculas uncias*] Colorum scilicet ejusmodi, vel mistorum vel separatorum, sed pretii longe disparis: amethystinus enim non nisi centum denariis, Tyrius vero mille in singulas uncias vix emebatur.

sit:' et, 'hoc agamus, ne quis quicquam habeat.' Ultimo, templis compluribus dona detraxit, simulacraque ex auro vel argento fabricata conflavit;[d] in his Penatium Deorum, quæ mox Galba restituit. [33.] Parricidia et cædes a Claudio exorsus est: cujus necis etsi non auctor, at conscius[7] fuit; neque dissimulanter, ut qui boletos, in quo cibi genere venenum is acceperat,[e] quasi Deorum cibum,[f] posthac proverbio Græco collaudare[8] sit solitus. Certe omnibus rerum verborumque contumeliis mortuum insectatus est, modo stultitiæ, modo sævitiæ arguens. Nam et *morari*[9] [g] eum inter homines desisse, producta prima syllaba, jocabatur: multaque decreta et constituta, ut insipientis[h] atque deliri,[10] pro irritis habuit. Denique bustum[i] ejus consepiri, nisi humili levique maceria, neglexit. Britannicum, non minus æmulatione vocis, quæ illi jucundior[k]

Vind. 1. Denique *Penatum* Edd. Lugd. Junt. Ald.—7 *Ac cons.* Harlem. Tum *boleto* Vind. 2. Cort. *ex quo* Huls. Supra *parricida* Fouc.—8 *Laudare* Cort. Dein *est* desideratur in Harlem. Periz. Vind. 1. et Edd. ante Beroald. Conj. Burm. *insec. et modo.*—9 Dun. *memorari.* Mox *desisse* vel *desiisse int. hom.* Medic. 1. 3. Cop.—10 *Deleri* Memm. Tum *materia* servant omnes omnino Mss. et Edd. Vett. nisi quod in Vind. 1. sit *ex mat.* Sed *mac.* ex conject. Guther. de Jure man. II. 30. Noris. ad Cen. Pis. p. 410. aliorumque ediderunt Gron. Pitisc. Wolf. Vulg. defendunt Burm. et Oud.—1 *Jocund.* de more Medic. et Edd. Rom. et cap. seq. *quando* Edd. Bas. Gryph. Torr. Burm. in-

NOTÆ

[d] *Conflavit*] Vide in Aug. ad cap. 52.

[e] *Venenum is acceperat*] In Claud. cap. 44.

[f] *Deorum cibum*] Illudens Claudio inter Deos relato. Quo sensu et Vespasianus de seipso infra cap. 23. simile quid.

[g] *Morari*] A Græco μωρὸς, hoc est, *fatuus*: unde et Latinis morus. 'Amor mores hominum moros et morosos efficit.' Plaut. Hinc etiam Nero effingebat verbum 'morari,' hoc est, fatue agere, producta prima, quia in voce Græca est *o* longum.

[h] *Insipientis*] Vide in Claudio cap. 39.

[i] *Bustum*] Hoc est, locum ubi cadaver Claudii crematum fuerat. Quo sensu Servius ad hos quinti Æneid. versus: 'semiustaque servant Busta,' &c. Quem locum custodiæ causa consepire moris erat, divitibus quidem, iisque quos volebant honoratos, magnifice ex marmore aut alia qua pretiosiore materia, aliis vero alia pretii minoris, pauperibus nulla omnino. Aliter intelligi posse non videtur hic locus; nam cap. 9. supra, et in Claud. cap. 44. solenni pompa funeratum Claudium retulit.

suppetebat, quam metu, ne quandoque apud hominum gratiam paterna memoria prævaleret, veneno aggressus est. Quod, acceptum a quadam[2] Locusta,[k] venenariorum inclyta,[l] cum opinione tardius cederet, ventre modo Britannici moto; arcessitam[3] mulierem sua manu verberavit, arguens, pro veneno remedium dedisse. Excusantique, minus datum ad occultandam facinoris invidiam, 'Sane,' inquit, 'legem Juliam[m] timeo:' coëgitque se[4] coram in cubiculo quam posset velocissimum ac præsentaneum coquere. Deinde in hædo expertus, postquam is quinque horas protraxit, iterum ac sæpius recoctum, porcello[5] objecit. Quo statim exanimato, inferri in triclinium, darique cœnanti secum Britannico imperavit. Et cum ille ad primum gustum[n] concidisset, comitiali morbo ex consuetudine cor-

vitis Mss. *est* exulat a Vind. 1.—2 *Quodam* unus Torr. Medic. 1. 3. Ipse Torr. utrumque rejecerit. Dein *Lucusta*, et postea *Lucustæ*, Memm. Dun. Cop. Medic. 1. 2. Ita variant Codd. apud Juven. Sat. I. 71. Statim *inclyta* primus edidit Ern. auctoritate Cort. seu Lys. marg. Vind. 2. et receperunt Bip. Wolf. cum Oud. mallet *venenariarum*. In vulgg. erat *ven. indice*. Conj. Guj. *venenorum indice*, et ita præbent Exc. Cuj. Suadet Heins. *veneraria institrice*, vel *venenorum venditrice*. Oud. etiam tentat: *venenario* aut *venenorum rumore*, aut *venenarior. ore inclita*. Baumg. *venenationum* profert.—3 Sic optimi Mss. ut jam sæpius monitum. Vulg. *accers*. In Medic. 1. *et accers*. Mox *occultandum* Harlem. Edd. Med. pr. Ven. Cald.—4 *Coëgit se* Vind. 1. *quam veloc. poss*. Edd. Rom. Tum *in ædo* Memm. *edo* Medic. 1. Vind. 1. Periz. Edd. Rom.—5 *Procello* Harlem. *examinato* Cuj. Infra *corruptum* Medic. 1. *rup-*

NOTÆ

[k] *Quadam Locusta*] In veteribus libris legunt *quodam*, male: fœminam enim fuisse diserte innuit Juvenalis Sat. I. vers. 71. et affirmat Scholiastes matronam fuisse magnæ famæ ad hæc scelera accitam a Nerone, et innuit etiam aperte Tacitus lib. XII.

[l] *Inclyta* [*indice*] Supplicium evaserat, alias veneficas, et veneficos indicando: damnatam enim patet ex eodem Tacito ibidem.

[m] *Legem Juliam*] Hac lege nihil de veneficiis statutum legitur: probabile tamen est, Suetonium, juris peritissimum, hic tam obscure locuturum non fuisse, si de iis omnino lex illa siluisset: quare dicendum videtur cavisse quidem de veneficiis aliquid, sed ea capita quibus id cautum erat, cum aliis bene multis, temporum lapsu periisse: quota enim pars Juliæ legis superest? quamvis immenso labore ex antiquissimis marmoribus et abstrusissimis auctorum locis eruta, quæ leguntur apud Sigonium lib. de Judiciis, &c.

[n] *Ad primum gustum*] Tacitus hæc omnia fuse et cum aliis multis circumstantiis, lib. XII.

reptum apud convivas ementitus, postero die raptim inter maximos imbres [o] translaticio [6] extulit funere. Locustæ pro navata opera impunitatem [p] prædiaque ampla, sed et discipulos,[q] dedit. [34.] Matrem, dicta factaque [7] sua exquirentem acerbius et corrigentem, hactenus primo gravabatur, ut invidia identidem oneraret, quasi cessurus imperio, Rhodumque abiturus: mox et honore omni et potestate privavit; abductaque militum et [8] Germanorum [r] statione, contubernio quoque ac Palatio expulit. Neque in divexanda quicquam pensi habuit, summissis, qui et Romæ [9] morantem litibus,[s] et in secessu quiescentem per convicia et jocos, terra marique prætervehentes inquietarent. Verum minis [t] ejus ac violentia territus perdere statuit. Et

tum Dun. Periz. cum Vett. Edd. usque ad Bon.—6 *Tralatit.* Memm. Medic. Polit. Cop. Torr. Tum *novata* Medic. 1. Vind. 1. Cuj. Edd. Camp. Med. pr. Cald. Ven. *novatum* Voss. *nova* Periz. a m. pr. Pro *impun.* Torr. cum Lips. præfert *immunitat.*—7 Medic. Fouc. et Dun. *facta dictaq.* Dein *invidiam ostentaret* marg. Periz. Camp. *hact. primum* Fouc. *habitur.* Medic. 2. Huls. —8 *Militum Germ.* Vind. 1. Dein *devex.* Medic. 1. 3. Polit. Vind. 1. (qui caret τῷ *in*) tres Burm. Edd. Camp. Med. pr. al. recepitque Oud. *in vexanda* Vind. 2. a m. sec. Fouc. Ed. Rom. sec.—9 Hoc ord. dedit Gron. eumque secuti, astipulantib. Medic. Polit. Vind. cum duob. Burm. Vulg. *qui et Rom.* Mox *ter ven.* pro communi lect. *ven. ter* restituit Oud. cum Medic. 2. 3. Polit. Vind. Cop. Voss. Cuj. Abest numerus a Dun. Harlem. Periz. et Edd. usque ad Bon. excepta Camp. In Fouc. *cum esse ven. tent.* Vind. 1. *sent. veneno an-*

NOTÆ

[o] *Imbres*] Quibus iram Dei portendi creditum, ut refert Tacitus. Translaticium funus, hoc est, vulgare, ut supra cap. 7. et Aug. cap. 10.

[p] *Impunitatem*] Utpote quæ damnata veneficii jam ante fuerat, ut paulo supra ex Tacito.

[q] *Discipulos*] Juvenalis Sat. I. vs. 71. 'Instituitque rudes melior Locusta propinquas Per famam et populum nigros efferre maritos.' Ubi Scholiastes affirmat, Neronem ab ea quoque edoceri voluisse.

[r] *Militum et Germanorum*] Milites a Germanis aperte distinguit, et Tacitus lib. xv. 'Excubiasque militares, quæ ut conjugi Imperatoris olim, tum et ut matri servabantur, et Germanos super eundem honorem ac custodes additos digredi jubet.' Vox milites indicat legionarios aut prætorianos, hoc est, cives Romanos. Vide in Calig. ad cap. 43.

[s] *Litibus*] Tacitus auctor est, accusatores a Julia Silana paratos, qui Agrippinam accusarent, quod subornasset ad res novas Rubellium Plancum.

[t] *Minis*] 'Trux erat Agrippina, quæ filio dare imperium, tolerare imperitantem nequibat,' inquit Tacitus.

cum ter veneno tentasset, sentiretque antidotis præmunitam; lacunaria, quæ noctu super dormientem laxata[10] machina deciderent, paravit. Hoc consilio per conscios parum celato, solutilem navem, cujus vel naufragio vel cameræ[1] [u] ruina periret, commentus est. Atque ita reconciliatione simulata, jucundissimis literis Baias evocavit ad solennia Quinquatruum[2] [v] simul celebranda, datoque negotio trierarchis,[w] qui Liburnicam,[x] qua advecta erat, velut fortuito concursu[3] confringerent, protraxit convivium. Repetentique Baulos,[y] in locum corrupti navigii, machinosum illud obtulit, hilare[4] prosecutus: atque in digressu papillas quoque exosculatus, reliquum temporis[5] cum magna trepidatione vigilavit, cœptorum opperiens exitum. Sed ut diversa omnia, nandoque[6] evasisse eam comperit, inops consilii, L. Agerinum[7] libertum ejus, salvam et in-

tid.—10 Medic. 2. cum trib. Torr. Edd. Bas. Gryph. Col. Dol. Plant. *luxata.* Dein *concil.* Vind. 1. *per socios* Periz. a m. pr.—1 *Camaræ* Memm. Medic. 1. *carine* Vind. 1. Pro *jucund.* habent Exc. Cuj. *incommodissimis.* In Periz. Camp. *revocavit.*—2 *Quinquatrum* Memm. Medic. 2. 3. In ceteris Mss. et Edd. ante Græv. *Quinquatrium.* Cf. Aug. c. 71. Tum *tetrarchis* Polit. Vind. 2. Cop. Fonc. Edd. Rom. *triarchis* Periz. Edd. Med. pr. Cald.—3 *Concucursu* Memm. unde conj. Salm. et Lips. *concussu.* Postea *contraxit* Vind. 1. Müll. interpungi maluit *confringerent. Protraxit, &c.* *Bajulos* in Medic. 1. Vind. 1. Cop. Edd. Rom. Med. pr. Ven. 1. Cald. *et repetenti* Voss.—4 *Et hil.* Medic. 2. Cuj. Voss. *hilariter* Vind. 2. Cort. Mox *papillam* Vind. 1. *papillis exosculatis* Periz. Harlem. Edd. Med. pr. Sab. Cald. Bon. *papillas exosculatis* Ven. 1. *quoque* non est in Vind. 2.—5 *Tempus* Vind. 1. *trepiditate* Vind. 2. a m. pr. et *opp. cæpt.* Medic. 2. Dun. uterque Vind. Edd. ante Casaub. Item *dimersa* Medic. 2. Voss. Cuj.—6 *Nando ev.* Medic. 2. Dein *impos cons.* Vind. 1.—7 *Lagermum* Memm. Dun. *Lagerinum* Medic. 3. Pal. 2. 3. Torr. Voss. Edd.

NOTÆ

[u] *Cameræ*] Cubiculi superior pars incurvata, et ferme in modum fornicis; unde tectum concameratum et fornicatum a laqueato discrepat. Qua de re Vitruvius lib. VII. cap. 3.

[v] *Quinquatruum*] De his in Aug. ad cap. 71. quibus adde Ovidii versus de celebritate quinque illorum dierum, lib. III. Fastorum sub finem: 'Sanguine prima vacat, nec fas concurrere ferro: Causa quod est illa nata Minerva die. Alter tresque super rasa celebrantur arena, Ensibus exertis bellica læta Dea est.'

[w] *Trierarchis*] Trierarchæ sunt triremium Præfecti.

[x] *Liburnicam*] De his navibus in Aug. ad cap. 17. et Calig. cap. 34.

[y] *Baulos*] Id villæ nomen est, Misenum inter et Baianum sinum, etiam hodie *Bauli* vel *Bagola.*

columem cum gaudio nuntiantem, abjecto[8] clam juxta pugione, ut percussorem sibi[9] subornatum arripi constringique jussit, matremque occidi; quasi deprehensum crimen voluntaria morte vitasset. Adduntur his atrociora, nec[10] incertis auctoribus, ad visendum interfectæ cadaver accurrisse, contrectasse membra, alia vituperasse, alia laudasse, sitique interim oborta,[1] bibisse. Neque tamen conscientiam sceleris, quanquam et militum, et Senatus populique gratulationibus confirmaretur, aut statim aut unquam postea ferre potuit, sæpe confessus, exagitari se materna specie,[2] verberibusque[z] Furiarum[a] ac tædis ardentibus. Quin et, facto per Magos sacro, evocare[b] manes et exorare ten-

Rom. Ven. Lugd. *Largenium* Pal. 1. *Largericum* Vind. 1. *Lagerium* Vind. 2. Cort. *L. Agernium* Edd. Plant. Casaub. Schild. Mox *inc. omni gaudio* Vind. 1.—8 *Objecto* Pal. 1. Edd. Gryph. Pulm. Torr. Grut. Casaub. Schild. Corr. Græv. cum ceteris Mss. et Vett. Edd. Heins. malebat *projecto*. In Vind. 1. *abrepto*.—9 A Medic. 3. *sibi* abest. Dein *suburnat*. Periz. qui etiam *matrem* sine *que* cum Cuj. Memm. Medic. Vind. 1. Cort. Voss. Dun.—10 Ex correctione Lips. *sed inc.* ediderunt Græv. Gron. probante etiam Wolf. *non inc.* Fonc. Tum *contruct*. Polit. et *interdum* Periz.—1 *Aborta* Vind. 2. Cort. Periz. Harlem. Edd. Med. pr. Cald. Ven. Mox *consc. scel.* cum Memm. dant Medic. 1. 3. Cop. Huls. in quo *tanti* pro *tamen*. Vulgo *scel. consc.*—2 Edidit ita Oud. auctoritate Medic. Polit. Cort. ac trium Burm. et Ed. Bon. In vulg. desideratur *que*. Paulo ante *pro ea ferre* Dun. Ceterum *furiatum* est

NOTÆ

[z] *Materna specie*] Umbra, ut in Calig. cap. 59. et Horatius Epod. Ode 5. ' nocturnus occurram furor, Petamque vultus umbra curvis unguibus.' Virgil. lib. IV. ' Omnibus umbra locis adero; dabis, improbe, pœnas.' Ovid. in Ib. &c.

[a] *Furiarum*] Ita Ovid. ibid. ' Verbera sæva dabunt sonitum, nexæque colubris Conscia fumabunt semper ad ora faces.' Qua de re Cicero in Pisonem: ' Nolite enim putare, ut in scena videtis, homines consceleratos impulsu Deorum terreri furiarum tædis ardentibus: sua quemque fraus, suum scelus, suum facinus, sua audacia de sanitate ac mente deturbat.' Atque iterum pro Roscio Amerino. Idem, sed fusius, Juv. Sat. XIII. 'diri conscia facti Mens habet attonitos, et surdo verbere cædit, Occultum quatiente animo tortore flagellum.' Unde colligere est, Neronem his animi cruciatibus agitatum, ut erat poëseos ad furorem cupidus, suas poëticis illis vocibus pœnas adumbrasse. De spectris tamen ejusmodi plura apud auctores passim, ut Plutarchum in Cimone, et Plinium libro VII. Epist. 27. &c.

[b] *Facto per Magos sacro, evocare, &c.*] Super hac re Plinius lib. XXX. cap. 2. ait de magia loquens, ' Ex multis aliis divina promittit: præterea um-

tavit. Peregrinatione quidem Græciæ, Eleusiniis [3] sacris,[c] quorum initiatione impii et scelerati [d] voce præconis summoventur,[4] interesse non ausus est. Junxitque [5] parricidio matris amitæ [e] necem. Quam cùm ex duritie alvi cubantem visitaret, et illa, tractans lanuginem ejus, ut assolet, jam grandis [6] natu, per blanditias forte dixisset, 'Simul hanc excepero,[f] mori volo;' conversus ad proximos, confestim se positurum, velut irridens, ait; præcepitque medicis, ut largius purgarent ægram. Necdum [7] defunctæ bona invasit, suppresso testamento, ne quid abscederet. [35.] Uxores præter Octaviam [g] duas postea duxit: Poppæam [8] Sabinam,[h] quæstorio patre [i] natam, et Equiti Ro-

in Harlem.—3 *Et Eleusinis* Memm. Medic. Polit. Cort. Cop. Voss. *Eleusinis* etiam pleræque Edd. Vett. Oud. existimat ita distinguend. *Græciæ et Eleusinis, sacris.* Deest *sacris* Edd. Rom. In Schild. *imitatione*, sphalmate typothetarum.—4 Sic exhibent Medic. Cop. Polit. Vind. 1. Cuj. Edd. Rom. Vulgo *submoverentur*. Paulo ante *cum impii* Vind. 2. Cort.—5 Copula carent Memm. Medic. opt. Torr. Pal. Polit. Vind. Cort. Voss. Fouc. ac deleverunt Oud. Wolf. cum Ed. Steph. *jussit* Dun. Mox *duritie* in solo Memm. comparet, admiserunt tamen Græv. Burm. Ern. Bip. Al. *duritia*. In Voss. *duritia alius*. —6 Salm. cum Grut. conj. *ut assolent jam grandes n.* Alii legunt *grandibus*, quod Casaub. haud displicebat. Tum *sim. haud excep.* Fouc. *excerpsero* Vind. 1.—7 *Nam necd.* Edd. Bas. Gryph. Plant. contra Mss. et Vett. libros impressos. Expunxit Græv. Conj. Lips. *jam necd.*—8 *Pompeiam* hic et infra Mss. O. nisi quod *Poppeiam* sit in Dun. *Popeiam* in Pal. duobus. Eodem modo variant Edd. Vett. In Fouc. *Pomponiam.* Mox *antea* pro vulg. *ante* firmant

NOTÆ

brarum inferorumque colloquia, quæ omnia ætate nostra Princeps Nero vana falsaque comperit.'

[c] *Eleusiniis sacris*] In Aug. ad cap. 93. et Claud. cap. 25.

[d] *Impii et scelerati*] Lampridius in Alexandro Severo idem narrat, præconem scilicet alta voce dicere, 'ut nemo ingrediatur, nisi qui se innocentem novit.' Hinc Poëta, 'Procul o, procul este, profani.'

[e] *Amitæ*] Domitiam patris sororem intellige.

[f] *Simul hanc excepero*] Verba sunt blandientis. Vide supra ad cap. 12. &c.

[g] *Octaviam*] Supra cap. 7. et Claud. cap. 27.

[h] *Poppæam Sabinam*] 'Huic mulieri cuncta alia fuere præter honestum animum,' inquit Tacitus lib. XIII. ubi mores ejus graphice describit, et lib. XIV. Ejus nomen Casaubonus in suis libris legit *Pompeia*, ut et Plutarchus Πομπηΐα.

[i] *Quæstorio patre*] Huic T. Ollius nomen erat, ex eodem Tacito lib. XV. 'Sed nomen avi materni sumserat illustri memoria Poppæi Sabini, consulari et triumphali decore præfulgentis; nam Ollium honoribus nondum functum amicitia Sejani subvertit.'

mano[k] antea nuptam; deinde Statiliam Messalinam, Tauri[l] bis Consulis ac triumphalis abneptem.[9] Qua ut potiretur, virum ejus, Atticum Vestinum[10] Consulem, in honore ipso trucidavit.† Octaviæ consuetudinem cito aspernatus, corripientibus amicis, 'Sufficere illi debere,' respondit, 'uxoria ornamenta.' Eandem mox sæpe frustra strangulare meditatus, dimisit ut sterilem: sed improbante divortium populo, nec parcente conviciis, etiam relegavit. Denique occidit sub crimine adulteriorum, adeo impudenti falsoque, ut, in quæstione pernegantibus cunctis, Anicetum[m] pædagogum suum indicem[1] subjecerit, qui dolo stupratam a se fateretur. Poppæam, duodecimo die post divortium Octaviæ in matrimonium acceptam,‡ dilexit unice. Et tamen ipsam quoque ictu calcis occidit, quod se, ex aurigatione[2] sero reversum, gravida et ægra conviciis incesserat. Ex hac filiam tulit Claudiam Augustam, amisitque admodum infantem. Nullum adeo necessitudinis genus est, quod non scelere perculerit. Antoniam,[n] Claudii filiam, recusantem post Poppææ mortem

Memm. Medic. Dun. Fouc. Vind. 2. Cop. Voss.—9 *Abnepotem* Memm. Medic. 3. Cuj. Supra *Scauri* Vind. 1. unde facit Oud. *St. Tauri*.—10 *Vestirium* Polit. Ed. Ven. 1. et aliquot Torr. In aliis *Vestilium*, vel *Vestitium*, cum Edd. Rom. *Nestririum* Vind. 1. Infra *strugulare* Cuj.—1 Abest *indicem* a trib. Torr. Edd. Rom. probante ipso Torr. cum Lips. Antea *prænegant*. Ed. Med. sec. Dein *qui fingeret dolo* Memm. *fingeret et dolo* Viterb. Pal. Cop. Fouc. Medic. 1. 3. Polit. Vind. 2. Conj. Oud. *qui fing. et dolo s. a. s.* deleto *fateretur*.—2 In Fouc. *auguratione*, et mox *est genus*. Medic. 3. et Vind. 1. *admisitq*. Tum *pertulerit* Vind. 1. Cuj. In plerisque et Edd. Vett. *fil. Cl.* Mutavit ord. Oud. cum Mss. Torr. Memm. Medic. 1. 3. Vind. 2. Cort. Ed.

NOTÆ

[k] *Equiti Romano*] Rufo Crispino, ac postea Othoni, primum adultero ejus, tum marito, cujus culpa vel consilio Neroni conciliata, ipsi postmodum nupsit, ut fuse et pulchre Tacitus lib. XIII. et XIV. narrat.

† A. U. C. 815.

[l] *Tauri*] A quo primo lapideum et permanens amphitheatrum Romæ structum existimant, ut supra in Aug. ad cap. 29. Consulatum primum gessit cum Augustus octavum suum gereret, secundum ante Augusti mortem, anno U. C. 763. si recte Glareanus; alii enim paulo aliter.

[m] *Anicetum*] Hujus opera Nero usus est ad occidendam matrem: erat enim classi apud Misenum Præfectus. De quo plura Tacitus lib. XIV.

‡ A. U. C. 818.

[n] *Antoniam*] Ex Petina, ut in Clau-

nuptias suas, quasi molitricem novarum rerum interemit. Similiter ceteros,[3] aut affinitate aliqua sibi, aut propinquitate conjunctos; in quibus Aulum Plautium[4] [o] juvenem: quem cum ante mortem per vim conspurcasset,[5] [p] 'Eat nunc,' inquit, 'mater mea,[6] et successorem meum osculetur;' jactans, dilectum ab ea, et ad spem imperii impulsum. Privignum [q] Rufium [7] Crispinum, Poppæa natum, impuberem adhuc, quia ferebatur [8] ducatus et imperia [r]

Casaub. &c.—3 Ita legendum placuit Salm. Lips. Torr. et Grut. Vulgo *similiter interemit cet.* Recepit Oud. *interem. sim. inter cet.* suffragantib. Memm. Corsend. Pal. Dun. Medic. Vind. 1. Cop. Voss. Cuj. Repudiat *similiter* Gron. pater, recipitque *interemit. Item cet.* probante Græv. vel suadet utrumque junctim edi: *sim. item,* quod fecit Burm. cum Periz. Harlem. Edd. Rom. Sab. Cald. Bon. Gron. filius graviori mutatione edidit *simili pernicie cet.* —4 Medic. 3. cum Edd. Rom. item Casaub. Plant. Græv. pr. Schild. *Plantium.* Vind. uterque, Cort. duo Torr. Ed. Bon. *Plancium.* Alius Torr. Pal. 2. Edd. Lugd. Junt. Arg. Ald. Steph. al. *Plancum.* Cop. *Plautum.* Cuj. *Placium.* —5 Ita legend. docuere Beroald. Sab. ac nuper Ern. Oud. et sic edidere cum Memm. Pal. Corsend. Dun. Medic. Polit. Vind. 1. Mss. O. Casaub. et quatuor Burm. item Ven. 1. Med. pr. Cald. marg. Gryph. In reliquis *constuprasset.*—6 Deest *mea* in uno Torr. ipso probante. Tum *succussorem* conj. Lips. *ab ea* non agnoscit Dun.—7 *Rufrium* Memm. Pith. Voss. Ed. Bas. *Ruphrium* Harlem. Ven. 1. *Rufirium* Medic. 1. 3. Cop. *Ruffium* Vind. 1. Periz. Edd. Rom. Med. Sab. Cald. Bon. *Rufrinum* Dun. *Ruffinum* vel *Rufinum* Lugd. Junt. Arg. Ald. Gryph. Plant. et al. usque ad Græv. Receptam lect. testantur Codd. Torr. Medic. 2. Polit.—8 *Deferebatur* Vind. 1. *in mari* Vind. 2. Cort. Malit Oud. *cum* pro *dum.* In Dun. *spicaretur*, et supra *Pompeia.*—

NOTÆ

dio cap. 27. Octaviam enim ei genuerat Messalina ibidem.

[o] *Aulum Plautium* [*Plantium*] Ejus, ut videtur, filium, de quo in Claud. cap. 24. In quibusdam enim libris legitur *Plautium:* nec enim convenire potest Rubellio illi Planco de quo supra cap. 34. In Asia quippe jussu Neronis occisus est, ejusque caput Romam relatum, ut scribit Tacitus lib. XIV.

[p] *Conspurcasset* [*constuprasset*] Casaubonus in tribus codicibus legit *conspurcasset.* Utrobique maxima subest obscœnitas.

[q] *Privignum*] Filium nempe conjugis suæ Poppææ, ex Rufo Crispino priore marito, ut modo notatum est.

[r] *Ducatus et imperia*] Ducatum dixit jam supra in Tib. ad cap. 19. Intelligendus non videtur hic locus nisi de lusu puerili quo fingantur potestates, et imperia, quæ ludant pueri, ad eum omnino modum quem de Catone puero narrat Plutarchus in ejus vita, illum nempe judicia et accusationes ludere solitum. Trebellius in Gallieno, et Spartianus in Severo, confirmant in more positum fuisse ludentibus pueris, et omnium pulcherrime Seneca lib. de constantia Sapientis cap. 12.

ludere, mergendum mari, dum piscaretur, servis ipsius[9] demandavit. Tuscum, nutricis filium, relegavit, quod in procuratione Ægypti,[s] balineis in adventum suum[t] exstructis lavisset. Senecam[u] præceptorem ad necem compulit; quamvis sæpe[10] commeatum petenti, bonisque cedenti, persancte jurasset, 'suspectum se frustra, periturumque potius, quam nociturum ei.' Burro[1] Præfecto[v] remedium ad fauces pollicitus, toxicum misit. Libertos[w] divites et senes, olim adoptionis, mox dominationis suæ fautores atque rectores, veneno, partim cibis, partim potionibus indito, intercepit. [36.] Nec minore sævitia foris et in exteros grassatus est. Stella crinita,[x] quæ summis potestatibus

9 *Serv. suis* Viterb. Fonc. Vind. uterque, Pal. 1. Cort. Dein *præcept.* exulat a Nonn. et Edd. Rom. *præcepto ad* Dun.—10 *Secum* Vind. 1. *petentique* Cort. *petentem* et *cedentem* Medic. 2. Paulo post in utroque Pulm. Medic. 1. 3. Cort. Cop. *persæpe jur.* exaratur.—1 *Birro* Dun. Fonc. Mox *donationis s. fauctores* Memm. unde facit Salm. *auctores.* In Medic. 1. 3. Polit. *factores.*

NOTÆ

[s] *Procuratione Ægypti*] De Procuratoribus Cæsaris in Claud. ad cap. 12.

[t] *In adventum suum*] Alexandriam proficisci destinarat, supra cap. 19. Simile quid de Persarum regibus narratur, capitale scilicet fuisse, si quis in eorum sella consedisset: quod et de Imperatoribus Romanis colligas ex Spartiano in Hadriano, et ex Herodiano lib. I.

[u] *Senecam*] De quo jam supra ad cap. 7. Tacitus lib. XIV. 'Hi variis criminationibus Senecam adoriuntur, tanquam ingentes et privatum modum evectas opes adhuc augeret hortorum quoque amœnitate et villarum magnificentia, quasi Principem supergrederetur.' Et lib. XV. refert illum, resectis venis, haustoque veneno, quia tardius mors procedebat, in balneum aquæ calidæ illatum, ejusque vapore exanimatum periisse. Quid sit commeatus, supra in Claud. cap. 23. et alibi.

[v] *Burro Præfecto*] Prætorianorum. Hic ante Senecam fatis concesserat, 'et mors Burri infregit potentiam Senecæ, velut altero duce amoto, et Nero ad deteriores inclinabat,' inquit Tacitus. Et lib. XIII. initio: 'Hi rectores imperatoriæ juventæ, et pari in societate potentiæ concordes, diversa arte ex æquo pollebant: Burrus militaribus curis et severitate morum; Seneca præceptis eloquentiæ et comitate honesta, juvantes invicem quo facilius lubricam Principis ætatem, si virtutem aspernaretur, voluptatibus concessis retinerent.'

[w] *Libertos*] Pallantem, de quo in Claud. cap. 28. et Doryphorum, de quo supra cap. 29.

[x] *Stella crinita*] In Claud. cap. ult. jam de cometa, a quo diversus

exitium[x] portendere vulgo putatur, per continuas noctes oriri cœperat. Anxius ea re, ut ex Babilo[y] astrologo didicit, solere reges talia ostenta cæde aliqua illustri expiare, atque a semet in capita procerum[z] depellere; nobilissimo cuique exitium destinavit. Enimvero multo magis, et quasi per justam causam, duabus conjurationibus provulgatis:[3] quarum prior majorque Pisoniana, Romæ;[a] posterior,[4] Viniciana,[b] Beneventi conflata atque detecta est. Conjurati e vinculis triplicium catenarum dixere causam: cum quidam crimen ultro[5] faterentur,[c] nonnulli etiam imputarent,[d] tan-

Edd. Lugd. Junt. *dominationi*. Verba *part. cib.* desunt Dun. Cuj.—2 *Exitum* Cort. et *continuatas* Vind. 1. Edd. Rom. Dein *Balbilo* Memm. Huls. Cop. Voss. *Babillo* Medic. Vind. 2. Cort. Cuj. Harlem. et aliquot Torr. *Papillo* Periz. Edd. Rom. Alii *Babylonio*. Casaub. mallet *Babyla*.—3 Ita præbent Memm. Dun. Corsend. Medic. Polit. cum Edd. Med. pr. Cald. et permultis aliis. Alteram lect. *promulgatis* primus exhibuit Beroald. quem secuti Lugd. Junt. Ald. Steph. et seqq. *pervulg.* habet Periz. cum Edd. Rom. Supra *nobilis.* deest Huls.—4 *Posterior* non habet Ed. Camp. in qua *Unciana*. In Vind. 2. Cort. Cop. Harlem. Periz. et Edd. Vett. plerisque *Vinciana*. Medic. 1. 3. *Uniciana*, Medic. 2. Dun. Vind. 1. *Viciniana*. Periz. et margo Rom. sec. *Umiciana*. Man. doct. in ora Steph. *Vindiciana*.—5 *Ult. crim.* Dun. Medic. 1. 3.

NOTÆ

hic fuit, ut clare dicit Seneca lib. VII. Quæst. Nat. cap. 21. ubi utriusque cursum describit. Tacitus lib. XV. 'De eo fine anni (ab Urbe condita 817. a Christo nato circiter 66.) vulgantur prodigia imminentium malorum, vis fulgurum non alias crebrior, et sidus cometes sanguine illustri semper Neroni expiatum.' De eo et Plinius lib. II. cap. 25.

[y] *Babilo*] Tacitus meminit cujusdam Babili, cui Præfecturam Ægypti Nero permiserit.

[z] *In capita procerum*] Vide in Claud. ad cap. 29. de hac superstitione.

[a] *Pisoniana, Romæ*] Piso ille præter nobilitatem multis et animi et corporis dotibus insignis, et gratia potens apud populum, multos ex primoribus, quos inter Senecam, licet insontem, secum traxit in ruinam: de quo fuse Tacitus lib. XV. ubi notat Subrium Flavium occulto consilio cum centurionibus agitasse, ut si Piso et socii Neronem obtruncassent, imperium Senecæ deferretur: unde forsan Juven. Sat. VIII. vs. 212. 'Libera si dentur populo suffragia, quis tam Perditus ut dubitet Senecam præferre Neroni?'

[b] *Viniciana*] Hæc Vinicii conspiratio non ita celebratur ab auctoribus: quæ enim de ea scripserat verisimiliter Tacitus, ea cum reliquo libro XVI. ejus Annalium ad nos usque non pervenere. Meminit quidem hic Auctor Vinicii Rufini equitis Romani, qui lege Cornelia de falsis a Nerone damnatus est. Beneventum Italiæ civitas, etiamnum hodie *Benevento* in regno Neapolitano.

[c] *Faterentur*] Inter quos Subrius

quam aliter illi non possent, nisi morte, succurrere, dedecorafo flagitiis omnibus. Damnatorum liberi Urbe pulsi, enectique veneno aut fame. Constat, quosdam cum pædagogis et capsariis [6] [e] uno prandio pariter necatos, alios diurnum victum prohibitos quærere. [37.] Nullus [7] posthac adhibitus dilectus aut modus interimendi, quoscumque libuisset, quacumque de causa. Sed ne de pluribus referam, Salvidieno Orfito objectum est, quod tabernas tres de domo sua circa Forum civitatibus ad stationem [f] locasset: Cassio Longino jurisconsulto, ac luminibus orbato, quod in vetere gentili [8] stemmate C. Cassii, percussoris Cæsaris, retinuisset imagines :[9] [g] Pæto Thraseæ,[h] tristior

Supra *detectaque* opt. Torr. Mox *ac fame* Voss.—6 *Cum de ped. et capsaris* Memm. *pædagogiis et cassariis* Camp. Statim *uno parricidio* Vind. 1.—7 *Nullius* Memm. Polit. *post hoc* Fouc. *posthæc* Medic. 3. Polit. quod placet Oud. Mox *Salvidie Norfito* Cop. *civitatis* Edd. Med. Ven. Bon.—8 Ern. rescripsit *gentis stem.* e Cuj. Voss. Cort. sive Lys. quibus astipulantur Medic. 2. Dun. Fouc. Vind. 2. Contra disputant Oud. et Wolf. *gentilis* Cop. Medic. 1. 3.—9 Ita legi voluerunt Græv. Burm. Oud. Ern. cum Memm. Pal. 3. Pith. Grosl. Polit. Medic. 2. Periz. Harlem. In reliquis et Edd. Junt. Arg. Ald. Steph. et recentt. *restituisset*. Alio ord. *imag. ret.* in Edd. nonnullis, etiam Burm. Oud. Ceterum Burm. mallet *imaginem*. Ern. conj. *C. et L. Cassii percussorum*

NOTÆ

ille Flavius, de quo plura et fortissima narrat Tacitus lib. xv.

[d] *Imputarent*] Hoc est, beneficii loco ponerent. Sic et Tacitus de Germanis, libro de moribus eorum: 'Gaudent muneribus, sed nec data imputant, nec acceptis obligantur,' &c. Juven. Sat. v. 'Fructus amicitiæ magnæ cibus, imputat hunc rex; Et quamvis rarum, tamen imputat.' Intelligit hic Sulpicium Asperum, qui 'percontanti Neroni cur in cædem suam conspiravisset, breviter respondens ait, non aliter tot flagitiis ejus subveniri posse.' Tacitus lib. xv.

[e] *Pædagogis et capsariis*] Illi quasi custodes erant puerorum nobilium, et capsulam cum libris deferebant.

[f] *Civitatibus ad stationem*] Plinius lib. xvi. cap. 44. et Victor in octava regione Urbis, referunt fuisse in foro municipiorum stationes. Quod autem hic civitatibus locatam dicit stationem, intelligendum est de legatis, qui negotia illarum Romæ curarent.

[g] *Imagines*] De imaginibus in Aug. ad cap. 4. Tacitus lib. xvi. dicit huic objectum fuisse, quod unam coluisset inscriptam Duci partium. De illo Cassio in Jul. cap. 80. Pro *restituisset* legunt alii *retinuisset*.

[h] *Pæto Thraseæ*] Hic ille est fortissimus Catonis æmulator, de quo Tacitus lib. xvi. sub finem, cum alia multa refert, tum hoc maxime quod 'trucidatis tot insignibus viris, ad extremum Nero virtutem ipsam excindere concupivit, interfecto Thrasea Pæto et Barea Sorano.' Ubi et

et pædagogi vultus.[10] Mori jussis non amplius, quam horarum spatium, dabat. Ac ne[1] quid moræ interveniret, medicos admovebat, 'qui cunctantes continuo curarent;' ita enim vocabat,[2] venas mortis gratia incidere. Creditur etiam polyphago[i] cuidam Ægyptii generis, crudam carnem,[k] et quicquid daretur, mandere assueto, concupisse vivos homines laniandos absumendosque objicere. Elatus inflatusque tantis velut successibus, negavit, 'quenquam Principum scisse, quid sibi liceret.' Multasque nec dubias significationes sæpe jecit,[3] ne reliquis quidem se parsurum Senatoribus; eumque ordinem sublaturum quandoque e Republica, ac provincias et exercitus Equiti[4] Romano ac libertis permissurum. Certe neque adveniens, neque proficiscens, quenquam osculo impertiit,[l] ac ne resalutatione quidem. Et in auspicando[m] opere Isthmi,[5] magna fre-

Cæs. imag. et desunt *C. Cassii* in Cop. Pro *stem.* Huls. *scemate.*—10 Verba *Pæto, &c.* usque ad *vultus* desiderantur in Camp. *ac pæd.* Vind. 1. Tum *horarium* Edd. Bas. Dol. Ant. Gryph. Casaub. Scriv. Schild. &c. contra consensum Mss. Restituit Burm. Profert Wolf. ex uno Guelph. *III. horarum*, numeri nota per *H* extrita.—1 *At ne* Vind. 1. Cuj. et Edd. ante Casaub. *admonebat* Pal. 3. Vind. uterque, Cort. Dun. a pr. m. cum aliis et Edd. usque ad Bas. Item *quid mors* in Huls. *e convivio cur.* Medic. 1.—2 *Vocabatur* Dun. Voss. Memm. in quo et *Ægypti*, Ed. Ven. 1. Mox in eodem Memm. *flatus infl. &c. successionibus.* Deest *elatus* Dun. *velut* ignorat Medic. 1. Vind. 1. Postea *quempiam* Medic. 1. *sibi* exulat a Periz. Harlem. Ed. Ven. 1.—3 *Ejecit* Vind. 2. Cort. Fonc. Conj. Heins. *adjecit*, Burm. *dedit*. In Medic. 1. Cop. desideratur *quandoque*, Fonc. *de Rep.*—4 Vind. 1. *equitibus*. Mox *impartivit* Vind. 1. Ed. Rom. sec. Vulgo *impertivit*. Nostr. lect. est recepta e Memm. Medic. 3. Polit. Vind. 2. Cort. Cop. Voss.—5 *Sthimii* Memm. *Thimii* Cop. *Isthmii* Voss. ac plures,

NOTÆ

alia huic objecta quam quæ narrat hic Suetonius. Thraseas ille duxerat Arriam filiam celeberrimæ illius Arriæ, de qua Martialis lib. I. Epig. 14. et maxime Plinius epist. 16. lib. III. Huic fœminæ cognatum et Thraseæ familiarem fuisse Persium poëtam refert Scholiastes in Persii vita.

[i] *Polyphago*] Comedoni cuidam insigni, cujusmodi helluones dicuntur quoque phagones. Exemplum est memorabile apud Vopiscum in Aureliano.

[k] *Crudam carnem*] Scribit Laërtius hac etiam frequenter usum Diogenem Cynicum.

[l] *Osculo impertiit* [*impertivit*] Ut discedentes solebant. Vide in Tib. ad cap. 10. et Aug. cap. 34.

[m] *Auspicando*] Inchoando. Supra ad cap. 8.

quentia clare, 'Ut sibi ac populo Romano bene res verteret,' [n] optavit, dissimulata Senatus mentione. [38.] Sed nec populo, aut mœnibus patriæ pepercit. Dicente quodam in sermone communi:[6]

'Εμοῦ θανόντος [o] γαῖα μιχθήτω πυρί·

'immo,' inquit, ἐμοῦ ζῶντος.[b] Planeque ita fecit. Nam, quasi offensus deformitate veterum ædificiorum, et angustiis flexurisque vicorum,[p] incendit Urbem tam palam, ut plerique consulares cubicularios[7] ejus, cum stuppa tædaque in prædiis suis deprehensos, non attigerint: et quædam horrea circa domum Auream,[q] quorum spatium maxime desiderabat, [ut][8] bellicis machinis labefactata[9] atque inflam-

[b] *Me moriente terra misceatur igni: Immo, ait, me vivente.*

cum Edd. Rom. Pro *clare* in Medic. 1. 3. Vind. 1. Cop. *dare*. Fonc. et Vind. 1. *sibi a pop*. Item *sen. intentione* Dun. Cuj.—6 Ern. ededit e Cort. et Vind. 2. *convicii*, eumque secuti sunt Brem. et Bip. Dein legit Turneb. ἐμοῦ δὲ ζῶντος. In Ed. Lugd. omissis Græcis, *me moriente terra cremetur igni*, *immo inquit*, *me vivo*, *plane ita fecit*. Ed. Camp. pro ἐμοῦ ζῶντος habet ἑκατουβελετες, desumtum e cap. seq. In eadem et Vind. 1. Dun. Cuj. Periz. Ed. Ven. 1. *plane itaque fec*. Ven. 2. 3. *plane ita*.—7 *Cubicularesque* Vind. 1. Harlem. Periz. Edd. Ven. 1. Gryph. Plant. Col. *cubiculares* Ven. 2. 3. Bas. Dol. In multis *stupa*. Ceterum pro *prædiis* Burm. mallet *ædibus*.—8 Torr. cum Lips. legebat *vi bell*. et ita ediderunt Bas. et seqq. Gron. conj. *desiderabatur bell*. quod non displicet Burm. Putat Oud. excidisse quædam, ex. gr. *ut et templa*, vel simile. Sed plerique proscribendam duxere particulam *ut*, ideo uncinis inclusit Baumg. —9 *Labefacta* in O. Mss. excepto Memm. item in Edd. usque ad Ald. atque

NOTÆ

[n] *Bene res verteret*] Bene ominandi formula est, de qua jam supra in Calig. cap. 15. Virgilius, 'bonum sit,' Persius 'hoc bene sit,' &c.

[o] 'Εμοῦ θανόντος, *&c.*] Versus hic et inter voces execrabiles aliis multis in ore fuit, ut de Tiberio narrat Dio lib. LVII. Rufino Claudianus: 'Everso juvat orbe mori, solatia leto Exitium commune dabit.'

[p] *Angustiis flexurisque vicorum, &c.*] Ita et Tacitus lib. XV. 'Impetu pervagatum incendium, plana primum, deinde in edita assurgens, rursus inferiora populando, anteit remedia velocitate mali, et obnoxia urbe arctis itineribus hucque et illuc flexis atque enormibus vicis, qualis Roma fuit.' Cujus causa colligitur ex Livio, quod nempe post urbem a Gallis incensam, rursum ædificandi festinatio dirigendorum curam vicorum ademisset: quod et confirmat Tacitus ibid. 'Urbis quæ domus supererant, non ut post Gallica incendia, nulla distinctione nec passim erectæ, sed dimensis vicorum ordinibus,' &c.

[q] *Domum Auream*] Supra cap. 31.

mata sint, quod saxeo muro constructa erant. Per sex dies septemque noctes ea clade sævitum est, ad monumentorum bustorumque deversoria [r] plebe compulsa.[10] Tunc, præter immensum numerum insularum,[s] domus priscorum ducum arserunt, hostilibus adhuc spoliis adornatæ,[t] Deorumque ædes, ab regibus,[1] ac deinde Punicis et Gallicis bellis votæ dedicatæque, et quicquid visendum atque memorabile ex antiquitate duraverat. Hoc incendium e turre [2] Mæcenatiana [u] prospectans, lætusque 'flammæ,' ut aiebat, 'pulchritudine,' ἅλωσιν [3] [v] Ilii in illo suo scenico habitu decanta-

in eam lectionem pronior est Oud. Statim Lips. conj. *nec inf.* vel *atque infirmata*. In Edd. Casaub. Schild. *saxea*, operarum vitio, ut judicat Oud.—10 *Convulsa* Huls. Pro *ducum* dant *dum* Memm. Medic. 1. *dm* Medic. 3. *deum* Cop. sed Vind. 2. Cort. *ducum demum*. Inverso ord. Fouc. *duc. dom. pr.*—1 Cop. et Medic. 1. 3. *ac reg*. Tum *ac Gall.* Edd. Casaub. et seqq. etiam Burm. contra Mss. plerosque et Edd. priores. Mox *deditaque* Memm. Medic. 3. *dedicatæ* suadet Salm. ut in Ed. Ven. 1.—2 Ita rescripsit Oud. fide Mss. Pal. et omnium suorum ac Vett. Edd. Al. *turri*, etiam Wolf. *ex turre* Periz. *curte* Pal. 2. *e* deest Vind. 1. in quo itidem est *Mæcenatica*, cum Periz. a m. pr. et Edd. ante Casaub. demtis Rom. In Cop. *ex urbe Mecen.*—3 Mss.

NOTÆ

[r] *Bustorumque deversoria*] De bustis paulo supra ad cap. 33. Locus fuit Romæ in quarta urbis regione cui nomen 'Busta Gallica,' de quo intelligi potest locus hic Suetonii, ut revera Beroaldus intellexit: quamvis enim Lunæ templum in eadem regione constructum arsisse Tacitus affirmet, fieri tamen potest ut populo perfugium fuerit in locum illum, tum quia proximum, tum quia apertum et amplum fuisse verosimillimum est, ubi proinde nihil adversus ignes periculi.

[s] *Immensum numerum insularum*] De insulis supra non semel. Videbatur 'Nero condendæ urbis novæ et cognomento suo appellandæ gloriam quærere. Quippe in regiones quatuordecim Roma dividitur, quarum quatuor integræ manebant, tres solo tenus dejectæ, septem reliquis pauca tectorum vestigia supererant lacera et semiusta: domuum, insularum, et templorum numerum inire haud promtum est.'

[t] *Hostilibus adhuc spoliis adornatæ*] Ex more antiquo foribus domorum illustrium appendebant spolia a se relata.

[u] *E turre Mæcenatiana*] Antii erat ab initio incendii, unde non prius rediit quam ignis domui suæ propinquaret. Turris illa erat in Esquiliis, quousque domum suam Nero continuarat. Ex hac Mæcenas agros quosdam suos et ipsam urbem ferme totam prospiciebat. Horatius Ode 29. lib. III. 'Fastidiosam desere copiam, et Molem propinquam nubibus arduis: Omitte mirari beatæ Fumum et opes strepitumque Romæ.'

[v] *Ἅλωσιν*] Hoc est, *Trojæ expugnationem*, quod et rumore percrebuisse

vit. Ac ne non hinc quoque,[4] quantum posset prædæ et manubiarum, invaderet, pollicitus cadaverum et ruderum gratuitam egestionem, nemini ad reliquias rerum suarum adire permisit; collationibusque[5] [w] non receptis modo, verum et[6] efflagitatis, provincias privatorumque census prope exhausit. [39.] Accesserunt tantis [x] ex Principe malis probrisque quædam[7] et fortuita: pestilentia unius autumni, quo triginta funerum millia in rationem[8] Libitinæ [y] venerunt: clades Britannica, qua duo præcipua op-

[c] *Et ne ex hac calamitate non raperet etiam quantum posset spoliorum, et manubiarum, promisit se gratis egesturum cadavera et rudera, atque hoc prætextu nemini permisit accedere ad reliquias bonorum suorum quærendas.*

---

tantum non O. cum Edd. Rom. Latinis dant literis *halosin*, probante Torr. uti et *halosim* Edd. Vett. *ibi* Vind. 1. in quo *decant. et in illo s. s. h.* quo ordine etiam Medic. 2. Dun. Periz. Harlem. cum Edd. priorib. Casaubono. In Ald. *illi in.*—4 Deest *quoque* Edd. Rom. Postea *nemini quidem* Vind. 1. qui caret τῷ *suarum.*—5 Torr. ex uno Cod. legi voluit *permisit*. *Collationibus non*. Ern. etiam punctum ponit ante *collat.* quem secuti Bip. *collatoribusque* Pal. 1.—6 Carent *et* uterque Vind. Periz. Harlem. et Edd. sæc. xv. *afflagit.* Memm. *et flagit.* Harlem.—7 *Quodam* Memm. Iterum desideratur *et* in Fonc. Periz. Harlem. et Edd. ante Bas. *unius* abest a Vind. 2. Fonc. Dein *qua trig.* Edd. Vett. fere O. etiam Græv. pr. *trecenta* reposuit Lips. probante Broukh.—8 *Ratione* Junt. Lugd. Arg. Mox *sociorumq.* non habet Vind. 1. Torr. vellet *civium R. socior.* Tum *Armeniam* Voss. *mirum vel* Edd. sæc. xv. exceptis

NOTÆ

ait Tacitus, et alii tradidere hoc consilio incensam urbem, ut melius quale fuisset incendium Trojanum sibi fingeret. Servius et Juvenalis innuunt Troica a Nerone scripta, unde colligere est hanc halosin ab ipso compositam.

[w] *Collationibusque*] Ut unusquisque pro modo rei suæ conferret.

[x] *Tantis*] Quæ narrata sunt a capite 26. ad hoc usque, quod more suo proposuerat.

[y] *Rationem Libitinæ*] Romæ templum fuit Libitinæ Veneris, in quo jam inde a Numæ temporibus vendebantur vel locabantur quæ ad funera pertinebant, auctore Plutarcho in Rom. Quæst. 23. Unde Libitinarii dicti sunt qui ea curabant, quales designatores, pollinctores, præficæ, sandapilarii, &c. Ibi Servius Tullius, auctore Dionysio Halicarnasseo lib. xiv. instituit ærarium Veneris Libitinæ, in quod certi pretii nummos pro singulis defunctis inferri jusserat, quemadmodum pro recens natis in templum Ilithyiæ seu Lucinæ Junonis, et in templum Juventutis pro iis qui sumta virili toga referri in viros inciperent: ut autem multitudinis urbanæ numerum apprime nosset, tabularii in singulis erant, tum accipiendæ pecuniæ, tum conficiendis acceptæ rationibus præpositi. Quibus patet mortuorum hac pestilentia civium rationem haberi facile potuisse: patet et-

pida,[z] magna civium sociorumque cæde,[a] direpta sunt: ignominia ad Orientem, legionibus in Armenia sub jugum missis, ægreque Syria[b] retenta. Mirum, et vel præcipue notabile[9] inter hæc fuerit, nihil eum patientius,[c] quam maledicta et convicia hominum, tulisse; neque in ullos leniorem,[10] quam qui se dictis aut carminibus lacessissent, extitisse. Multa Græce[1] Latineque proscripta aut vulgata sunt, sicut illa:

Νέρων, 'Ορέστης,[d] *'Αλκμαίων,*[2] *μητροκτόνοι.*
Νεόνυμφον,[3] *Νέρων, ἰδίαν μητέρ', ἀπέκτεινεν.*

Rom. aliæque.—9 *Nobile* Huls. *inter hoc* Periz. Harlem. Edd. Rom. Med. Ven. Statim vulgo legitur *fuit*, sed illud firmant Memm. Nonn. Medic. Cop. Voss. Cuj. cum Edd. Lugd. Steph. Reposuit Gron. astipulantib. Ern. Oud. *fuerat* Dun.—10 *Leviorem* Medic. 1. a m. pr. cum Camp. *qui edictis* Medic. 1. Fouc. *ac carm.* Voss. Abest *exstit.* ab utroque Vind. Periz. Harlem. Ed. Ven. 1.—1 *Græca* edidit Gron. *perscripta ac* in uno Torr. qui probat *ac.* In Fouc. *ut sunt illa.*—2 *'Αλκμέων* Medic. *'Αλκμήων* Edd. Rom. Dein in Medic. Cop. et Edd. Vett. quæ eam vocem habent, *μητροκτόνος*: nam Camp. non agnoscit, et uterque versus exulat a Vind. 1. et Edd. Ven.—3 Guj. cum Torr. hunc vers. secund. a sciolo adjectum putat. Alii, ut Oud. Bip. sejungendum a priori curaverunt. Turneb. e duob. Codd. placuit *νεόψηφον*, Adv. xxiv. 6. et ita dant Memm. Pal. 1. *νεοίνοον* Pal. 2. *νεόνουμφον* Camp. *νεονύμφην* Rom. sec. *νεονύμφων* Bon. Item *μητέρα* habent Ven. Ald. Gryph. Plant. al. Græv. hoc modo locum refinxit: *Νέρων νεόψηφον ἰδίαν μητέρ' ἀπέκτανε.* D'Orvill. corr. *νεόνυμφον ὁ Νέρων τήν τε μητέρ' ἔκτανε*, vel *νεόνυμφον ἰδίαν μητέρα Νέρων ἔκτανε.* Mallet Baumg. cum Torr. *νεόνυμφος*, ut amoveatur duplex epitheton, dein mutato verborum ordine, quod jam suaserunt Oud. et Ern. legend. *Νεόνυμφος ἰδίαν μητέρ' ἀπέκτεινεν Νέρων.* Ceterum in Medic. Polit. Vind. 2. Cort.

NOTÆ

iam qua de causa libitinarii dicantur passim multorum mortem exoptare, &c.

[z] *Duo præcipua oppida*] Ea fuere, teste Tacito lib. xiv. Camulodunum, hodie *Colchester*, et Londinium, quibus addit municipium Verulamium, quod forte *Cap de Saint André*, in ora Scotiæ orientalis.

[a] *Civium sociorumque cæde*] Qui ibi negotiabantur, 'ad septuaginta millia civium et sociorum, iis quæ memoravi locis, occidisse constitit,' inquit ibidem Tacitus: quæ tanta clades ex militum veteranorum petulantia et crudelitate orta est.

[b] *Syria*] Tacitus lib. xiv. et xv. auctor est hanc non modo retentam, sed et domitam Armeniam Corbulonis ductu.

[c] *Patientius*] Patienter quidem, sed et graviter et multo cum dolore, licet occultato, ferebat convicia, ut diserte innuit Tacitus lib. xv. ubi de responsione Subrii Flavii, de quo supra ad cap. 36. 'Nihil illa conjuratione gravius accidisse auribus Neronis constitit, qui ut faciendis sceleribus promtus, ita audiendis quæ faceret, insolens erat.'

[d] *'Ορέστης*] Quasi alter Orestes, qui matrem Clytæmnestram occide-

Quis negat,[4] Æneæ [e] magna de stirpe Neronem?
Sustulit hic matrem, sustulit ille patrem.
Dum tendit citharam [f] noster, dum cornua [g] Parthus,[5]
Noster erit Pæan,[h] ille ἑκατηβελέτης.[d]

[d] *Nero, Orestes, Alcmæon matricidæ, novam sponsam Nero propriam matrem occidit. Quis inficiatur de illustri stirpe Æneæ Neronem esse? Hic sustulit matrem, ille patrem sustulit. Dum noster tendit citharam, dum Parthus tendit cornua, noster erit Apollo, Parthus vero a longe jaculans.*

Cuj. ἀνέκτεινε, Ed. Plant. ἀπέκτεινον.—4 *Neget* Ed. Torr. probante Oud. sed invitis Codd. Conj. Burm. *magni*.—5 In Vind. 1. *Phœbus*, et pro *Pæan*, Harlem. *Pan*. Dein Latinis literis *hecatebeles* Memm. cum plerisque Mss. et

NOTÆ

rat, supra ad cap. 21. et alter Alcmæon, qui Amphiarai filius consciam necis paternæ matrem Eriphylen necavit, et Orestis instar furore correptus est. Non patet autem cur novum sponsum appellet, si legas νεόνυμφος, an propter Pythagoræ, Spori, vel Poppææ matrimonium. Hinc Torrentio totus ille versus videtur insulsus. Placet, inquit Casaubonus, νεόνυμφον legi, ut in codice Viterb. Nam objicit Neroni auctor versiculi incestum cum matre, de quo cap. 28.

[e] *Quis negat, Æneæ*] Nemo nescit Anchisen humeris Æneæ filii elatum ex incendio Trojano erupisse. Virgil. II. Æneid. 'Ergo age, care pater, cervici imponere nostræ; Ipse subibo humeris, nec me labor iste gravabit.' Scomma est in diversa significatione verbi tollere, scilicet occidere seu tollere e medio, et ferre seu portare. Vide in Aug. ad cap. 12.

[f] *Dum tendit citharam*] Patet hæc disticha vario tempore edita fuisse, ut ferebant eventus varii. Hoc verosimiliter factum est, cum Vologeses Parthorum rex, victo in Armenia Pæto, Romanas legiones sub jugum miserat, hoc ipso tempore quo 'Romæ tropæa de Parthis arcusque medio Capitolini montis sistebantur; decreta ab Senatu integro adhuc bello,' ut ait Tacitus initio lib. XV. Sensus igitur epigrammatis est, dum Imperatores Romanus et Parthus sua quisque ratione tendunt organa sua, noster scilicet citharam, ut eam argute pulset in certaminibus musicis; Parthus vero cornua sua, quibus suos ad vera prælia inflammet, noster verus erit Pæan, sed tantum modulandis suave cantilenis peritus, Parthus autem erit verus de longe jaculator. Ἑκατηβελέτης enim, sive ἑκατηβόλος id significat, et est vulgare Apollinis epithetum, quod radios suos tanquam sagittas vibret.

[g] *Cornua*] Hæc apud Parthos erant tympana quædam ingentia cum ferreis tintinnabulis, quæ lanci concavæ (corio scilicet undique protenso) clavis æneis affixa erant. His eorum animi ad pugnam acuebantur, quæ simul ac diverberata erant, ignoto et horribili sono tonitrus instar intonabant. De quibus congruentius videtur intelligere locum hunc, quam de corneo arcu, aut de cornibus arcus.

[h] *Pæan*] Sic Apollo dicitur passim apud auctores.

Roma domus[i] fiet: Veios[6] migrate, Quirites,
Si non et Veios occupat ista domus.

Sed neque auctores[7] requisiit: et quosdam per indicem delatos ad Senatum, affici graviore pœna prohibuit. Transeuntem[8] Isidorus Cynicus in publico clara voce corripuerat, 'quod Nauplii[9] mala[k] bene cantitaret, sua bona[l] male disponeret.' Et Datus, Atellanarum histrio,[m] in cantico quodam, *ὑγίαινε πάτερ*,[10] *ὑγίαινε μῆτερ*,[e] ita demonstrave-

[e] *Vale pater, vale mater.*

Edd. *hecate beltis* Voss.—6 *Vehios* uterque Vind. Cort. bis. Item *coloni* pro *quirites* Vind. 1. *si nos et V.* Edd. Sab. Lugd. Junt.—7 *Auct. horum versuum* Fouc. *istorum versuum auct.* Vind. 2. Cort. plane ex glossa, judice Oud. Statim *re requisivit* Vind. 1. qui caret *τοῖς ad senatum*. Vulgo *requisivit*. Illud habent Memm. Medic. &c. *per judicem* Fouc.—8 Post *transeunt.* vulgo additur *eum*, quod cum Ern. et Bip. delevit Baumg. et deest Edd. Rom. Oud. conj. legend. *cum*, vel eam particulam excidisse suspicatur, *Hisid.* Periz. Harlem. Ven. 1. Mox *corripuit* Vind. 1.—9 *Naupli* Mss. O. et Vett. Edd. Placet Urs. *naublide* ex suo Cod. *Naucli* Edd. Ven. 2. 3. Tum *Atellana* Medic. 1. *Dajus* mallet Pigh. ad Inscrip. Grut. p. 589.—10 Πατὴρ et *μάτηρ* Memm. *πατὴρ* etiam Medic. tr. Vind. 2. Cort. *μήτηρ* Medic. 1. 3. Cort. *μετηρ*

NOTÆ

[i] *Roma domus, &c.*] Patet hoc disticho perstringi amplitudinem domus Aureæ, de qua supra cap. 31. Veii antiqua Etruriæ civitas, trecentorum Fabiorum cæde insignis, capta a Camillo post decem annorum obsidionem; huc se conferre olim Romani voluerant, urbe a Gallis capta et incensa. Locus hodie est *Veiana*, aliis *Marteniano*.

[k] *Nauplii mala*] Hoc est, tragœdiam ejus nominis, qua exponebantur mala Nauplii, qui Palamedis pater, dolore percitus propter occisum a Græcis filium, ut se tandem et illum ulcisceretur, cum classem Græcorum tempestate agitari scivisset, Caphareum Eubœæ promontorium noctu conscendit, ibique elevata facula errantibus navigiis speciem vicini portus ostendit, qua decepti Græci asperrimos inter scopulos naufragium pertulere. Hinc Propertius lib. IV. Eleg. I. 'Nauplius ultores sub noctem porrigit ignes, Et natat exuviis Græcia pressa suis:' et Virgilius innuit lib. XI. 'Euboicæ cautes, ultorque Caphareus.'

[l] *Sua bona*] Vel imperii, vel animi, sed hujus potius; nam Cynicus ille philosophus id exprobrasse videtur exemplo Diogenis, qui temporis sui musicos arguebat, quod cum lyræ chordas aptare congrue nossent, animi mores inconcinnos haberent; et grammaticos, quod Ulyssis mala investigantes, ignorarent sua.

[m] *Datus, Atellanarum histrio*] Datus nomen proprium fuisse affirmat Torrentius ex veteri marmore, in quo *Dates*.

rat,[n] ut bibentem natantemque faceret, exitum[1] scilicet Claudii Agrippinæque significans: et in novissima clausula,[2]

Orcus[o] vobis ducit pedes,

Senatum gestu notaret.[3] Histrionem et philosophum Nero nihil amplius, quam Urbe Italiaque summovit, vel contemtu omnis infamiæ, vel ne fatendo dolorem irritaret ingenia. [40.] Talem Principem[4] paulo minus quatuordecim annos perpessus terrarum orbis, tandem destituit; initium facientibus Gallis,[5] duce Julio Vindice,[p] qui tum eam provinciam Proprætore obtinebat. Prædictum a mathematicis Neroni olim erat, fore, ut[6] quandoque destitueretur: unde

Medic. 2. In multis Græca sunt omissa. Postea *nantemque* Edd. Rom. Hæc vox deest Harlem. *vacantemq.* Fouc.—1 *Exitium* Medic. 2. Vind. uterque, Fouc. Cuj. Ed. Rom. sec. Vulgo *exit. C. Claud.* quod natum ex nota *s.* aut *sc.* qua signatur in Mss. vox *scilicet*, monuit Oud. Emendavit Casaub. cum plerisque Mss. *exit. Claud.* Fouc. Voss. Ed. Bas.—2 *Clausa* Edd. Rom. cum duob. Torr. Dein *Ortus* Medic. 2. a m. pr. Ed. Ven. 1. Sab. *orchis* tentavit. Pro *vobis* Polit. in marg. Med. pr. notavit *bubus*.—3 *Notarent* Harlem. Vind. 1. Edd. Ven. Mallet Burm. *notarat*. Mox *Urbe Galliaque Italiaque* Vind. 1. *dolores* Pal. 1. *omnis* abest a Cop.—4 *Principem* ignorant Cuj. Dun. Tum *per XIV. ann.* Edd. Bas. Gryph. Col. Plant. et al. Delebat præpositionem Lips. *quarto decimo anno p. orb. terr.* Vind. 1. *annis* Vind. 2. Cort. Fouc.—5 Burm. mallet *Galliis* v. *Gallicia.* Eum refutant Ern. et Oud. Dein *proprætor* Edd. Sab. Cald. Beroald. *prædict. et a* Vind. 2. Cort.—6 *Forte ut* Harlem. Postea

NOTÆ

[n] *Demonstraverat*] Gestibus expresserat Claudium bibentem, quod potu etiam venenum hausisse creditus est, supra in Claud. cap. 44. et Agrippinam natantem, quod natando naufragium evaserat, ut supra de navi solutili cap. 34.

[o] *Orcus, &c.*] Verba sunt ipsa clausulæ, quibus exitium etiam Senatoribus a Nerone paratum indicabat, ut supra c. 37. Orcus enim Pluto est, ut Virgil. 'pallidus Orcus Eumenidesque satæ,' &c. Unde Nero quasi alter Pluto notatur, qui Senatorum pedes ducat; pedibus enim efferuntur mortui. Hoc ipso convicio Verrem insectatus est Cicero, Orcum illum appellans.

[p] *Julio Vindice*] Hic Galbam literis hortatus est ad capessendum imperium: centum enim in Galliis armatorum esse millia, et plura fore, si res exigeret, et ipse validissimo illi corpori se caput adjungeret, ut fuse Plutarchus in Galba: sed dum Rufo Virginio, qui nullum, nisi quem Senatus dixisset, imperatorem prædicabat, obsistit, victus ipse se interemit, et Virginius, audita Neronis morte, Galbæ cessit imperio. Vide infra in Galba cap. 9. et 11. Juvenalis Sat. VIII. vs. 221. &c.

illa vox ejus celeberrima, τὸ τεχνίον [q] πᾶσα γαῖα τρέφει·[f] [7] quo majore scilicet[8] venia meditaretur citharœdicam artem, Principi sibi gratam, privato necessariam. Spoponderant[9] tamen quidam destituto Orientis dominationem,[r] nonnulli nominatim regnum Hierosolymorum,[10] plures omnis pristinæ fortunæ restitutionem. Cui spei pronior, Britannia Armeniaque amissa, ac rursus utraque recepta, defunctum se fatalibus malis existimabat. Ut vero, consulto Delphis Apolline,[s] septuagesimum ac tertium [1] annum cavendum sibi, audivit, quasi eo demum obiturus, ac nihil conjectans de ætate Galbæ,[t] tanta fiducia non modo senectam, sed etiam

[f] *Artem minimam omnis terra nutrit.*

illa uxor ej. Dun.—7 Pro tribus ultimis vocib. in Memm. ἡμᾶς διαθρέψει, et ita Mss. Turneb. Adv. xxiv. 6. Lisl. Pal. duo et Cuj. (nisi quod in Cuj. sit τρέφει) probante cum Turnebo Torr. In Medic. 3. εμασαιατρεψει, Medic. 1. πᾶσα δαα τρέφει, Voss. ημασαιατρεφει. Ed. Camp. ἀντεφ. Erasm. corr. τὸ τεχ. γε πᾶσα γαῖ' ἀνατρέφει, quæ lectio, vel γαῖα διατρέφει placet Oud. Conj. Gui. τὸ τεχ. ἡμᾶς τοι πᾶσα γαῖα διατρέφει. Sab. legit τέκνιον. In ejus Edd. Ven. 2. 3. Med. pr. Cald. omissis Græcis: *tota terra nutrit minimam artem sive articulam.* Paulo aliter in Lugd. Is. Voss. ad oram libri scripsit: τὸ τεχ. ἡμ. ἀεὶ τρέφει vel διατρέφει.—8 Vulgo ante Græv. non legebatur *scilicet.* Inserunt eam vocem Memm. Medic. 2. 3. Cort. Voss.—9 Ita tres Torr. Medic. Vind. 2. Cort. Voss. Polit. Dun. Fouc. Vulgo *spoponderunt* (Cop. *spopondere*) et mox *destit. ei ordinationem Orient.* Sed *ei* omittunt Memm. Mss. Torr. Pulm. Casaub. Burm. et Oud. præter Harlem. Periz. cum Edd. Vett. *dominat.* exhibent Codd. Casaub. Grut. Medic. 1. 3. Polit. Vind. Voss. Fouc. Periz. marg. Dun. Cop. Huls. Ed. Ven. 1. In nonnullis alio ord. *dom. Or.* vel *Or. ordin.* Receptam lect. præeunte Casaub. stabiliunt Oud. Ern. aliique.—10 *Regn. etiam Hierosolimarum* Vind. 1. *omnem* Edd. Rom. *pristinæ* deest Medic. 1. Mox pro *spei* habet *spem* Vind. 1. *defunctumque* Medic. 1. Cop. in quo *e consulto.*—1 Periz. cum Edd. Vett. *et tert.* Edd. Rom. *audiverit.* Dein *cum eo* Vind. 1. unde

NOTÆ

[q] Τεχνίον, *&c.*] Turnebus ex suo codice legebat τὸ τεχνίον ἡμᾶς διαθρέψει, *ars minima nutriet nos:* quod et Casaubonus in suis agnoscit. Et ipse Nero sic loquitur apud Dionem, ubi deliberat num commigrandum sit Alexandriam.

[r] *Dominationem*] Torrentii codices et vulgati *ordinationem.* Quod potest, ut in Jul. cap. 40. et Aug. cap. 13. &c. De Britannia et Armenia cap. 38.

[s] *Delphis Apolline*] Oracula tunc temporis multo rariora quam fuissent priscorum Græcorum temporibus. Cicero lib. II. de Divinatione 175. testatur jamdiu silere cœpisse hunc Apollinem, et Plutarchus peculiari opere de Oraculorum defectu, nonnisi pauca, sed tamen aliqua suo ævo superfuisse auctor est.

[t] *Galbæ*] Qui natus annos septuaginta tres imperium ei ademit: unde patet oraculi amphibolia, qualis altera legitur apud Ciceronem ibidem.

perpetuam singularemque concepit felicitatem, ut, amissis naufragio pretiosissimis rebus, non dubitaverit inter suos dicere, 'pisces eas[u] sibi relaturos.' Neapoli de motu Galliarum cognovit die ipso,[v] quo matrem occiderat: adeoque lente ac secure[2] tulit, ut gaudentis etiam suspicionem præberet, tanquam occasione nata[3] spoliandarum jure belli opulentissimarum provinciarum. Statimque in[4] gymnasium[w] progressus, certantes athletas effusissimo studio spectavit. Cœnæ quoque tempore interpellatus tumultuosioribus literis, hactenus excanduit, ut malum iis, qui descissent,[x] minaretur. Denique per octo continuos dies non rescribere cuiquam,[5] non mandare quid aut præcipere conatus, rem silentio obliteravit. [41.] Edictis tandem Vindicis[6][y] contumeliosis et frequentibus permotus, Senatum epistola in ultionem sui Reique publicæ adhortatus est, excusato languore faucium, propter quem non adesset.

conj. Oud. *in eo.*—2 *Et secure* Fouc. Tum *gaudendi etiam* præbent Medic. 2. Vind. uterque, Periz. Harlem. Voss. cum duob. Pulm. Edd. Rom. Ven. Med. Lugd. Junt. Ald. Arg. Steph. *gaudentibus* Medic. 1. 3. Polit. Cort. Vind. 2. in marg. Cop. Huls. Cuj. Item *speciem præb.* in marg. Ant. Gryph. quod Burm. arridet.—3 *Occasione nactus* Vind. 2. *occasionem nactus* Cort. seu Lys. Fouc. non improbante Ern. *nata etiam spol.* Harlem.—4 Deest *in* Vind. 1. *his qui* Mss. plerique et Edd. Vett. Statim *descicisissent* Vind. 1. *desisssent* Polit. *desiissent* Harlem. Peris. Edd. Rom. Ven. Med. Lugd. &c. *dedissent* Cort. Vind. 2. in marg. et aliquot Torr. quod ipsi non displicet. In aliis Torr. *descendissent.*—5 *Cui* Dun. Harlem. cum Edd. sæc. xv. *mandere* et *percipere* Medic. 2. Abest *præcip.* a Fouc.—6 *Edict. tamen juridicis* Fouc. Tum *et cont. et freq.* probat Torr. ex duob. Codd. Item *senatus* Fouc. Mox *est* non habet Cop.—

NOTÆ

[u] *Pisces eas, &c.*] Alludit ad singularem illam Polycratis Samiorum tyranni felicitatem, 'qui semel duntaxat vultum mutavit, perquam brevi tristitiæ salebra succussum, tunc cum admodum gratum sibi annulum de industria in profundum, ne omnis incommodi expers esset, abjecit, quem tamen continuo recepit, capto pisce qui eum devoraverat.' Valerius Maximus lib. vi. cap. 11. De quo et Plinius lib. xxxvii. cap. 1. et ultimo. Cicero iii. et v. de Finibus, et omnium primus Herodotus lib. iii.

[v] *Die ipso*] Hoc est, eodem et mensis et alterius anni die: erat enim Baiis, non vero Neapoli, cum matrem occidit, ut supra cap. 34.

[w] *Gymnasium*] Locus exercendis athletis.

[x] *Descissent*] Torrentii Mss. *desiissent*, alii *descendissent*: omnium, ut videtur, optime qui *dedissent* legunt.

[y] *Edictis tandem Vindicis*] Edicta dicuntur, quia Proprætor erat. Vide in Jul. ad cap. 9. &c.

Nihil autem æque doluit, quam ut malum se citharœdum[7] increpitum,[z] ac pro Nerone Aënobarbum appellatum. Et nomen quidem gentile, quod sibi per contumeliam exprobraretur, resumturum se professus est, deposito adoptivo.[a] Cetera convicia, ut falsa, non alio argumento refellebat, quam quod etiam inscitia sibi[8] tanto opere elaboratæ perfectæque a se artis objiceretur; singulos subinde rogitans, 'nossentne quenquam præstantiorem.' Sed urgentibus aliis super alios nuntiis,[9] Romam prætrepidus rediit. Leviterque modo in itinere frivolo auspicio mente recreata, cum annotasset, insculptum monumento militem Gallum ab Equite Romano oppressum trahi crinibus, ad eam speciem exsiluit gaudio, cœlumque adoravit.[b] Ac ne[10] tunc quidem aut Senatu aut populo coram appellato, quosdam e primoribus viris domum[1] evocavit: transactaque raptim consultatione, reliquam diei partem per organa hydraulica[c]

7 Ita Memm. Medic. Polit. Vind. 2. Fouc. Dun. cum quatuor Burm. Vulg. *cith. mal. se.*—8 Inseruerunt *τὸ sibi* Ern. et Oud. auctorib. Memm. Medic. Dun. Fouc. Cop. Cort. Cuj. Polit. et opt. Torr. In ejusdem alio, *tanto tempore.* Dein *elabor.* ediderunt Ern. Bip. Wolf. ex emendatione Burm. Vulg. *laboratæ.*—9 Edd. Schild. *aliis n.* Huls. *nuntios.* Mox *ad eamdem spec.* Vind. 1. *exsilivit* Vind. 2. Cort. Cuj. Paulo ante *Galbum* pro *Gallum* Dun.—10 *At ne* Medic. 3. Vind. 1. Tum pro *appellato* duo libri Torr. cum marg. Gryph. et Plant. *adorato.*—1 Sic cum Edd. Bon. et Steph. Casaub. et seqq. exhibuere pro vulg. *demum*, ac confirmatur a Medic. 2. 3. Vind. Torr. Cort. aliisque. In

NOTÆ

[z] *Increpitum*] Summa orationis hujus legitur apud Philostratum libro v. de vita Apollonii Tyanei cap. 3. ubi recensitis plerisque Neronis sceleribus, negat iis annumerandam esse matris cædem, utpote meritas perpessæ pœnas, quæ tale monstrum genuisset.

[a] *Deposito adoptivo*] Neronis scilicet, quod susceperat adoptatus a Claudio, ut supra cap. 11. de gentilibus in Tib. ad cap. 1.

[b] *Adoravit*] Eorum more qui augurium accipiebant: ita et apud Virgilium III. Æneid. Æneas 'tendoque supinas Ad cœlum cum voce manus,' &c.

[c] *Organa hydraulica*] Videtur potius loqui de instrumentis illis quæ nos simpliciter *organa* dicimus, qualia in Claudio ad cap. 21. quam de aliis machinis aquæ ingeniose quodam artificio transfundendæ comparatis, qualis antlia v. g. de qua in Tib. ad cap. 51. Videtur hæc phrasis manca aut saltem insolens; unde Casaubono visum est sic legere, *Reliqua diei parte eos per organa novi et ignoti generis circumduxit.*

novi et ignoti generis circumduxit: ostendensque[2] singula, de ratione ac difficultate cujusque disserens, jam[3] se etiam prolaturum omnia in theatrum affirmavit, si per Vindicem liceat. [42.] Postquam deinde etiam[4] Galbam et Hispanias descivisse cognovit, collapsus, animoque male fracto,[5] diu et sine voce, et prope intermortuus[6] jacuit. Utque resipuit,[d] veste discissa,[7][e] capite converberato, 'actum de se,' pronuntiavit: consolantique nutriculæ, et aliis quoque jam Principibus similia accidisse memoranti, 'Se vero præter ceteros inaudita et incognita pati,' respondit, 'qui summum[8] imperium vivus amitteret.'[f] Nec eo secius quicquam ex consuetudine luxus atque desidiæ omisit, vel imminuit.[9] Quin immo, cum prosperi quiddam ex provinciis nuntiatum esset, super abundantissimam cœnam

Voss. *donum.*—2 *Ostenditque* Codd. Torr. et ita Lips. Supra *transjactaque* Huls. Conj. Casaub. legend. *reliqua d. parte eos per o. h.* Deinde *et de rat.* Edd. Rom. unde Oud. *deque* venit in mentem.—3 Sic exhibent Memm. Medic. Cop. Cuj. Voss. et Gryph. marg. *jamque etiam* Periz. Harlem. et Edd. ante Casaub. *jam seque* Polit. *jamque e. p. se* Vind. 1. In plurimis Edd. *jamque se etiam.*—4 Fouc. cum Edd. Lugd. Junt. Ald. Bas. *postq. etiam d.* Revocavit ordinem Steph. ex Edd. Vett.—5 *Facto* Memm. Medic. 2. a m. pr. Voss. Dun. Heins. conj. *labefacto.* Dein *et* non agnoscunt Memm. Medic. Polit. Vind. 2. Cort. Huls. Cop. Voss. Fouc. quare deleverunt Oud. et Wolf.—6 *Intermortuo* Fouc. Postea *resipiit* Medic. 1. Edd. Casaub. Schild. *resipivit* Vind. uterque, Cort. Periz. tres Torr. et Edd. ante Steph.—7 *Discussa* Medic. 2. Huls. Cuj. Vulgo *descissa.* Servant *disc.* optimi Codd. Mox *nutricii ecclesiæ* Polit. Conj. Oud. *nutrici Eclogæ* v. *Eglogæ.*—8 Ita, præeunte Burm. ediderunt Oud. Ern. seqq. fide trium Torr. Memm. Huls. Voss. Medic. Polit. Vind. Cort. Dun. Edd. Rom. Vulg. *suum.* Tum *admitt.* Medic. 2. *setius* Memm. Medic. 3. *serius* Vind. 2. Cort.—9 *Minuit* Vind. 1. *minimum* Periz. Harlem. et Edd. sæc. xv. ac Lugd. probantib. Lips. ac Torr. Dein *prospere*

NOTÆ

[d] *Resipuit* [*resipiit*] Torrentius in tribus codicibus legit *resipivit*: quod defendi potest antiquorum exemplo, Catonis, apud quem legunt quoque nonnulli 'in Legibus posivere,' initio libri de Re Rust. et Catulli Epig. 35. 'prope Deliam Deposivit olivam.' Vide Priscianum lib. x.

[e] *Veste discissa*] Juxta consuetudinem adversa ferentium. In Jul. ad cap. 33.

[f] *Summum* [*suum*] *imperium vivus amitteret*] Aliqui legunt *summum.* Galba apud Tacitum Hist. 1. 'Neque erat adhuc damnati Principis exemplum.' Et Darius apud Q. Curtium lib. v. 'Nec Dii siverint, ut hoc decus mei capitis aut demere mihi quisquam, aut condonare possit, nec hoc imperium vivus amittam; idem erit regni mei, qui et spiritus, finis.'

jocularia in defectionis duces carmina, lasciveque [10] modulata, quæ vulgo notuerunt, etiam gesticulatus [g] est; ac spectaculis theatri clam illatus, cuidam scenico placenti nuntium misit, 'abuti eum occupationibus suis.' [43.] Initio statim tumultus, multa et immania, verum non abhorrentia a sua natura, [1] creditur destinasse: successores percussoresque summittere exercitus [h] et provincias regentibus, quasi conspiratis, idemque et unum sentientibus: quicquid ubique exulum, quicquid in Urbe hominum Gallicanorum esset, contrucidare: illos, ne desciscentibus aggregarentur; hos, ut conscios popularium suorum atque fautores: Gallias exercitibus diripiendas permittere: Senatum universum veneno per convivia necare: Urbem incendere, feris in populum immissis, quo difficilius defenderetur. [2] Sed absterritus, non tam pœnitentia, quam perficiendi [3] desperatione, credensque expeditionem necessariam, Consules ante tempus privavit honore, atque in utriusque locum solus iniit consulatum, quasi fatale esset, non posse Gallias debellari, nisi a se [4] Consule. [i] Ac susceptis fascibus, cum

Medic. 1. 3. Polit. *prosperum* Cop.—10 *Lascivique* Medic. 3. *lascive* sine *que* mallet Torr. *lasciviæque* Fouc. Ed. Camp. Dein *notuer.* pro vulg. lect. *innotuer.* admisit primus Oud. auctoritate Memm. Medic. 1. 3. Polit. Cop. Voss. *etiam* abest a Medic. 1. in quo *a spect.*—1 *A nat. sua* opt. Torr. tres Medic. Voss. *a* deest Ed. Ald. *abhorrenda sua n.* Lugd. Junt. Arg.—2 *Defenderentur* præbent Medic. 3. Polit. Vind. 2. Cort. Fouc. *defenderent* Lys. Supra *exercitus dirip.* Dun. in quo et *urb. incedere.*—3 *Afficiendi* probat Torr. ex opt. suo Cod. Infra *loco* habent Vind. 2. Cort. Fouc. quod non displiceret Ern. si abesset *in.* —4 Ita cum Vind. 1. ac Cort. vel Lys. rescripserunt Ern. et Oud. Vulgo abest *se.* Edd. Vett. plurimæ pleniorem distinctionem post *fascib.* ponunt. Emendarunt Lips. Torr. &c. Dein *egreder.* Edd. Rom. *degred.* Medic. 1.—

NOTÆ

[g] *Gesticulatus*] Gesticulari carmina, est vultu et motu corporis accommodato eos exprimere, de quibus composita sunt, a qua etiam imitatione mimi et pantomimi dicuntur, ut supra notatum est.

[h] *Exercitus*] Sic legunt omnes, excepto Schildio, qui *exercitibus.* Sed quis exercitui percussores missos dicat? De solis ducibus et provinciarum præsidibus intelligendum videtur. Sensus igitur est, voluisse mittere percussores iis qui provincias et exercitus regebant, vel mittere exercitus ad percutiendos provinciarum præsides.

[i] *Nisi a se Consule*] Ut et Parthos, nisi a rege, ut in Jul. ad cap. 79.

post epulas triclinio digrederetur, innixus humeris familiarium,[5] affirmavit, simul ac primum provinciam attigisset, inermem se in conspectum exercituum prodituram, nec quicquam aliud quam fleturum;[6] [k] revocatisque ad pœnitentiam defectoribus, insequenti die lætum inter lætos cantaturum epinicia,[7] [l] quæ jam nunc sibi componi oporteret. [44.] In præparanda expeditione primam[8] curam habuit deligendi vehicula portandis scenicis organis,[m] concubinasque, quas secum educeret, tondendi ad virilem modum, et securibus peltisque[n] Amazonicis instruendi. Mox tribus urbanas[9] [o] ad sacramentum citavit; ac nullo idoneo[p] respondente, certum dominis servorum[q] numerum indixit;

5 *Famulorum* Medic. 2. a m. pr. Vind. 1. Voss. Periz. Harlem. cum Edd. sæc. xv. et Bon. *famularum* Dun. *familiariter* Polit. Mox *in conspectu* Medic. 2. Polit. Periz. Harlem. Edd. Rom. Ven. 1. Med. sec. *conspectus* Ven. 2. 3. Med. pr. Cald. aliæque ad Steph. Paulo ante mallet Burm. legi *primam*.—6 *Flecturum* Harlem. Dein *desertoribus* Cort. *inseq.* exhibuerunt Oud. Wolf. cum Medic. Polit. Vind. 1. Cop. Cuj. Vulgo *sequenti*.—7 *Epichia* Voss. *epyphia* Vind. 1. Deest *nunc* Edd. Rom. Tum *oporterent* Memm.—8 *Primum* Vind. 2. Cort. *dilig.* Vind. 1. Mox *organicis* Ed. Steph. *tollendi* pro *tond.* Cop.—9 Ern. spurium censet *urbanas*, vel cum Oud. mutari suadet in *universas*. Tum *nullo ideo* Cuj. *ne disp. except.* mediis omissis, Huls. *quidem* abest ab Edd.

NOTÆ

[k] *Fleturum*] Ad movendam apud milites commiserationem, utpote tot Augustæ domus beneficiis devinctos.

[l] *Epinicia*] Sunt versus de victoria scripti.

[m] *Scenicis organis*] Vel musicis, vel ad scenicas operas necessariis.

[n] *Securibus peltisque*] Quæ Amazonum arma sunt. Amazonia securis, Horatio lib. IV. Od. 4. quæ Penthesileæ inventum fuisse tradit Plinius lib. VII. cap. 56. Hinc Virgilius de Camilla, tanquam de Amazone, loquens: 'Nunc validam dextra rapit indefessa bipennim.' De peltis, hoc est, scutis ipsarum, in Calig. ad cap. 25.

[o] *Tribus urbanas*] Romanæ tribus triginta quinque fuerunt, ut supra in Jul. ad cap. 13. notatum est. Hic verosimile est omnes intelligi, quanquam ab initio honoratiores essent tribus rusticæ, quia labori magis intentæ, cum e contra urbanæ tanquam inertes contemnerentur.

[p] *Idoneo*] Supra jam notatum est, omnes ad militandum in Romana legione non admissos, quales v. g. servi in Augusto ad cap. 16. peregrini, histriones, quique fortunæ bonis destituti non nisi capite censi erant: sed qui vocati non respondissent, iis mulcta dicebatur, quæ initio fuit modo major, modo minor, ut boum et ovium. Varro apud Gellium lib. XI. cap. 1. 'M. Terentius: quando neque citatus respondit, neque excusatus est, ego ei unam ovem mulctam dico.'

[q] *Servorum*] Quod contra militiæ leges, nec nisi difficillimis Reip. tem-

nec, nisi ex tota cujusque familia probatissimos, ne dispensatoribus [r] quidem aut amanuensibus [s] exceptis, recepit. Partem etiam census omnes ordines conferre jussit: et insuper inquilinos [t] privatarum ædium atque insularum pensionem annuam repræsentare fisco.[u] Exegitque ingenti fastidio et acerbitate nummum asperum,[v] argentum [10] pustulatum,[w] aurum ad obrussam:[x] ut plerique omnem collatio-

Rom. *partim* Vind. 1.—10 *Argenteum* Periz. Harlem. cum trib. Edd. primis, *postulat.* in Medic. a m. pr. Cuj. Pal. et iisdem Edd. Tum *ad obruss.* comprobant Memm. Medic. 1. 3. Pith. Lisl. Urs. Torr. Voss. Turneb. *ad obrusam* alii, ut Medic. 2. Dun. Polit. Huls. Pal. Edd. Rom. Plant. Scriv. Casaub. *aur. adeo obrosam* Viterb. *aur. aut obrizum* Edd. Ven. 2. 3. *aut obrigum* Harlem. Periz. *aur. obrizum* Junt. Arg. Ald. omisso *ad*, quod deest quoque in Cod. Urs. *aur. obryzum* Bon. Bas. Gryph. Col. Dol. *ad obtusam* Ven. 1. *aurum* non agnoscit Dun.

NOTÆ

poribus factum, ut in Aug. ad cap. 16.

[r] *Dispensatoribus*] In Aug. ad cap. 67.

[s] *Amanuensibus*] Hi et 'a manu' dicti sunt, ut Philemon ille, de quo in Jul. ad cap. 74. Hi cum dispensatoribus maxime necessarii.

[t] *Inquilinos*] Qui in conducto habitabant.

[u] *Repræsentare fisco*] Hoc est, præsente pecunia solvere pensionem Principi. Vide in Claud. ad cap. 18. et Aug. cap. 15. &c. Pars illa census intelligenda videtur de reditu annuo, quem quisque, dum census, hoc est, civium descriptio fieret, profiteri debebat. Unde etiam existimem censum equestrem, de quo supra in Jul. ad cap. 33. et 39. et alias sæpe, intelligendum quoque de reditu annuo.

[v] *Nummum asperum*] Hoc est, integrum, non usu detritum et lævigatum, sed ipsa cælaturæ novitate etiamnum asperum, quales sunt nummi recens percussi, vel antiqui in thesauro conservati, et in universum res omnes signatæ: apud Virgilium, 'Bina dabo argento cælata atque aspera signis Pocula:' et Juven. Sat. XIV. 'Vasa aspera tergeat alter:' et Persius Sat. III. de ipsis nummis: 'Quis modus argento? quid fas optare? quid asper Utile nummus habet?' Creditores cupidi erant hujusmodi nummorum, et illis solvendum sibi debitum quandoque paciscebantur. Hinc 'in aspero et probo solvere,' &c. apud Senecam Epist. 19.

[w] *Argentum pustulatum*] Nero in illa collatione duo exigebat: integritatem, quod asperos vellet, et materiæ præstantiam, quod nonnisi ex argento pustulato et ex auro ad obrussam. Pustula est tuberculum, qualia multa ignis vi suscitantur dum coquitur argentum: cum autem eo purius sit quo magis coctum, ideo pro purissimo dixere pustulatum, sive postulatum, *u* in *o* migrante, quod factum est alias non raro: unde et in editione principe Romana quæ Mss. auctoritatem obtinet, et in veteribus codicibus, legitur *postulatum* hic, et apud Martialem lib. VII. Epig. 85. 'Argenti tibi libra postulati.' Nos *argent de coupelle:* nisi pustulatum intelligas pro argento cælato, cujus superficies

nem palam recusarent,[1] consensu flagitantes, a delatoribus potius revocanda præmia,[y] quæcumque cepissent. [45.] Ex annonæ quoque caritate [lucrantium][z 2] accrevit invidia. Nam et forte accidit, ut in publica fame[3] Alexandrina navis nuntiaretur pulverem luctatoribus[a] aulicis advex-

—1 *Accusar*. Huls. Postea *ab del.* Vind. 1. *revoc. potius* Edd. Rom.—2 *Luctantium* ex Sab. conjectura cum multis aliis recepit Græv. contra O. Mss. nisi quod *luctantia* invenerit Oud. in Medic. 1. Casaub. et ceteri seqq. e Viterb. dederunt *lucrantium*, quod præbent aliquot Torr. Pal. 1. duo Pulm. Vind. 1. Periz. Harlem. Edd. Ven. Med. Bon. unde Lips. Torr. et Burm. placuit *lucranti tum*. Alii Codd. Torr. cum duob. Pal. Memm. Cop. Cuj. Dun. Voss. Medic. 1. 3. Polit. Regii Par. et Turneb. Adv. XXVII. 18. exhibent *lucrantia*. Malit Oud. *lucranti*, vel *lucranti jam*. Illud Ruhnk. placuit et Wolf. *lucratitia* Vind. 2. Cort. Fouc. Periz. margo, Edd. Rom. Baumg. prius conj. *lucranti ei*, dein voc. *lucrant*. suspectum habuit, et uncis inclusit.—3 *Fama* Memm. Dein *lucratorib*. Vind. 1. Ed. Junk. *incit*. testantur Memm.

NOTÆ

pustularum instar in quandam asperedinem excisa videatur.

[x] *Aurum ad obrussam*] Sic Casaubonus ex Pithœi et Lislæi codicibus, et Turnebus libro XIV. cap. 22. Obrussa cum sit exploratio et probatio perfectionis, et nota auri et argenti, eleganter a Cicerone scriptum in Bruto, 'et adhibenda tanquam obrussa ratio,' &c. et Seneca epist. 13. 'Si verus ille animus et in alienum non venturus arbitrium probatur, hæc ejus obrussa est:' hoc est, examen et depurgatio, quemadmodum auri per ignem. Alii legunt *obryssam*, *obrysam*, *obrusum*, *obrysum*, quæ ferme eadem sunt; *y* enim et *u* vix differunt. Plinius l. XXXIII. c. 3. *obryzum* tuetur: auri experimentum ignis est, ut simili colore rubeat, quo ignis; atque ipsum obryzum vocant,' &c. quem tamen locum adhuc Salmasius mutat, et ad *obrussam* trahit.

[y] *Delatoribus . . . præmia*] Qualia v. g. quarta illa pars in bonis damnatorum, de qua supra ad cap. 10.

[z] [*Lucrantium*] Casaubonus pertendit locum sic intelligendum, ut conceptæ in Neronem iræ auctæ sint invidia et odio populi adversus eos, qui ex annonæ caritate lucrabantur. Sed multa supplenda videntur, ut ex hac phrasi iste sensus eruatur. Sabellicus, quem secuti sunt multi, legebat *luctantium*, certe apertiore sententia; innueret enim auctam populi invidiam adversus luctantes, Neronem scilicet et alios amore palæstræ nimio insanientes, ut infra cap. 53. cum navis, quæ caritati annonæ remedium futura credebatur, non nisi illorum esset usui destinata: unde sic phrasis ordinanda foret: invidia adversus luctantes Neronem et alios aucta est propter caritatem annonæ. Nisi verbum 'accrevit' active sumatur, caput hoc præcedenti sic jungendo: quam recusandi pertinaciam auxit adhuc invidia populi adversus eos qui lucrum ex frumenti penuria quæritabant.

[a] *Pulverem luctatoribus*] De quo Plinius lib. XXXV. c. 13. 'Non multum a pulvere Puteolano distat arena e Nilo, tenuissima sui parte, non ad sustinenda maria, fluctusque frangendos, sed ad debellanda corpora palæstræ stadiis. Inde certe Patrobio,

isse. Quare omnium in se odio incitato, nihil contumeliarum[4] defuit, quin subiret. Statuæ ejus a vertice cirrus[5] [b] appositus est cum inscriptione Græca, 'Nunc demum agona esse,'[c] et 'Traderet[6] tandem.' Alterius collo et ascopera[7] [d] deligata, simulque titulus:[8] 'Ego quid potui?[e] sed tu culeum meruisti.' Ascriptum et columnis,[9]

Medic. Cop. Voss. Polit. Periz. Harlem. Edd. Med. Ven. Lugd. Junt. Ald. Steph. Vulgo *concitato*.—4 Conj. Oud. *nihil non cont*.—5 Ita dant Memm. Medic. 2. Polit. pro v. l. Periz. Harlem. Cop. Edd. Rom. Plant. probantib. Turneb. Oud. Ern. aliique: *currus* Pith. Lisl. Pal. &c. quod defendunt Torr. Casaub. et seqq. Statim *agonia* Polit. Burm. conj. *nunc verum ag*.—6 Huic lectioni favent Memm. Medic. 1. 3. Polit. Vind. 1. Dun. Fouc. Viterb. Pal. Periz. Harlem. Voss. Huls. Cop. Pulm. Edd. Rom. Ven. Steph. Gron. aliæque, suffragantib. Oud. Wolf. *raderet* ex nonnullis Codd. recipiunt Turneb. Adv. XXVII. 18. Faber, Heins. Voss. Ern. Bip. Torr. mallet *traheret*, quod est in multis Edd. etiam Burm. Conj. Casaub. *trahe tandem*. In Cuj. *et raderet et tand*. Vind. 2. Cort. *et tradere*, Medic. 2. *ut traherent*, Edd. Seb. et Ant. Gryph. *ut traherent*.—7 Sic primus restituit Polit. Misc. c. 20. et marg. Ed. Med. pr. apposuit. Copula abest a Medic. 2. Vind. 2. Cort. Cop. *etiam* Medic. 1. 3. Polit. *et scopa* Dun. Vind. 1. cum uno Torr. Pal. 3. Harlem. Periz. Cuj. Edd. Rom. Ven. 1. et al. *ac scopa* Voss. *et asco* Fouc. *ascopa* in reliquis præter Memm. qui habet *asiopa delicata*. Turneb. suasit *ascoma*, Marcil. ad LL. XII. Tab. p. 238. *ascora* vel *ascura*.—8 Huls. *tituli*. Tum conj. Torr. *ego quod potui*, probante Baumg. et hanc correctionem, vel aliam Gruteri: *egi quod pot*. præferret Oud. In Pal. 1. *ego inquid pot*.—9 Cuj. et Dun. *columnæ*. Statim *jam*

NOTÆ

Neronis Principis liberto, advehebatur.'

[b] *Cirrus* [*currus*] Hoc est, currus quoque simulacrum. Turnebus lib. XXIV. cap. 6. ex fidelissimis, ut ait, libris, totum hunc locum sic legit: *Statuæ ejus a vertice cirrus appositus est, cum inscriptione Græca, nunc demum agona esse, et raderet*. Ut sit sensus, Neronem in tanto discrimine non debuisse cirratum esse nec cincinnatum, sed potius radendos esse cirros, quo foret ad pugnam expeditior.

[c] *Agona esse*] Hoc est, verum certamen, non vero ludicrum, quod unum norat, et amabat verba Græca: hæc fuisse Casaubonus existimat νῦν γάρ ἐστ' ἀγὼν, et quia tantum acerbitatis habitura non erant verba Græca ἐλαύνειν, aurigare, vel ἕλκειν, *trahere*; ideo Torrentius existimat, post verba Græca Latine hoc ascriptum, *traheret tandem*, ut nempe Nero male periret; verbum enim 'traho' Latine infaustum est, in spectaculis præsertim, ut supra cap. 22. notatum.

[d] *Ascopera*] Ex Suida, est marsupium ex hœdi pelle confectum, quo alludebatur ad culeum, qui ex corio bubulo, auctoribus Dionysio Halicarnasseo et Valerio Maximo: unde ascopera Neronianæ statuæ collo alligata indicat non ea quidem, quod esset angustior, illi opus esse, sed culeo, utpote matris, fratris et conjugis parricidæ. Alii legunt *ascopa* et *scopa*. Turnebus ibid. *ascoma*, hoc est, culeus.

[e] *Quid potui*] Verba hæc Casaubo-

'Jam Gallos[f] eum cantando excitasse.' Jam[10] noctibus jurgia cum servis plerique simulantes, crebro 'vindicem' poscebant. [46.] Terrebatur ad hoc[1] evidentibus portentis somniorum et auspiciorum et ominum,[g] cum veteribus, tum novis. Nunquam antea somniare solitus,[2 h] occisa demum matre, vidit per quietem, navem sibi regenti extortum gubernaculum: trahique se ab Octavia[3] uxore in arctissimas tenebras; et modo pennatarum[4] formicarum[i] multitudine oppleri, modo a simulacris gentium,[k] ad Pompeii thea-

Gall. edidit Baumg. cum Burm. et Ern. item Dun. Periz. Harlem. et Edd. Vett. ad Casaub. usque, qui dedit *etiam Gall.* ut in Memm. Medic. 1. 3. Vind. Cort. Voss. unde Oud. mutata interpunctione, *et col. etiam: Gallos, &c.* quod recepit Wolf. *Gall. et eum* opt. Torr. τὸ *jam* repetit Vind. 1. post *cantando.*—10 Mallet Torr. *etiam noct.* et mox conj. Guj. *jurgia servi plerique.* Exc. Voss. *plerisque* habent.—1 Sic exhibent Memm. Polit. Medic. Cuj. Voss. Vulgo *ad hæc.* Emendavit Oud. *adhuc* tres Mss. Oud. Dein *cum vet.* reposuit idem cum Steph. auctorib. Mss. decem, al. *tum v.*—2 Ita interpungendum monuere Torr. Grut. Græv. ut jam in Bas. Alii post *solitus* pleniorem distinctionem posuerunt. Tum *exortum* Harlem.—3 *Ad Octaviam* Fouc. sed correctum. Dein conj. Lips. *altissimas.* Alii, teste Oud. *aterrimas,* vel *crassissimas.*—4 *Pinnat.* Memm. Postea *ac sim.* Dun. *circumiri* pro *circuiri* reposuit Oud. fide Mss. tantum non O. et Edd. Vett. Ceterum *dedicaturum* præbent Medic. 1. 3.

NOTÆ

nus intelligit populi compellantis Neronem, vel matris Agrippinæ. Ceteri omnes emendant *quod,* ut verba sint ejus qui ascoperam alligarat, hoc sensu, Ego dedi tibi quod potui, scilicet exiguum duntaxat ex hœdi pelle saccum. Sed tu longe grandiorem meruisti, e corio bubulo scilicet culeum. De quo vide supra in Aug. ad cap. 33.

[f] *Gallos*] Patet allusio ex æquivoca significatione Galli, propter ortam in Galliis seditionem. Ita et de Vindice. Julius enim Vindex Galliarum Proprætor seditionem moverat, supra cap. 40. et 41. et vindices illi dicebantur, qui aliquem in libertatem vindicabant, ut fuse apud jureconsultos.

[g] *Auspiciorum et ominum*] Differentiam vide in Aug. ad cap. 92. quanquam ea non semper observata in dicendo.

[h] *Somniare solitus*] Plinius lib. x. cap. 75. dicit iis qui nunquam somniare solerent mortiferum fuisse, si contra consuetudinem somniassent: et Plutarchus de Oraculis.

[i] *Pennatarum formicarum*] Idem ferme auspicium lib. I. cap. 81. et Tib. cap. 72. De formicis pennatis multa narrant Plinius lib. XI. cap. 31. et Herodotus lib. III. Eas nempe in India ejus magnitudinis esse, quæ media sit inter canem et vulpem, aurum e cavernis eruere, quod Indi postea rapiunt velocissimis camelis vecti, quorum odore solicitatæ provolant, et fugientes nonnunquam lacerant, &c.

[k] *Simulacris gentium*] Illa erant quatuordecim, auctore Plinio lib.

trum dedicatarum, circumiri, arcerique progressu; Asturconem,[5] [l] quo maxime lætabatur, posteriore corporis parte in simiæ speciem transfiguratum, ac tantum capite integro, hinnitus edere canoros. De Mausoleo, sponte foribus patefactis, exaudita vox [m] est, nomine eum ciens.[6] Kalendis Januarii exornati Lares [n] in ipso sacrificii apparatu conciderunt. Auspicanti [o] Sporus annulum muneri obtulit, cujus gemmæ sculptura [7] erat 'Proserpinæ raptus.'[p] Votorum nuncupatione,[q] magna jam ordinum frequentia, vix repertæ Capitolii claves. Cum ex oratione ejus, qua in

Polit. Fonc. Vind. Cort. Periz. Harlem. Edd. Rom. Ven. Med. pr. Lugd.—5 *Asturcione* Fonc. Mox *corpore* Huls. *simii* Vind. 1. ac *transfiguratam* Fonc. Item pro *hinnit.* in Cop. *hymnicus*, Harlem. de more, *Mauscolo*.—6 *Ciens* habent Periz. Harlem. et Edd. sæc. xv. item Bon. Bas. quod prætulit Ern. eumque secut. Bip. Oud. et Wolf. tuentur *cientis*, quæ est lectio Mss. plurimorum. Huls. *scientis*.—7 Ern. et Bip. ediderunt cum Bas. Ald. Steph. *scalp-*

NOTÆ

xxxvi. cap. 5. et Servius ad hunc versum lib. viii. Æneid. 'Dona recognoscit populorum, aptatque superbis Postibus, incedunt victæ longo ordine gentes.' Porticum enim Augustus fecerat, in qua simulacra omnium gentium collocaverat, quæ porticus appellabatur ad nationes. Quas statuas in funebri Augusti pompa delatas scribit Dio lib. lvi.

[l] *Asturconem*] Astures populi sunt Hispaniæ in ora Oceani, antiquum nomen servantes. De illorum equis Plinius lib. viii. cap. 42. 'In eadem Hispania Gallaica gens et Asturica: equini generis, quos Thieldones vocamus, minori forma appellatos Asturcones, gignunt, quibus non vulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio, unde equis tolutim carpere incursus dicitur arte.' Ita et Martialis lib. xiv. Epig. 199. 'Hic brevis ad numerum rapidos qui colligit ungues, Venit ab auriferis gentibus Astur equus.' Aurifera quippe erat Asturum regio: unde Silius Italicus lib. i. 'Astur avarus Visceribus laceræ telluris mergitur imis, Et redit infelix effosso concolor auro.'

[m] *Mausoleo .... ex audita vox*] De Mausoleo, Augusti scilicet, in Aug. cap. 100. Sic Virgilius de Sichæo ad Didonem lib. iv. 'Hinc exaudiri gemitus vocesque vocantis Visa viri,' &c. Plura his similia apud Ciceronem libro de Divinatione.

[n] *Exornati Lares*] De hac celebritate in Aug. ad cap. 31.

[o] *Auspicanti*] Pro more ineuntium munera publica, aut etiam incipientium privata et domestica negotia, ut supra cap. 7. De Sporo cap. 28.

[p] *Proserpinæ raptus*] A Plutone: unde ansa futuram brevi mortem præsagiendi.

[q] *Votorum nuncupatione*] Quid sit vota nuncupare, supra in Aug. ad cap. 97.

Vindicem perorabat, recitaretur [r] in Senatu, 'daturos pœnas sceleratos, ac brevi dignum exitum [8] facturos,' conclamatum est ab universis: 'Tu facies, Auguste.' Observatum etiam fuerat, novissimam fabulam cantasse eum publice 'Œdipodem [s] exulem,' atque in hoc [9] desisse versu:

Θανεῖν [t] μ' ἄνωγε σύγγαμος, μήτηρ, πατήρ. [ε] [10]

[47.] Nuntiata interim etiam [1] ceterorum exercituum defectione, literas prandenti sibi redditas concerpsit, [2] mensam subvertit, duos scyphos [u] gratissimi usus, quos Homerios [3] a cælatura carminum Homeri vocabat, solo illisit, ac sumto a Locusta [v] veneno, et in auream pyxidem condito, transiit in hortos Servilianos. [w] Ubi, præmissis [4] libertorum fidissimis Ostiam ad classem præparandam, Tribunos Centurio-

[ε] *Mori me jussit uxor, mater, pater.*

tura. Mox *jam* deest Cop.—8 *Exitium* opt. Torr. Cuj. *extum* Pal. 1. Pro *facies* Medic. 3. *facias,* et postea *publico.*—9 *Ac in hoc* Fouc. Statim *desisse* restituerunt e Cod. Lovan. Lips. Torr. Guj. ut jam conjecerat Salm. Præbent *dedisse* Memm. Medic. 1. 3. Cop. Huls. Harlem. In Mss. et Edd. reliquis *decidisse* usque ad Græv. qui *desisse* edidit.—10 Vox πατὴρ exulat a Vind. 2. Cort. Carent Græcis Edd. Ald. Steph. &c. vel corruptissima exhibent, vel Latina expriment, ut Ed. Lugd.—1 *Etiam int.* Vind. 1. Periz. Harlem. et Edd. Vett. præter Steph. cui et Casaub. &c. astipulantur ceteri Mss. spreti tamen a Burm. *nuntiavit int.* Cuj.—2 *Decerps.* Fouc. Mox *duosciphos* Vind. 1.—3 Ita Memm. Medic. Huls. Dun. Voss. Vulgo *Homericos.* Tum *Lucusta* iterum in Memm. Medic. 2. 3. Voss.—4 *Permissis* Vind. 1. *libertino-*

NOTÆ

[r] *Recitaretur*] Per Quæstorem candidatum, de quo supra ad cap. 15. 'Tu facies,' nempe brevi dignum exitum.

[s] *Œdipodem*] Supra ad cap. 21.

[t] Θανεῖν] Versus est ab ipso Œdipode pronuntiatus, hic quippe Jocastam matrem, quæ eadem uxor erat, ac patrem Laium interemit: quæ Neroni omnia conveniebant. Uxorem enim Octaviam interemit, cap. 35. matrem Agrippinam, cap. 34. patrem Claudium, cap. 33. supra.

[u] *Duos scyphos*] Plinius lib. xxxvii. cap. 2. 'Nero amissarum rerum nuntio accepto, duos calices crystallinos in suprema ira fregit illisos. Hæc fuit ratio sæculum suum punientis, ne quis alius ex his biberet.' Quo tamen loco nonnihil discrepare videtur a Suetonio.

[v] *Locusta*] Venefica, supra cap. 33.

[w] *Serviliano*s] Ab illustri Serviliorum familia. Huc sæpe commigrasse videtur Nero ex Tacit. Annal. xv. ubi dicitur Milichus ad eum perrexisse in hortos Servilianos, ut ei conjurationem patroni sui detegeret.

nesque prætorii[x] de fugæ societate tentavit. Sed partim tergiversantibus,[5] partim aperte detrectantibus, uno vero etiam proclamante,

Usque adeone[6 y] mori miserum est?

varia agitavit: Parthosne, an Galbam supplex peteret, an atratus[z] prodiret in publicum, proque Rostris,[a] quanta maxima[7] posset miseratione,[8] veniam præteritorum precaretur, ac, ni[9] flexisset animos, vel Ægypti præfecturam concedi sibi oraret. Inventus est postea in scrinio ejus hac de re sermo formatus: sed deterritum putant, ne prius, quam in Forum perveniret,[10] discerperetur. Sic cogitatione in posterum diem dilata, ad mediam fere noctem excitatus, ut comperit, stationem militum[b] recessisse, prosiluit e lecto, misitque circum amicos. Et quia nihil a quoquam renuntiabatur, ipse cum paucis hospitia singulorum adiit.[1] Verum clausis omnium foribus, respondente nullo, in cubiculum rediit, unde jam et custodes diffugerant,[2] direptis etiam stragulis, amota et pyxide veneni. Ac statim[3]

rum Voss. Tum *in Ost.* Medic. 3. Polit.—5 *Et terg.* Vind. 1. Harlem. Edd. Ven. 1. Med. pr. Cald. Lugd. Junt. Ald. Arg. Postea *detract.* solenni errore Medic. 3. Periz. Edd. Rom. *etiam* ante *procl.* non habet Cop. *et procl.* Edd. Rom.—6 *Adeonec* Huls. *adeo morine* Medic. 1. Dein *varie* Memm. Medic. 1. 3. Vind. 2. Cort. Fouc. Huls. Voss. et *attractus* Medic. 3. Vind. 1. et 2. a m. pr. Cort. Nonn. Fouc. cum quatuor Burm. et Edd. primis. Correxit Sab. *acriter* Corsend.—7 *Quanto max.* Dun. Medic. 2. Voss. *qu. poss. max.* Vind. 1. Periz. Harlem. et Edd. ante Casaub.—8 *Veneratione* Vind. 1. Periz. Harlem. cum Edd. sæc. xv. et Bon. cui lect. favet Burm. Dein *præt. peccatorum* Medic. 2. Vind. 1. Dun. Voss. Exc. quæ et *reprecar.*—9 *Ac nisi* Medic. 2. Vind. 2. Cort. Dun. *inflexisse* Huls. unde facit Burm. *ni inflexisset.* Infra *est* non agnoscit Dun.—10 *Veniret* Periz. Harlem. Ed. Ven. 1. Mox *delata* Voss.—1 Burm. conj. *obiit.*—2 *Fori cust. diff.* Medic. 1. *effugerant* Vind. 2. Cort. *et jam cust.* Voss. Dein *dir. et strag.* Fouc.—3 Pro *ac statim* in Cuj. *ac fractum,* unde

NOTÆ

[x] *Tribunos Centurionesque prætorii*] Iidem Prætoriani dicuntur in Calig. cap. 40.

[y] *Usque adeone*] Versus est XII. Æneid. ubi Turnus sorori moriendum potius quam fugiendum esse dicit: 'Usque adeone mori miserum est? vos o, mihi, manes, Este boni.'

[z] *Atratus*] Lugubri veste indutus, nigra scilicet, qualem induere moris erat in luctu aut summis periculis.

[a] *Proque Rostris*] Quid hæc sint, in Jul. ad cap. 6. notatum est.

[b] *Stationem militum*] Excubitorum, de quibus supra cap. 8.

Spiculum mirmillonem,[c] vel quemlibet alium[4] percussorem, cujus manu periret, requisivit: et, nemine reperto, 'Ergo ego,' inquit, 'nec amicum habeo, nec inimicum?' procurritque, quasi præcipitaturus se in Tiberim. [48.] Sed revocato rursus impetu, aliquid secretioris latebræ ad colligendum animum desideravit: et offerente Phaonte liberto suburbanum[d] suum inter Salariam[e] et Nomentanam[5] viam circa quartum milliarium, ut erat nudo pede atque tunicatus,[f] pænulam obsoleti coloris superinduit: adopertoque capite, et ante faciem obtento[6] sudario, equum inscendit,[7] quatuor solis comitantibus, inter quos et Sporus erat. Statimque tremore terræ, et fulgure adverso[8] pavefactus, audiit ex proximis castris[g] clamorem militum, et sibi adversa, et Galbæ prospera ominantium: etiam ex obviis viatoribus quendam dicentem, 'Hi Neronem persequun-

conj. Lips. *ac fractus*. Statim *Spiculum* dant tres Torr. Memm. Medic. Polit. Vind. Fouc. Cort. Pulm. et tres Burm. cum Edd. sæc. xv. aliisque. *Speculum* Dun. *Spicillum* vulgo, quod mallet Torr. Cf. cap. 30. ubi eadem varietas. Ceterum *ac mirm.* Nonn. Periz. Harlem. Edd. Rom. Med. pr. Ven.—4 *Quem alium* Medic. 2. a m. pr. *cuj. man. per.* glossematis suspecta habet Ern. Statim *requisiit* receperunt Oud. Wolf. e Memm. Medic. 1. 3. Infra *præcurr.* Edd. Rom.—5 *Nument.* Harlem. Periz. Huls. cum Edd. Vett. exceptis Med. Bon. Beroaldi, qui *Noment.* edidit cum Casaub. et seqq. *Momentanam* Medic. 2. Dun. *Numentariam* Vind. 1. Fouc. Dein *absoleti* Periz. *etiam ante fac.* Cort.—6 Ita Casaub. et seqq. dedere pro *obtenso*, et confirmatur a Memm. Medic. 1. 3. Polit. Vind. Voss. Cort. cum trib. Torr.—7 *Ascendit* Vind. 1. Voss. Periz. Harlem. Edd. sæc. xv. item Bon. Lugd. Junt. Ald. Steph. Mox *solis*, prævio Burm. reposuerunt Oud. Ern. auctorib. Memm. Medic. Dun. Vind. cum sex aliis et Edd. ante Casaub. in cujus et seqq. Edd. *solum*.—8 Cuj. *ab adv.* Statim *pavefactum* Huls. *e prox.* Cop. Medic. Vind. Cort. *clastris* Dun. Tum *sibi aversa* Fouc. qui et *comminantium* cum Vind. 2. Cort.—

NOTÆ

[c] *Spiculum* [*Spicillum*] *mirmillonem*] Supra cap. 30. de eo jam.

[d] *Suburbanum*] Villa est. Vide in Aug. ad cap. 6.

[e] *Salariam*] Sic dictam, auctore Plinio lib. xxxi. cap. 7. 'quoniam illa sal in Sabinos portari consueverat.' Nomentana, a Nomento Sabinorum oppido, in quod illa ducebat, incidebat in Salariam, et a porta Viminali ordiebatur.

[f] *Tunicatus*] Sine toga aut lacerna, quod nos forte diceremus *en pourpoint*. De tunica in Aug. cap. 24. 82. et 94. &c. De pænula in Aug. cap. 40.

[g] *Proximis castris*] Prætorianis, quæ a Tiberio exstructa Viminalem inter et Tiburtinam portas. Vide in Tib. cap. 37.

tur;' alium sciscitantem, 'Ecquid[9] in Urbe novi de Nerone?' Equo autem odore[10] abjecti in via cadaveris consternato, detecta facie agnitus est a quodam missicio[1][h] prætoriano, et salutatus. Ut ad deverticulum ventum est, dimissis equis inter fruticeta ac vepres, per arundineti semitam ægre, nec nisi strata sub[2] pedibus veste, ad aversum villæ parietem evasit. Ibi hortante eodem[3] Phaonte, ut interim in specum egestæ arenæ concederet,[4][i] negavit, 'se vivum sub terram iturum:' ac parumper commoratus, dum clandestinus ad villam introitus pararetur, aquam ex subjecta lacuna[k] poturus[5] manu hausit; et, 'Hæc est,' inquit, 'Neronis decocta.'[l] Dein, divulsa sentibus pæ-

9 *Et quid* Memm. Medic. Dun. Fouc. Polit. Vind. Cort. duo Burm. Edd. Camp. Med. pr. Ven. 1. *in Urbem* Medic. 1. Huls. Supra *alii* Medic. 1. Cop. in quo *novi* deest.—10 *Ex od.* Medic. 1. 3. Polit. Fouc. Vind. 2. Cort. Cop. Huls. (qui et *objecti*) non improbante Oud.—1 In Edd. multis per majusculam literam scribitur *Missitio*, quasi proprium fuisset nomen. Dein *salut. est* Cop. *sal. ad divert.* Voss. sed *devert.* habent Memm. Medic. 3. Edd. Rom. Burm. &c. *fructic.* Medic. 2. Edd. Rom. Ceterum vulgo jungunt *dim. equis. int. fr.* posita distinct. post *vepres.*—2 Desideratur *sub* in Medic. 1. 3. Cort. ac duob. Burm. Tum *ad* omittitur in Mss. O. In Vind. utroque, Polit. trib. Torr. Fouc. Periz. Harlem. Cort. et Edd. usque ad Beroald. est *adversus.* In reliquis *adversum.* Nostr. lect. ex emendatione J. F. Gron. comprobant Perizon. Ern. Ruhnk. Oud. Wolf.—3 Mallet Torr. abesse *eodem*, vel scribi *eum.*—4 Ita Memm. Medic. 1. 3. Polit. Vind. Cort. Cop. et aliorum plurimi, Edd. Rom. sec. Sab. Bon. Bas. Plant. Casaub. &c. probantibus Ern. Oud. *conderetur* in Medic. 2. Dun. Voss. Periz. uno Torr. Edd. Ven. 1. Med. Cald. et marg. Gryph. *concederetur* Harlem. Cuj. Ex unico Nonn. Cod. Græv. Burm. aliique dederunt *se conderet.* Paulo ante *in* deest Memm.—5 Vulgo *potaturus.* Illud tuentur Memm. Medic. 1. 2. Dun. Cop. Cuj. Edd. Gron. Ern. Oud. &c. Mox *dehinc* Vind. 1. cum opt. Torr. in quo, uti et Medic. 1. 3. *divolsa.* Vulgo *deinde div.* sed *dein* habent Memm. Medic. Dun. Periz.

NOTÆ

[h] *Missicio*] Alii proprium nomen Prætoriani militis fuisse aiunt: alii Prætoriani quidem, sed qui honesta missione a militia prætoriana missus esset, quomodo subdititius et ascriptitius, &c. quæ licet per *t* scripta olim, tamen per *c* scribi solita contenuit Salmasius.

[i] *Concederet*] Torrentius in uno libro legit *se conderet.* Casaubonus suspicatur cavernam hanc ex earum genere fuisse, quas posterioris ævi auctores vocavere 'Neronis cisternam.'

[k] *Lacuna*] Fossa est in agris, in quam aqua exsudet ad illos siccandos, vel in qua stare consuevit, collecta post imbres. Virgil. I. Georgic. 'Præsertim incertis si mensibus amnis abundans Exit, et obducto late tenet omnia limo, Unde cavæ tepido sudant humore lacunæ.'

[l] *Decocta*] 'Neronis Principis inventum est decoquere aquam, vitro-

nula, trajectos surculos rasit:[6] atque ita quadrupes per angustias effossæ cavernæ receptus in proximam cellam, decubuit super lectum, modica[7] culcita,[m] vetere pallio strato instructum.[8] Faméque interim et[9] siti interpellante, panem quidem sordidum oblatum aspernatus est, aquæ autem tepidæ aliquantum[10] bibit. [49.] Tunc unoquoque hinc inde instante,[1] ut quam primum se impendentibus contumeliis eriperet, scrobem[n] coram fieri imperavit, dimensus ad corporis sui modulum: componique simul, si qua invenirentur, frusta marmoris, et aquam simul ac ligna[o] conferri, curando mox cadaveri, flens ad singula, atque identidem dictitans: 'Qualis artifex[p] pereo!' Inter moras perlatos a cursore Phaontis[2] codicillos[q] præripuit,

deinde vulsa Harlem. Edd. Camp. Ven. 1.—6 Burm. conj. *per traj. s. serpsit* vel *repsit*. In Vind. 1. pro *surc.* est *stimulos*. Tum *quadripes* Memm. Medic. 3. Abest *ita* a duob. Burm. Edd. Ven. Med. *offossæ* Camp.—7 Sic exhibent Memm. Dun. Medic. Polit. Cop. Voss. Fouc. Pulm. Torr. pluresque, cum Edd. Rom. Steph. et restituerunt Oud. Ern. In reliquis *modicella*. Hic et alibi *culcita* rescripserunt VV. DD. fide optt. Codd. Al. *culcitra*.—8 Torr. mallet *pallio instratum*, Ern. *pallio stratum*, probante Baumg. Conj. Oud. *pallio stratoque*. Ceterum *vetereque* dat Vind. 1.—9 Ita e Memm. edidit Casaub. et seqq. Antea edebatur *et iterum*, ut est in Mss. Burm. et Oud. item Dun. Fouc. nisi quod *et* non sit in Cop. et *item* exaretur in Vind. 2. Cort.—10 In Huls. Harlem. Vind. 1. *aliquantulum*, a Pulm. primo receptum, dein a Casaub. seqq. In reliquis Mss. et Edd. Vett. servatur nostr. lect. cum Oud. Ern. Bip. &c. Supra *sordum obl.* Dun.—1 *Astante* Medic. 1. 3. Polit. Vind. 2. Cort. Huls. Cop. qui et *coram se* cum Medic. 1. Mox *demensus* Memm. *mensus* Edd. Sab. Beroald.—2 Burm. *Phaonti* præfert, ejusque conject. firmant Dun. Vind. 1. sic præbentes, necnon Medic. 2. in quo *Phaonte*. Dein *majoris* Vind. 1. *esset id gen.* Harlem. Voss. Periz. et Edd. ante Casaub. præter Rom. et hoc ord. Ed. Burm. Deest *interrogav.* in Huls. *cumque comp.* Fouc. Vind. 2. in quo etiam

NOTÆ

que demissam in nives refrigerare; ita voluptas frigoris contingit sine vitiis ejus,' inquit Plinius lib. XXXI. cap. 3.

[m] *Modica* [*modicella*] *culcita*] Torrentius in suis legit *modica*. Quid sit culcita, in Tib. ad cap. 54.

[n] *Scrobem*] Hoc est, fossam, quod et de aliis vel sua vel carnificis manu perituris notare est. De Flavio Veiano Tribuno, Neronis jussu occidendo, Tacitus Annal. XV. De Labeone sese post afflictas Cassii Brutique partes interfecturo, Appianus lib. IV. Bellorum Civilium: quod Casaubonus ideo factum arbitratur, ne inhoneste caderent, ut in Jul. cap. 82.

[o] *Aquam simul ac ligna, &c.*] Ex qua calefacta cadaver lavaretur ex more, de quo jam nonnulla in Jul. ad cap. 84.

[p] *Artifex*] Scenicorum scilicet operum et citharœdicæ artis.

[q] *Codicillos*] Tabellas seu pugillares,

legitque, 'se hostem a Senatu judicatum, et quæri, ut puniatur more majorum:' interrogavitque, quale id genus esset pœnæ. Et cum comperisset, nudi hominis cervicem inseri furcæ, corpus virgis ad necem cædi; conterritus, duos pugiones, quos secum extulerat,[3] arripuit; tentataque utriusque acie, rursus condidit, causatus, 'nondum adesse fatalem horam.' Ac modo Sporum hortabatur, ut lamentari ac plangere inciperet; modo orabat, ut se aliquis ad mortem capessendam exemplo[4] juvaret: interdum segnitiem suam his verbis increpabat: 'Vivo deformiter:'[5] *οὐ πρέπει Νέρωνι,*[6] *οὐ πρέπει· νήφειν δεῖ ἐν τοῖς τοιούτοις· ἄγε ἔγειρε σεαυτόν.*[h] Jamque equites appropinquabant, quibus præceptum erat, ut[7] vivum eum attraherent. Quod ut sensit, trepidanter effatus,

Ἵππων μ' ὠκυπόδων ἀμφὶ κτύπος οὔατα βάλλει,[i]

ferrum jugulo adegit, juvante Epaphrodito a libellis.[r] Semianimisque adhuc irrumpenti[8] Centurioni, et, pænula ad vulnus apposita,[9] in auxilium se venisse simulanti, non

[h] *Non decet Neronem, non decet; expergisci oportet in talibus, age excita teipsum!* [i] *Equorum velocium strepitus pulsat aures meas.*

inseriri.—3 Ita cum Burm. substituerunt Ern. Oud. &c. pro vulg. *tulerat*, auctorib. Memm. Medic. 2. 3. Polit. Vind. 2. Cort. seu Lys. Cop. Cuj. Voss. Fouc. Dun. Ed. Bas.—4 *Extemplo* Vind. 1. et *ex his verb.* Edd. Rom.—5 In vulgg. Edd. legitur *deformiter ac turpiter.* Abest copula a Memm. Medic. 2. Vind. 2. Cort. Periz. Cop. Harlem. Cuj. Edd. Rom. Ven. 1. unde Burm. statuit *τὰ ac turp.* e glossa additum, delevitque Oud. accedente Medic. 3. In Fouc. omnia illa *vivo d. a. t.* desunt, relicto spatio. Cannieg. ad Collat. LL. Mosaic. p. 183. addi vult *pereo* e Jo. Sarisb. Policrat. VIII. 19. Schraderus etiam, teste Ern. pro *vivo* corr. *vixi.*—6 *Νέρων* Edd. Rom. probatque Baumg. *τοῖς* exulat a Medic. 2. *σαυτὸν* Medic. 1. 2. In multis Græca desunt, vel depravata. In Lugd. leguntur ex more sola Latina: *non decet, sobrium omne in his age, excita teipsum.*—7 Non agnoscunt *ut* Pal. 1. 3. Cop. et deletum mallet Oud. Mallet Burm. *τὸ eum* abjicere. Mox *με* Cort. Cop. *μ'* deest plerisque Edd. ante Plant. *οὔατα βαλλει* desunt Edd. Rom. Tum *ei ferr.* Cop. Medic. 1. *ferum* Harlem. *jug. ferr.* Voss.—8 Ita Mss. O. et Edd. ante Plant. quæ *interrumpenti*, ex qua transiit in Torr. Casaub. Scriv. Schild. &c. *inrumpenti* Medic. 3. Lips. cumque eo Guj. conj. *introrump.*—9 *Imposita* Vind. 1. Tum

NOTÆ

de quibus plura in Tib. ad cap. 51. et infra ad cap. 52.

[r] *A libellis*] Supplicibus accipiendis, ut in Augusto ad cap. 50. Epaphroditi meminit adhuc infra in Domit. cap. 14.

aliud respondit, quam 'Sero,' et, 'Hæc est fides.'[s] Atque in ea voce defecit, extantibus rigentibusque[10] oculis usque ad horrorem formidinemque visentium. Nihil prius aut[1] magis a comitibus exegerat, quam ne potestas cuiquam capitis sui fieret; sed ut, quoquo modo, totus cremaretur. Permisit hoc Icelus,[2 t] Galbæ libertus, non multo ante vinculis exsolutus, in quæ primo tumultu conjectus fuerat. [50.] Funeratus[u] est impensa ducentorum millium, stragulis albis auro intextis, quibus usus Kalendis Januarii fuerat. Reliquias Ecloge[3] et Alexandria[4] nutrices cum Acte concubina[v] gentili Domitiorum[w] monumento[5] condiderunt, quod prospicitur e campo Martio, impositum colli hortorum.[x] In eo monumento solium[y] Porphyre-

respondit non habent duo Torr. Legit Passerat. ad Prop. III. 4. *sera sed hæc e. f.*—10 Deest *que* Periz. Harlem. et Edd. sæc. XV. *formidinem vis.* Cort. *fortitudinemque vis.* Fouc.—1 Ita O. Mss. et Edd. præter Bas. Torr. et seqq. quare restituit Oud. cum Ern. Al. *ac magis.*—2 Sic locum hunc corr. Turneb. Adv. XXIV. 6. *promisitque hoc* Lugd. Junt. Arg. *promisit hoc* Medic. 2. 3. Edd. Ald. Steph. Gryph. Sed *permisit* habent Mss. Torr. Medic. 1. Vind. 2. Cort. Harlem. *permisitque hoc Hercius* Periz. Ed. Rom. sec. *permisitque hic ejus* Cop. *Hirceius* Cuj. *Hiceius* Dun. Medic. 1. 3. *Hicceius* Medic. 2. *Hircius* Vind. 2. Cort. Fouc. *senis* Vind. 1. *Sejus* Harlem. Edd. Ven. Bon. Bas. Ald. Lugd. Junt. Gryph. et al. Sed *Icelus* Polit. Supra *sui* omisit Dun.—3 *Egloge* Medic. Polit. Vind. 1. duo Burm. cum. Edd. Rom. In aliis *Ægloge*. Vind. 2. Cort. *Æglogae.*—4 Torr. cum Lips. corr. *Alexandra,* quod recepit Casaub. et seqq. Illud cum Mss. O. restituerunt Burm. Ern. Oud. Dein *Accia* vel *Actia* O. Codd. præter Memm. ut et Edd. Vett. *Acti connubia* Medic. 3. Polit. Conj. Oud. *Acta.*—5 *Monumenta* Fouc. Tum *e Mart. cam.* Edd. Rom. *collo hortulorum* tres Torr. Pal. Dun. *collo* etiam Periz. Cop. Voss. Harlem. Cuj. et Edd. Vett. plures. Conj. Torr. *colli hortulor.* recepitque Græv. *colli*

NOTÆ

[s] *Fides*] Jurabant enim cum militibus Imperatorem a se nunquam deserendum.

[t] *Icelus*] Vulgati legebant *Sejus*, male; is enim omnino videtur esse, de quo in Galba cap. 14. Sic et *promisit* pro *permisit*.

[u] *Funeratus*] De his cærimoniis aliqua delibata sunt in Jul. ad cap. 84. Ducenta millia, juxta institutam supputandi rationem, sunt 8750. lib.

[v] *Acte concubina*] De qua jam supra cap. 28. et Tacitus sæpe.

[w] *Gentili Domitiorum*] Erat enim e gente Domitia, ut cap. 1. hujus libri, &c.

[x] *Colli* [*colle*] *hortorum*] Casaubonus in Viterbiensi legebat *ortulorum* absque aspiratione, qui archaismus est, ut et *colle* pro *colli*, ut Galb. cap. 4. Sic enim scribebant veteres. Collis ille versus Septemtrionem fuit, qua in regione visitur hodie templum SS. Trinitatis.

[y] *Solium*] Sic dicti sunt loculi qui-

tici[6][z] marmoris, superstante Lunensi ara,[a] circumseptum est lapide Thasio.[b] [51.] Statura fuit prope[7] justa,[c] corpore maculoso et fœtido,[8] sufflavo capillo, vultu pulchro magis, quam venusto,[d] oculis cæsiis et hebetioribus, cervice obesa, ventre projecto,[9] gracillimis cruribus,[e] valetudine prospera. Nam, qui luxuriæ immoderatissimæ esset, ter omnino per quatuordecim annos languit, atque ita, ut neque vino, neque consuetudine reliqua abstineret. Circa[10]

hortor. Ms. Urs. *colle ortulor.* Viterb. et *colle* cum Medic. 1. 2. Edd. Bas. Gryph. Plant. &c. vindicavit Burm. quem secutus est Oud. Tum *hortulor.* ducibus Gron. et Grut. edidit Oud. auctoritate Codd. suorum et Edd. sæc. xv. Bon. al. In Fouc. *imposito colle hortulor.*—6 Salm. mavult *porphyritici*, a πορφυρίτης, probante Guj. qui mox conj. *superstans Lun. aræ.* In Edd. Vett. ad Steph. et Bas. item Casaub. et seqq. cum duob. Mss. Burm. *circumstanti.* Statim *circumjectum* Huls. *solum* et *circumspectum* Edd. Rom. Ceterum *circ. cum lap. taphio* Vind. 1.—7 Ita Memm. Medic. Polit. Vind. Dun. Fouc. Cort. Cop. Voss. Cuj. quod reposuit Gron. ac post eum Oud. Ern. &c. Vulgo *pæne.* Item *juxta* Medic. 1. Edd. Sab. Lugd. Junt.—8 Hanc lect. dederunt Bip. Oud. et Wolf. præeunte Gron. astipulantib. Memm. Medic. Dun. Polit. Vind. Nonn. Cort. Periz. Harlem. Voss. Edd. sæc. xv. Bon. Placuit etiam Ern. Al. *fœdo*, quod defendit Burm. Dein *tam pulc. quam venusto* Huls. *cæsis* Memm. Cop. Vind. 2. Cort. *cecis* Voss. *cresiis* Ed. Rom. sec.—9 *Porrecto* Vind. 1. *objecto* Periz. Harlem. Edd. Rom. Ven. Bon. Dein *luxuria* Fouc.—10 *Et circa* Periz. Tum *Achaia* Dun. *pene vert.* Fouc. Voss. Ed.

NOTÆ

bus condita erant cadavera, regum præsertim, ac nobilium. Plinius lib. xxxv. cap. 12. 'Quin et defunctos sese multi fictilibus soliis condi maluerunt.' Et Florus lib. iv. cap. 11. ubi de Cleopatra.

[z] *Porphyretici*] Marmor hoc ex Ægypto advehebatur. Plinius lib. xxxvi. cap. 7. 'Rubet,' inquit, 'Porphyrites in eadem Ægypto: ex candidis intervenientibus punctis leucostictos vocatur,' hoc est, notis albis distinctus.

[a] *Lunensi ara*] Hoc est, ara ex marmore Lunensi. Luna fuit Etruriæ oppidum, sed hodie excisum, et portus, qui vulgo *Golfo della Spezzia*, unde multum marmori scandidi Romam invehebatur. De quo Plinius, ibid. cap. 6. &c.

[b] *Thasio*] Thassus vel Thassos insula maris Ægæi; cujus marmor lividius paulo et versicoloribus maculis distinctum; illius tanta non erat fama quanta aliorum, ut ait Plinius ibidem. Insula etiam hodie *Thasso.*

[c] *Prope* [*pæne*] *justa*] Justa hominis statura sex circiter pedum, ut supra in Tib. ad cap. 68. ex Gellio notatum.

[d] *Pulchro magis quam venusto*] Cujus pulchritudo ejusmodi erat, quæ quanquam nullo insigni nævo obscurata, non tamen placebat.

[e] *Gracillimis cruribus*] Gracilitatem perpetuo inter maxima corporis vitia posuerunt, ut et supra in Calig. cap. 3. et 50. et Domit. cap. 18. &c.

cultum habitumque adeo pudendus,[f] ut comam semper in gradus formatam,[g] peregrinatione Achaica[h] etiam pone verticem summiserit;[i] ac plerumque synthesinam[k] indutus, ligato[1] circum collum sudario,[l] prodierit in publicum, sine cinctu,[m] et discalceatus. [52.] Liberales disciplinas omnes[a] fere puer attigit. Sed a philosophia eum mater avertit, monens, imperaturo contrariam[n] esse: a cognitione veterum oratorum Seneca præceptor, quo diutius in admiratione

Camp. Postea *synthesinam* habent omnes Mss. et Edd. Rom. Med. pr. Ven. 1. Steph. Casaub. et seqq. cum Turneb. *synthesin* vel *synthesim* præbent Sab. Beroald. Lugd. Junt. Ald. Gryph. Plaut. et al. quod tuentur Torr. et Scheller in Lex. Heins. volebat *synthesin unam ind.*—1 Cum marg. Periz. *ligatus* dant Edd. Rom. *circa* Vind. 1. in quo etiam *prodiret*. Præterea

NOTÆ

[f] *Pudendus*] Hoc est, verecundus, seu pudens, utpote quia talia sic negligeret, quasi eorum ipsum puduisset. Contra omnino Julius, qui 'circa curam corporis morosior,' in Jul. cap. 45.

[g] *In gradus formatam*] Cujus cincinni et annuli ordine quique, quasi per gradus, ad verticem usque dispositi erant: de quibus Seneca libro de Brevitate Vitæ cap. 12. 'Si quid extra ordinem jacuit, nisi omnia in annulos suos reciderunt,' &c.

[h] *Peregrinatione Achaica*] De qua supra cap. 19. &c.

[i] *Summiserit*] Cum alii hoc modo comti curarent impense, ne ullus quidem capillus suum ordinem egrederetur, qui, ut ait Seneca Epist. ultima, 'malint Rempublicam turbari, quam comam suam.' Quem vide loco supra citato de Brevitate Vitæ, ubi in nimiam hujus rei curam plura. Vide Juvenalem Sat. VI. ad vers. 488.

[k] *Synthesinam*] Ita scripsit Casaubonus, ita et tres Mss. Torrentii, qui tamen *synthesin* retinuit cum vulgatis. Hæc vestis paulo brevior, et expedita ex diversis lanarum coloribus erat; hac utebantur in conviviis ac festis diebus, præsertim Saturnalibus, de quibus in Aug. ad cap. 75. posita toga, qua utebantur Romani in publico, ut ibid. cap. 40. patet. Vide Martial. Apophoret. Epig. 1. et 41.

[l] *Circum collum sudario*] Qui habitus est hominis in triclinio discumbentis, ut innuit quoque Petronius, ubi de Trimalcione in convivium allato, 'circaque oneratas veste cervices,' inquit, 'laticlaviam immiserat mappam,' fimbriis hinc atque illinc pendentibus.

[m] *Sine cinctu*] Quod molliorum erat, ut in Jul. cap. 45.

[n] *Imperaturo contrariam*] Si contemplationibus philosophicis omne tempus insumens, rerum gerendarum vigorem pariter et industriam negligeret: sed quis dicat præcepta philosophica imperanti non necessaria? cum et Plato populorum beatitudinem philosophia contineri dixerit, et de ea tam egregia et Cicero I. Tuscul. &c.

sui detineret. Itaque ad poëticam pronus, carmina libenter ac sine labore composuit: nec, ut quidam putant,[o] aliena pro suis edidit. Venere in manus meas pugillares libellique[p] cum quibusdam notissimis versibus, ipsius chirographo[3] scriptis: ut facile appareret, non translatos, aut dictante aliquo exceptos, sed plane quasi a cogitante atque generante[4] exaratos; ita multa et deleta, et inducta,[q] et superscripta inerant. [53.] Habuit et pingendi,[r] fingendique[s] maxime,[5] non mediocre studium. Maxime autem

disculcial. Memm.—2 *Omnis* Medic. 1. *attig. puer* Edd. Rom.—3 *Cyrogr.* Memm. Medic. 2. 3. *cir.* Vind. 1. Verbum *scriptis* amotum vellet Torr. Mox *tralatos* Memm. Suadet Torr. *translaticios.*—4 Desunt *atque gen.* Huls. Dein *doleta* Medic. 3. *delecta* Cop. *subscripta* Edd. Rom.—5 Delendum *maxime* censent Guj. Heins. Casaub. Oud. et Wolf. et abest ab Edd. Sab. Beroald. Cald. Secus Baumg. videtur, qui hoc punctum cum superiori cap. conjungend. putat, et novum incipiendum: *Maxime autem*, ut est in Edd. Sab. Bon. Cald. Steph. Scriv. Græv. &c. In ceteris et Mss. O. *maxima.* Burm. si

NOTÆ

[o] *Ut quidam putant*] Ex eorum numero videtur esse Tacitus Annal. XIV. Plinius lib. XXXVII. cap. 3. meminit cujusdam carminis, quo videtur Nero Poppææ suæ capillos descripsisse. Meminit et Seneca lib. I. Quæst. Natur. cap. 5. ubi unum refert. De his et Martialis lib. VIII. et IX. &c.

[p] *Pugillares libellique*] Salmasius de modo Usurarum cap. 10. hanc affert eorum differentiam. Libelli sunt parva volumina, pugillares vero codices tam parvi, ut pugillo possent teneri. Codex ex multis tabulis compactus erat cujuscumque materiæ. Qui ex duobus aut tribus a numero nomen inveniebant, et 'duplices,' aut 'triplices,' aut etiam 'quiutuplices' vocabantur. Qui parvi erant ut pugillo possent teneri, ut quibusdam placet, pugillares inde appellati. Hac sic a libellis differunt forma, ut codices a libris.

[q] *Inducta*] Hoc est, deleta, inverso et ducto super ceras stylo, cujus pars superior plana ea complanabat, quæ acies ceris exaraverat. Hinc Horatius Sat. 10. lib. I. vs. 72. 'Sæpe stylum vertas, iterum quæ digna legi sint Scripturus.'

[r] *Pingendi*] Ita et Tacitus lib. XIII. Annal. 'Nero puerilibus statim annis vividum animum in alia (quam eloquentiam) detorsit. Cælare, pingere, cantus, aut regimen equorum exercere, et aliquando carminibus pangendis,' &c. Fuit enim pictura magno quondam in honore, ut patet ex Plinio lib. XXXV. cap. 1. et aliis, ubi de hac fuse.

[s] *Fingendique*] Ad plasticen referendum, cujus operæ est, ut ait Plinius lib. XXXV. cap. 12. 'terra fingere et argilla similitudines,' &c. quæ ars statuaria sculptura et cælatura antiquior, ex eodem Plinio lib. XXXIV. cap. 7. ubi harum matrem illam appellat.

popularitate [6] efferebatur, omnium æmulus, qui quoquo modo animum vulgi moverent. Exiit opinio, post scenicas coronas proximo lustro descensurum eum ad Olympia [7] inter athletas. Nam et luctabatur [t] assidue: nec aliter certamina gymnica tota Græcia [8] spectaverat, quam brabeutarum more [u] in stadio humi assidens, ac, si qua paria longius recessissent, in medium manibus suis protrahens. Destinaverat etiam, quia [9] Apollinem cantu, [v] Solem aurigando [w] æquiparare [10] existimaretur, imitari et Herculis facta. Præparatumque leonem aiunt, quem vel clava, vel brachiorum nexibus, in Amphitheatri arena, spectante populo, nudus elideret. [x] [54.] Sub exitu quidem vitæ palam voverat, [1] si sibi incolumis status permansisset, proditurum se partæ victoriæ [2] ludis etiam [3] hydraulam, [y] et chorau-

ex priori loco *maxime* ejiceretur, hic *maxima* retineret.—6 *A pop.* Huls. et *offereb.* Cop. *max. etiam populi raritate* Fouc. Dein *exiit p. s. c. op.* Vind. 1. Periz. Harlem. et Edd. Casaub. priores, præter Steph. Abesse *τὸ opinio* mallet Torr.—7 *Olympiam* Memm. Medic. Cop. Cuj. duo Pulm. Vind. 2. Cort. et ora Gryph. Tum *nam et luct.* Medic. 1. 3. Polit. Vind. Fouc. Cort. Huls. Cort. cum opt. Torr. quod idcirco admisit Oud. dein Wolf. &c. Vulgo deest *et.*—8 Hoc ord. Oud. Ern. Bip. seqq. ex Medic. Polit. Vind. 2. Voss. Fouc. Al. *Gr. tota.* Mox *assidens* Memm.—9 Ita Memm. Pal. 1. 3. Dun. Medic. Polit. Cuj. Voss. probantib. Grut. Græv. Oud. &c. Vulgg. Edd. etiam Burm. *qui Ap.* Vind. 2. Cort. *quia et.* Fouc. *etiam et.*—10 *Æquiper.* Memm. Medic. Dun. aliique, cum Edd. sæc. xv. ut passim. Statim *æstimaretur* Edd. ante Casaub. contra Mss. excepto Periz. *existimarent* Vind. 1. *vel* ante *clava* deest Periz. Harlem. Edd. Sab. Ber. Cald.—1 *Noverat* Cop. Dein *proditorum* Dun. *præbiturum* marg. Gryph.—2 Ita ex Turneb. Cod. et auctoritate, Adv. xxiv. 6. ac Memm. ediderunt Steph. Pulm. Casaub. et seqq. suffragantib. Cuj. Voss. utroque Pulm. Medic. Polit. Vind. 2. Cort. Dun. Vetustam lect. *parta victoria*, renovavit Burm.—3 *Ludis æternitatis hydr.* Cop. *hydraulum*

NOTÆ

[t] *Nam et luctabatur*] Quod confirmat sententiam super hac re ad cap. 45. allatam.

[u] *Brabeutarum more*] Brabeutæ et Agonothetæ promiscue nonnunquam usurpantur, quamvis illi proprie gymnicis, hi scenicis ludis præsiderent, victoriæ arbitri præmiorumque dispensatores, ut patet ex lege IV. ff. De his qui notantur infamia.

[v] *Quia [qui] Apollinem cantu*] Alii legunt *quia*, paulo clarius. Nota est ex Marsyæ certamine Apollinis in cantando et cithara pulsanda præcellentia.

[w] *Solem aurigando*] Sol non semper idem est cum Apolline: sunt enim qui illum Hyperionis (qui unus e Titanibus fuit) filium finxerint, curru vectum, &c. ut patet ex XI. Metam.

[x] *Nudus elideret*] Leonem enim

lam, et utricularium, ac novissimo die histrionem, saltaturumque[4] Virgilii Turnum.[z] Et sunt, qui tradant, Paridem histrionem[a] occisum ab eo, quasi gravem adversarium. [55.] Erat illi æternitatis perpetuæque famæ cupido, sed inconsulta. Ideoque multis rebus ac locis vetere appellatione detracta, novam induxit[5 b] ex suo nomine. Mensem quoque Aprilem Neroneum[c] appellavit. Destinaverat et Romam Neropolin[d] nuncupare. [56.] Religionum usquequaque comtemtor, præter[6] unius Deæ Syriæ.[e] Hanc mox ita sprevit, ut urina contaminaret; alia superstitione captus, in qua sola pertinacissime hæsit.

Memm. Mox *coraulam* Vind. 1. Periz. Edd. sæc. xv. præter Rom. sec. aliæque. *Vitricularium* Edd. Sab. Cald. *ultricular*. Ven. 1. *vitriclavum* Vind. 1.—4 *Saltat*. sine *que* Corsend. Periz. et Edd. ante Pulm. qui addidit ex Turneb. monitu. Tum *tradunt* Vind. 2. Cort. Pro *histr*. habent *septentrionem* Memm. Polit.—5 *Indixit* opt. Torr. Memm. Medic. Dun. Polit. Vind. Cort. Fouc. Cop. Cuj. Voss. Dein *Neronem* Cop. Harlem. Ed. Junk. et *appellare* Vind. 1. —6 *Præ un*. Vind. 1. Infra *ut qua* Polit.—7 *Sic quidem* Medic. 2. Periz. Ed.

NOTÆ

Nemeæum Hercules manibus strangulaverat, et ejus postea pelle vestitus est.

[y] *Hydraulam*] Hydraula is dicitur, qui organorum hydraulicorum, de quibus supra cap. 41. Choraula, qui in choro canit tibia; αὐλὸς enim tibia est, et utricularius, qui ex utre fistulam inflat, unde et ascaules dicitur quoque vocabulo Græco; ἄσκος enim utrem significat, quasi ex hœdi pelle tibicen.

[z] *Saltaturumque Virgilii Turnum*] Sic et Macrobius dixit, 'canticum saltare.' Juven. 'Chironomon Ledam molli saltante Bathyllo.' et Horat. Sat. 5. lib. I. 'Pastorem saltaret uti Cyclopa rogabat.'

[a] *Paridem histrionem*] Domitiæ Neronis amitæ libertum.

[b] *Induxit*] Torrentius in optimo legit *indixit*.

[c] *Neroneum*] Senatus decreto ob detectam hoc mense Pisonis conjurationem, de qua supra cap. 36. Auctor Tacit. lib. xv.

[d] *Neropolin*] Post incendium, supra ad cap. 38. ex Tacito quoque, &c.

[e] *Deæ Syriæ*] Hanc alii dicunt fuisse Atergatim Assyriorum Dei conjugem, et Semiramidis matrem: verum quia semifœminam et semipiscem fuisse ferunt Atergatim, hanc autem Syriam Deam fœminam totam, ut constat ex Luciano, qui peculiari de ea opere scripsit, ideo Semiramidem potius fuisse Vossius existimat; tum quia apud Syros ut nulla divinitas Syria Dea potentior, ita et heroina nulla Semiramide celebratior extitit, tum quia a columbis educata et in columbam versa Semiramis, Dea vero Syria ab ovo, cui columba insederit, prognata prædicantur.

Siquidem[7] icunculam[f] puellarem cum quasi remedium insidiarum a plebeio quodam et ignoto muneri[8] accepisset, detecta confestim conjuratione, pro summo numine, trinisque in die sacrificiis, colere perseveravit: volebatque credi monitione ejus futura prænoscere.[9] Ante paucos, quam periret, menses attendit et extispicio, nec unquam litavit.[g] [57.] Obiit secundo et tricesimo[10] [h] ætatis anno,† die, quo quondam Octaviam[i] interemerat: tantumque gaudium publice præbuit,[1] ut plebs pileata[k] tota Urbe discurreret. Et tamen non defuerunt, qui per longum tempus vernis æstivisque[l] floribus tumulum ejus ornarent; ac modo imagines prætextatas[2] [m] in Rostris proferrent, modo edicta,

Camp. Tum emendationem Egnatii legentis *icuncul.* admiserunt Ald. Steph. Torr. et seqq. probantib. Torr. Burm. Oud. Ex Sab. conject. Beroaldo placuit *imagunculam*, quod in Edd. Bon. Par. receptum. Præbent *acunculam* Mss. O. et Edd. Vett. nisi quod in Corsend. *acungulam*, Vind. 1. *accuncul.* Cop. *aniculam*, Ed. Camp. *accunderam*. Casaub. suasit *acuculam*.—8 Medic. 3. *munere*. Dein *detexta* Huls.—9 *Præcognosc.* Medic. 1. Cop. *pernoscere* Vind. 1. Pro *menses* dant Vind. 2. a m. pr. et Fouc. *dies*. Ceterum *ex auspicio* Cop. Edd. Rom. *vel auspicio* Vind. 1.—10 Sic Memm. cum Casaub. et seqq. Reliqui Mss. et Edd. *trices.* vel *XXX. et sec.* Ryck. ad Tac. Ann. XII. 25. corrigi vult *primo et tric.* uti apud alios est. Copula deest Cort. neque agnoscit *die* Cop.—1 Suspectum habuit Oud. verb. *præbuit*, pro quo in Cop. est *præfuit*. In Medic. 1. *gaud. fuit publice ut*, Medic. 3. *publico*, unde conj. Oud. *g. publ. P. Ro. fuit*. Postea Cop. *palliata*, Voss. *pilleata*.—2 *Prætextas* et *præferrent* Vind. 1. *ferrent* Medic. 1. a m. pr. Dein *re dicta* Medic. 3. *et dicta*

NOTÆ

[f] *Icunculam*] Parvam imaginem. Alii legebant *acunculam*, ab acu, quæ pars est mundi muliebris: sed ex orationis serie patet de imagine potius intelligendum. His enim similia vendebant Marsi et Psylli præstigiatores; ut laminas, annulos, aliaque id genus, de quibus Arnobius lib. II. quæ cum facile circumferri possent, et adversus morbos et inopinatos casus esse remedia jactitarentur, eo facilius decipiebant credulos.

[g] *Litavit*] Hoc est, nunquam perfecta et sine vitio immolata hostia, placati Dei signum habere potuit, ut in Jul. ad cap. 81.

[h] *Secundo et tricesimo*] Imperii annos retulit supra cap. 40. Unde mirum non videtur, si de his hic sileat.

† A. U. C. 821.

[i] *Octaviam*] Conjugem, supra cap. 7. ad 8. Idus Junii, auctore Dione.

[k] *Pileata*] Lætitiæ et receptæ libertatis signum. Vide in Tib. ad cap. 4.

[l] *Vernis æstivisque*] Ita et Aug. cap. 18.

[m] *Prætextatas*] Magistratuum ornatus est. De prætexta supra in Jul. ad cap. 1. &c.

quasi viventis,[n] et brevi magno inimicorum malo reversuri. Quin etiam Vologesus,[3] [o] Parthorum rex, missis ad Senatum legatis de instauranda societate, hoc etiam magno opere oravit, ut Neronis memoria coleretur. Denique, cum post viginti annos,[p] adolescente me, extitisset conditionis incertæ, qui se Neronem esse jactaret, tam favorabile nomen ejus apud Parthos fuit, ut vehementer adjutus, et vix redditus[q] sit.

Fonc. *edentis* pro *viventis*. Vind. 1. qui caret τῷ *magno*.—3 *Valogauses* Cop. *Vologeses* Edd. Ald. Steph. *Volgesus* Fonc. *Vologæs*. Medic. 1. 3. ut et edidit Oud.

NOTÆ

[n] *Viventis*] Tacitus II. Histor. fictum id a multis creditumque refert: quia nempe ei morienti affuere paucissimi. Hinc etiam D. Augustinus lib. xx. de Civitate Dei cap. 19. explicans hæc Apostoli verba, 'jam enim mysterium iniquitatis operatur,' dicit, creditum a multis ea de Nerone esse intelligenda, quem existimabant esse Antichristum. Unde alii resurrecturum Neronem, alii ne occisum quidem, sed subtractum arbitrati sunt, et vivum occultari in eo ætatis vigore, in quo putabatur extinctus, donec suo tempore restitueretur in regnum.

[o] *Vologesus*] De quo adhuc infra non semel Vespas. cap. 6. &c.

[p] *Post viginti annos*] Elapsis post Neronis mortem viginti annis, quod contigisse oporteret septimo Domitiani anno; unde colligere esset pseudo-Nerones fuisse ut minimum tres, unum Othonis et Vitellii temporibus, ex Tacito in Histor. alterum Titi, ut ex Zonara in Tito, tertium de quo hic sermo est.

[q] *Vix redditus*] Sensus est, ægre a Parthis redditum fuisse, ut puniretur.

SERV.[1] SULPICIUS GALBA.

PROGENIES Cæsarum[a] in Nerone defecit:[2] quod futurum, compluribus quidem signis, sed vel evidentissimis duobus, apparuit. Liviæ olim, post Augusti statim nuptias Veientanum[3] [b] suum revisenti, prætervolans aquila gallinam albam, ramulum lauri rostro tenentem, ita ut rapuerat, demisit[4] in gremium: cumque nutriri alitem, pangi ramulum[c] placuisset, tanta pullorum soboles[5] provenit, ut hodie quoque ea villa 'ad Gallinas'[d] vocetur; tale vero lau-

1 *Sergius* Vind. 2. Cort. Periz. et Edd. Vett. *Incipit de Galba Lib. VII.* Medic. 3.—2 *Deficit* Vind. 1. Dein *in compl.* Periz. Edd. Rom. Med. Ven. Bon. *sed vel* habent Memm. Medic. 3. Vind. 2. Fouc. *vel* sine *sed* in duob. Torr. Vulgo *sed ev.*—3 *Vegetan.* Huls.—4 *Dimis.* Vind. 1. Huls. Periz. Edd. sæc. xv. pluresque. Paulo ante *ramum lauri* Edd. Gryph. Pulm. Torr. Mox *pangi* Memm. Medic. Polit. Cort. Voss. Dun. Fouc. Edd. Bas. priores. Al. *pangique.* In Vind. 1. *aliquem et pangi*, Vind. 2. a m. pr. *plantari.*—5 *Subol.* Memm. *pervenit* Edd. Rom. Deest *quoque* Medic. 1. 3. Cort. Cop. Fouc. *ho-*

NOTÆ

[a] *Progenies Cæsarum*] Idem alii quoque notavere, excepto Appiano, qui, lib. IV. Bellorum civilium, relictam dicit ab Octavio prolem, etiam tunc imperantem, Hadriani scilicet et Antonini Pii temporibus, quibus vixit ille auctor. Plutarchus de uno Galba testatur illum Liviæ genus aliquatenus contigisse, et hoc videtur innui cap. 3. infra.

[b] *Veientanum*] Villam ejus nominis in agro Veientano, quam Tiberi impositam nono ab urbe lapide fuisse dicit Plinius lib. XXXV. cap. ultimo, ubi hanc historiam fuse narrat.

[c] *Pangi ramulum*] Plinius ibidem pro 'pangi' utitur verbo 'seri.' Festus, 'Pangere,' inquit, 'figere est, et plantæ pangi dicuntur, cum in terram demittuntur, et versus pangi, id est, figi in cera.'

[d] *Gallinas*] Quas omnes albas ex

retum, ut triumphaturi Cæsares inde laureas decerperent :[6] fuitque mos triumphantibus, illas [7] confestim eodem loco pangere: et observatum [8] est, sub cujusque obitum arborem ab ipso institutam elanguisse. Ergo novissimo Neronis anno et sylva omnis exaruit [9] [e] radicitus, et quicquid ibi gallinarum erat, interiit: ac subinde tacta [10] de cœlo Cæsarum æde,[f] capita omnibus simul statuis deciderunt;[g] Augusti etiam sceptrum [h] e manibus excussum est. [2.] Neroni Galba successit,[†] nullo gradu contingens Cæsarum domum: sed haud dubie nobilissimus, magnaque et vetere prosapia,[i] ut qui statuarum titulis PRONEPOTEM se [1] Q.

dieque Cuj. Voss. Ed. Gron. Tum *villa Gallinacea* Vind. 2. a m. pr.—6 Post hæc verba Memm. spatium unius lineæ cum dimidia reliquit. In Cop. Dun. *fuitque mox.*—7 Vulgo *alias*, et in hac lect. conspirant Mss. O. Lips. corr. *eas.* Ex Burm. emendatione *illas* recepit Baumg. cum Wolf. eod. modo Vind. 1.—8 *Ut obs.* Medic. 1. 2. Dun. *est et sub* Memm.—9 *Exarsit* Cop. *Postea Cæsaris* conj. Lips. In Edd. Casaub. et seqq. *stat. sim.*—10 *Tacto* Fouc. in quo mox *Aug. etiam sc.* cum Memm. Medic. 2. 3. Dun. Fouc. Vind. 2. Cort. Voss. Cuj. Ed. Steph. (in qua *e navibus*) Vulg. *Augustique sc.* Medic. 1. *Augusti sc.*—1 *Pronep. sequenti* Memm. unde Salm. monet leg. *pron. se*, uti habetur in Mss. O. et Edd. ante Casaub. Al. deest τὸ *se*. Supra pro *haud* Periz. cum Edd. paucis

NOTÆ

illa genitas fuisse, auctor est Dio, unde genus albarum gallinarum appellatum.

[e] *Sylva omnis exaruit*] Simile quid refert ex Joanne Tzetze Histor. Chiliade IV. Casaubonus, ficum scilicet fuisse logothetæ cuidam unice dilectam, (sic ut alii nemini fructum ejus comedere liceret,) quæ die mortis ejus exaruit, ac postero die a summo ad imum fidit se. Quam historiam auctor ille sancte jurat esse veram. Tacitus lib. XIII. Annal. in fine ipso tradit, Ruminalem arborem, quæ in medio comitio erat, exaruisse circa hæc tempora, et ostenti loco fuisse. Octingentos enim et amplius annos duraverat, utpote quæ Romulum Remumque infantes texerat.

[f] *Cæsarum æde*] Torrentius intelligit templum Veneris Genetricis, de quo in Jul. cap. 61. Quod videtur etiam intelligi posse de æde D. Julii, Aug. cap. 101.

[g] *Capita ... deciderunt*] Confirmat quod de amobilibus statuarum capitibus supra notatum est in Tib. cap. 58. et Calig. cap. 22.

[h] *Augusti etiam* [*Augustique*] *sceptrum*] Illud nempe quod portabatur a triumphantibus, non vero quale regibus erat. Constat namque Principes Romanos hæc regni insignia diu non usurpasse, ut infra in Calig. ad cap. 22. Torrentius in omnibus Mss. legit *Augusti etiam sceptrum, &c.*

† A. U. C. 821.

[i] *Prosapia*] Hoc est, genere seu stirpe. Qua voce Catonem et Plautum usos reperias, ac Ciceronem ipsum, sed adhibita cautione, libro de Universitate, ' et eorum (ut utamur

CATULI[2] CAPITOLINI[k] semper ascripserit; Imperator vero etiam stemma in atrio[l] proposuerit, quo paternam originem ad Jovem, maternam ad Pasiphaën[3][m] Minois uxorem referret. [3.] Imagines et elogia[4][n] universi generis exequi longum est: familiæ breviter attingam. Qui primus Sulpiciorum cognomen Galbæ tulit, cur, aut unde traxerit,[5] ambigitur. Quidam putant, quod oppidum Hispaniæ, frustra diu oppugnatum, illitis demum galbano[o] facibus succenderit: alii, quod in diuturna valetudine galbeo, id est, remediis lana[6] involutis,[p] assidue uteretur:

aut.—2 Desideratur *Catuli* in Medic. 1. 3. Vind. 2. Cort. Cop. Tum *quod pat. or.* Fonc.—3 *Pasaphaam* Memm. Medic. 2. opt. Torr. *Pasifan* Cuj. *Pasiphem* vel *Pasiphen* multi cum Edd. primis. Torr. delendam ducit voc. *maternam*, scribendumque: *pat. or. ad Minoëm ac Pas. &c.* probante Guj.—4 *Eulogia* Vind. 2. Cort. Voss. Dein *Galb. cogn.* Vind. 1.—5 *Traxit* Fouc. qui et postea *illatis*, cum Medic. 2. Vind. 1. Voss. Statim *fascibus* marg. Periz. et Edd. Rom.—6 Nic. Rigaltius ad Orosand. Strateg. p. 61. delet verba *id est*, et *lana* deletum mallet. In Mss. ab eo inspectis, *id est* omissa, et *galbeis*

NOTÆ

veteri verbo) prosapiam.' Quod verosimiliter Quintilianum induxit, ut voce hac minime utendum esse censeret.

[k] *Q. Catuli Capitolini*] Hoc cognomen sortitus a restitutione et dedicatione Capitolii, de qua in Jul. c. 15.

[l] *Stemma in atrio*] Hoc est, gentilium imaginum seriem et ordinem, quæ singulis armariis inclusæ disponebantur in atrio, ut supra notatum est in Aug. cap. 4.

[m] *Pasiphaën*] Torrentius corruptum hunc locum arbitratus sic restituit: *paternam originem ad Minoëm et Pasiphaën Minois uxorem referret.* Nec enim si de materna loqui voluisset, Pasiphaën mulierem tam fœda libidine infamem dicturum fuisse verosimiliter existimat, sed potius Solem, qui Pasiphaës pater esse ferebatur. Certe Silius Italicus libro VIII. indicat oriundam a Minoë Galbarum familiam: 'Rectorem magno spectabat nomine Galbam, Huic genus orditur Minos, invisaque tauro Pasiphaë,' &c.

[n] *Imagines et elogia*] De imaginibus in Aug. ad cap. 4. Elogia sunt tituli, qui in bonam pariter et in malam partem accipiuntur, ut Calig. ad cap. 24. &c.

[o] *Galbano*] Galbanum est succus herbæ ferulaceæ resinam referens, et flammæ nutriendæ conveniens; de quo Plinius lib. XII. cap. 25.

[p] *Galbeo, id est, remediis lana involutis*] Quæ per modum armillæ aut zonæ gerebantur; unde Festus annumerat galbeos inter mundum muliebrem. Sed ortum inde nomen Galbæ Torrentius arbitrari nequit; unde tertiam etymologiam præfert, quod etiamnum *Calber* apud Belgas obesum significet. Et quia veterem Gallicam linguam eandem cum Germanica fuisse vulgo existimant, omnium felicissima videtur Glareani conjec-

nonnulli, quod præpinguis fuerit visus, quem [7] 'galbam' Galli vocent; vel contra, quod [8] tam exilis, quam sunt [9] animalia, quæ in æsculis nascuntur,[q] appellanturque 'galbæ.' Familiam illustravit Servius [10] Galba [r] consularis,[†] temporum suorum et [1] eloquentissimus: quem tradunt, Hispaniam ex prætura obtinentem, XXX Lusitanorum millibus perfidia trucidatis,[s] Viriathini [2] belli [t] causam ex-

exaratum esse testatur.—7 *Quam* Memm. Cop. Dein *vocent* Casaub. et seqq. ediderunt: sic enim Mss. O. exceptis Vind. 2. Cort. in quib. *vocant*, ut erat vulgo, et Ern. revocavit.—8 *Quod* deest Edd. Rom. *tam* exulat ab Vind. 1. Voss.—9 *Quod sunt* Memm. *qualia sunt* Cort. Vind. 2. *amalia* Vind. 1. Mox *escul.* Edd. Rom. et recentt. plures.—10 Ita omnibus literis Medic. Cop. Voss. In Periz. Harlem. et Edd. Vett. *Sergius*. Al. *Ser.*—1 Vulgo omittitur *et*, sed retinent Memm. Medic. 1. 3. Vind. 1. Cop. Huls. Cuj. Voss. Burm. conj. *suor. ditissimus et eloq.*—2 In plerisque *Viriatini*; illud restituit Oud. auctoritate Medic. Vind. 1. Voss. Statim *causa* Pal. 1. 2. Medic. 1. 3.—

NOTÆ

tura, qui pinguem hominem *Kalb* aut *Kalf* a Germanis appellari annotavit. Erat et galbus sive galbeus color, et galbineus, viridem inter et flavum, quem alii dixere lividum, quæ omnia vix quicquam huc faciant, nisi vel ad faciem, vel ad mores referas, aut etiam ad vestimenta, quæ eo colore delicatiorum erant, ut patet ex Juven. Sat. II. et 'galbinos mores,' et 'hominem galbanatum' pro effœminato dixit Martialis lib. I. epig. 97. et lib. III. epig. 82.

[q] *In æsculis nascuntur*] Casaubonus 'teredines' in universum appellat ejusmodi animalcula lignum rodentia, quas tamen Plinius lib. XVI. cap. 41. in mari tantum sentiri asseverat, nec aliam teredinem proprie dici. Hujusmodi animalculorum varia genera, ut Cossi, qui et Cossutiorum familiæ auctori nomen dedere, et Thripæ, Bytarus, Galbæ, &c. Apud Plinium æsculus arbor est glandifera, et sic in plerisque libris arboris nomen invenitur scriptum.

[r] *Ser. Galba*] Idem et Cicero I. de Oratore: 'Equidem Sergium Galbam memoriæ teneo divinum hominem in dicendo.' Quod tamen intelligendum ut tunc erant tempora; cum enim in Bruto retulit eloquentia illum præstitisse, subjungit, 'cujus tamen orationes exiles fuerunt et redolentes antiquitatem, atque ob id exaruerunt.'

† Cos. A. U. C. 610.

[s] *Perfidia trucidatis*] Livius causam refert, quod specie pacis castra sua adoriri paratos fuisse comperisset. Valerius Maximus lib. IX. cap. 6. factum narrat et damnat, sed nonnisi novem millia partim trucidata, partim vendita refert; unde constare potest quam corruptæ apud auctores numerorum notæ: meminit et ejus facti Appianus in Ibericis, et Cicero in Bruto, ubi hoc nomine accusatum fuisse refert, et absolutum commiseratione liberorum suorum, quos in concione produxit, et suis ipse manibus circumtulit.

[t] *Viriathini belli*] Ex illa clade Viriathus cum paucissimis ereptus, fac-

titisse.† Ejus nepos, ob repulsam consulatus ‡ [u] infensus [3] Julio Cæsari, cujus legatus in Gallia fuerat, conspiravit cum Cassio et Bruto:[v] propter quod Pedia lege [w] damnatus est. Ab hoc sunt Imperatoris Galbæ avus et pater.[4] Avus clarior studiis, quam dignitate: non enim egressus [5] præturæ gradum, multiplicem nec incuriosam historiam edidit. Pater consulatu functus,‖ quanquam brevi corpore,[x] atque etiam gibber,[6] modicæque in dicendo facultatis, causas industrie actitavit.[7] Uxores habuit Mummiam Achaicam, neptem Catuli,[8] proneptem L. Mummii,[y] qui Corinthum

3 *Offensus* Cop. Deest *Cæsari* Vind. 1. Pro *legatus* Memm. Voss. *inlatus* vel *illatus*.—4 Desiderantur *av. et pat.* in Edd. Rom. *pat. et av.* Periz. Tum *studio* Medic. 2. Dun. Vind. 1. Periz. et Edd. ante Bas. quod reposuit Burm. repugnantib. Ern. Oud.—5 *Non vim egr.* Fouc. Infra *quanquam* prætulerunt Casaub. Burm. Oud. cum Mss. Torr. Pal. 3. Voss. Cnj. Dun. Periz. Medic. 1. 2. Vind. et Edd. Vett. Al. *quam*, quod defendunt Græv. Grut. Gron. Statim *brevis corp.* videtur legisse Bernegg. in Ind.—6 *Galber* Vind. 1. *gibbus* Vind. 2. Cort. Edd. Rom. *gilbus* Fouc.—7 *Factitav.* Huls. *Jactitav.* Cop. Tum *Numiam* Periz. Edd. Rom. Ven. *Mumiam* Junt. Ald. Bas. *Achaiam* et mox *Achaia* Dun. Medic. 2. Vind. 1. Cop. et alii cum Ed. Camp. pluribusque, etiam Seb. Gryph. Paulo ante *uxorem* Edd. Rom.—8 *Catulli* Cop. in quo *proneptemque*, ut et Medic. Dun. Polit. Periz. Voss. et Edd. ante Casaub. nisi quod in Gryph. *neptemque Cat. pronept.* Edd. Schild. *pronepotem*. In Me-

NOTÆ

tusque Lusitanorum Imperator, tantum negotii Romanis facessit postea, ut eorum fasces, trabeas, aliaque insignia dignitatum ablata in montibus et tropæis suis præfixerit, qui primum ex pastore venator, ex venatore latro, atque inde Imperator factus erat.

† A. U. C. 604.

‡ A. U. C. 710.

[u] *Ob repulsam consulatus*] Hujus honorifice meminit Cæsar variis in locis Commentariorum, ac præsertim libro III. de Bello Gallico; et Hirtius in fine octavi, quem supplevit, sed Cæsare invito, repulsam hanc passum Galbam refert; unde aliam ab ea de qua hic agitur fuisse eo verosimilius est, quod Galba ille, lata jam semel repulsa, existimaret consulatum minime sibi recusandum a Cæsare, omnia tunc ad arbitrium disponente. Videsis in Jul. ad cap. 81. et 82. Hujus meminit et Cicero Philippic. XIII.

[v] *Cassio et Bruto*] In Jul. cap. 82. et in Aug. cap. 13. &c.

[w] *Pedia lege*] Qua Julii interfectores damnati, de qua in Ner. cap. 3.

‖ A. U. C. 775.

[x] *Quanquam* [*quam*] *brevi corpore*] Torrentius in suis libris legit *quanquam*, ut et Beroaldus.

[y] *L. Mummii*] Huic cognomen Achaicus; fusis enim Achæis, Corinthum desertam incendit, tuncque facta est illa metallorum mixtura tam exquisita, ut Corinthia vasa, scilicet ex ea, omnium habita sint pretiosissima, ut sæpe in Augusto notare est.

excidit; item Liviam Ocellinam,[9] ditem admodum et pulchram: a qua tamen nobilitatis causa appetitus ultro existimatur, et aliquanto enixius,[10] postquam subinde instanti vitium corporis secreto posita veste detexit, ne quasi ignaram fallere videretur. Ex Achaica liberos, Caium et Servium,[1] procreavit. Quorum major Caius attritis facultatibus Urbe cessit: prohibitusque a Tiberio sortiri anno suo proconsulatum,[z] voluntaria morte obiit. [4.] Serv.[2] Galba Imperator, M. Valerio[a] Messala, Cn. Lentulo Consulibus natus est,[†] VIIII. Kalendas Januarii, in villa colli superposita,[3] [b] prope Terracinam, sinistrorsus[4] Fundos petentibus. Adoptatus[5] a noverca sua, Livium nomen et Ocellæ[6] cognomen assumsit, mutato[7] prænomine. Nam

dic. 1. 3. *Mummi de more.*—9 *Leviam Cecilinam* Vind. 1. *Ocrellinam* Ed. Camp. *Luciam* Cuj. Paulo ante *exscidit* Guj.—10 *Enixus* Periz. Edd. Ven. tr. Mox *ignotam f.* Edd. Med. Ven. Cald.—1 *Sergium* Mss. fere O. et Edd. Vett. *Gaium et Sergium* Voss.—2 Iterum *Sergius*, ut passim, in Fouc. Dein Lips. mallet, *M. Val. Messalino*. Præbent *VIII. Kal.* Pal. 1. Viterb. Fouc.—3 Hanc lect. probat Grut. e duob. Pal. firmantque Memm. Medic. 2. 3. Dun. Urs. Polit. Vind. 1. Cort. Periz. *supposita* in Edd. O. præter Græv. Gron. et recentt.—4 Vulgo *sinistrorsum*, sed per *s* exaratur in Memm. Medic. Polit. Vind. 2. Cort. Cop. Fouc. *sinistrosus* Voss. Dun. quod idcirco amplexus est Oud.—5 *Adoptatusque* Memm. Cop. Cuj. Voss. Polit. Vind. 1. Fouc. favente Oud. *adoptatus est* Vind. 2. Cort.—6 In Memm. teste Græv. *Liviam n. et Ocellare cogn.* sed *Livii* ex eodem Memm. profert Gron. *Livia n. et Ocellare* Mss. Casaub. Oud. Cop. Voss. Huls. Fouc. Dun. (in quo *Lucia* pro v. l.) Edd. Rom. Ven. Med. Lugd. *Livii n. et Ocellare* Medic. 2. Harlem. Edd. Bon. Junt. Ald. Steph. et seqq. *Livii n. et Ocellæ* Bas. Casaub. Scriv. et recentt. *Livia n. et Ocellæ* Edd. Oud. Wolf. Mallet Græv. *Liviam n. et Ocellam*, Heins. *Livium n. et Ocellam*, probante *Ocellam* etiam Oud. Præplacet *Ocellare* Baumg. Non enim *Ocellam*, sed *Ocellum* cognominatum existimat.—7 Torr. e libris suis legit *et præn.* probatque Oud. Dein *et* ante Luc. in nullo Ms. comparet, neque Ed. ante Casaub. delevitque Wolf. Torr. conj. *Lucii pro Servii.* Beroald. hic *Livium* voluit, quia scilicet *Sergio* cum Edd. Vett. et Mss. plurimis lege-

NOTÆ

[z] *Sortiri anno suo proconsulatum*] Nam in provincias, quas populo administrandas reliquerat, Proconsules sortito mittebantur, ut in Augusto ad cap. 47.

[a] *M. Valerio*] Si vera foret Glareani Chronologia, eodem anno quo Christus Dominus, Urbis scilicet 751. et eodem ferme die; nono enim Kalend. Januar. est vicesimus quartus Decembris dies.

† A. U. C. 751.

[b] *Colli superposita* [*supposita*] Multis in codicibus *superposita*. Terracina urbs est Latii, quondam Anxur, nunc etiam *Terracina* vel *Tarracina*: Fundi vero in Latio quoque, hodieque *Fondi*, non procul a regno Neapolitano.

et Lucium mox pro Servio usque ad tempus imperii usurpavit. Constat, Augustum puero adhuc, salutanti se inter æquales, apprehensa buccula[8] dixisse, καὶ σὺ, τέκνον, τῆς ἀρχῆς ἡμῶν παρατρώξῃ.[a] [9] [c] Sed et Tiberius, cum comperisset, imperaturum eum,[10] verum in senecta: 'Vivat sane,' ait, 'quando id ad nos nihil pertinet.' Avo quoque ejus fulgur procuranti,[d] cum exta de manibus aquila rapuisset, et in frugiferam[1] quercum contulisset, responsum est, summum, sed serum, imperium portendi familiæ. Et ille irridens, 'Sane,' inquit, 'cum mula pepererit.'[2] [e] Nihil æque post-

[a] *Et tu, fili, de imperio nostro comederis.*

bat.—8 *Bucula* Medic. 2. Vind. 1. *subucula* marg. Gryph.—9 Sic Casaub. et seqq. exhibuere, auctorib. Memm. Reg. Par. Pith. Lisl. Viterb. Pal. 1. 2. Cuj. Voss. Ex Turneb. Pulm. Leopard. et Torr. παραγεύσῃ dedere. In Medic. 2. 3. παρατρώξει, Medic. 1. παρατυλύξει, Pal. 3. παράῤῥισον, Cop. Polit. Edd. Rom. Bon. Ald. Bon. παράῤῥιζον, Periz. Edd. Gryph. &c. παράῤῥιξον, Vind. 2. παρριζον. In aliis παριζον, παράρισον, ut in Cort. παρίξον, πάρξον, aut Græca omittunt, et Latina exhibent hoc modo: *et tu fili imperii nostri appendix* marg. Pal. 1. *et t. f. imperio nostro adhære* Lugd. *et t. f. ad imperium nostrum propage* marg. Gryph. *ad imp. nostrum nascitor* marg. Periz.—10 *Eum* exulat ab Edd. Rom. *eum imp.* Vind. 1. Periz. Cuj. et Edd. ante Casaub. Supra *et* deest quoque Edd. Rom.—1 *Fruigif.* vel, teste Burm. *frugiferum* Cuj. Dein *resp. est summ.* præbent Memm. Dun. Medic. Polit. Vind. Cort. Cop. Voss. Fouc. Edd. Rom. Lugd. Junt. Ald. Steph. Ern. Oud. Bip. &c. In ceteris voces *resp. est* post *famil.* inseruntur. Desunt in Ven. 1.—2 *Peperit* Vind. 1.

NOTÆ

[c] Παρατρώξῃ] Sic Casaubonus: ex Mss. Pulmannus, auctore Dione, et Turnebum secutus, legit παραγεύσῃ, *degustaveris.* Dionis verba Tacitus Annal. vi. Latina fecit, 'et tu, Galba, quandoque degustabis imperium.' Sed Tiberio præsagiente, non Augusto, a quo tamen potius, quam a Tiberio, dictum hoc fuisse crediderim: quia puero Galbæ dictum videtur, et certe pueritiam egressus erat Galba tunc cum Tiberius principatum adeptus est, et Tacitus Galbæ jam Consuli dictum notat, ubi eadem de eo narrat, quæ Suetonius hic et Dio.

[d] *Fulgur procuranti*] Seneca libro ii. Quæst. Nat. cap. 33. in fine: 'Fulminum ars in tria dividitur: quemadmodum exploremus: quemadmodum interpretemur: quemadmodum exoremus: prima pars ad formulam spectat, secunda ad divinationem, tertia ad propitiandos Deos, quos bona rogare oportet, mala deprecari: rogare ut promissa firment, deprecari ut remittant minas.' Quæ postrema verba procurationibus fiunt, has vero idem Seneca eodem libro cap. 36. aquæ niveæ sacrificio fieri indicat, ubi de illis plura, ritu v. g. antiquo, et multis circa ipsum superstitionibus.

[e] *Mula pepererit*] Idem eodem eventu Dario ac Persis Babylonem obsidentibus exprobratum, refert Herodotus in Thalia: urbem scilicet ab iis expugnandam cum mulæ peperis-

ea Galbam tentantem res novas confirmavit, quam mulæ partus:[f] ceterisque ut obscœnum ostentum abhorrentibus, solus pro lætissimo accepit, memor sacrificii, dictique avi. Sumta virili toga, somniavit Fortunam dicentem, 'stare se ante fores defessam, et nisi ocyus reciperetur, cuicumque[3] obvio prædæ futuram.' Utque evigilavit, aperto atrio, simulacrum æneum Deæ, cubitali majus, juxta limen invenit: idque gremio suo Tusculum, ubi æstivare consuerat,[4] avexit, et in parte ædium[g] consecratum, menstruis deinceps[5] supplicationibus et pervigilio[h] anniversario coluit. Quanquam ætate nondum[6] constanti, veterem civitatis exoletumque morem, ac tantum in domo sua[7] hærentem, obstinatissime retinuit, ut liberti servique bis die frequentes adessent, ac mane salvere, vesperi valere sibi singuli dicerent. [5.] Inter liberales disciplinas attendit et[8] juri. Dedit et matrimonio operam: verum, amissa uxore Lepida, duobusque ex ea filiis, remansit in cœlibatu, neque solicitari ulla conditione amplius potuit, ne Agrip-

Periz. Harlem. Edd. Vett. præter Steph. Bas. et recentt.—3 *Cujuscumque obvie* Vind. 1. Paulo ante *reperiretur* Cort.—4 Ita primus edidit Gron. cum Memm. Medic. 1. 3. Polit. Edd. Rom. In plerisque *consueverat*, ut sæpius. Statim *advexit* Medic. 1. 2. Vind. uterque, Cort. Fouc. Edd. Rom. *solebat advex*. Cop. *in partem* Dun.—5 *Deinde* Fouc. qui et mox *ac pervigili*, cum Vind. utroque, Cort. item *pervigili* duo Pulm. totidem Burm. et Edd. sæc. xv. et Lugd.—6 *Qu. autem nondum æt.* duo Torr. Medic. 1. Polit. Vind. 2. Cort. Voss. vel *autem æt.* item Edd. Rom. Casaub. &c. usque ad Burm. qui delevit *τὸ autem*, eumque secuti Ern. Ond. seqq. adjuvantibus Memm. Dun. Periz. Harlem. aliisque, cum Edd. Vett. *ante æt.* Vind. 1. *autem nond. cons.* Medic. 1. a m. pr. Ceterum *nond. æt.* Ed. Burm.—7 In Vind. 1. legitur, *vet. exol. civ. m. a. t. i. d. suave h.*—8 Deest *et* Edd. Gryph. Pulm. Torr. *juris* Cuj. Tum

NOTÆ

sent: enixa enim est tunc temporis mula quædam apud Zopirum Darii comitem.

[f] *Mulæ partus*] Aristoteles libro vi. de Hist. Animal. cap. 24. tradit, mulas in Syria vulgo parere, sed eas a nostratibus diversas. Idem et Plinius ex Theophrasto libro viii. cap. 44. de mulis Cappadociæ refert.

[g] *In parte ædium*] Inde Torrentius existimat, ortum esse morem ponendi semper Fortunam auream in Principum cubiculo: hinc et illa numismatum et marmorum inscriptio frequentissima FORT. AVG.

[h] *Pervigilio*] Hoc est, sacrificium, quod anno vertente celebrabat jugi unius noctis vigilia. Vide in Calig. ad cap. 54.

pinæ[i] quidem, viduatæ morte Domitii, quæ[9] maritum quoque adhuc, necdum cœlibem, Galbam adeo omnibus solicitaverat modis, ut in conventu[10] matronarum correpta jurgio,[1] atque etiam manu pulsata sit a matre Lepidæ.[2 k] Observavit[l] ante omnes Liviam Augustam: cujus et vivæ gratia plurimum valuit, et mortuæ testamento pæne ditatus est: sestertium namque[3] quingenties[m] cum præcipuum[n]

vix dedit matr. Vind. 1. Mox *ea* non habent Periz. Harlem.—9 Abest *quæ* a Memm. Cop. Medic. 3. a m. pr. Voss. *quæ maritum adhuc* Fouc. E sequentib. voces *necd. cæl.* delere voluit Torr. haud improbante Wolf. Cum Vind. 1. edidit *nedum* Oud.—10 Ita Memm. duo Torr. Medic. Polit. Vind. 2. Cort. Cop. Huls. Nonn. Cuj. Voss. Fouc. marg. Gryph. Edd. Steph. Dol. Græv. Gron. &c. probantibus Ern. Oud. *in conventum* Bon. Vulgo *inter conventum*, quod defendunt Duk. ad Flor. II. 6. 41. Burm. et Sciopp.—1 *Virgo* Edd. Rom. Postea *aut etiam* Cop.—2 Hoc modo exhibent Memm. Medic. 2. 3. Dun. Polit. Vind. Cort. Periz. duo Torr. Voss. Cop. Edd. Rom. Med. pr. Ven. 1. Græv. &c. In reliquis *Lepida*. Tum *autem ante* in uno Torr. Cop. Medic. 1. *Lepidam Liv. Augustæ* Vind. 1. *Lepidam Liv.* Ed. Ven. 1.—3 Totum locum sic refinxit Torr. *nam cum quing. præc. i. l. habuisset*, *Tiberio legatum ad quinquagies revoc. ne hoc quidem acc.* In Memm. Medic. 3. deest *cum* ante *præc.* probante Oud. *cum habuiss.* Fouc. item *habuit sed quia* dat Memm. Putat Oud. *sed* post *hab.* excidisse, pro quo Edd. quædam supplerunt *quia vero*, contra Mss. *qua* Edd. Med. Ven. Pro *quingenties* Casaub. Urs. Grut. mallent *quinquagies*, cui lect. favet etiam Oud. sed tum *quinquaginta* reponendum ducit, ut est in Medic. 1. Edd. Gryph. aliisque. Voss. *quingena*. Sed ceteri Codd. et Edd. *quingenta* servant. Ceterum *præcipuus* Vind. 2. Cort. et in iisdem, et duob. Burm. Edd. Rom. Gryph. &c. *præscripta*. Tum *ne hoc q.* Cort.

NOTÆ

[i] *Agrippinæ*] Quæ Neronis mater: supra in Ner. cap. 5.

[k] *A matre Lepidæ* [*Lepida*] Alii legunt *Lepidæ*, quod idem est: loquitur enim de Galbæ socru, quæ filiæ suæ conjugem ægre ferebat ab Agrippina solicitari.

[l] *Observavit*] Testantur nummi omnis generis ab eo Imperatore percussi cum imagine Liviæ, et inscriptione DIVÆ. AVGVS.

[m] *Sestertium namque quingenties*] Hoc est, quingenties centena millia sestertiorum, ut patet ex cap. 26. Jul. 2187500.lib. quantam summam ut Galbæ legatam crederet Casaubonus adduci non potuit, cum ipsi populo Romano non nisi quadringenties legaverint Augustus et Tiberius, ut patet ex cap. 105. in Aug. et cap. ult. in Tib. unde legendum vult *quinquagies*, hoc est, 175000.lib. quam summam Tiberius ad quingenta reduxerit, scilicet sestertia, seu sestertiorum millia, hoc est, 21875.lib. quæ probabiliora videntur, quam quod vult Torrentius, si pro *quingenta* legatur *quinquagies*, ut summa quingenties intelligatur reducta ad summam quinquagies.

[n] *Præcipuum*] Non patet qua de causa hoc dixerit Suetonius. Præcipuum enim apud jurisconsultos hæredi vulgo relinquitur, estque summa quam, præter delatam hæreditatis partem, peculiariter sibi sumere de-

inter legatarios habuisset, quia notata, non perscripta [o] erat summa, hærede Tiberio legatum ad quingenta revocante, ne hæc quidem accepit. [6.] Honoribus ante legitimum tempus initis, Prætor commissione ludorum [p] Floralium,[4 q] novum spectaculi genus, elephantos [r] funambulos, edidit; exin [5] provinciæ Aquitaniæ anno fere præfuit: mox consulatum† per sex menses ordinarium [s] gessit. Evenitque, ut in eo [6] ipse Cn. Domitio, patri Neronis, ipsi Salvius [7] Otho, pater Othonis, succederet, velut præsagium insequentis casus, quo medius inter utriusque filios extitit Imperator. A Caio Cæsare Gætulico [8 t] substitutus, pos-

Vulg. vindicat Baumg. contra Wolf. aliosque.—4 *Florial.* Voss. Dun. Dein *eleph. b. fun.* Memm. *b* significare duorum numerum conj. Burm. *funiamb.* Polit. Periz. Harlem. Edd. Rom. *funabulos* Vind. uterque, Cuj. Cort. *funeramb.* Fonc.—5 *Exim* Memm. *Exin* e suis Mss. edidit Casaub. ut est in Medic. Vind. 2. Cort. Voss. Al. *exinde.* Proxime *Æquit.* Memm. *per tres menses* Viterb. Pal. 1.—6 Desunt *in eo* Periz. Harlem. Edd. Ven. Cald. Med. sec. *ipsi* Rom. sec. Statim vulgo *L. Dom.* sed *Cn.* legend. monuerat jam Torr. ediderun tque Ern. Bip. Wolf. suffragante Oud.—7 Ita Steph. Casaub. et seqq. edidere, ut est in Memm. Medic. Dun. Vind. 2. Cort. Voss. In aliis *Silvius* vel *Sylv.* Tum *quoque med.* Cuj. *utrosque* Medic. 2. a m. pr. *filius exs.* Fouc.—8 Hoc nomen ex Turneb. correctione Adv. v. 2. et XXIV. 41. receperunt Steph. Pulm. Casaub. et in Vet. Cod. esse testatur Urs. item nihil va-

NOTÆ

bet unus e cohæredibus; nullibi vero legitur Galba inter hæredes Liviæ. Hinc Torrentius 'præcipuum' intelligit de primo ac veluti summo inter legatarios loco.

[o] *Notata, non perscripta*] Hoc est, numerorum figuris, non ipsis verborum literis expressa. De notis legi potest inter alios Isidorus lib. I. Orig. cap. 21.

[p] *Commissione ludorum*] Hos enim magistratus illi edebant et committebant, hoc est, signum dabant incipiendi, ut supra in Ner. cap. 22. &c.

[q] *Floralium*] Floralia sive florales ludos Lactantius refert institutos fuisse in honorem Floræ meretricis, quæ grandem pecuniam, corpore quæsitam, hac conditione Populo Rom. largita fuerat, ut ex ejus fœnore natalem suum hoc pacto celebraret, currentibus nempe, si populus peteret, nudis meretricibus, additaque omnimoda lascivia. Quod quia flagitiosum videbatur Senatui, a numine sumi placuit argumentum, ficta Dea quæ floribus præesset, quamque ad vitium et agrorum ubertatem obtinendam placari oporteret.

[r] *Elephantos*] De his supra in Ner. ad cap. 11. et Plinius mira lib. VIII. ab initio.

† A. U. C. 786.

[s] *Ordinarium*] Hoc est, quem inisset Kalendis Januariis, more ordinario destinatus, non vero in alterius locum suffectus.

[t] *Gætulico*] In omnibus vulgatis

tridie quam ad legiones venit, solenni forte spectaculo plaudentes inhibuit, data tessera,[u] 'ut manus pænulis[9] [v] continerent.' Statimque[10] per castra jactatum est,

Disce, miles, militare, Galba est, non Gætulicus.

Pari severitate interdixit commeatus[w] peti. Veteranum ac tironem militem[1] opere assiduo corroboravit: matureque barbaris, qui jam in Galliam[2] usque proruperant, coërcitis, præsenti quoque Caio talem et se et exercitum approbavit, ut inter innumeras contractasque ex omnibus provinciis copias, neque testimonium,[x] neque præmia[3] ampliora ulli perciperent: ipse maxime insignis, quod campestrem[y] decursionem scuto moderatus,[4] etiam ad esse-

rietatis e Dun. annotatum est ad Ed. Schild. 1667. *Lici subst.* Memm. Cop. *Liti* Medic. 3. Polit. Pal. 2. *Liciis* vel *Litiis* Pal. 1. 3. Vind. 1. Medic. 2. Voss. *Lyciis* Vind. 2. Cort. *Licie* Medic. 2. *ludis* Fouc. Periz. Huls. cum Edd. Vett. Conj. Heins. *Gætulici vice*, Oud. *Lentuli vice*. Ceterum *posteridie* Memm.—9 *Pænulas* Memm. Medic. Voss. Periz. (sed correct.) Huls. Cop. Edd. Camp. Ven. 1. Salm. suasit *pænula*, cui astipulatur Oud.—10 Ita Memm. duo Torr. tres Pal. quatuor Burm. Medic. 2. 3. Dun. Polit. Vind. Cort. Fouc. et pro vulg. *statim* recepere Steph. Burm. Ern. aliique. Mox legend. putat D'Orvill. *Galba, non Gætulicu' est*, juvante Vind. 2. in quo *Galba, non est Gæt.*—1 *Militum* Harlem. Edd. Med. pr. Sab. Cald. Aliquid ulceris subesse censet cum Burm. Oud. Hic conj. *æque* excidisse. Ille conj. *peti a veteranis, ac Tyronem, &c.* vel transpositis verbis, *Tyron. æque ac veteranum mil. o. a. c.*—2 *Gallia* Medic. 1. 3. Dein *prærup.* Periz. Harlem. Edd. sæc. XV. præter Rom. sec. aliæque. Infra *contractas* sine *que* duo Torr.—3 *Præm.* exulat ab Edd. Rom. *ipse* a Cort. Fouc. Plenius distinguitur ante *ipse* in Edd. ante Ern. et Bip.—4 Aurel. ad Tac. Ann. II. corr. *decurs. scuto immodice oneratus*,

NOTÆ

legebatur *ludis*. Turnebus Advers. v. cap. 2. et XXIV. cap. 41. e vestigiis veteris libri, in quo scriptum erat *lici*, emendavit, veritatem historiæ secutus; auctor enim est Tacitus lib. v. Lentulum Gætulicum præfuisse Germaniæ per decennium, quo tempore jussu Caligulæ interfectus est, quod militum benevolentiam sibi conciliasset, nimia verosimiliter indulgentia, unde versus ille trochaicus qui hic refertur.

[u] *Data tessera*] Signo militari, quo ducis mandatum indicabatur, idque vel vocale vel in pittacio descriptum. Unde etiam paret edita in castris spectacula: de tesseris aliqua jam in Aug. ad cap. 40. et Calig. ad cap. 8.

[v] *Pænulis*] Pænula vestimentum est militare et itinerarium, ad arcendam pluviam, parum discrepans a lacernis, ut in Aug. ad cap. 40. notatum est.

[w] *Commeatus*] Veniam discedendi ad certum tempus. Supra sæpe.

[x] *Testimonium*] Intelligendum videtur de testimonio Caligulæ, et præmiis ab illo præstitis.

[y] *Campestrem*] De hac exercitatione, quæ fiebat in campo, jam supra

dum Imperatoris per viginti passuum millia cucurrit.[z] [7.] Cæde Caii[†] nuntiata, multis ad occasionem stimulantibus, quietem prætulit. Per hoc[5] gratissimus Claudio, receptusque in cohortem amicorum,[a] tantæ dignationis est habitus, ut, cum subita ei valetudo, neque adeo gravis, incidisset, dilatus sit expeditionis Britannicæ[6 b] dies. Africam Proconsule biennio obtinuit, extra sortem[c] electus ad ordinandam[7 d] provinciam, et intestina dissensione et barbarorum tumultu inquietam. Ordinavitque magna severitatis ac justitiæ cura, etiam in parvulis rebus. Militi,[8] qui per expeditionem arctissima annona residuum cibariorum tritici modium[e] centum denariis vendidisse arguebatur, vetuit, simul atque indigere cibo cœpisset, a quoquam opem ferri: et is fame extabuit.[f] At in jure[9] dicendo, cum de proprietate[g] jumenti quæreretur, levibus utrimque argumentis et

valde repugnante Burm.—5 *Per hæc* Periz. Harlem. Edd. Vett. præter Bon. Gryph. et seqq.—6 *Britanniæ* Huls. Dein *proconsul* Vind. 1. Edd. Sab. Cald. Bon. Junt. Arg. Supra *valit. et* Vind. 2.—7 *Ordinandum* Huls. Tum *magna* Harlem. Periz. Edd. sæc. xv. Bon. Lugd. *etiam et in* Medic. 1. 3. Cort. Fouc. —8 *Meliti* in uno lib. Torr. unde Græv. conj. *veliti*. Mox *art. ann.* pro *ann. arct.* rescripsit Oud. fide Medic. Polit. Vind. 2. Cort. Voss. item Fouc. in quo *vetuitque simulac.*—9 *At jure* Dun. Postea habet Viterb. *cum proprietas jum.*

NOTÆ

in Ner. ad cap. 7. et Vegetius lib. III. cap. 9. et 10.

[z] *Per viginti passuum millia cucurrit*] Vide in Calig. cap. 26.

† A. U. C. 794.

[a] *Cohortem amicorum*] De variis amicorum ordinibus supra in Ner. ad cap. 5. et Tib. ad cap. 42. et 46. &c.

[b] *Expeditionis Britannicæ*] Quam Claudius suscepit, supra in Claud. cap. 17.

[c] *Extra sortem*] Non sortita provincia, quod tamen fieri consueverat, ut paulo supra ad cap. 3. notatum est.

[d] *Ordinandam*] Componendam: in Jul. ad cap. 18.

[e] *Tritici modium*] Modius Romanus sexdecim sextarios Romanos capiebat, sextarii autem singuli tres semisextariolos nostrates, ut in Tib. notatum est ad cap. 42. Qua ratione modius Romanus duodecim *pintas*, ut dicimus, continuerit: quod idem ferme est ac illa aridorum mensura, quam nostrates quoque dicunt *bœotium*. Unde patet, quanta fuerit annonæ caritas; centum enim denarii septemdecim nostratibus libris cum decem assibus æquivalent.

[f] *Extabuit*] Notat Plinius lib. VIII. cap. 57. Casilini, dum ea civitas obsideretur ab Annibale, murem ducentis nummis venditum a milite, qui postmodum ipse fame periit, emtore hac alimonia conservato.

[g] *De proprietate*] Casaubonus in Viterbiensi, *proprietas*.

testibus, ideoque difficili [10] conjectura veritatis, ita decrevit, ut ad lacum, ubi adaquari solebat, duceretur capite involuto, atque ibidem revelato, ejus esset, ad quem sponte se a potu recepisset. [8.] Ob res, et tunc in Africa, et olim in Germania gestas, ornamenta [h] triumphalia accepit, et sacerdotium triplex, inter Quindecimviros [i] sodalesque Titios,[k] item [1] Augustales, cooptatus: atque ex eo tempore prope ad medium Neronis principatum in secessu plurimum vixit; ne ad gestandum [l] quidem unquam aliter [2] iter ingressus, quam ut secum vehiculo proximo [3] decies sestertium [m] in auro efferret, donec in oppido Fundis moranti Hispania Tarraconensis [n] oblata est. Acciditque, ut, cum provinciam [4] ingressus sacrificaret intra ædem publicam, puero e ministris, acerram [o] tenenti, capillus repente toto capite canesceret. Nec defuerunt,[5] qui interpretaren-

et *utrique* Harlem. Periz. Edd. Ven.—10 *Difficilis* Huls. Dein *adaquare* opt. Torr.—1 *Itemque* duo Torr. *item inter* Vind. 1. probante Oud. Paulo ante *sed. patrios* Fonc. *Ner. med.* Periz. et Edd. ante Casanb. *plurimum* deest Cop.—2 Ita legi voluit Torr. et edidit Oud. *aliter unq.* Cod. Urs. Edd. Steph. Græv. Alii cum Mss. *τὸ aliter* ejecerunt. Contra Casanb. *iter* delendum putat, unde Burm. cum Lips. mutandum suadet *ingress.* in *egress.* et ita habet Ed. Pulm. —3 Torr. scribend. duxit *e prox.* In Fouc. *vehicula.* Dein *efferet* Harlem.—4 *Provincia* Fouc. qui mox *et inter æd.* cum Memm. Cop. Medic. 3. Vind. Cort. copulam etiam addit Medic. 1. Conj. Oud. *et intraret*, vel *et introiret.* Tum *publico* Harlem. Edd. Sab. Cald.—5 *Defecerunt* opt. Torr. Infra *non multo* præbent Memm. Pal. 1. 2. Cop. Cuj. Medic. 1. 3. Polit. recipitque

NOTÆ

[h] *Ornamenta*] De his supra in Claud. ad cap. 17. et Tib. ad cap. 9. &c.

[i] *Inter Quindecimviros*] Horum origo jam inde a Tarquinio Prisco. Cum enim allati sunt ad ipsum libri Sibyllini, duos ex nobilissimis quibusque viros elegit, qui ab omni alio munere immunes, illis tantum jussu Senatus inspiciendis vacarent, et Duumviri sacris faciundis appellati sunt: postea aucto numero, Decemviri usque ad Syllæ tempora, a quo quinque additis, Quindecimviri instituti ad Theodosii tempora permanserunt, ut vulgo opinantur.

[k] *Sodalesque Titios*] De his et Augustalibus, supra in Claud. ad cap. 6. ex Tacito.

[l] *Gestandum*] Animi et exercitii causa, ut supra in Claud. ad cap. 33.

[m] *Decies sestertium*] Hoc est, decies centena millia sestertiorum 48750.lib.

[n] *Hispania Tarraconensis*] Una erat ex tribus Hispaniæ partibus, sola major reliquis duabus simul sumtis. Hodie nonnisi ea pars est, quæ vulgo nuncupatur *Aragon.*

[o] *Acerram*] Supra in Tib. ad cap. 44.

tur, significari rerum mutationem, successurumque juveni senem, hoc est, ipsum Neroni. Non multo post in Cantabriæ[p] lacum[6] fulmen decidit: repertæque sunt duodecim secures,[q] haud ambiguum summi imperii signum. [9.] Per octo annos varie et inæquabiliter provinciam rexit. Primo acer,[7] vehemens, et in coërcendis quidem delictis vel immodicus. Nam et nummulario,[r] non ex fide versanti pecunias, manus amputavit, mensæque[8] ejus affixit, et tutorem, quod pupillum, cui substitutus hæres erat, veneno necasset, cruce[9] affecit: implorantique leges,[s] et civem Romanum se testificanti, quasi solatio et honore aliquo pœnam levaturus, mutari, multoque præter ceteras altiorem et dealbatam statui crucem[t] jussit. Paulatim[10] in desidiam segnitiemque conversus est, ne quid materiæ præberet Neroni, et, ut dicere solebat, 'quod nemo rationem otii sui reddere

Oud. cum Ern. et seqq. Vulgo *nec m.*—6 *Lacu* Medic. 1. Torr. conj. *lucum*. In Viterb. est, *repertæque statim duod.* Mox *summæ* Memm. *summe* Medic. 2. —7 *Acerque* Dun. *et vehem.* Harlem. Periz. aliique cum Edd. ante Casaub. Tum *pecuniam* Vind. 1. Suspectum habuit Casaub. voc. *pecun.* et conj. *in pecuniis*. Pal. 1. *versati.*—8 *Mensasque* Medic. 3. Voss. *mensæ aff.* Dun. *ejus* deest Medic. 2. Dein *qui pup.* Huls. *erat heres* Medic. 1. Edd. Rom.—9 *Cruci* Pal. 2. Vind. 1. *cruci adfixit* marg. Gryph.—10 *Paulum* Harlem. Periz. Edd. Med. sec. Ven. Cald. Supra *deabat.* Voss. Dein *segnitiamq.* Medic. 3.

NOTÆ

[p] *Cantabriæ*] Hodie *Biscaye*, quæ, ut patet, Tarraconensi attribuebatur.

[q] *Duodecim secures*] Numerus ille securium ante reges primum, deinde ante Consules a totidem lictoribus ferebatur; unde non mirum, quod summi imperii signum Galbæ fuerint. Quidam legunt *summa imperii*, quod et potest: quo sensu sæpe dicitur summa rerum.

[r] *Nummulario*] Hoc est, mensario, seu trapezitæ, de quo in Aug. ad cap. 1. et 2. Casaubonus mallet hic *versanti in pecuniis*, hoc est, administrandis; apud illos enim deponebantur, ut in Claud. ad cap. 5.

[s] *Implorantique leges*] Portiam et Semproniam, quibus cavebatur, ne quis de capite civium Romanorum injussu populi judicaret: qua de causa lex Portia dicebatur lata 'pro scapulis,' 'pro tergo:' ante illam enim virgis cæsi furcæ inserebantur, ut supra in Ner. cap. 9. Qua de re Livius libro x. decad. I. Cicero in Verrinis, præsertim in septima. Sallustius in Catilin. &c.

[t] *Crucem*] Quod supplicium Cicero ibidem appellat miserrimum teterrimumque: quo loco simile Verris factum vi summa insectatur.

cogeretur.' Carthagine nova conventum agens,[u] [†] tumultuari Gallias comperit, Legato Aquitaniæ auxilia implorante. Supervenerunt et Vindicis [1] literæ,[v] hortantis, 'ut humano generi assertorem [2] ducemque se accommodaret.' Nec diu cunctatus,[w] conditionem, partim metu, partim spe, recepit. Nam et mandata Neronis de nece sua ad procuratores [x] clam missa deprehenderat; et confirmabatur cum secundissimis auspiciis et ominibus,[3] tum virginis honestæ vaticinatione; tanto magis, quod eadem illa carmina sacerdos Jovis Cluniæ [4] [y] ex penetrali, somnio [5] monitus, eruerat, ante ducentos annos similiter a fatidica puella pronuntiata. Quorum carminum sententia erat, 'Oriturum quandoque ex Hispania Principem dominumque rerum.' [10.] Igitur cum quasi manumissioni vacaturus [z] conscendisset tribu-

est non comparet in Vind. 1.—1 Ita interpunxerunt et restituerunt Ern. Oud. Bip. &c. cum in vulg. legeretur: *comperit. Leg. A. aux. implorante, sup. Vind.* Copulam agnoscunt Medic. 2. 3. Dun. Fouc. Polit. Vind. Cort. Voss. *imploravit* exhibent Periz. a m. pr. Harlem. Ed. Camp.—2 *Assertoremque* Medic. 1. Dein *se* desideratur in Dun. Mox *recipit* Medic. 1. 3. Vind. 1. *clam ipsi* Huls.—3 *Secund. om.* omissis mediis Cop. Statim *et virg.* habent Pal. tr. Medic. 1. 3. Polit. Vind. uterque, Fouc. Abest quoque *tum* a Medic. 2. Dun. Voss. Harlem. Edd. Rom. (in qua *omnibus*) Ven. 1. *ac v.* Med. pr. Sab. Cald.—4 *Sac. Luni Cl.* Polit. *Cluviæ* Reg. Par. unus, Edd. Sab. Junt. Ald. Steph. &c. *Eluniæ* Pal. 2. *Cliviæ* Harlem. Ed. Ven. 1. *Clivii* Periz. *Duniæ* Huls. *Divinæ* Pal. 1. Fouc. *Divie* Rom. sec. Burm. minorem distinct. facit post *Jov.*—5 *Somno* Vind. 2. Cort. *et a fat.* in iisdem, Vind. 1. et

NOTÆ

[u] *Conventum agens*] Conventum agere, est convenire in aliquem locum ad jus dicendum. Supra in Jul. ad cap. 7. &c. Carthago nova, hodie *Carthagene*, in regno Murciæ.

[†] A. U. C. 821.

[v] *Vindicis literæ*], De quibus in Ner. ad cap. 40. ex Plutarcho.

[w] *Nec diu cunctatus*] Cunctatus tamen, adhibitis in consilium amicis, quos inter Titus Ovinius apud Plutarchum, in Galba, ait, τὸ ζητεῖν Νέρωνι εἰ πιστοὶ μένοιμεν, ἤδη μὴ μενόντων ἐστίν: hoc est, *inquirere utrum Neroni fideles maneamus, jam non est manentium:* seu, de defectione deliberare, jam defecisse est.

[x] *Procuratores*] Qui Cæsaris negotia in provinciis administrabant. In Claud. ad cap. 12.

[y] *Jovis Cluniæ*] Clunia urbs olim conspicua Hispaniæ, quæ et Sulpitia dicta est a Plinio lib. III. cap. 3. ut patet ex nummo, quem Torrentius protulit. Unde constat male in quibusdam legi *Cluvia*. Nunc pagus est ad Durium amnem, de cujus nomine alii aliter tradunt, vel *Corunna del Conde*, vel *Calahorra*, vel *Cividad de Castro*.

[z] *Manumissioni vacaturus*] Cum essent multi, qui non nisi causa cognita

nal, propositis[6] ante se damnatorum occisorumque a Nerone quam plurimis imaginibus, et astante nobili puero,[a] quem exulantem e proxima Baleari insula ob id ipsum acciverat, deploravit temporum statum, consulatatusque IMPERATOR, 'Legatum se Senatus ac populi Romani' professus est. Dein[7] justitio indicto,[b] e plebe quidem provinciæ legiones et auxilia conscripsit, super exercitum veterem legionis unius, duarumque alarum,[c] et cohortium trium: at e[8] primoribus, prudentiaque et ætate præstantibus, velut[9] instar Senatus, ad quos de majore re, quoties opus esset, referretur, instituit. Delegit et equestris ordinis juvenes, qui, manente annulorum[d] aureorum usu, Evocati appellarentur, excubiasque circa cubiculum suum[e] vice militum agerent. Etiam per provincias edicta dimisit,[10] auctor singulis universisque conspirandi simul, et ut, qua posset

Fouc. Infra *in Hisp.* Huls.—6 *Propositus* Harlem. Dein *astanti* Vind. 1. Harlem. Periz. et Edd. Vett. usque ad Bas. et Steph. *e pr.* etiam Memm. (in quo *Baliari*) Dun. Medic. 3. Vind. 2. Cort. Deest Polit. In aliis et Edd. ante Græv. *ex pr.*—7 Firmatur *dein* a Memm. Medic. 2. 3. Polit. Vind. 2. Cop. Voss. Dun. Vulgo *deinde.*—8 *Ac e pr.* Edd. Med. Ven. Bon. Casaub. Schild. al. *ac prim.* Med. sec. Tum *prudentiaque* exhibuerunt Oud. Ern. Bip. &c. fide Medic. 1. 3. Polit. Vind. 2. Cort. Cop. Fouc.—9 *Vel* Memm. Medic. 1. 3. Cort.—10 *Demis.* Periz. et *in sing.* Memm. Cop. Huls. Medic. 1. 3. Vind. 2. Cort. Voss. Mox *ut* deest Vind. 1. Burm. mallet *sim. ut et.* Plurimæ Edd.

NOTÆ

manumittere poterant, ideo præsides provinciæ manumissionibus vacabant, ultimo plerumque die conventus juridici.

[a] *Nobili puero*] Ex eorum verosimiliter numero, qui, post occisos propter conjurationem Pisonianam patres, pulsi sunt ex Urbe, quales etiam veneno vel fame necati. In Ner. cap. 36.

[b] *Justitio indicto*] Negotiorum cessatione, supra in Tib. ad cap. 52. &c.

[c] *Duarumque alarum*] Videntur alæ sumi tantum pro equitatu, quod eas a cohortibus manifeste distinguit, et sæpe sæpius factum, ut in Claudio cap. 25. Duæ igitur alæ fuerint octingenti circiter equites, tres vero cohortes circiter mille et ducenti pedites, legio autem una quinque aut sex hominum millibus constabat. De quibus jam supra sæpe in Jul. ad cap. 31. Aug. 38. et Claud. 25.

[d] *Annulorum*] De jure annulorum in Jul. ad cap. 33. et 39. Quid autem in bellis essent Evocati, supra in Aug. ad cap. 56. Hi autem, vice militum functi, annulum aureum retinuere, cum milites non nisi ferreum haberent.

[e] *Cubiculum suum*] Alii enim ad fores, alii ad ipsum cubiculum excubabant, ut ex cap. 47. in Ner. colligere est.

quisque opera, communem causam juvarent.[1] Per idem fere tempus in munitione oppidi, quod sedem bello delegerat,[2] repertus est annulus opere antiquo, sculptura[3] gemmæ Victoriam cum tropæo exprimente. Ac subinde Alexandrina[4] navis Dertosam[5] appulit,[f] armis onusta, sine gubernatore, sine nauta ac vectore[6] ullo: ut nemini dubium esset, justum piumque, et faventibus Diis, bellum suscipi; cum repente ex inopinato prope cuncta turbata sunt. Alarum altera castris appropinquantem, pœnitentia mutati sacramenti, destituere conata est, ægreque retenta in officio: et servi, quos, a liberto Neronis ad fraudem præparatos, muneri[7] acceperat, per angiportum[g] in balineas[8] transeuntem pæne interemerunt, nisi[9] cohortantibus invicem, ne occasionem omitterent, interrogatisque, de qua occasione loquerentur, expressa cruciatu confessio esset. [11.] Accessit ad tanta discrimina mors Vindicis,[10][h] qua maxime

Vett. distinguunt: *conspirandi; simul et ut.*—1 Harlem. Periz. a m. pr. et Edd. Ven. *jurarent*. Dein *forte temp*. Harlem. Periz. Edd. Rom. Ven. Med. Bon. Ald. Lugd. Junt.—2 *Delegarat* duo Codd. Burm. cum Edd. Med. pr. Cald. Ven. Ald. Junt. Lugd. Arg. *delegaret* Steph.—3 *Scalpt*. Memm. Medic. Polit. pluresque, itidem Edd. Ald. Steph. Bas. Gryph. Pulm. et seqq. probantib. Casaub. Burm. Ern. Cf. Oud. ad h. l. et Wolf.—4 *Alexandria* Cop. Paulo ante *sub id* pro *subinde* legunt Pitisc. et Buleng. de Prod. cap. 1.—5 Hanc emendationem Turneb. Adv. XXIV. 41. firmant Memm. Medic. 2. Dun. Voss. opt. Torr. in cujus tamen Ed. *Dertosæ*. In Medic. 3. Ed. Plant. *Dertosa*. Reliqui Codd. Oud. et Burm. *detorsam*, *decursa*, vel *detorsa*, ut in Edd. Ven. Col. Bas. al. *detorta* Bon. Par. Dol. *decurso* Fouc. *decursu* Rom. Junt. Ald. Lugd. Gryph. Steph.—6 *Nauta avect*. Memm. unde ascripsit Salm. n. *aut vect*. Postea *tum rep*. in Vind. 1. et multæ Edd. post *susc*. ponunt τελείαν συγγνώμην. *ex opinato* Periz. Hæc verba pro glossa habet Ern. Deest *et* ante *fav*. Fouc.—7 *Munere* Medic. 2. a m. pr. Voss. Harlem. Periz. Cuj. cum Edd. sæc. XV. et Bon. *accep. mun*. Rom. sec.—8 Ita Memm. Medic. Polit. Vind. Cuj. Cort. Edd. Steph. Casaub. et seqq. In ceteris *balnea*.—9 Torr. mallet abesse *nisi*, et in fine cap. pro *esset* scribi *est*, ut in utroque Vind. Cort. vel, ceteris relictis, *interemerant* reponi, et ultimum probat Cuj. Ceterum *omitt*. in duob. Torr. Periz. Harlem. Edd. sæc. XV. Bon. Ant. Gryph. al.—10 *Sui indicis* Memm. Medic. 3. Pal. 2. *sui vind*. Viterb. Pal. 3. Medic.

NOTÆ

[f] *Dertosam appulit*] Alii *Dertosa*, alii *Dertosæ*, male. Est enim civitas in Hispania Tarraconensi, hodie *Tortosa* in Catalania. Quid sint tropæa, dictum in Jul. ad cap. 11.

[g] *Angiportum*] Angiportum aliquando significat viam sine exitu, qualem vernacule dicunt *cul-de-sac*; aliquando angustam quidem, sed perviam.

[h] *Mors Vindicis*] Pugna cum Virginio inita, volentibus exercitibus,

consternatus, destitutoque similis, non multum afuit,[1] quin vitæ renuntiaret. Sed supervenientibus[i] ab Urbe nuntiis, ut occisum Neronem, cunctosque in verba sua jurasse, cognovit; deposita LEGATI, suscepit CÆSARIS appellationem.[k] Iterque[2] ingressus est paludatus,[l] ac dependente a cervicibus pugione[m] ante pectus; nec prius usum togæ recuperavit,[3] quam oppressis, qui novas res moliebantur, Præfecto prætorii Nymphidio[n] Sabino, Romæ; in Germania, Fonteio[4] Capitone;[o] in Africa, Clodio Macro, legatis. [12] Præcesserat de eo fama sævitiæ simul atque avaritiæ: quod civitates Hispaniarum Galliarumque, quæ[5] cunctantius sibi accesserant, gravioribus tributis, quasdam

1. Vind. 2. Fouc. Cop. Cort. unde conj. Casaub. *Julii Vind.* cum quo faciunt Grut. Græv. Proposuit Oud. *subita.*—1 *Adfuit* Huls. Tum *sua* abest a Vind. 1.—2 *Interque* Periz. Harlem. Cop. *itemque* Edd. Rom. Postea *pendente* Medic. 3. a m. pr. *a* non comparet in Vind. 1.—3 *Recip.* Memm. Medic. 3. in quo *prætori.* Edd. Ald. Arg. Junt. Bas. Seb. Gryph. *prætoris*, Voss. *præfectura prætoris.* Statim *Nymphido* Medic. 3. Periz. *limpido* Huls.—4 *Fronteio* Viterb. Vind. 1. *Phont.* Edd. Ven. Lugd. Arg. *Claudio* Cort.—5 *Quæ* deest Fouc. *cunctatius* Periz.—6 *Ac lib. quoque* Medic. 2. Cuj. Dun.

NOTÆ

Vindex victus ipse se interemit, ut in Ner. ad cap. 40.

[i] *Supervenientibus*] Plutarchus auctor est, Icelum libertum illum, de quo in Ner. ad cap. 49. venisse in Hispaniam, ut infra cap. 22. septem diebus.

[k] *Cæsaris appellationem*] Quæ ab eo tempore familiæ non fuit amplius, sed dignitatis; hujus enim se nominis majestate tutabantur: unde Tacitus Hist. III. nominis superstitionem appellat.

[l] *Paludatus*] Paludamentum, bellicum Imperatoris vestimentum. De quo in Aug. ad cap. 10. &c.

[m] *Dependente . . . pugione*] Sunt qui boni ominis gratia factum velint, et pugionem hunc eundem fuisse credant quo Scevinus Neronem interimere voluerat; sed illum Jovi Vindici consecratum scribit Tacitus Annal. XV. sub finem. At certe nihil mysterii quicquam subesse inde colligere est, quod Xiphilinus, urbanæ ejus vitæ mentionem faciens, notat ludibrio habitum Galbam, quod senex et imbecillus, pedibus manibusque distortis, gladium in itinere semper accingeret. Quem morem suum, etiam dum ex Hispania Romam iter faceret, non remisit.

[n] *Nymphidio*] Hic per amicos Senatoresque, quin et mulieres quasdam, Imperatorem se declarandum curabat, sed in ipso conatu statim oppressus est.

[o] *Fonteio Capitone*] Tacitus I. Histor. ait hunc in Germania ab Aquino et Valente legatis occisum, et Macrum in Africa a Trebonio Garucciano procuratore.

etiam murorum destructione,[p] punisset; et præpositos procuratoresque supplicio capitis affecisset cum conjugibus ac liberis; quodque [6] oblatam a Tarraconensibus e vetere templo Jovis coronam auream librarum quindecim conflasset,[q] ac tres uncias, quæ ponderi deerant, jussisset exigi. Ea fama et confirmata et aucta est, ut primum Urbem introiit. Nam cum classiarios,[r] quos Nero [7] ex remigibus justos milites fecerat, redire ad pristinum statum cogeret; recusantes, atque insuper aquilam et signa[s] pertinacius flagitantes,[8] non modo immisso equite disjecit, sed decimavit[t] etiam. Item Germanorum[u] cohortem, a Cæsaribus olim ad custodiam corporis institutam, multisque experimentis fidelissimam, dissolvit;[9] ac sine ullo commodo remisit in patriam, quasi Cn. Dolabellæ,[10] juxta cujus hortos tendebat,[v] proniorem. Illa quoque, verene an falso, per ludibrium jactabantur, apposita lautiore cœna ingemuisse

---

Dein *ablatum* Medic. 1. Huls. Fonc. Ed. Bas. quam lect. defendit Ern.—7 *Nero* non agnoscit Fonc. Tum *cogeret* abest a Medic. 1. *coëgerit* Periz. Harlem. Cop. Edd. Med. Ven. 2. 3. Cald. *recusantis* Medic. 3. *recusantisque* Polit.—8 *Flagitantis* Medic. 1. 3. Polit. *flagitate* Huls. quod script. pro *flagitare*, credit Burm. Proxime *imm. modo* Fonc. *etiam decim.* Medic. 1.—9 *Exsolvit* Huls. Tum vulgo *ullo comm.* Alterum reposuit Oud. cum Medic. Dan. Vind. 2. Fouc. Voss.—10 *Dolob.* Cop. Harlem. Periz. et Edd. Rom. Venet. tres, Ald. et al. Cf. Jul. cap. 4. *juxta ejus* Huls. Dein *vere an f.* Edd. Rom.—

NOTÆ

[p] *Murorum destructione*] Hoc genere ignominiæ in alias quoque civitates multo ante animadversum colligas ex Livio lib. VIII. decad. I. 'In Veliternos, veteres cives Romanos, quod toties rebellassent, graviter sævitum, et muri dejecti, et Senatus inde abductus,' &c. Alia ejusmodi passim legere est.

[q] *Conflasset*] Liquefecisset, vel in massam, quod aiunt, redegisset, ut in Aug. ad cap. 52.

[r] *Classiarios*] Rem paulo aliter narrat Plutarchus in Galba, eos nempe, quod vehementius instarent, nec in aliud tempus differri postulata paterentur, immisso equite occisos. De his classicis legionibus etiam Tacitus I. Hist. et nummi veteres, &c.

[s] *Aquilam et signa*] Aquila totius legionis una; signa vero singularum cohortium, ut supra in Jul. ad cap. 62.

[t] *Decimavit*] Decimum quemque interfecit. In Aug. ad cap. 24.

[u] *Germanorum*] Aug. cap. 49. ac præsertim Calig. cap. 58.

[v] *Tendebat*] Verbum castrense, pro tabernacula habere. Hinc colligere est, in prætoriis castris, de quibus in Tib. ad cap. 37. locum non fuisse nisi militibus Romanis.

eum; et ordinario quidem dispensatori,[w] breviarium rationum[1] offerenti, parapsidem leguminis pro sedulitate ac diligentia porrexisse; Cano[2] autem choraulæ,[x] mire placenti, denarios quinque[y] donasse, prolatos manu sua[3] e peculiaribus loculis[z] suis. [13.] Quare adventus ejus non perinde gratus fuit: idque proximo spectaculo apparuit. Siquidem Atellanis[a] notissimum canticum exorsis,[4] 'Venit io![b] Simus a villa,'[5] cuncti simul spectatores con-

1 *Rationem* Huls. Medic. 1. 3. Tum *parops.* probant Torr. Casaub. cum Memm. Edd. Steph. Gryph. Græv. et Gron. *paraxidem* Fouc.—2 *Chano* Medic. 2. Vind. 1. Ed. Steph. Tum *coraulo* vel *choraulo* Fouc. Vind. 2. Cort. *coraulæ* Cop. cum aliis duob. et Edd. nonnullis.—3 *Donatos m. s. e pec. suis* Vind. 1. *e man.* Cop. unde conj. Burm. *de man.* Dein *e* exulat a Fouc. Periz. Harlem. Edd. sæc. xv. et Bon.—4 Ita corr. Beroald. a nemine, præterquam ab Erasm. et Steph. auditus, donec ex Germ. Ed. rursus ita emendavit Torr. pro *exorsus*, quod Mss. plerique et reliquæ Edd. Vett. exhibent. Sed in Vind. 2. Cort. *exorsis*. Casaub. *st.* comicum excidisse putat. In Edd. Rom. *cantum.*—5 Hæc est emendatio Turneb. Adv. v. 2. quem secuti sunt Steph. Gryph. Col. Torr. Casaub. et recentt. *venitione simus* Memm. Dun. Periz. Harlem. Edd. Rom. Ven. Bon. *Venitionesimus* Medic. Polit. aliique, *venicione simus* Pal. 2. *venitione sisimus* Pal. 3. *vendítione simus* Pal. 1. *venit ionesimus* Voss. *veditione simus* Huls. *venit idnesimus* Cuj. *venitione suis* Lugd. *venitio simus* Junt. *venitione unus* Fouc. *venicione* sine *simus* Cop. Desunt Vind. 1. illa *ven. io s.* in Vind. 2. Cort. *venientes cuncti sp.* tantum exhibentur. In Viterb. pro *ne* erat *n̄*, unde fecit Casaub. *noster Simus.* Jac. Gron. conj. et in textum recepit, *venit ohe simus.* Burm. tentavit: *venit io simus.* In loco corrupto dubiæque lectionis plurimorum secutus sum auctoritatem. Mihi etiam præplacet, quod post Ant. Augustin. commendavit Muret. V. L. xv. 11. et recepit Oud. probante Wolfio, ex lectione optt. Codd. corrupta *venitio-*

NOTÆ

[w] *Dispensatori*] Ministro cui familiæ totius et impensæ commissa cura.

[x] *Choraulæ*] Choraules qui tibia canit, supra in Ner. ad cap. 54. Huic nomen Canus fuisse videtur, quia Martialis lib. iv. Epig. 5. ejus quoque meminit.

[y] *Denarios quinque*] Hi septemdecim nostrates asses cum dimidio efficiunt, juxta Budæum, ut in Jul. ad cap. 4. et 26. notatum est. Sunt autem qui multo pluris denarium æstiment, juxta quos effecerit hæc summa triginta et octo nostrates asses cum semisse.

[z] *Peculiaribus loculis*] Quibus peculium suum servabat, de quo in Jul. ad cap. 76. Plutarchus addit, illum dixisse de suo se dare, non de publico.

[a] *Atellanis*] Fabularum Atellanarum actoribus, de quibus in Tib. ad cap. 45.

[b] *Venit io*] Io exultantis interjectio notissima. Vulgati legebant *Venitio*, *Venitione*, &c. Turnebus Advers. v. cap. 2. emendavit. 'Simus' pro homine rustico et triparco apud comicos accipitur: quod Galbæ populus, ut patet, objiciebat, eoque ma-

sentiente voce reliquam partem[6] retulerunt,[c] ac sæpius versu repetito egerunt.[d] [14.] Majore adeo et favore et auctoritate adeptus est, quam gessit, imperium; quanquam multa documenta egregii Principis daret: sed nequaquam tam grata erant,[7] quam invisa, quæ secus fierent. Regebatur trium arbitrio, quos una et intra Palatium habitantes, nec[8] unquam non adhærentes, pædagogos[e] vulgo vocabant. Hi erant T. Vinius, legatus ejus in Hispania, cupiditatis immensæ: Cornelius Laco,[9] ex assessore[f] Præfectus prætorii, arrogantia socordiaque intolerabilis: libertus* Icelus, paulo ante annulis aureis et Marciani cognomine ornatus, ac jam summæ[10] equestris gradus[g] candidatus.[h]

---

nesimus erutum, *Venit io Onesimus a villa*, quoniam *Onesimus*, usitatum villicorum nomen, *parci* et *avari* significationem continet Baumg.—6 *Partam* Huls. Tum *versum* Dun.—7 Mallet Casaub. *tam gr. ea erant*. Postea *secus* deest duob. Torr. qui conj. *sequius*.—8 *Ne unq*. Harlem. *neque* Edd. aliquæ. Mox *Livius* pro *Vinius* Fouc. Periz. Harlem. Edd. sæc. xv. Reliquæ Vett. *T. Junius*. Dun. *Lanius*.—9 *Lato* Periz. Harlem. Ed. Ven. 1. Dein *secord*. Vind. 2. Cort. Comend. cum duob. Torr. et Ed. Camp.—* *Libertus* deest Ed. Steph. Statim *Icelius* Fouc. *Icellus* Edd. Ald. Gryph. et al. *Itellus* Periz. Edd. Rom. Bon. *Incelus* Cop. *Scelus* Huls. Optimi *Icelus* servant cum Edd. plerisque.—10 Casaub.

NOTÆ

gis quod e villa venire dicatur, propter diuturnum secessum in quo vixerat.

[c] *Retulerunt*] Hoc est, Romani qui ludis aderant, sponte protulerunt reliquam partem versus illius, quem histriones pronuntiarant.

[d] *Egerunt*] Verbum theatrale, unde actores proprie.

[e] *Pædagogos*] De illis eadem omnino Aurelius Victor, 'adeo ut inter Palatinas ædes pariter habitarent, et pædagogi vulgo dicerentur.' Et plura Plutarchus in Galba.

[f] *Assessore*] Assessores ii erant, quos magistratus Romæ, in provinciis vero præsides illarum assidere sibi volebant jus dicentibus, ut eorum consilio uterentur in judicando; unde Tiberius dictus est aliquando assedisse magistratibus, et in Tiberio cap. 33. plura suppetunt exempla assessores ad præfecturam illam evectos, ut refert Spartianus in Pescennino Nigro, de Paulo et Ulpiano jureconsultis illustribus, qui Papiniano assederant.

[g] *Summæ* [*summi*] *equestris gradus*] Hoc est, præfecturæ prætorii, quæ dignitas est gradus omnium excelsissimus, ad quos Eques Romanus possit evehi. Ab Augusto enim ad Titum nonnisi Equites Romani munus hoc gessere, ut patet in Tito cap. 6. et colligere est ex supradictis in Claud. ad cap. 12. Qua dignitate cum nulla ferme superior esset in Republica, ideo jure gradus equestris summa et fastigium appellatur.

[h] *Candidatus*] Qui præfecturam illam vel tunc ambiret, vel mortuo Lacone speraret.

His, diverso vitiorum genere grassantibus, adeo se [1] abutendum permisit et tradidit, ut vix sibi ipse constaret modo acerbior parciorque, modo remissior ac [2] negligentior, quam conveniret Principi electo,[l] atque illud ætatis.[3] Quosdam claros ex utroque ordine [4] viros, suspicione minima, inauditos condemnavit. Civitatem [k] Romanam raro dedit: jura trium liberorum [5] [l] vix uni atque alteri; ac ne his quidem, nisi ad certum præfinitumque tempus. Judicibus, sextam decuriam [m] adjici precantibus, non modo negavit, sed etiam concessum a Claudio beneficium,[6] [n] ne hyeme initioque anni ad judicandum evocarentur, eripuit. [15.] Existimabatur etiam senatoria et equestria officia byenni spatio determinaturus, nec daturus, nisi invitis [o] ac recusantibus. Liberalitates Neronis, non plus decimis [p]

ex solo Viterb. *summi* edidit, quem secuti multi, in quib. Schild. Burm. Sed *summæ* vel *summe* est in O. Mss. reliquis, nisi quod *summo* Dun. qui et *grudu* præbet cum Medic. 1. Vind. 1. Pal. 3. Suasit Græv. *summæ eq. dignitatis cand.* —1 Fouc. *adesse ab.* Mox *ipse* restituit e Voss. Huls. et Edd. Rom. Burm. et e Lys. Ernesti. Accedunt Medic. Polit. Vind. uterque, et marg. Ed. Torr. Vulgo *ipsi*, quod deest Ven. 3.—2 Exulat *ac* a Medic. 1. 3. Cop. *negligentiorque* Polit. Postea *alecto* Harlem.—3 Ita Memm. Medic. Polit. Lisl. Pal. 2. 3. Reg. Par. Polit. Dun. Cuj. Voss. cum Edd. Steph. Græv. Gron. &c. Vulgo *illius æt.*—4 *Ex equestri ord.* Cop. Dein *nimia* Vind. 1. *civitates Romanas* Cop. Voss. Medic. 1. 3. *civitatis Romæ r. dedit j.* Vind. 1.—5 *Libertorum* Harlem. Mox *decimam adj.* Huls. *sed et* pro *etiam* rescripsit Oud. fide Medic. Polit. Vind. 1. Vulgo *etiam.* Utrumque deest Cop.—6 *Beneficio* Voss. *de hieme* Harlem.—7 *Bienni* Medic. 2. 3. Harlem.—8 *Ut si quid* Ed. Bon. Tum

NOTÆ

[l] *Electo*] Huc enim usque hæreditario quasi jure successerant principes, ut etiam de Drusilla in Calig. cap. 24. dixit: accedebat tamen Senatus auctoritas duntaxat ad speciem servatæ libertatis, unde Tacitus I. Hist. notat, Senatum variis motibus agitatum electo Galba, et 'evulgato Imperii arcano, posse Principem alibi quam Romæ fieri.'

[k] *Civitatem*] Jus ad honores et suffragia. In Jul. ad cap. 8.

[l] *Jura trium liberorum*] De his in Claud. ad cap. 19.

[m] *Sextam decuriam*] Quintam addiderat Caligula, supra in Calig. cap. 16. De decuriis illis in Aug. ad cap. 29.

[n] *Beneficium*] In Claud. cap. 22.

[o] *Invitis*] Ita ut ad magistratus eveheret illos qui nollent vel non ambirent. Ita Livius Fabio recusanti consulatum datum dicit. Contra vero Claudius senatoriam dignitatem recusantibus et equestrem ademit. In Claud. cap. 24.

[p] *Decimis*] Hoc est, non reliquit habendam nisi decimam partem eorum quæ Nero largitionibus profuderat. In Ner. cap. 30. et 31. Ve-

concessis, per quinquaginta Equites[q] Romanos ea conditione revocandas curavit exigendasque, ut et, si quid[8] scenici aut xystici[r] donatum olim vendidissent, auferretur emtoribus, quando illi, absumto pretio,[9] solvere nequirent. At contra, nihil non per comites[s] atque libertos pretio addici,[10][t] aut donari gratia passus est,[1] vectigalia, immunitates, pœnas innocentium, impunitates[2] noxiorum. Quin etiam, populo Romano deposcente supplicium Haloti[u] et Tigellini,[v] solos ex omnibus Neronis emissariis vel maleficentissimos incolumes præstitit: atque insuper Halotum procuratione amplissima ornavit. Pro Tigellino[3] etiam

ac xyst. dant Memm. Polit. Voss. Medic. marg. Ed. Torr. Al. *aut xyst.* In Corsend. Edd. Camp. Ven. 1. *histrici* vel *hystr.* Vind. 1. *historici*, Cuj. *sextici.*—9 *Pret. abs.* Memm. Medic. Dun. Vind. Voss. *absolvere* Medic. 1.—10 Ita legendum esse probarunt J. F. Gron. Burm. Ern. &c. suffragantib. Memm. Medic. Polit. Vind. Cort. sive Lys. Fouc. Edd. Bon. Ald. Arg. Gryph. Plant. &c. *adici* Cop. Pal. 1. 2. Huls. Ed. Junt. *adjici* Viterb. Pal. 3. *adduci* Ed. Steph. *adipisci* Mss. Torr. Edd. Rom. aliisque, quod defendere nititur ipse Torr.—1 *Pass. est gr.* Vind. 1. Periz. Harlem. Edd. Vett. Tum *nocentium* Medic. 1. 3. Huls. Cop. Cuj. Edd. sæc. xv. et aliæ.—2 *Impunitatem* Vind. Fouc. Cort. Cuj. Harlem. Periz. et Edd. Vett. præter Steph. Casaub. &c. Mox *deposcenti* Memm. Medic. 1. 3. Polit. Vind. 2. Cort. Fouc.—3 *Tigill.*

NOTÆ

rum Tacitus ait, ne ipsas quidem decimas superfuisse, illis qui accepe-rant eadem profusione utentibus.

[q] *Quinquaginta Equites*] Tacitus I. Histor. nonnisi triginta recenset, sed viginti addi potuere postea propter negotii difficultatem, quod innuit Plutarchus in Galba.

[r] *Scenici aut xystici*] Histriones et athletæ. In Aug. ad cap. 45.

[s] *Per comites*] Amicos varii ordinis, de quibus vide in Tib. ad cap. 46. et Jul. cap. 4.

[t] *Addici*] Multi optimæ notæ codices et Romana vetus editio *adipisci*, bene; verbum enim hoc, auctore Prisciano, tam activa quam passiva significatione veteres usurparunt, ut Plautus in Trinummo: ‘Non ætate, sed ingenio adipiscitur scientia.’

[u] *Haloti*] Prægustatoris, qui Claudio venenum miscuerat. In Claud. cap. 44.

[v] *Tigellinus* [*Tigillini*] Torrentius legit *Tigellini*. Sic et Tacitus I. Hist. ‘Sophonius Tigellinus, obscuris parentibus, fœda pueritia, impudica senecta, præfecturam vigilum, et prætorii, et alia præmia virtutum, quia velocius erat vitiis adeptus, crudelitatem mox, deinde avaritiam et virilia scelera exercuit, corrupto ad omne facinus Nerone; quædam ignaro ausus ac postremo ejusdem desertor ac proditor. Unde non alium pertinacius ad pœnam flagitavere, &c. apud Galbam T. Vinii (quem Junium dicit Noster capite superiori) gratia defensus.’ Notus de eo Juvenalis versus Sat. I. vs. 155.

sævitiæ populum increpuit edicto. [16.] Per hæc prope[4] universis ordinibus offensis,[5] [w] vel præcipua flagrabat [6] invidia apud milites. Nam cum in verba ejus absentis jurantibus donativum [x] grandius solito præpositi [7] pronuntiassent,[y] neque ratam rem habuit, et subinde jactavit, 'legere se militem,[z] non emere consuesse.' Atque eo quidem nomine omnes, qui ubique erant, exacerbavit. Ceterum [8] prætorianos etiam metu et indignitate commovit, removens subinde plerosque, ut suspectos, et Nymphidii [9] [a] socios. Sed maxime fremebat superioris Germaniæ exercitus, fraudari se præmiis navatæ [b] adversus Gallos et Vindicem operæ. Ergo primi obsequium rumpere ausi,[10] Kalendis Januariis adigi [c] sa-

Edd. Oud. Wolf. *sæviore* marg. Gryph. Deest *etiam* Fouc. Quidam legunt *sæv. populi*, quos refutat Casaub. Demum *ed. incr.* Memm. Pal. 1. Periz. Vind. cum Edd. ante Casaub.—4 *Propere* Periz. Harlem. Edd. Med. Ven. Cald. Junt. Lugd. Bon. quod edidit Oud. placuitque Burm. Aliam lect. vindicant Ern. Wolf. Cum Baumg. communicavit Müll. conjecturam, *per hæc probra*.—5 Ita Memm. Mss. Turneb. Pulm. Torr. duo Burm. Vind. 1. Edd. Vett. ante Bas. probantib. Oud. Wolf. Al. *offensus*, quod mallent Casaub. Burm. Ern. *infensus* Cort.—6 Hoc modo rescripserunt Oud. Ern. Bip. e suis Mss. omnibus, item Fouc. Edd. Rom. Vulgo *flagravit*.—7 *Præponi* et *gratam rem* Fouc. *rem ratam* Vind. 1. Periz. Harlem. et Edd. Vett. præter Steph. Casaub. et seqq. Tum *se leg.* iidem Codd. cum Edd. usque ad Casaub. exceptis Rom. *se mil. leg.* Fouc.—8 *Centum* Vind. 1. Corsend. Harlem. Periz. a m. pr. Edd. Med. Ven. Cald. Supra *omnis* Medic. 1. Pro *ut susp.* Ald. marg. Bas. et Gryph. *insusp.*—9 *Nymphidi* Medic. 1. 3. Vind. 2. Cop. *Limphidi* Huls. Postea *max. furebat* Fouc. *noratæ* Voss.—10 *Rupere ac se* Corsend. Cop. Periz. Cuj. Edd. Rom. Ven. Bon. Bas. *rumpere ac se* Dun. *aut se* Voss. *at si* Vind. 2.

NOTÆ

[w] *Offensis* [*offensus*] Sic Cicero pro Cluentio 168. 'Etiamsi is invidiosus multisque offensus sit.' Et lib. I. Epist. 18. 'si hominem mihi offensum non sublevassent.' Unde patet, non ideo delendam hanc vocem, quod in Mss. quibusdam legatur *offensis*.

[x] *Donativum*] Dona quæ militibus largiebantur, ut congiarium quæ plebi. Vide in Jul. ad cap. 27.

[y] *Pronuntiassent*] Publice promisissent. Vide in Jul. ad cap. 26.

[z] *Legere se militem*] Sic Tacitus I. Hist. 'Accessit Galbæ vox, pro Republica honesta, ipsi anceps, legi a se militem, non emi.'

[a] *Nymphidii*] Ipsorum præfecti, supra cap. 11.

[b] *Navatæ*] Duce Virginio Rufo, ut in Ner. ad cap. 40. Hic delatum sibi ab exercitu suo Imperium recusarat: quo nomine multis illum laudat Plinius Epistola 1. lib. II. et tandem ait, 'et quidem ille plenus annis obiit, plenus honoribus, etiam illis quos recusavit.'

[c] *Adigi*] Torrentius in duobus Mss. optimis legit *addici*. Loquitur de sacramento militari, quo suam fidem Principi astringebant.

cramento, nisi in nomen Senatus, recusarunt: statimque legationem ad prætorianos cum mandatis destinaverunt, 'displicere Imperatorem in Hispania factum: eligerent ipsi, quem cuncti exercitus comprobarent.' [17.] Quod ut nuntiatum est, despectui esse non tam senectam[1] suam, quam orbitatem[d] ratus, Pisonem Frugi[e] Licinianum, nobilem egregiumque juvenem, ac sibi olim probatissimum,[f] testamentoque semper[2] [g] in bona et nomen ascitum, repente e media salutantium turba apprehendit; filiumque appellans, perduxit in castra, ac pro concione adoptavit; ne tunc quidem donativi ulla mentione facta. Quo faciliorem[3] occasionem M. Salvio Othoni præbuit perficiendi conata, intra sextum adoptionis diem. [18.] Magna et assidua[4] monstra jam inde a principio exitum ei, qualis evenit, portenderant. Cum per omne iter dextra sinistraque oppidatim victimæ cæderentur,[h] taurus, securis ictu consternatus,[i]

Pro *adigi* duo codd. Torr. et aliquot Burm. Ond. *adici, addici, adjici*.—1 Harlem. *senectutem*. Mox *Frugi* non habent Fouc. Cort. Edd. Rom. *Licianum* Memm. Supra *denunc*. Vind. 2. Cort. *nobilem* desideratur Edd. Sab. Beroald. Cald.—2 *Super* unus Torr. Tum *et med*. Harlem. Edd. Ven. Lugd. *et e med*. Periz. *produxit* Lys. probante Ern. item Fouc. in quo infra *donatione ulla*.—3 Vind. 2. Cort. *quod facilius*, Fouc. *quo facilius*. Dein *Silvio* Vind. 1. Periz. a m. sec. Edd. Bas. Ald. Junt. Lugd. Arg. Gryph. et al. Etiam *præfic*. Fouc.—4 *Assidue* Cop. Medic. 1. Infra *specul*. pro *spic*. ex optimæ fidei

NOTÆ

[d] *Orbitatem*] Ita et Plutarchus: sunt enim 'liberi firma imperii munimenta, et subsidia dominationis,' ut ait Tacitus; sive 'aulæ subsidia,' ut Suetonius in Calig. cap. 12.

[e] *Pisonem Frugi*] Hic 'M. Crasso et Scribonia genitus nobilis utrimque, vultu habituque moris antiqui, æstimatione recta severus, deterius interpretantibus tristior habebatur. Ea pars morum, quo suspectior sollicitis, adoptanti placebat,' &c. Tacitus I. Histor. ubi habitam super hac re a Galba orationem refert.

[f] *Olim probatissimum*] Vel propria propensione, vel, ut quidam tradiderunt, instante Lacone, cui vetus cum illo amicitia, 'sed callide ut ignotum fovebat, et prospera de Pisone fama consilio ejus fidem addiderat,' inquit ibidem Tacitus.

[g] *Semper*] Alii *super*, sed melius *semper*: testamenta enim longe ante mortem condita servabant, ut in Jul. ad cap. 83. aut servanda deponebant, ut in Aug. ad cap. 17. &c.

[h] *Victimæ cæderentur*] De hac pompa jam supra Neron. ad cap. 25. et Calig. ad cap. 13.

[i] *Taurus, securis ictu consternatus*] Multiplex hac in re signum infausti sacrificii, de quo jam supra in Jul. ad

rupto vinculo[k] essedum ejus invasit, elatisque pedibus totum cruore perfudit; ac descendentem speculator[l] impulsu turbæ lancea prope vulneravit. Urbem quoque, et deinde Palatium ingressum excepit terræ tremor,[5] [m] et assimilis quidam mugitui sonus.[n] Secuta sunt aliquanto manifestiora[6] et tristiora. Monile, margaritis gemmisque conser-

Codd. rescripserunt VV. DD. ut alibi.—5 Ita e Memm. et ora Edd. Gryph. restituit Græv. ut Torr. sola conjectura ductus emendandum vidit, assentiente Casaub. sed proferente: *terra tremore et assimili quodam m. sono.* Reliqui Mss. servant vulg. *terra tremore.* In Periz. *ac ass.* Ed. Camp. *quidem*, quod ascripsit man. doct. ad marg. Steph. *sonis* Voss.—6 Casaub. primus edidit *manifestiora*, ejectis *et trist.* quem secuti sunt multi, et ita Memm. Medic. 1. 3. Polit. Vind. 2. Antea legebatur *majora et tr.* ut est in Medic. 2. Vind. 1. Voss. Periz. Harlem. quam lect. revocavit Burm. cumque eo Ern. Bip. Sed *manif. et tr.* præbent opt. Torr. et Dun. probantib. Oud. Wolf.—

NOTÆ

cap. 59. in Tito cap. 10. ac denique Plinius lib. VIII. cap. 45. 'Notatum est, vitulos ad aras humeris hominis allatos non fere litare, nec claudicante nec aliena hostia deos placari, nec trahente se ab aris,' &c. De quo plura quoque Macrobius lib. III. cap. 15.

[k] *Rupto vinculo*] Servius lib. II. Æneidos solutas ait fuisse hostias, unde Torrentius miratur hic vinculi mentionem fieri, et existimat ferociores hostias longo vinculo duci solitas, quo quasi liberæ videbantur, juxta hunc Juvenalis versum Sat. XII. 'Sed procul extentum petulans quatit hostia funem.' Sed videtur Servius hostiam a victima distinxisse, ut re vera distinguebantur exacte loquentibus: Cornelius enim Fronto, cujus fragmenta quædam leguntur in libellis veterum Grammaticorum de proprietate et differentia Latini sermonis ait, 'Victima major est, hostia minor.' Et certe, utut est de hostiis, victimas ligari solitas constare videtur ex Festo: 'Victimam Ælius Stilo ait esse vitulum ob ejus vigorem: alii autem quæ vincta adducatur ad altare.' Et Isidorus lib. VI. Originum cap. 19. 'Et erant victimæ majora sacrificia quam hostiæ: alii victimam dictam putaverunt, quia ictu percussa cadebat, vel quia vincta ad aras ducebatur.' Certe absque eo parum securitatis fuisset sacrificantibus, nisi ita certus fuisset primus ictus, ut ad eum statim bestia concideret.

[l] *Speculator*] Satelles corpore custos, ut supra in Calig. ad cap. 42. Horum arma clypeus et lancea, unde videtur deductum nomen.

[m] *Terræ tremor* [*terra tremore*] Alii *terræ tremor*, quod et potest. Neroni egredienti idem contigit. In Ner. cap. 48.

[n] *Assimilis quidam mugitui sonus*] Naturalis ille effectus ante tremores terræ, auctore Seneca lib. VI. Quæst. Natur. cap. 13. 'Ideoque antequam terra moveatur, solet mugitus audiri ventis in abdito tumultuantibus; nec enim aliter posset, ut ait noster Virgilius lib. VI. Æneid. 'Sub pedibus mugire solum et juga celsa moveri,' nisi hoc esset ventorum opus,' &c. ubi

tum, ad ornandam[7] Fortunam suam [o] Tusculanam, ex omni gaza secreverat: id repente,[8] quasi augustiore dignius loco, Capitolinæ Veneri dedicavit: ac proxima nocte somniavit speciem Fortunæ querentis, fraudatam se dono destinato, minantisque, erepturam et ipsam,[9] quæ dedisset. Cumque exterritus, luce prima ad expiandum somnium [p] præmissis, qui rem divinam appararent, Tusculum excucurrisset,[10] nihil invenit præter tepidam in ara favillam,[q] atratumque juxta senem [r] in catino vitreo [s] thus tenentem, et in calice fictili [1] merum.[t] Observatum etiam est, Kalendis Januariis [u] sacrificanti coronam de capite excidisse: auspicanti

7 Edd. ante Steph. *ornandum.* Illud retinent plerique Mss. ideo cum Gron. Burm. recepit Oud. et seqq. *ordinandum* Ed. Arg.—8 *Repente* dubium videbatur Müll. conjicienti: *rei pœnitens* vel *re reputata.* Dein *dignus* Cop.—9 Oud. corr. *ipsa,* improbante Wolf.—10 *Excurrisset* Cort. Corsend. Fouc. Periz. Edd. Rom. Ald. Steph. Tum *attractumque* Periz. Harlem. Edd. Camp. Ven. 1. Cald. *attractum* Lugd. *aratumque* Voss. *atrumque* Huls. Vind. 2. Cort. Fouc. *contractumque* Vind. 1. quod non damnat Oud. *juxta* deest Cuj. Medic. 2. a m. pr.—1 *Ficticumli* Memm. *est etiam* Vind. uterque. Postea *sacrificati* Cuj. et *auspicati* Dun. in quo, sicut in Memm. Medic. 1. a m. pr. Cuj. Voss. Lys. *avolasse;* quod receperunt Græv. Ern. Bip. Wolf. Vulgo *evol.* quod defendit

NOTÆ

variasᵉ Philosophorum super hac re sententias refert. Idem et Plinius lib. II.

[o] *Fortunam suam*] Supra cap. 4.

[p] *Expiandum somnium*] Hoc est, procurandum, quomodo supra de fulgure ad cap. 4. ut Dea malum averteret. Tibullus lib. III. Eleg. 4. 'At natum in curas hominum genus omina noctis Farre pio placant et saliente sale.'

[q] *Tepidam in ara favillam*] Quam fulgere oportuerat ad bonum omen, ut de flamma notatum est in Tib. ad cap. 14. et 6.

[r] *Atratumque juxta senem*] Utrumque infaustum; nam et lugubre vestimentum est, et tristis persona, quam non modo puerum ingenuum esse oportuit, sed et illum bene comtum, quales 'Camilli' vocabantur.

[s] *Catino vitreo*] Catinus vitreus et calix fictilis vasa sunt usus quotidiani escaria: quo dupliciter malum est omen: nam materiæ vilitas imperatoriam majestatem non decebat, nec vasa ista profana sacrificantem; vinum enim simpulo, thus autem acerra, contineri debebant.

[t] *Thus ... et ... merum*] His sacrificia incipiebantur. Ovidius I. Fast. 'Mox ego cur, quamvis aliorum numina placem, Jane, tibi primum thura merumque fero?' Vide et in Aug. ad cap. 35.

[u] *Kalendis Januariis*] Nero ad octavum Idus Junii perierat, auctore Dione. Coronam hic intellige vel triumphalem, vel vittam capitis, qualem habebant sacrificantes, sed illam potius.

pullos avolasse:[v] adoptionis die, neque milites allocuturo castrensem sellam [w] de more positam pro tribunali, oblitis [2] ministris, et in Senatu curulem [x] perverse collocatam. [19.] Prius vero,[3] quam occideretur, sacrificantem mane haruspex [y] identidem monuit, caveret periculum: non longe percussores abesse. Haud multo post cognoscit, teneri castra [z] ab Othone:[4] ac plerisque, ut eodem quamprimum pergeret, suadentibus, (posse enim auctoritate et præsentia prævalere,) nihil amplius, quam continere se, statuit, et legionariorum [a] firmare præsidiis, qui multifariam diverseque tendebant. Loricam tamen induit linteam,[b] quanquam haud dissimulans, parum adversus tot mucrones profuturam. Sed extractus [5] rumoribus falsis, quos conspirati, ut eum in publicum [6] elicerent, de industria dissiparant,[c]

Burm. nec mutavit Oud.—2 *Obliti* Memm.—3 *Vero* abest a Periz. Mss. Torr. et Edd. Rom. Dein *sacrificante* Polit. Edd. Ald. Junt. Lugd. Arg. *arupex* Voss. —4 *Ab Ot. cast.* Medic. 1. Mox *nihil* non comparet in Fouc. relicto spatio. In Cop. *tenebant* pro *tend.*—5 *Extinctis* Vind. 1. Postea *conspiranti* Dun. et *publ. objicerent* Fouc. Dein *disperserant* unus Torr. *dissiparent* Cuj.—6 Aliqui

NOTÆ

[v] *Avolasse* [*evolasse*] Atque ideo non comedisse, nec fecisse tripudium illud, quod vocabant solistinum, eratque auspicium omnium optimum, ut in Tib. ad cap. 2. Alii legunt *avolasse*, et bene.

[w] *Castrensem sellam*] Sellam singulis locis accommodatam Imperatores habebant in castris, in curia, in theatro, in ipso cubiculo, in qua sedere nemini fas erat, ut et de Persarum regibus in Ner. ad cap. 35. notatum est.

[x] *Curulem*] De sella curuli in Aug. ad cap. 43.

[y] *Haruspex*] Umbritius, juxta Plutarchum in Galba, et Tacitum, videtur et idem ille esse, de quo Juvenalis Sat. III. Plinius quoque lib. X. cap. 6.

[z] *Castra*] Prætoria scilicet, de quibus in Tib. ad cap. 37.

[a] *Legionariorum*] Electos ex Illyrico exercitu verosimiliter intelligit: hos enim paulo ante a Nerone evocatos tradit Tacitus I. Histor.

[b] *Loricam . . . linteam*] Hujusmodi loricas et apud Græcos in usu fuisse, constat ex Æmilio Probo in Iphicrate. Qua autem ratione fierent, collegit Casaubonus ex Niceta Acomitano libro I. rerum Isaci Angeli. Hujus auctoris testimonium Latine sic legas: 'Ipse Conradus sine scuto tunc dimicabat, sed pro lorica textum quoddam gestabat e lino factum, vino austero probe salito maceratum, sæpius replicatum: quod quidem sale ac vino coactum, adeo firmum adversus ictus erat, ut penetrari nullo telo posset: erant autem hujus texti plagellæ octodecim, et eo plures.'

[c] *Dissiparant*] Alii *disperserant*. Utrumque bene.

paucis temere affirmantibus, transactum negotium, oppressos qui tumultuarentur, advenire [7] frequentes ceteros gratulabundos, et in omne obsequium paratos; his ut occurreret, prodiit tanta fiducia, ut militi cuidam, occisum a se Othonem glorianti, 'Quo auctore?' [d] responderit: atque in Forum usque processit. Ibi equites, quibus mandata cædes erat, cum per publicum, dimota paganorum [e] turba, equos adegissent, viso procul eo, parumper restiterunt: dein [8] rursum incitati, desertum a suis [f] contrucidarunt. [20.] Sunt, qui [9] tradant, ad primum tumultum proclamasse e m, 'Quid agitis, commilitones? ego vester sum, et vos mei;' donativum etiam pollicitum. Plures autem prodiderunt, obtulisse ultro jugulum, et, 'ut hoc [10] agerent, [g] ac ferirent, quando ita videretur,' hortatum. Illud mirum admodum fuerit, [1] neque præsentium quenquam opem Imperatori ferre conatum; et omnes, qui arcesseren-

legunt. *per populum*, teste Torr. Burm. suspicatus est loci nomen latere. Conj. Dundas *per Publicium*, ut monuit Drakenb. ad Liv. XXVII. 37. Oud. e Plutarch. corr. *per P. basilicam*, sive *Paulli basilicam*.—7 *Ac adv*. Fouc. Statim *frequentis* Medic. 3. Mox *iis ut* Memm. *hic ut* Cop.—8 Ita Memm. Medic. Polit. Voss. et plures, ut supra creberrime. Vulgo *deinde*. Vind. 1. *rursus*.—9 Medic. 1. Cop. Huls. *sunt autem qui*. Mox *eum* non habent Mss. Torr.—10 In uno Torr. *et hoc*, qui cum Lips. verba *ac fer*. pro glossa habuit.—1 Boxh. scribi jubet *fuit*. Dein *quempiam* Medic. 1. Vind. 2. Cort. Edd. Casaub. eumque secutæ. *Imp. opem* Vind. 1. *Imp. auxilium* duo Pulm. Periz.

NOTÆ

[d] *Quo auctore*] De hoc Tacitus: 'Julius Atticus, speculator, cruentum gladium ostentans, occisum a se Othonem clamavit; et Galba, Commilito, inquit, Quis jussit? insigni animo ad coërcendam militarem licentiam, minantibus intrepidus, adversus blandientes incorruptus.'

[e] *Paganorum*] Hos opponit militibus, ut ceteri omnes qui non militarent intelligantur, ut in Aug. ad cap. 27.

[f] *Desertum a suis*] Uno excepto, de quo Tacitus I. Hist. 'Insignem illa die virum Sempronium Densum ætas nostra vidit. Centurio is prætoriæ cohortis ad Galbæ custodiam a Pisone additus, stricto pugione occurrens armatis, ac scelus exprobrans, modo voce, modo manu vertendo in se percussores, quanquam vulnerato, Pisoni effugium dedit.' Plutarchus addit, hunc vice centurionali diu conatum frustra auctoritate retinere illos, aut arcessere, tandem stricto gladio obstitisse irrumpentibus, donec succisis poplitibus jacuit.

[g] *Hoc agerent*] Ita et Tacitus et Plutarchus. De hac loquendi ratione in Calig. ad cap. 58.

tur,[2] sprevisse nuntium,[h] excepta Germanicianorum [3] [i] vexillatione.[k] Hi, ob recens meritum, quod se ægros et invalidos magno opere fovisset, in auxilium advolaverunt: [4] sed serius, itinere devio per ignorantiam locorum retardati.[5] Jugulatus est ad lacum Curtii,[l] ac relictus ita uti erat, donec gregarius miles,[m] a frumentatione rediens, abjecto onere caput ei amputavit. Et quoniam capillo præ calvitie [6] arripere non poterat,[7] in gremium abdidit: mox, inserto per os pollice, ad Othonem detulit. Ille lixis calonibusque donavit: qui hasta suffixum,[n] non sine ludibrio circum

Harlem. Cuj. cum Edd. ante Bas. et Gryph.—2 Sic præbent Memm. et cum Edd. Rom. omnes Oud. præter Vind. 1. in quo, uti in Pulm. duob. *accersir.* Al. de more *accerser.* Statim *illud nunt.* Cop.—3 Ita ante Baumg. ediderunt Bip. Wolf. idem suadente Oud. *Germaniciorum* Memm. Medic. Voss. Mss. Torr. Turneb. Edd. Pulm. Torr. Scriv. Burm. al. *Germanicorum* Codd. alii et Edd. pleræque. *Germanorum* Vind. 2. Fonc. Cort. Periz. Ed. Rom. sec. probante Torr.—4 Sic exhibent Oud. Bip. Ern. &c. cum Medic. 1. Vind. Dun. Cort. Periz. duo Pulm. Edd. sæc. xv. Bon. Vulgo *advolavere.* Edd. Ven. Lugd. &c. Harlem. *avolaverunt,* Junt. *avolavere.* Desunt *in aux.* Edd. Rom. —5 *Retardatis* Vind. 1. Tum *Curti* Medic. 3. *adjecto* pro *abj.* Huls.—6 Absunt *præ calv.* a Memm. Cop. Huls. Voss. Medic. 3. Cuj. a m. pr. et ut spurium damnat Ern. *capillo* non placet Oud. Ceterum *calvitio* dant Medic. cum Edd. Bon. Med. sec. Ald Junt. Lugd. Bas. Steph. Gryph. Pulm. aliisque, quod prætulit Torr. edidit Oud.—7 *Portarum* Harlem.—8 *Cupido* Memm.

NOTÆ

[h] *Sprevisse nuntium*] Ut de Illyricis narrat Tacitus.

[i] *Germanicianorum* [*Germanicorum*] Torrentius in duobus Mss. legit *Germaniciorum.* Eadem omnia Tacitus I. Histor. Hi, ut ipse narrat, in atrio libertatis, Illyrici in porticu Vipsania tendebant. De quibus ædificiis supra in Aug.

[k] *Vexillatione*] Livius lib. VIII. decad. I. vexillum habuisse 183. homines: cum vero, eodem auctore, quidam essent ordines tribus vexillis constantes, hos forte vexillationis nomine Suetonius expressit. Certe Torrentius vexillationem hic sumit pro complexione quadam plurium vexillorum, ideo quod Tacitus 'vexilla Germanica' dixerit. Turnebus tamen Advers. lib. v. c. 2. censet fuisse cohortem militum, qui confectis stipendiis adhuc sub vexillis haberetur usque dum præmia forent assignata, juxta hunc Taciti locum: 'ne dimissis quidem finem esse militiæ, sed apud vexillum retentos alio vocabulo eosdem labores perferre.'

[l] *Lacum Curtii*] De eo urbis loco in Aug. ad cap. 57. Multis confossus est vulneribus, quæ a Tacito et Plutarcho fuse enumerantur.

[m] *Gregarius miles*] Id de Fabulo quodam existimatum ait Tacitus, qui cum absconderet, jussus est ab aliis hastæ præfigere, et sic deferre.

[n] *Hasta suffixum*] Galbæ et Pisonis capita hoc modo gestata sunt inter aquilas.

castra portarunt, acclamantes identidem, 'Galba cupide[8] [o] fruaris ætate tua;' maxime irritati ad talem jocorum petulantiam, quod ante paucos dies exierat in vulgus, laudanti cuidam formam suam, ut[9] adhuc floridam et vegetam, respondisse eum, ἔτι μοι μένος ἔμπεδόν ἐστιν.[b] Ab his Patrobii[p] Neroniani[10] libertus centum aureis redemtum, eo loco,[q] ubi jussu Galbæ animadversum in patronum suum[1] fuerat, abjecit. Sero tandem dispensator Argius,[2] et hoc et ceterum truncum in privatis ejus hortis Aureliæ viæ[3] sepulturæ dedit.[r] [21.] Statura fuit justa,[s] capite præcalvo,[4] oculis cœruleis, adunco naso, manibus pedibusque articulari

[b] *Adhuc mihi robur firmum est.*

Dun. Medic. 2. a m. pr. Cop. Voss. Corsend. quam lect. commendarunt post Turneb. Adv. XXXI. 41. Pulm. Casaub. et Wolf. Illud defendunt Burm. Oud.—9 *Ut* exulat a Medic. 1. Cop. *et* ἔτι dant Medic. 1. 3. Voss. ἔστιν Cort. ἐμοὶ Ed. Camp.—10 *Patrobil* Medic. 3. Vind. 2. *Patrobil Neronianus* Periz. Cuj. Edd. Rom. et ita Dun. nisi quod *Patrobel* habeat. *Patrobili Neronianus* Cort. *Patrobilus Neronianus* Edd. Med. pr. Cald. *Petrobius Neronianus* Harlem. Ed. Lugd. *Neronianus* quoque Medic. 2. Vind. 1. Voss. Fouc. *Neronianus* Rom. Ven. 1. *Neronis* aliqui Codd. Torr. Correxerunt Sab. et Beroald. —1 *Suum* addunt Medic. uterque Vind. Fouc. Cort. Dun. quatuor Burm. et Edd. Rom. ideo recepit Oud. cum Ern. Vulgo abest. Tum *objecit* Periz. Ed. Camp.—2 *Argivus* Memm. Medic. Cort. Cop. Cuj. Voss. *argutus* Fouc. *Argium* Ed. quædam Ven. Dein *etiam cet.* Vind. 1.—3 *Viæ* deest Ed. Camp. Conj. Torr. *Aurelia via*, placuitque Oud. et Ern. Pro *dedit* opt. Torr. *tradidit.*—4 Hanc a Casaub. &c. receptam lect. firmant Memm. Medic. Dun. Polit. Vind. Cort. Voss. Cuj. Torr. et margo Gryph. Al. *calvo.* In iisdem Mss. præter Vind. 1. est *justa f.* quo ordine Edd. Casaub. priores, excepta

NOTÆ

[o] *Cupide*] Sic Torrentius in omnibus Mss. Turnebus tamen legit *Cupido*, ut sit jocus in Galbam, quasi jam befactus senior videri voluisset vegetus et formosus.

[p] *Patrobii*] Qui Neronis libertus fuerat, et jussu Galbæ interfectus. Paulo dissentit Plutarchus: nam Patrobii servis datum, non liberto ejus venditum narrat.

[q] *Loco*] Hunc locum 'Sestertium' vocari Tacitus ait, in quem nempe Cæsarum jussu condemnati abjiciebantur.

[r] *Aureliæ viæ sepulturæ dedit*] In optimo codice *tradidit*, utrobique bene. Erat et Aurelia porta una e tribus quæ erant in Janiculo, quam hodie a proxima Divi Pancratii æde Pancratianam appellant.

[s] *Statura fuit*] Sic legitur in uno eodemque optimo libro. In aliis *statura fuit justa, capite calvo.* De statura in Tib. ad cap. 68. De calvitie in Jul. ad cap. 45.

morbo[t] distortissimis, ut neque calceum perpeti, neque[5] libellos evolvere, aut tenere omnino valeret. Excreverat etiam in dexteriore[6] latere ejus caro, præpendebatque adeo, ut ægre fascia substringeretur. [22.] Cibi plurimi traditur, quem tempore hyberno etiam ante lucem capere consuerat:[7] inter cœnam vero usque eo abundantis,[8] ut congestas super manus reliquias circumferri juberet, spargique ad pedes stantibus:[9] [v] libidinis in mares pronioris, et eos, non nisi præduros, exoletosque. Ferebant in Hispania Icelum[10] [w] e veteribus concubinis, de Neronis exitu nuntiantem, non modo arctissimis osculis palam[1] exceptum

Steph.—5 *Nec lib.* dedit Oud. auctorib. Medic. Voss. Periz. Harlem. Edd. Rom. item Dun.—6 *In dextro lat.* Harlem. et aliquot Casaub. in quibus, *gibbus vel caro*, ut et in Vind. 1. duob. Pulm. Periz. Edd. sæc. xv. Bon. Lugd. Arg. Non habet *caro* Dun. et *ejus* pro glossa damnat Ern. suadens mox recipiendum *propend.* quæ lectio est Bas. post. Gryph. Plant. Casaub. et seqq. Sed *præp.* servant Mss. tantum non O. *perpend.* Vind. 1. *gibbus præp.* Cuj.—7 Vulgo *consueverat.* Illud testantur passim Memm. Medic. Polit. Cop. Voss. *et ante luc.* Vind. 2. Cort. Dein *usque adeo* Vind. 1. Cuj. Pal. *usque et* Harlem. Edd. Ven. Cald. *usque ad* Ald. Bas. Gryph. Plant.—8 Ita dedit Baumg. cum Ern. Ed. sec. Bip. Wolf. quod Græv. et Oud. dudum placuerat. Habent *abundanti* Memm. Dun. unus Torr. Pal. tr. Viterb. Lisl. Huls. Cop. Voss. Periz. Harlem. Cuj. et Codd. Oud. cum Edd. sæc. xv. Bon. Ven. *abundans* Vind. 2. Cort. et aliquot Torr. *abundantem* in nullo Cod. est, sed exhibent Ald. Bas. Gryph. Plant. Casaub. seqq. item Burm. Oud. Ern. Ed. pr. Grut. mallet *abundanter.* Conj. Guj. *abutens ut cong. subter m.* D. Chr. Grimm, singulari Dissert. super h. l. *abundantem* tuetur, et mox *circum se ferri* legit. Cf. Baumg fusius loc. explicantem.—9 *Astantib.* Vind. 1. Tum *pronioris* cum Steph. Casaub. Græv. Gron. dedit Ern. probante Oud. Reliquæ Vett. cum Mss. O. *pronior*, quod defendit Burm. Torr. conj. *libidini in m. pronior*, et ut unice verum commendavit Baumg. *libidinibus* placuit Boxh. Statim *ut eos* Vind. 2.—10 *Ethicæum* Periz. Ed. Rom. sec. *Eticellum* vel *Eticelum* Ven. *Ehicelum* Voss. *C. Ithicellum* Lugd. *Itellum* Bon. *C. Icellium* Ald. Steph. *C. Itellium* Arg. Gryph. *Hicelum* Cop. et optimi Oud. *Ethicelam* Cuj. *et Icelum* Bas. *Hispaniam Eticelum* Harlem. Correxit Pulm. Eadem est varietas in Ner. cap. 49.—1 *Palam* deest Edd. Rom. Mox *sed sine* Periz.

NOTÆ

[t] *Articulari morbo*] Podagra et chiragra.

[u] *Abundantis* [*abundantem*] Alii *abundanti:* alii *abundans usque eo.*

[v] *Ad pedes stantibus*] Lectorum scilicet, quales erant ministri, ut Calig. cap. 26. et Senec. III. de Beneficiis: 'servus qui cœnanti ad pedes erat.' Et Martial. 'Misto lagenam replet ad pedes mero.' Quam distributionem etiam in more positam colligere est ex Senecæ Epist. 77. *Pronior.* Casaubonus mavult *pronioris.*

[w] *Icelum*] De quo jam supra ad c. 40. in Nerone.

ab eo, sed, ut sine mora velleretur,[x] oratum, atque seductum. [23.] Periit tertio et septuagesimo[y] ætatis anno, imperii mense septimo.† Senatus, ut primum licitum fuit,[a] statuam ei decreverat, rostratæ columnæ[z] superstantem, in parte Fori, qua trucidatus est. Sed decretum Vespasianus abolevit, percussores sibi ex Hispania in Judæam summisisse opinatus.

Cuj.—2 *Lic. est* Memm. Medic. Cop. Dan. Cuj. Voss. Fouc. Vind. Cort. Edd. Rom. Omittit verb. subst. Ven. 1. Dein *decrevit* Vind. 1. Beroald. conj. *striatæ* pro *rostrat.* Tandem *Hisp. Jud. sumpsisse* Harlem. *summisisse* Vind. 1.

NOTÆ

[x] *Velleretur*] Inde patet, quanto jure vulsa illa corpora pro delicatis et effeminatis habita sint, et fœdissima a Quintiliano dicantur.

[y] *Tertio et septuagesimo*] Dio non septuaginta duos assignat: sed conciliat utrumque Zonaras, qui obiisse Galbam dicit natum annos septuaginta duos, dies vero viginti tres; sed Imperio menses novem assignat, qui re ipsa videntur assignandi juxta Dionem, qui, ut supra ad cap. 18. notatum est, periisse Neronem ait ad VIII. Idus Junii: nam ab eo tempore vixit ad minimum ultra Kalendas Januarias, ut ex eodem capite constat.

† A. U. C. 822.

[z] *Rostratæ columnæ*] Duilius ille, qui cum triumphum navalem primus egisset, id honoris a Senatu consecutus est, ut ei a cœna reverenti in perpetuum tibicines præcinerent, et funale præferretur, talem columnam erexit in Capitolio, Martique cum spoliis navalibus dicavit. Silius Italicus de eo lib. VI. 'Rostra gerens nivea surgebat mole columna: Exuvias Marti donumque Duilius alto Ante omnes mersa Pœnorum classe dicabat, Cui nocturnus honos funalia clara, sacerque Post epulas tibicen adest,' &c. Huic ergo similem Senatus Galbæ erigendam in Foro decrevit: qui mos nec etiam novus, statuas columnis superstantes dedicare. Plinius lib. XXXIV.

M. SALVIUS OTHO.[1]

MAJORES Othonis orti sunt[2] oppido Ferentino,[3] [a] familia vetere et honorata, atque ex principibus Etruriæ. Avus M. Salvius[4] Otho, patre Equite Romano, matre humili, incertum an ingenua, per gratiam Liviæ Augustæ, in cujus domo creverat, Senator est factus,[5] nec præturæ gradum excessit. Pater L. Otho, materno genere præclaro, multarumque et[6] magnarum propinquitatum, tam carus, tamque[7] non absimilis facie Tiberio Principi fuit, ut ple-

1 Oud. et Wolf. addunt *liber septimus*, secuti librorum numeros quos appinxerunt Casaub. et Græv. in Ed. maj. ex testimonio Suidæ, qui ait, Sueton. Cæsarum Vitas octo libris descripsisse: unde septimo libro complexus est tres Vitas Galb. Oth. et Vitell. octavo tres Flaviorum Vitas. Burm. inclinat in eorum sententiam, qui tot fecerunt libb. quot sunt Vitæ, et huic opinioni favet Medic. 3. in quo hic legitur: *Incipit de Othone Lib. VIII.* et sic porro Lib. *VIIII. X.* usque ad *XII.* nec secus præfigunt hos numeros Edd. Sab. et Cald.—2 *Sunt orti* Edd. ante Casaub. præter Rom. contra Mss. *nati sunt* Vind. 2. Cort. sed alterum in marg. In Harlem. deerant priora hujus Vitæ verba ad *procons. Afr.* usque.—3 *Ferento* Cod. Urs. *Ferentio* Medic. 2. a m. pr. Voss.—4 *Silvius* vel *Sylvius* Mss. O. et Edd. Vett. nisi quod in Fonc. sit *filius O.* Cf. Galb. c. 6. et 17.—5 *Fact. est* Periz. Vind. 1. Edd. Rom. Dein *L.* prænomen deest Medic. 1.—6 Ita edidit Oud. auctoritate Medic. 3. Polit. Vind. Cort. Voss. Cop. Periz. Edd. sæc. xv. Bon. Steph. quibus accedunt Dun. Fonc. Alii, etiam Ern. Wolf. *magnarum prop.* Statim *propinquitatium* præfert Oud. cum Memm. Cuj. Voss. Obsop.—7 *Tanquam* Dun. Mox *eo eo*

NOTÆ

[a] *Ferentino*] Ferentia, vel Ferentium, oppidum Etruriæ: hodie *Ferento* est, et urbs Latii: Ferentinum et Apuliæ oppidum, cujus meminit Horatius Ode 4. lib. III. non procul a Venusia ejus patria. De Etrusca civitate videtur hic loqui.

rique procreatum ex eo crederent. Urbanos honores,[b] proconsulatum Africæ, et extraordinaria imperia, severissime administravit. Ausus etiam est in Illyrico milites quosdam, quod motu[8] Camilli[c] ex pœnitentia præpositos suos, quasi defectionis adversus Claudium auctores, occiderant, capite punire, et quidem[9] ante Principia,[d] se coram;[e] quamvis ob id ipsum promotos in ampliorem gradum a Claudio sciret. Quo facto, sicut gloriam auxit, ita gratiam minuit: quam tamen mature recuperavit,[10] detecta Equitis Romani fraude,[f] quem, prodentibus servis, necem Claudio parare, compererat. Namque et Senatus honore rarissimo, statua[1] in Palatio posita, prosecutus est eum: et Claudius allectum inter patricios[g] collaudans amplissimis verbis, hoc[2] quoque adjecit: 'Vir, quo meliores[h] liberos habere, ne opto quidem.' Ex Albia Terentia, splendida[3][i] fœmina, duos tulit filios,[4] L. Titianum, et mino-

procr. Voss. *est etiam* Edd. Rom.—8 *Metu* Codd. aliqui, teste Torr. Tum *defensionis* Harlem. Ed. Ven. 1. *Cladium* Memm.—9 *Quidam* Harlem. Edd. Sab. Cald. Beroald. pr. *ante municipium* Cop.—10 *Recip.* Memm. Medic. 2. 3. Dein *detectis* Fouc. et *conceperat* Vind. 1.—1 *Statuta* Cop. Abest *et* ante *Claud.* a Memm. Cop. Polit. Medic. 1. 3. Vind. 2. Cort. *ut Cl.* Vind. 1. *Claud. Nero* Vind. 2. Cort. *lectum* Fouc.—2 *Hæc* Edd. ante Casaub. sed *hoc* servant plerique Mss. Tum *libertos* Cop.—3 Vulgo *splendidissima*. Illam

NOTÆ

[b] *Urbanos honores*] Quæsturam, ædilitatem, præturam, &c. De singulis in Julio.

[c] *Motu Camilli*] In aliquibus Mss. legitur *metu*, male, ut patet ex cap. 13. in Claud.

[d] *Ante Principia*] Locus erat in fronte castrorum, magna ab ipsis religione cultus, quod in eo aquilæ et signa, quæ dii sunt militares, unde Tacitus I. Histor. 'Cujus uxor mala cupidine visendi situm castrorum, per noctem militari habitu ingressa, cum vigilias et cetera militiæ munia eadem lascivia tentasset, in ipsis principiis stuprum ausa,' &c. In eo loco omnes primi tendebant, primi hastati, primi principes, primipili, primi manipuli, primæ decuriæ.

[e] *Se coram*] Quod fiebat tantum præsente Centurione, nec in castris ipsis, sed extra vallum, ut patet ex hoc loco Senecæ lib. I. de Ira cap. 16. 'Damnatus extra vallum deductus est, et jam cervicem porrigebat,' &c. 'Tum Centurio supplicio præpositus condere gladium speculatorem jubet,' &c.

[f] *Equitis Romani fraude*] Ejus verosimiliter, de quo in Claud. cap. 13.

[g] *Allectum inter patricios*] De patriciis in Aug. ad cap. 2.

[h] *Vir, quo meliores, &c.*] Tale quid in Claud. ad cap. 2.

[i] *Splendida*] Vulgati legebant *splendidissima*, minus bene. Tacitus enim

rem Marcum cognominem [k] sibi. Tulit et filiam, quam vixdum [5] nubilem Druso,[l] Germanici filio, despondit. [2.] Otho Imperator IV. Kalendas Maias [6] natus est, Camillo [m] Arruntio,[7] Domitio Aënobarbo Consulibus. A prima adolescentia prodigus ac procax, adeo ut sæpe flagris objurgaretur a patre. Ferebatur et vagari [n] noctibus solitus, atque invalidum quemque obviorum vel potulentum [8] corripere, ac distento [9] sago [o] impositum in sublime jactare. Post patris deinde mortem, libertinam aulicam gratiosam, quo efficacius coleret,[p] etiam diligere simulavit, quamvis

lect. confirmant opt. Torr. Memm. Lisl. Viterb. Medic. Dun. Fouc. Cop. Huls. Cuj. Voss. uti legend. docuit Lips. ad Tac. Hist. II, 50. et receperunt Schild. Burm. Oud. Ern. &c.—4 *Fil. tul.* Dun. Vind. 2. Voss. Fouc. Tum *T. Tit.* Edd. Schild. postt. Malit Sab. *Terentianum.* Deest *Marcum* Fouc. *sibi* non agnoscunt Medic. 1. 3. Polit. Vind. 1. et Edd. multæ, quarum *cognomine* Junt. Ald. Arg. Seb. Gryph. Plant. Dol. Bas. *cognomine Otho sibi* Periz. Harlem. Edd. Rom. Ven. 1. *cognominem Otho sibi* Sab. Cald. Lugd.—5 Ita Memm. Polit. Vind. Cort. Fouc. Cop. Huls. et membb. Casaub. Vulgo *nondum*, etiam in Burm. Ed. *visdum* Medic. 3. *quamvis nondum* Voss. Item *Germanico* Fouc. *despopondit* Periz.—6 Al. *Maii*, etiam Ed. Wolf. sed *Maias* Oud. cum aliis dedit ex Vind. Cort. et ita Fouc. *Mai* Medic.—7 Nomen hoc suspectum habuit Torr. cum Lips. *Furio* corrigendum censuere Sert. Ursat. in Mon. Patav. l. I. § 2. Noris. in Epist. Consul. Græv. ad loc. aliique. Statim *Ahen.* mallent Torr. Græv. Gron. ut passim. *Aeneob.* Vind. 2. Cort.—8 *Petulentum* Medic. 3. *petulentium* Medic. 2. Dun. *opulentum* Vind. 1. Divisis vocibus, *potu lentum* Memm. Græv. conj. *temulentum.*—9 Vind. 1. *destento*, Harlem. Ed. Camp. *distincto*, Edd.

NOTÆ

lectionem nostram adjuvat, Hist. II. 'Othoni pater consularis, avus prætorius, maternum genus impar nec tamen indecorum.'

[k] *Cognominem*] Torrentius in duobus Mss. legit *cognomine* absque *sibi*, male: constat enim ex Galbæ cap. 6. Othonis Imperatoris patrem, Othonem quoque cognominatum fuisse. Titiani autem filius Cocceianus a Domitiano occisus est, infra in Domit. cap. 10.

[l] *Druso*] Qui fame periit. In Tib. cap. 54.

[m] *Camillo*] Qui annus Urbis fuit 784. vel 785. Christi vero circiter 34. Ænobarbus ille Neronis Principis pater fuit, de quo in Ner. cap. 6.

[n] *Vagari*] Ita et Nero, in Ner. cap. 26. Quidam legebant *solus*, male: qui enim solus id faciat?

[o] *Distento sago*] Hæc est quæ proprie dicitur 'sagatio,' ut post Petrum Pithœum ex Glossario Casaub. annotavit, lasciviæ nempe et ludicri genus, quo obvium hominem, vel canem, &c. culcita aut sago aliove simili stragulo exceptum jactabant in sublime. Martialis: 'Ibis ab excusso missus in astra sago.'

[p] *Efficacius coleret*] Ad fortunam scilicet promovendam. Huc respex-

anum ac pæne decrepitam. Per hanc insinuatus Neroni, facile summum inter amicos locum tenuit congruentia morum,[10] ut vero quidam tradunt, et consuetudine mutui stupri: ac tantum potentia valuit, ut damnatum repetundis[q] consularem virum, ingens præmium pactus, prius quam plane restitutionem[r] ei impetrasset, non dubitarit[1] in Senatum ad agendas gratias introducere. [3.] Omnium autem consiliorum secretorumque particeps, die, quem necandæ matri Nero[2] destinaverat, ad avertendas[3] suspiciones cœnam utrique exquisitissimæ comitatis dedit. Item Poppæam[4] Sabinam,[s] tunc adhuc amicam ejus, abductam marito, demandatamque interim sibi, nuptiarum specie[5] recepit. Nec corrupisse[t] contentus, adeo dilexit,

Ven. Med. *discincto.* Mox *atque pæne* Periz.—10 Hinc iterum lacuna erat usque ad *astant. misc.* proximo cap. in Harlem. Tum Urs. legi jussit e Cod. *de repet.*—1 Hæc est conjectura Salm. probata Wolf. Al. *dubitaret.* In Fouc. *habitaret.*—2 Hoc ord. Memm. opt. Torr. Medic. Vind. 2. Cop. Cuj. Dun. Edd. Burm. Gron. Oud. seqq. Vulgo *Nero nec. matr.* Paulo ante *participes* Cop. Ceterum *diem* Medic. 3. Memm. opt. Torr. *quam* Vind. 2. Fouc. *destinarat* Medic. tr. Dun. Voss. Cuj. Cop. Edd. Gron. Burm.—3 *Convert.* Edd. Sab. Lugd. Arg. Junt. *non ad avert.* Fouc.—4 *Pompeam* Memm. Medic. 2. *Pompeiam* Medic. 1. Vind. 1. Fouc. Periz. aliique plures cum Edd. sæc. XV. ut supra sæpius. *Poppeiam* Medic. 3. Polit. *Popeiam* Vind. 2. Cort. Quædam Edd. *Popæam.*—5 *Nupt. sibi sp.* Vind. 1. Periz. Edd. Rom. Ven. Med. Bon. &c. *nupt. spem* Fouc. Dein *corripuisse* Medic. 2. cum Edd. Bas. Steph. Gryph. Plant. *corrupsisse* Vind. 1. *corripisse* Ed. una Ven. Vocem omittit opt.

NOTÆ

isse videtur Juvenalis: 'optima summi Nunc via processus vetulæ vesica beatæ.'

[q] *Repetundis*] Ursinus in veteri codice legit *de repetundis*, bene: sic enim semper loquuntur jurisconsulti: aut *repetundarum:* sed præpositionum omissio huic auctori familiaris est, ut jam supra notatum: de crimine illo supra in Jul. ad cap. 43.

[r] *Restitutionem*] In Senatum scilicet, quo motus fuerat lege Julia propter condemnationem illam; talem enim pœnam Julius isti crimini statuerat, ut in Jul. cap. 43. et Tacitus confirmat Histor. I. 'Redditus Cadio Rufo, Pædio Blæso Senatorius locus, qui repetundarum criminibus sub Claudio et Nerone ceciderant.'

[s] *Poppæam Sabinam*] De hac jam supra quædam in Ner. ad cap. 15. Suetonio Plutarchus assentitur in hac historia referenda, quam Tacitus Annal. XIII. narrat paulo aliter.

[t] *Corrupisse*] Alii legunt *corripuisse*, quasi *arripuisse.* Melius videtur *corrupisse*, hoc est, ab amando Nerone alienasse: nec enim stuprum dici potest, si Tacitum audias, qui ejus uxorem tunc fuisse refert.

ut ne rivalem quidem Neronem æquo tulerit animo. Creditur certe non modo missos ad arcessendam[6] non recepisse, sed ipsum etiam exclusisse quondam pro foribus astantem, miscentemque frustra minas et preces, ac depositum reposcentem. Quare, diducto[u] matrimonio, sepositus est[v] per causam legationis in Lusitaniam. Id satis[7] visum, ne pœna acrior mimum omnem[8] divulgaret; qui tamen sic quoque hoc disticho enotuit:

Cur Otho mentito[9] sit, quæritis, exul honore?
Uxoris mœchus cœperat esse suæ.

Provinciam administravit quæstoribus per decem annos, moderatione atque abstinentia singulari. [4.] Ut tandem ultionis occasio[10] data est, conatibus Galbæ primus accessit: eodemque momento et ipse spem imperii cepit,[†] magnam quidem ex[1] conditione temporum, sed aliquanto majorem ex[2] affirmatione Seleuci[w] mathematici; qui, cum eum olim superstitem Neroni fore spopondisset,

Torr.—6 *Exercendam* Fouc. *arcessendum* Mss. Torr. Infra *deposcentem* Perix. Edd. Rom. *deducto* duo Medic. Fouc. duo Torr.—7 Ex Memm. ita edidit Casaub. cum seqq. In ceteris scriptis et Edd. *Et satis*.—8 *In unum omn.* Fouc. Harlem. *in unum hominem* Edd. Ven. tr. *hominem* etiam in Perix. Mox *innotuit* Vind. 2. Cort. Pulm. uterque, cum Edd. Junt. Lugd. Ald. Arg. Steph. *discidio innot.* Fouc.—9 *Mentitus* Vind. 1. Perix. Edd. Rom. *merito* Medic. 1. Voss. In fine cap. *moderationem atque abstinentiam* Fouc.—10 Sic Dun. et forsan Memm. cum Edd. Casaub. et seqq. Al. *occ. ult.* quem ord. tuentur Oud. Wolf. In Fouc. est: *cor... Galliæ pr. accepit*.—1 Ita duo Mss. Torr. Pal. 1. Medic. 1. quos secuti Torr. Græv. Ern. Bip. &c. Copulam *et* ante *ex cond.* agnoscunt reliqui Mss. et restituerunt Burm. Oud. Wolf.—2 *Et aff.* Harlem. Edd. Med. pr. Sab. Cald. Pro *mathem.* in marg. Ed. Ant.

NOTÆ

[u] *Diducto*] Torrentius *deducto* legit, nec probat; *diducere* enim *dirimere* est, ut et Horatius lib. III. Od. 9. 'Quid si prisca redit Venus, Diductosque jugo cogit aheneo,' &c.

[v] *Sepositus est*] Aliam causam affert Tacitus lib. XIII. Quo tamen loco admodum corrupte legitur: 'Otho sive amore incautus, laudare formam uxoris (Poppeæ) apud Principem, sive ut accenderet, ac si eadem fœmina potirentur, id quoque vinculum potentiam ei adjiceret,' &c. Paulo infra: 'Dejicitur familiaritate sueta, post congressu et comitatu Otho, et postremo, ne in urbe æmulatus ageret, provinciæ Lusitaniæ præficitur.'

† A. U. C. 821.

[w] *Seleuci*] Ptolemæum vocant Tacitus et Plutarchus, unde utroque nomine appellatum colligere est, ut de Harpocra Claudii liberto: in Claud. ad cap. 28.

tunc ultro[3] inopinatus advenerat, imperaturum quoque brevi repromittens. Nullo igitur officii aut ambitionis in quenquam genere omisso, quoties cœna Principem acciperet, aureos[x] excubanti cohorti viritim dividebat: nec eo minus[4] alium alia via militem demerebatur. Cuidam[y] etiam de parte finium cum vicino litiganti, adhibitus arbiter, totum agrum redemit emancipavitque;[5 z] ut jam vix ullus esset, qui non et[6] sentiret et prædicaret, solum successione imperii dignum. [5.] Speraverat autem fore,[7] ut adoptaretur a Galba; idque in dies expectabat. Sed postquam, Pisone prælato,[8] spe decidit, ad vim conversus est; instigante super animi dolorem etiam magnitudine æris alieni. Neque enim dissimulabat, ' nisi Principem,

Gryph. est *mago*. Statim *Seleutius* Medic. 1. 3.—3 *Ultro* deest opt. Torr. Dein *imparat*. Fouc.—4 *Nec quo minus* Medic. 1. *nec hominus* Medic. 3. *nec minus* Dun. Medic. 2. Cuj. quod arrisit Ern. *nec ea via minus* Fouc. Tum *militem* exhibuerunt ante Baumg. tres Edd. Colin. Bas. 1546. Scriv. Gron. Burm, Ern. Bip. Woif. Servavit Oud. lectionem Codd. et Edd. Vett. *militum*. Burm. etiam conj. *milites*.—5 Torr. et Guj. emendaverunt, *eique mancipavit*, sed correctione nihil opus esse, Oud. et Ern. docuerunt. Mox *ullus vix* Vind. 2.—6 *Et* exulat a Vind. 1. 2. Periz. Harlem. Edd. sæc. xv. Ald. Junt. pluribusque. In Bon. *et non sent*. Tum Burm. revocavit *successionis*, quam lect. dant Medic. 2. Dun. Voss. Harlem. et Edd. Vett. præter Rom. *successioni* Cuj.—7 *Sperav. Otho fore* Fouc. qui et *in diem*. Cop. Medic. 1. 3. *in die*.—8 *Relato* Cod. Urs. *a spe* Vind. 1. Mox *et magn*. Edd. Rom. *magnitudinem*

NOTÆ

[x] *Aureos*] Plutarchus in Othone aureum quoque divisum dixit: Tacitus I. Hist. ' Cohorti excubias agenti viritim centenos nummos dividebat.' Dio vero libro LV. aureum unum viginti quinque drachmis æstimat. Cum igitur drachma eadem sit cum denario, ut in Jul. ad cap. 4. centeni nummi et viginti quinque drachmæ unam et eandem summam efficiunt: denarius enim quatuor sestertiis nummis æquivalet, ut ibidem probatum est; unde patet aureum unum, quem auctores isti viginti quinque drachmis aut centenis sestertiis æstimant, viginti quinque denarios valere, nostrates vero libras quatuor, additis septem assibus itidem nostratibus cum sèmisse. Quod juxta Budæum semper intelligendum est: nam secundum alios, qui sestertium duplo pluris et amplius æstimant, hac proportione summa crescet. Qui tamen aurei valor paulo immutatus est sub recentioribus Imperatoribus.

[y] *Cuidam*] Cocceio Proculo speculatori, ut refert Tacitus II. Hist.

[z] *Emancipavitque*] Hoc est, ab omni onere et servitute immunem præstitit: quod ' dono dare ' simpliciter dixit Tacitus II. Hist. ubi rem narrat.

se stare non posse: nihilque referre,[9] ab hoste in acie, an in Foro sub creditoribus, caderet.' Ante paucos dies servo Cæsaris pro impetrata dispensatione[a] decies sestertium[b] expresserat. Hoc subsidium tanti cœpti fuit. Ac primo[10] quinque speculatoribus[c] commissa res est, deinde decem aliis, quos singuli binos produxerant: omnibus dena sestertia[d] repræsentata, et quinquagena promissa. Per hos solicitati reliqui, nec adeo multi; haud dubia fiducia, in ipso negotio plures affuturos.[1 e] [6.] Tulerat[2 f] animus, post adoptionem statim castra occupare, cœnantemque in Palatio Galbam aggredi: sed obstitit respectus cohortis,

Harlem. Edd. Ven. Junt. Arg. Lugd.—9 *Refelle* Memm. *refelli* Medic. 2. Dun. Voss. Huls. Cuj. *referri* Medic. 1. *refelli vel referre* Medic. 3. Postea *crederet* pro *caderet* Harlem. Ed. Cald.—10 *At pr.* Fouc. Statim *spec.* rursus dant Memm. et optimus quisque Cod. pro vulg. *spic.* Habent *peculatorib.* Harlem. Periz. a m. pr. et Ed. Ven. 1. Item *res est* edidit Oud. fide Memm. Medic. Cop. Vind. Polit. Fouc. Al. *est res*, etiam in Wolf.—1 Ita legend. conj. Grut. cui Torr. Græv. Burm. &c. obsecuti sunt, et jam ediderunt Bon. Dol. aliique. Memm. Viterb. Pal. 1. 2. Medic. 1. 3. Voss. Huls. Cop. *plures affuturi.* In reliquis *plurib. affuturis*, quod non displicet Baumg. suppleto *ut* aut *quasi* e Græco usu, ut notavit Casaub. Conj. Burm. *plures affluxuros.*—2 Sic Memm. Dun. Periz. Voss. Medic. 2. et Edd. ante Casaub. qui cum ceteris Codd. dedit *erat.* Illud reposuerunt Burm.

NOTÆ

[a] *Pro impetrata dispensatione*] Quod id illi muneris impetrasset a principe.

[b] *Decies sestertium*] Hoc est, 43750. lib. Quantam summam a servo Galbæ Principis tam avari potuisse conferri Torrentius admiratur, utpote cum Galba dispensatori suo ordinario paropsidem leguminis mercedem dedisset, ut in Galba cap. 15. Sed fuit forte dispensatio quædam extraordinaria, quales erant illæ de quibus Plinius lib. XXXIII. cap. 11. ubi de citerioris Hispaniæ dispensatore, et lib. VII. cap. 39. ubi de quodam Neronis servo, qui cum Armeniaci belli dispensator esset, libertatem redemit centies vicies, hoc est, 524000.lib.

[c] *Quinque speculatoribus*] Aliter Tacitus I. Hist. 'Suscepere duo manipulares imperium populi Romani transferendum, et transtulerunt,' &c. De speculatoribus jam supra non semel.

[d] *Dena sestertia*] Hoc est, 437.lib. 10. s. quinquagena vero 2187.lib. 10. s. ubi notandum, sestertios a Suetonio notis suis exprimi, sestertia vero ipsa voce proferri, ut ea distinguat. Ut distinguenda esse probatum est ad cap. 4. in Jul. et cap. 6.

[e] *Affuturos* [*affuturis*] Sic Torrentius et Casaubonus in suis libris, præterquam in Viterbiensi, in quo *plures affuturi.* Beroaldus et Sabellicus *plures affuturos*, clarius.

[f] *Tulerat* [*Erat*] Alii *tulerat.* De castris prætoriis in Tib. ad cap. 37.

quæ tunc excubabat, ne oneraretur invidia; quod ejusdem statione [g] et Caius fuerat occisus, et desertus Nero. Medium quoque tempus religio [h] et Seleucus [3] [i] exemit. Ergo destinata die, præmonitis consciis, ut se in Foro sub æde Saturni ad Milliarium aureum [k] opperirentur, mane Galbam salutavit; utque consuerat, osculo exceptus,[l] etiam sacrificanti interfuit,[4] audivitque prædicta haruspicis.[m] Deinde liberto, adesse architectos,[n] nuntiante, quod signum convenerat, quasi venalem domum inspecturus [5] abscessit:

Ern. Bip. Wolf. Conjecturam Urs. *fuerat* probat Oud.—3 Petr. Faber in Semestr. III. 25. suasit: *relig. et ipse locus ex.* quem refutavit Casaub. Tum *promonitis* Harlem.—4 Conj. Ern. *superfuit.* Paulo ante *consueverant* dant omnes Mss. cum Edd. præter Wolf.—5 *Quasi juvenalem inspect.* Medic. 2. a m. pr. *in ven.* Cuj. *dom. ven.* Vind. uterque. Mox *in muliebri* Vind. 1. *lectica*-

NOTÆ

[g] *Statione*] Dum staret in excubiis; alio enim sensu hic sumi videtur, quam supra in Ner. cap. 34. et 47.

[h] *Religio*] Vel quod non faverent haruspicum responsa, vel quod fausta auspicanti non fuissent auguria, ut Ner. cap. 8. vel quod infelices sibi dies quosdam crederet, sicut Augustus omnes Nonas, ut in Aug. cap. 92. vel quod illi dies intermedii ex iis essent, qui publice religiosi, aut quibus, tradita quadam a majoribus superstitione, magni momenti negotia inchoare non audebant. Juven. Sat. VI. vs. 570. 'Qui mensis damnis, quæ dentur tempora lucro.'

[i] *Seleucus*] Mathematicus ille, de quo paulo supra: hujusmodi hominibus inconsultis nil quicquam tunc temporis aggredi mos erat. Juven. ibid. vs. 552. 'quicquid Dixerit astrologus, credent a fonte relatum Ammonis,' &c. De hoc Seleuco idem Juvenalis ibid. verosimiliter agit: 'Cujus amicitia conducendaque tabella Magnus civis obit, et formidatus Othoni.'

[k] *Milliarium aureum*] Sic dicebatur columna in capite Fori Romani erecta, ex metallo, ut ait Plutarchus in Galba, quod ab ea viæ omnes Italiæ inciperent, et in eam quoque desinerent, inscripta locorum omnium distantia: quam distantiam quia milliariis definiebant, inde nomen ei fecerunt. Sed verosimillimum est, non intelligi, nisi de consularibus viis, per quas exercitus educerentur. Dio lib. LIV. hujus auctorem facit Augustum, cum viarum curam ageret. De quo etiam Plinius lib. III. cap. 5.

[l] *Osculo exceptus*] De illa consuetudine in Tib. ad cap. 34.

[m] *Prædicta haruspicis*] Tacitus sic narrat: 'XVIII. Kalend. Febr. sacrificanti pro æde Apollinis Galbæ, haruspex Umbricius tristia exta et instantes insidias ac domesticum hostem prædicit, audiente Othone (nam proximus astiterat) idque ut lætum e contrario et cogitationibus suis prosperum interpretante.'

[n] *Adesse architectos*] Idem Tacitus: 'Causam digressus requirentibus, finxit emi sibi prædia vetustate suspecta, ideoque prius exploranda.'

proripuitque se postica parte[o] Palatii ad constitutum.[p] Alii, febrem simulasse, aiunt, eamque excusationem proximis mandasse, si quæreretur. Tunc abditus propere muliebri sella,[q] in castra contendit: ac deficientibus lecticariis,[r] cum descendisset, cursumque cepisset,[6] laxato calceo restitit, donec omissa mora succollatus,[s] et a præsente comitatu IMPERATOR consalutatus, inter faustas acclamationes strictosque gladios ad[7] Principia[t] devenit, obvio quoque non aliter, ac si conscius et particeps foret, adhærente. Ibi missis, qui Galbam et Pisonem trucidarent, ad conciliandos pollicitationibus[8] militum animos nihil magis pro concione testatus est, quam 'id demum se habiturum,[u] quod sibi ipsi reliquissent.' [7.] Deinde[9] vergente jam die[v] ingressus Senatum, positaque brevi ratione,[10][w] quasi

ribus Voss. Cuj.—6 *Cœpiss.* Edd. Sab. Bon. Bas. Junt. Lugd. Dein *amissa* duo Torr. Medic. 1. Cop. Huls. *omissa Marti* Cuj. *commissa* Fouc. Edd. Ven. 2. 3. Torr. totum illud *om. mora* expungi mallet. Huls. *succolatus.*—7 *Ac Pr.* Ed. Plant. Postea *obvioque non* Fouc.—8 *Sollicitationib. anim. mil.* Vind. Infra *quasi* pro *quam* Fouc. Dein *ipsi* præbent Medic. 2. Dun. Fouc. Voss. Cuj. Harlem. Periz. Cort. cum Edd. Vett. præter Bas. Gryph. Palm. et seqq. in quibus *illi*, quod retinet quoque Burm.—9 *Dein* Memm. Voss. opt. Torr. Medic. Polit. Vind. 1. Voss. Fouc. uterque Palm. Edd. Rom. Steph. Oud.—10 *Oratione* Memm. Viterb. Cop. Harlem. Periz. Fouc. et omnes Oud. item Edd. Vett. præter Bas. Gryph. Col. Plant. &c. receperuntque Ern.

NOTÆ

[o] *Postica parte*] Vide in Claud. ad cap. 18. Tacitus per Tiberianam domum et liberto innixum abiisse dicit, non se proripuisse.

[p] *Constitutum*] Tempus scilicet et locum.

[q] *Abditus propere muliebri sella*] Hinc patet, mulierum sellas, quibus in publicum prodibant, opertas fuisse.

[r] *Lecticariis*] Qui sellam ferebant præ nimia festinatione defatigatis. Id quoque Tacitus aliter, nec a pluribus quam viginti et tribus consalutatum affirmat, tanta paucitate trepido Galba, 'sed is habitus animorum fuit, ut pessimum facinus auderent pauci, plures vellent, omnes paterentur.'

[s] *Succollatus*] Ita et in Claud. c. 10.

[t] *Ad Principia, &c.*] Vide supra ad cap. 1.

[u] *Id demum se habiturum*] Tacitus I. Histor. 'Nec deerat Otho protendens manus adorare vulgus, jacere oscula, et omnia serviliter pro dominatione facere.'

[v] *Vergente jam die*] Tacitus I. Histor. 'Exacto per scelera die, novissimum malorum fuit lætitia. Vocat Senatum Prætor urbanus, certant adulationibus ceteri magistratus,' &c.

[w] *Positaque brevi ratione*] Sic legitur in libris omnibus, excepto Viterbi-

raptus de publico, et suscipere imperium vi coactus, gesturusque communi omnium arbitrio, Palatium petit. Ac super ceteras gratulantium adulantiumque [1] blanditias, ab infima plebe appellatus NERO, nullum [x] indicium recusantis dedit: immo, ut quidam tradiderunt, etiam diplomatibus [y] primisque epistolis suis ad quosdam provinciarum præsides, Neronis cognomen adjecit.[2] Certe et imagines statuasque ejus reponi passus est, et procuratores [z] atque libertos ad eadem officia revocavit. Nec [3] quicquam prius pro potestate subscripsit,[a] quam quingenties sestertium ad peragendam Auream domum.[b] Dicitur ea nocte per quietem [4] pavefactus gemitus maximos edidisse: repertusque a concursantibus humi ante lectum jacens, per omnia piaculorum genera manes Galbæ, a quo deturbari expellique se viderat, propitiare tentasse: postridie quoque in augurando tempestate orta graviter prolapsum,[5] identidem obmurmurasse:

Τί γάρ μοι [c] *καὶ μακροῖς αὐλοῖς;* [6]

Bip. Conj. Burm. *expositoque brevi oratione*, Oud. *propositaque brevi ratione*, vel *perorataque brevi oratione*, Walth. Obs. p. 29. *positoque brevi orat.* Müll. *postquam brevem orationem*, v. *post habita brevi oratione*. Sed *ratione* tuentur Mss. Torr. Corsend. Dun. et defendit Wolf. vel *proposita* legere malit cum Oud.—1 *Adul. gratul.* Vind. 2. Tum *initium recus.* Medic. 2. *judicium* Vind. 1. Ed. Camp. in qua etiam *dederat*.—2 *Adjicit* Harlem. *cognomine* Ven. 1. Paulo ante *suis* deest Cop. nec admodum necessarium putat Burm. Dein *et* ante *imag.* non habet Cop.—3 *Ne qu.* Harlem. et Edd. sæc. XV. præter Rom. sec. Mox *sestertia* Edd. Bas. Gryph. Pulm. Torr. *peragendum* Cort. Edd. Rom.—4 *Per quæ etiam pav.* Cnj. Dein *conversantibus* Medic. 1. 3. Polit. Huls. ac *jacere* Edd. Bon. Med. Lugd. Par.—5 *Prolapsus* opt. Torr. Voss. Dun. quod defendit Duk. ad Flor. l. II. c. 6.—6

NOTÆ

ensi, in quo *oratione*. Simplex hic pro composito, 'posita' pro 'exposita.'

[x] *Nullum*] Forte quod apud nonnullos Romanos favorabile Neronis nomen esset, ut fuisse constat ex cap. 57. in Ner. quos inter annumerari potuerit 'miles urbanus longo Cæsarum sacramento imbutus, et ad occidendum Neronem arte magis et impulsu, quam proprio ingenio traductus,' ut ait Tacitus.

[y] *Diplomatibus*] Hoc est, mandatis: in Ner. ad cap. 12. &c.

[z] *Procuratores*] Qui res ejus curabant. De quibus in Claud. ad cap. 12.

[a] *Subscripsit*] Ad solvendum scripsit. Vide in Tib. ad cap. 32. Quingenties, hoc est, nostro ritu, 2187500. lib.

[b] *Auream domum*] De qua plura in Ner. cap. 31. &c.

[8.] Sub idem vero tempus,[7] Germaniciani exercitus in Vitellii verba jurarant. Quod ut[8] comperit, auctor Senatui fuit mittendæ legationis, quæ doceret, electum jam Principem: quietem et concordiam suaderet. Et tamen per internuntios ac literas, consortem imperii generumque se Vitellio obtulit. Verum haud dubio bello, jamque[9] ducibus et copiis, quas Vitellius præmiserat, appropinquantibus, animum fidemque prætorianorum erga se[10] pæne internecione amplissimi ordinis expertus est. Placuerat[1] [d] per classiarios arma transferri, remittique navi-

Λουαοις Medic. 3. αουαωις Voss. ἀσύλοις Polit. Vind. 2. Cort. Pal. 2. 3. cum Mss. Casaub. et Urs. et Edd. Rom. Deest Medic. 1. μουλοῖς Pal. 1. in aliis δούλοις. Desunt Græca Harlem. Ed. Ven. 1. In Edd. nonnullis sunt Latina: *Quid mihi et cum magnis asillis*, ut Bon. Lugd. Mallet Sab. ex Xiphil. LXIV. 7. αὐλοῖς αὐλεῖν, repugnante Erasm. in Præf.—7 *Tempus* exulat a Medic. 1. Tum *Germanici* Periz. Fouc. Medic. 1. 3. Polit. Vind. uterque, Cort. cum Edd. Rom. Bon. in quibus etiam *juravit*, et ita Periz. Harlem. *juraverat* Lugd. *jurant* Medic. 1. Vind. 1. *juraverunt* Polit. *jurarunt* Nonn. Vulgo *juraverant*, sed *jurarant* e Memm. Medic. 2. Dun. &c. substituerunt Græv. Gron. Burm. Ern. seqq.—8 *Ubi comp.* Vind. 2. Postea *quiet. concord.* Medic. 1. 3. Cop. *suadere* Vind. 1. ac *generum se* Medic. 1. Cop.—9 Cum Burm. et Ern. addidit copulam Oud. ex sententia et Mss. Torr. Medic. Polit. Vind. 1. Cort. Cop. Periz. Voss. Cuj. Edd. Rom. Bon. item Dun. Fouc. Vulgo *jam d.* —10 *Erga se præt.* Medic. 3. Polit. Vind. 2. Cort. tres Burm. cum Edd. Rom. Hinc *erga præt.* omisso *se*, Vind. 1. Harlem. Edd. Ven. Med. Lugd. Junt. Arg. Statim *internic.* Medic. 1. Vind. 1. Cort. et Edd. Vett. ut cap. 12. et passim; *internectione* Medic. 3. cum Ms. Schotti et aliis.—1 In O. Mss. præter Torr. et in plerisque Edd. legitur: *expert. est: et plac.* sed τὸ *et* omittunt Burm. Græv. Gron. plena distinctione post *est* posita. Conj. Lips. *etenim pl.* Glar. *quando pl. ad class.* Oud. *Ostiam pl.* Dein *præmittique* Ed. Steph. unde corr. Burm. *pl. ad class. a. tr. præmittique n.* cui astipulatur Ern. vel sumit

NOTÆ

[c] Τί γάρ μοι, *&c.*] *Quid mihi cum longis tibiis?* In re divina facienda tibias adhibebant; unde cum sibi non profutura videret ea sacrificia, dicebat, Quid me sacris operam dare, et piaculis pacem Deum quærere juvat? Paulo aliter leguntur hæc verba apud Xiphilinum, τί γάρ με ἔδει μακροῖς αὐλοῖς αὐλεῖν; *Quid me oportebat magnis tibiis canere?* quasi ipsum impensæ pœnituisset factæ, ad sacrificium nil profuturum. Nisi ad susceptum imperium referatur, quod nempe onus fuisset suis viribus impar. Juvenalis Sat. II. vs. 35. 'buccæ Noscenda est mensura tuæ.' Nam quemadmodum buccis omnibus non conveniunt grandiores tibiæ, ita, &c. Vide Turneb. lib. v. cap. 1. et lib. XVII. cap. 20.

[d] *Placuerat*] Casaubonus delet conjunctionem *et*, finita ante verbum periodo, bene; incipit enim narratio eorum quæ secuta sunt. De classiariis illis in Galba cap. 12. Rem illam fuse et paulo aliter narrat Plutarchus.

bus. Ea[2] cum in castris sub noctem promerentur, insidias quidam suspicati, tumultum excitaverunt: ac repente omnes, nullo certo duce, in Palatium cucurrerunt, cædem Senatus flagitantes: repulsisque Tribunorum,[e] qui inhibere tentabant, nonnullis et occisis, sicut erant cruenti, ubinam Imperator esset,[3] requirentes, perruperunt in triclinium usque,[f] nec nisi viso destiterunt. Expeditionem autem impigre atque etiam præpropere inchoavit, nulla, ne religionum quidem, cura, sed et motis necdum conditis[4] ancilibus,[g] quod antiquitus infaustum habetur;[5] et die, quo

pro simplici *mitti*. Suasit Oud. *demittique*, probante Wolf. Vulg. defendit Baumg. Ceterum *inanibus* pro *navibus* Medic. 3.—2 *Et cum* Edd. sæc. xv. Mox *præmerentur* Dun. *ac* deest Periz. Harlem. Edd. Rom. et reliquis Vett. usque ad Bas. Tum *concurrerunt* Vind. 2. Cort. cum uno Torr. ipso probante. —3 *Esset Imp.* Vind. 2. Tum *prorup.* duo Torr. uterque Vind. Cort. duo Palm. totidem Burm. et Edd. Vett. ante Bas. Abest *nisi* a Vind. 1. *etiam* a Vind. 2. in quo et Periz. *incohavit*. Item *propere* habent Dun. Cop.—4 *Nondum cond.* Cop. *nedum* Edd. Rom. *cognitis* Huls. Verba: *nulla ne, &c.* usque ad *conditis* desunt Fouc.—5 Ita Memm. Polit. Pal. 3. Cuj. et pro vulgo *haberetur* reposuerunt Ern. Oud. et seqq. Totum verbum Grutero suspectum est. In-

NOTÆ

[e] *Tribunorum*] 'Resistentem seditioni Tribunum et severissimum Centurionum obtruncant,' &c. Tacitus.

[f] *In triclinium usque*] Idem Tacitus: 'Erat Othoni celebre convivium primoribus fœminis virisque, qui trepidi fortuitusne militum furor, an dolus Imperatoris, modo constantiam simulare,' &c. Quid sit triclinium, in Jul. ad cap. 43. &c. Hic sumi videtur pro ipsa cœnatione.

[g] *Ancilibus*] Ancile scutum quoddam breve, sic dictum, quia ex utroque latere erat recisum, ut summum imumque latius esset medio, quale Numæ temporibus e cœlo cecidisse narraverunt, vocemque auditam, potentissimam Urbem fore, quamdiu in ea mansisset. Ne igitur illud internosci posset, et furto surripi, facta sunt ejusdem generis plura alia, quæ Romani quotannis stato tempore, mense scilicet Martio, per urbem circumferebant, ac tricesimo demum die recondebant. Toto autem illo spatio, aut saltem diebus quibus movebantur, tanta superstitione tenebantur homines, nihil ut quicquam nisi infaustum publice geri posse crederent. Hinc Livius lib. VII. decad. IV. 'Stativa deinde ad Hellespontum aliquamdiu habuerunt, quia dies forte, quibus ancilia moventur, religiosi ad iter inciderant,' &c. Suetonius hic, et Tacitus I. Hist. in fine: quin et privata hoc tempore negotia differrent, ut de matrimonio indicat Ovidius III. Fast. 'Arma movent pugnam, pugna est aliena maritis; Condita cum fuerint, aptius omen erit.' Turnebus Advers. lib. V. cap. 1. assentitur Servio, qui ad hunc VIII. Æneid. versum, 'vique impulit arma:' 'Qui belli susceperat curam,'

cultores Deum matris[h] lamentari et plangere incipiunt; præterea adversissimis auspiciis.[i] Nam et victima Diti patri cæsa[6] litavit;[k] cum tali sacrificio contraria exta potiora sint. Et primo egressu inundationibus Tiberis[l] retardatus, ad vicesimum etiam lapidem ruina ædificiorum præclusam viam offendit. [9.] Simili temeritate, quamvis dubium nemini esset,[7] quin trahi bellum oporteret, quando et fame et angustiis locorum urgeretur hostis, quam primum tamen[8] decertare statuit: sive impatiens longioris solicitudinis, speransque, ante Vitellii adventum profligari plurimum[m] posse; sive impar militum ardori, pugnam deposcentium. Nec ulli[9] pugnæ affuit, substititque[10] Brixelli.[n]

fra *adversis ausp.* Edd. Rom. *avers.* Fouc.—6 Hanc lect. servant Memm. Medic. 2. Dun. Voss. Cuj. Edd. Steph. Græv. Burm. Ern. Oud. &c. Gron. vetustam lect. *victimas D. p. cæsas* retinuit. Fouc. *cæsas dictavit.* Deest *et* ante *vict.* Harlem. Edd. Med. Sab. Beroald. Cald. Infra *ruinæ* habet Dun. —7 *Esset nem.* Vind. 1. Periz. Edd. sæc. XV. aliæque. Dein *quin et fame* Periz. *quando ut et* Lugd. *et* post *fame* non agnoscunt Ven. 2. 3. Cald. Med. sed in marg. Sab. ascriptum, *et fame ex ang.* Supra *trahi illum op.* Fouc.—8 Non habent *tamen* Medic. 2. a m. pr. Ed. Steph. cujus margini man. doct. notaverat *tum.* Pro *plurimum* in nonnullis Codd. extat *prælium*, teste Torr.—9 Ita rescribend. jussit Græv. cum Memm. Medic. 2. Dun. Voss. Cuj. (in quo *pugnare*) Lys. probantib. Ern. Oud. &c. In Cod. Urs. et Ed. Bas. tert. *ille.* Vulgo *illi.*—10 *Stititque* Huls. Dein *Brixelli* per *e* efferunt Mss. O.

NOTÆ

inquit, 'sacrarium Martis ingressus, primo ancilia commovebat, post hastam simulacri ipsius, dicens, MARS VIGILA.' Sed ibi nulla condendorum mentio, nulla necessitas.

[h] *Cultores Deum matris*] Cybeles scilicet, cujus sacerdotes Galli dicebantur, de quibus in Augusto ad cap. 68. Servius ad IX. Æneid. 'Mater magna instituit, ut quotannis in sacris suis plangeretur,' &c. in solatium scilicet amissi Athys adolescentuli, quem deperibat, cujus nota fabula.

[i] *Adversissimis auspiciis*] Enumerat ea Tacitus I. Histor. in fine.

[k] *Litavit*] Hoc est, placavit, quod signum erat accepti sacrificii, et Othonem brevi ad illum Deum migraturum, cui gratum obtulerat sacrificium. Hinc dicit, contraria exta in his sacris esse potiora: quo confirmatur, quod super hac re notatum est in Jul. ad cap. 81.

[l] *Tiberis*] Hic, auctore Plinio lib. III. cap. 5. 'Vates quodammodo intelligitur, ac monitor auctu semper religiosus.' Plutarchus in Othone scribit, Tiberim ita nunquam excrevisse, nec eluvione sua tantum intulisse damni.

[m] *Profligari plurimum*] Alii legunt *prælium*, quod esset clarius; nam profligare est prorsus conficere et absolvere, ut apud Ciceronem Epist. 29. lib. XII. ad Famil. 'Profligato bello et pæne sublato, renovatum bellum

Et tribus quidem, verum mediocribus præliis, apud Alpes, circaque Placentiam, et ad Castoris,[1] [o] quod loco nomen est, vicit: novissimo maximoque apud Betriacum[2] [p] fraude superatus est; cum, spe colloquii facta, quasi ad conditionem pacis militibus eductis,[3] ex improviso, atque in ipsa consalutatione,[4] [q] dimicandum fuisset. Ac statim moriendi impetum cepit: ut multi, nec frustra, opinantur, magis pudore, ne tanto rerum hominumque periculo dominationem sibi asserere perseveraret, quam desperatione ulla, aut diffidentia copiarum: quippe residuis, integrisque etiam nunc,[5] quas secum ad secundos casus detinuerat, et supervenientibus aliis e Dalmatia, Pannoniaque[r] et Mœ-

et Edd. præter Casaub. 1610. Schild. *Bryxelli* Rom. Gryph. Plant.—1 *Ad castros* Medic. Polit. Vind. 1. Huls. et aliquot Casaub. Mallet Oud. *Castores*, et mox inducere τὸ *quod*. In Voss. *victi* pro *vicit*, et *novissimoque maximo* habent Edd. sæc. xv. exceptis Rom. Ven. 1. Ceterum in Dun. Cuj. *circaque apud B.* mediis omissis.—2 Ita Memm. Medic. 1. 3. Pulm. Codd. Pith. Viterb. quod cum Turneb. receperunt Græv. Burm. Ern. Oud. seqq. *Bedriacum* Polit. Ed. Lips. *Breciacum* Medic. 2. Pal. 2. 3. Ed. Camp. *Breaticum* Cop. *Bretiam* Pal. 1. *Bretiam cum* Dun. *Bresiam cum* Voss. Alii *Bebriacum* cum Edd. Vett. nisi quod in una alterave sit *Bebryacum*.—3 Burm. conj. *reductis*, vel distinguend. *pacis, mil. eductis ex imp.* &c. Testatur Guj. in quibusdam Codd. esse *pacis est*.—4 *Consultatione* duo Torr. Memm. Corsend. Nonn. Medic. 1. Polit. Vind. Cort. Periz. Harlem. Voss. Edd. sæc. xv. aliæque, placuitque Græv. *ex ipsa c.* Vind. 2. Cort. Mox *propositum cep.* Vind. 1. a m. pr. Fouc.—5 *Etiam tunc* Cod. Urs. probantib. Torr. Guj. Græv. Conj. etiam Torr. *etiamnum*. Tum *a Dalm.* Periz. Voss. Edd. Rom. *Pannonia et M.*

NOTÆ

gerere conamur.' Et Tacitus eodem sensu usus est hoc verbo: de cujus tamen significatione aliter Gellius lib. xv. cap. 5.

[n] *Brixelli*] *Brixillum* sive *Brixellum*, Galliæ togatæ Cispadanæ civitas ad ipsum Padum, hodieque *Brissello*, in Ducatu Mutinensi.

[o] *Ad Castoris*] Locus est ad duodecimum a Cremona lapidem, cujus meminit quoque Tacitus, juxta emendationem Lipsii, cum ante legeretur *castrorum*.

[p] *Betriacum* [*Bebriacum*] Dissentiunt ferme omnes, tam Græci, quam Latini, in scribenda hac voce. Viterbiensis et Lislæi codices *Bretiacum*, quidam apud Eutropium *Betriacum*, ut et Plutarchus. Alii *Bedriacum*, &c. Juven. Sat. II. 'Bebriaci in campo spolium affectare Palati.' Oppidum olim, nunc pagus est, quem dicunt *Labina*, Cremonam inter et Veronam.

[q] *Consalutatione*] Torrentius in duobus codicibus legit *consultatione*, male, ut colligere est ex Tacito, rem narrante fusius.

[r] *Pannoniaque*] De hac in Tib. ad cap. 17. Mœsia dividitur in superio-

sia: ne victis[6] quidem adeo afflictis, ut non in ultionem ignominiæ quidvis discriminis ultro, et vel solæ subirent. [10.] Interfuit huic bello pater meus Suetonius Lenis,[7] [s] tertiæ decimæ legionis Tribunus angusticlavius.[t] Is[8] mox referre crebro solebat, Othonem etiam privatum usque adeo detestatum civilia arma,[9] ut, memorante quodam inter epulas de Cassii Brutique exitu, cohorruerit: nec concursurum cum Galba fuisse, nisi confideret,[10] sine bello rem transigi posse: tunc ad despiciendam vitam exemplo manipularis militis concitatum, qui, cum cladem exercitus nuntiaret, nec cuiquam fidem faceret, ac nunc mendacii, nunc timoris,[1] quasi fugisset ex acie, argueretur, gladio ante pedes ejus incubuerit.[2] Hoc viso, proclamasse eum,

Harlem. *Messia* Rom. sec. Ven. Junt. Arg. *et* deest Vind. 2. Cort. Periz.—6 *Nec vict.* Medic. Dun. Polit. Cort. Periz. Cuj. *nec quidem v.* Edd. Rom.—7 *Lætus* Memm. Medic. Cop. Voss. Corsend. cum aliquot Casaub. et Ed. Ven. 1. ac prætulit Steph. *Lectus* Vind. 1. Mox *august.* Mss. et Edd. Vett. plurimi, et in multis, divisis vocib. *Angusti Clav.* Vind. 1. habet *dec. tert.* Vind. 2. *tertidec.*—8 *Iste* Medic. 2. Dun. Harlem. Edd. sæc. xv. præter Rom. in quibus et Periz. *soleb. creb.*—9 Sic primus edidit e suis Mss. Casaub. et ei lect. accedunt Polit. Vind. 2. Cort. Memm. In ceteris *bella*, quod servavit Burm. Dein *Cassi* Medic. 1. 3. *corruerit* Polit. Vind. 1. Corsend. Harlem. Periz. cum duob. Torr. Edd. Rom. Sab. Bas. Lugd. Junt. et al. *horruerit* Cuj.—10 Burm. conj. *diffideret*, vel *rem transigi non posse*, vel pro *Galba* legendum *Vitellio*. Edd. Rom. dant *trans. potuisse.*—1 *Mendac. timori* Harlem. Ed. Ven. 1. ejecto *nunc*. Edd. Sab. Lugd. Junt. Arg. *nunc mendaciis nunc tim.* Supra pro *tunc* malebat Torr. *tum*. Mox *ex acie* desunt Harlem.—2 *Occub.* Vind. 1. Dein *talis* et *omnis* Medic. 3.—3 Ita

NOTÆ

rem et inferiorem: illa hodie *Bosnia* et *Servia*; hæc *Bulgaria* nuncupantur. Harum regionum exercitus in Othonis verba juraverant, ut auctor Tacitus.

[s] *Lenis*] Auctor vero hic noster Tranquillus, quod idem sonat. Tacitus inter Othonianos duces meminit Paulini cujusdam Suetonii, qui nescio an istos aliqua propinquitate contingeret.

[t] *Angusticlavius*] Ut latus clavus Senatorum, sic angustus clavus Equitum Romanorum insigne fuit. Ab hac clavorum differentia, discrimen etiam ortum est inter Tribunos militum, quorum alii laticlavii, alii angusticlavii dicebantur: Senatorum quippe et Equitum filiis fas fuit uti lato clavo, statim a sumta virili toga, usque ad ætatem Senatoriam: quo tempore si non legerentur in Senatum, tunc ad angustum clavum redibant, ut probat Aldus Manutius lib. II. de quæsitis per epistolam epist. 2. et supra in Aug. notatum est ad cap. 38. quanquam contra sentit Theodorus Marcilius in Vesp. cap. 2.

aiebat, 'Non amplius se in periculum tales tamque bene meritos conjecturum.' Fratrem[u] igitur, fratrisque filium, et singulos amicorum cohortatus, ut sibi quisque pro facultate consuleret, ab amplexu et osculo suo dimisit omnes, secretoque capto,[3] binos codicillos[v] exaravit: ad sororem consolatorios, sed et[4] ad Messalinam[w] Neronis, quam matrimonio destinarat,[5] commendans reliquias suas et memoriam. Quicquid deinde epistolarum erat, ne cui periculo aut noxæ apud victorem forent, concremavit. Divisit et pecunias[x] domesticis ex copia præsenti. [11.] Atque ita paratus, intentusque jam morti, tumultu inter moras exorto, ut eos, qui discedere et abire cœptabant,[6] corripi quasi desertores, detinerique sensit: 'Adjiciamus,' inquit, 'vitæ et hanc noctem,' his[7] ipsis[y] totidemque verbis: vetuitque, vim cuiquam fieri: et in serum usque patente cubiculo, si quis adire vellet, potestatem sui præ-

rescripserunt Ern. et Oud. e Memm. Cuj. Medic. 2. a m. pr. quibus accedit Dun. Vulgo *captato*. Voss. *capito*, Harlem. Ed. Ven. 1. *secreto captato*, Ed. Camp. *sceptroque*.—4 Abest *et* a Memm. Dun. Medic. 2. 3. Periz. a m. pr. Harlem. et Edd. sæc. xv. præter Rom. aliisque, probatque Ern. Torr. et Oud. potius videtur expungendi τὸ *sed*: nec repugnat Ern. ipse. In plerisque Edd. post *consol.* punctum est.—5 Sic exhibent Medic. Polit. Cop. Vind. reposuitque Oud. pro *destinaverat*. Mox *inde vict*. Vind. 2. Cort. *et ex cop.* Edd. Rom.—6 *Captabant* duo Torr. cum Viterb. Pal. tr. Cop. Huls. Medic. 1. 3. et marg. Gryph. *tentabant* vel *temptabant* Vind. 1. Fouc. Statim *corrumpi* Huls. *tanquam defectores* Vind. 2. a m. pr. *tanquam des.* Fouc. Item *detineri* sine *que* Harlem.—7 *Iis* Edd. quædam. Proxime *totidem* v. Periz. Edd.

NOTÆ

[u] *Fratrem*] De illo dissentiunt a Suetonio Tacitus et Plutarchus; nam et evasisse tradunt et dedidisse se. De ejus filio supra ad cap. 1. Apud Plutarchum in Othone, et Tacitum II. Hist. extant illæ cohortationes, quibus tandem Cocceianum, fratris filium, erecto animo jubet esse ad capessendam vitam, 'neu patruum sibi Othonem fuisse aut oblivisceretur unquam, aut nimium meminisset.'

[v] *Codicillos*] Epistolas. Vide supra in Ner. ad cap. 52. et Tib. ad cap. 51.

[w] *Messalinam*] De Statilia Messalina, in Ner. cap. 35.

[x] *Pecunias*] Tacitus lib. II. Hist. ubi idem de libellis et epistolis retulit: 'pecunias distribuit parce, nec ut periturus.'

[y] *His ipsis*] Tacitus hæc verba non refert, reliquas omnes circumstantias eodem prorsus modo, nisi quod 'noctem quietam, utque affirmatur,' inquit, 'non insomnem' egisse refert.

buit. Post hoc[8] sedata siti gelidæ aquæ potione, arripuit duos pugiones, et explorata utriusque acie, cum alterum pulvino subdidisset, foribus adopertis[9] arctissimo somno quievit. Et circa lucem demum expergefactus, uno se trajecit ictu infra lævam papillam:[10] irrumpentibusque ad primum gemitum, modo celans, modo detegens plagam, exanimatus est, et celeriter[1] (nam ita præceperat) funeratus,[z] tricesimo[2] et octavo[a] ætatis anno, et nonagesimo et quinto imperii die.† [12.] Tanto Othonis animo nequaquam corpus aut habitus competiit.[3] Fuisse enim traditur et modicæ staturæ, et male pedatus scambusque:[b] mun-

Rom.—8 *Hoc* præbent Memm. Medic. Dun. Cop. Vind. 1. Vulgo *hæc*, etiam in Burm. Tum *pot. aq.* libri Torr. et Edd. Rom. *aquæ* omisit Periz. et superfluum judicavit Torr.—9 *Adapert.* Vind. 1. Edd. Bas. Ald. Lugd. Junt. Arg. Gryph. Dol. Col. recepitque Burm. Alteram lect. vindicarunt Ern. et Oud. Postea *altissimo* pro *arctiss.* conj. Valesius, et ita præbet Vind. 1. Ceterum *somnio* in Cop. *circa lumen* Cuj.—10 *Pupillam* Ed. Ant. Gryph. sed *papill.* in marg. Tum pro *exanim.* in Periz. *exalatus.*—1 Ita præbent Mss. Turneb. opt. Torr. Lisl. Viterb. Pal. 1. 2. Medic. 1. 3. Polit. Vind. Cort. et ita legend. jam monuerat Beroald. *et celer. et apud Culiternam* Medic. 2. Dun. Harlem. Periz. Cuj. Voss. Ed. Rom. sec. *et apud Culiteranam* Pal. 3. *apud Culciternam* Ed. Camp. *etiam apud Veliternam* Ven. 1. *et apud Veluternam* Ven. 2. 3. Bon. *et cel. apud Veliternam, ita præc.* Junt. Ald. Lugd. Bas. Gryph. Col. et al. Urs. conj. *cel. de parvo cultu,* quod recepit Steph.—2 *L. et oct.* Periz. Harlem. Vind. 1. 2. in marg. Cort. Edd. Rom. *quinquagesimo et oct.* Lugd. Ven. 1. Infra *nonag. quinto* Steph.—3 *Competit* Medic. Polit. Cop. Huls. Voss. Fouc. Dein *scambusque* primus edidit Pulm. ex auctoritate Turneb. Adv. v. 1. confirmantib. Torr. Casaub. Grut. Salm. aliisque ex Memm. Pith. Voss. Pal. 2. Lisl. Reg. Par. duobus, Corsend. in quibus *cambusque.* Dun. Medic. 2. Cuj. *calvus*

NOTÆ

[z] *Funeratus*] Brixilli, ubi sepulcrum ejus vidisse se testatur Plutarchus, non *Veliternæ*, ut legebant vulgati codices: ideo autem 'funus maturatum,' quia 'ambitiosis id precibus petierat, ne amputaretur caput ludibrio futurum. Tulere corpus Prætoriæ cohortes cum laudibus et lacrymis, vulnus manusque ejus exosculantes; quidam militum juxta rogum interfecere se, non noxa neque metu, sed æmulatione decoris, et caritate Principis.'

[a] *Tricesimo et octavo*] Tacitus non-nisi triginta septem assignat, verum Suetonius, more suo, annum incœptum pro completo numeravit. Discrepant alii complures in trium horum imperio computando, sed Xiphilinus annum unum et viginti duos dies illis assignandos monet, nempe a morte Neronis ad initium Vespasiani, quæ certissima Josepho Scaligero ad Chronologiam illam ratio videtur; quia non illi successive, sed duo simul Imperatores fuere.

† A. U. C. 823.

[b] *Scambusque*] Vulgati codices le-

ditiarum vero[4] pæne muliebrium, vulso corpore, galericulo[c] capiti propter raritatem capillorum adaptato et annexo, ut nemo dinosceret:[5] quin et faciem quotidie rasitare, ac pane madido[d] linere[6] consuetum: idque instituisse a prima lanugine,[7] ne barbatus unquam esset: sacra etiam Isidis[e]

campusque. In ceteris et Edd. Vett. *calvusque.* Placet Fabro *claudusque.* Vocem *traditur* post *scamb.* ponitur in Memm. Medic. 1. 3. Vind. 2. Cop. Pal. Nonn. Fouc.—4 *Vero* abest a Vind. 1. Tum *galerico* Medic. 1. *galero* Vind. 1. *adoptato* Memm. Medic. 3. a m. pr. Polit. Huls.—5 Sic exhibent Memm. Medic. 2. 3. tres Burm. cum Edd. Rom. Bas. Ald. &c. Al. *dignosc.*—6 *Linire* Viterb. Vind. uterque, Cort. Periz. Harlem. Huls. Fouc. et omnes Codd. Burm. item Edd. Camp. Ven. Med. Bon. Junt. Lugd. Ald. Arg. Vid. Oud. ad h. l. Mox *esset unq.* Edd. Rom.—7 *Languine* Memm. in quo deest *ne.*

NOTÆ

gunt *calvusque*, sed superfluum videretur, paulo enim post de capillorum raritate loquitur. Alii *campus*, alii *cambus:* unde tandem Turnebus Advers. v. cap. 1. fecit *scambus:* σκαμβὸς Græcis dicitur *curvus et oblique ingrediens.* Salmasius pro vatia seu valgo scambum intelligit, eum nempe qui pedes introrsum convertit, varum eum appellans, qui exteriorem in partem eos flectat.

[c] *Galericulo*] Capillamento, quale in Calig. ad cap. 11. et Ner. ad cap. 26. descriptum est, quibus adde locum hunc Tertulliani de fœminarum cultu, 'Affigitis præterea nescio quas enormitates sutilium atque textilium capillamentorum, nunc in galeri modum, quasi vaginam capitis,' &c. Cum enim antiqui nudo capite essent, ut in Jul. ad cap. 57. et Aug. ad cap. 82. notatum est, sic parare quasdam pelles instituerunt, et appositis crinibus humanis ita capiti aptare, ut vera cutis non asciticia coma videretur.

[d] *Pane madido*] Hoc insectatur Juvenalis Sat. II. vs. 104. 'Nimirum summi ducis est occidere Galbam, Et curare cutem; summi constantia civis, Bebriaci in campo spolium affectare Palati, Et pressum in facie digitis extendere panem.' Medicamina illa faciei omnia sic explicat Salmasius: 'Facies linebatur vel ut candor conciliaretur, ac rubor etiam aliquando, vel ut cutis tenderetur. Medicamina illa, quibus nitor aut candor parabatur, προσώπου ἐπίχριστα λαμπρυντικὰ dicebantur, (hoc est, *unguenta faciei splendorem afferentia*,) et προσώπου καταπλάσματα λαμπρυντικὰ, (quod idem est,) &c. Illa vero, quibus cutis tendebatur, τετάνωθρα et τετανώματα, Latini veteres 'tentipellia' dixere. Juven. VI. 461. 'Interea fœda aspectu ridendaque multo Pane tumet facies:' ubi vetus Interpres: 'Medicamen ad tendendam faciem, vel cutem magis.' Alia autem erant καταπλάσματα, alia σμήγματα, quibus utebantur ad cutem poliendam: sublatis enim cataplasmatis, τὰ σμήγματα adhibebant: idque etiam observavit Juvenalis in illa divina Satira adversus segniorem et nequiorem sexum, vs. 467. 'Tandem aperit vultum, et tectoria prima reponit: Incipit agnosci.' Tectoria vocat panem illum, quo madido faciem linebant, ac veluti tectorio quodam inducebant: quod tectorium seu κα-

sæpe in lintea[f] religiosaque veste propalam celebrasse. Per quæ factum putem, ut mors ejus, minime congruens vitæ, majori[8] miraculo fuerit.[g] Multi præsentium militum cum plurimo fletu manus ac pedes jacentis exosculati, 'fortissimum virum, unicum Imperatorem' prædicantes, ibidem statim nec procul a rogo vim suæ vitæ attulerunt. Multi et absentium, accepto nuntio, præ dolore armis inter se ad internecionem concurrerunt. Denique magna[9] pars hominum, incolumem gravissime detestata, mortuum laudibus tulit: ut vulgo jactatum sit etiam, 'Galbam ab eo non tam dominandi, quam Reipublicæ ac libertatis restituendæ causa, interemtum.'

Voss. *languine*. Tum *Hisidis* Periz. *etiam ludis* Ven. 2. 3. *in* deest Huls. Dubitat Uilt. ad Grat. Cyn. 87. an *linea* sit legendum.—8 *Majore* Medic. 1. 3. Vind. 2. Cort. Periz. Cop. Huls. cum Edd. Rom. Mox *exeec. sunt* Vind. 1. *internit*. Medic. 1. 3. Polit. aliique, et Edd. sæc. xv. &c. ut supra cap. 8.—9 *Magna* desideratur in Edd. Junt. Ald. Steph. *incolumen* habent Exc. Cuj. Postea *etiam* deest Vind. 2. quidam distinguunt *jact. sit, etiam* G. Post *interemp*. Vind. 1. addit *et cetera*. Contra Harlem. omittit illa: *ac lib. &c.* usque ad finem.

NOTÆ

τάπλασμα abstergebant smegmate ex lacte asinino, cum ad mœchos irent.'

[e] *Sacra etiam Isidis*] Isis Ægyptiorum Dea, quorum sacra Tiberius ex urbe sustulerat, supra in Tib. cap. 36. Sed repetita constat ex hoc loco, et Domit. cap. 1.

[f] *Lintea*] Quales erant sacerdotibus in sacris illis Isiacis. Ovidius: 'Neu fuge linigeræ Memphitica templa juvencæ.' Et Martialis, 'Linigeri fugiunt calvi, sistrataque turba,' &c.

[g] *Miraculo fuerit*] Tacitus II. Histor. ubi eadem narravit, tandem 'duobus,' inquit, 'facinoribus, altero flagitiosissimo, altero egregio, tantundem meruit bonæ famæ, quantum malæ.'

A. VITELLIUS.[1]

VITELLIORUM originem alii aliam, et quidem[2] diversissimam, tradunt: partim veterem et nobilem, partim vero novam et obscuram, atque etiam sordidam: quod ego per adulatores[3] obtrectatoresque Imperatoris Vitellii evenisse opinarer, nisi aliquanto prius de familiæ conditione variatum esset. Extat Q. Eulogii[4][a] ad Q. Vitellium, Divi Augusti Quæstorem,[b] libellus, quo continetur, Vitellios

1 *De Vitellio Lib. IX.* Medic. 3. V. ad Oth. init. *A.* deest O. Codd. Medic. et quibusdam aliis. *Vitellius Cæsar* Vind. 2. Cort. *Vitelius* Edd. Ven. Junt. Lugd. et ita semper.—2 *Quidam* Junt. Lugd. Ald. Dein *ac etiam* Vind. 2. Fouc.—3 *Adulteros* Voss. Cuj. Dun. Mox *Vitelli* Medic. 3. cum Edd. Med. Ven. *aliquando pr.* unus Torr. et Ed. Gall. *aliquando*, ejecto *prius*, Bas. Gryph. Col. Dol. Plant. Torr. Malebat Lips. *aliquamdiu de fam.*—4 Hæc Casaub. est conjectura, plerisque probata. *Exstatque elogi* vel *elogii* est in O. Mss. et Edd. vulgg. In Vind. 2. *exstat elogii.* Alii alia suasere, ut Lips. ad Tac. Ann. III. 57. *Q. Longini*, Muret. Var. Lect. II. 13. *Q. Clodii.* Malit Oud.

NOTÆ

[a] *Q. Eulogii*] Vulgati simpliciter legunt *Elogii*, quasi testificationis et monumenti cujusdam. Casaubonus veteres codices nonnihil adjuvans sic emendavit, ut sensus esset: Quintum Eulogium Quinti Vitellii libertum fuisse, (moris enim erat ut liberti patronorum nominibus appellarentur,) qui gentis Vitelliæ stemma descripserit. Quod, ut patronorum suorum gratiam demererentur, fecerunt et alii complures liberti, ut de Julio Maratho Augusti liberto constat, lib. II. cap. 79. et 94. Quin et scriptos de vita sua libros Hadrianus libertis suis dedit, proprio ipsorum nomine publicandos, ut tradit in ejus vita Spartianus.

[b] *Quæstorem*] Vel eum qui candidatus Principis dicebatur, de quo supra sæpe in Ner. ad cap. 15. &c. vel eum qui magistratum gerenti Au-

Fauno, Aboriginum rege,[c] et Vitellia,[d] quæ multis locis[5] pro numine coleretur, ortos, toto Latio imperasse:[6] horum residuam stirpem ex Sabinis transisse Romam, atque inter patricios allectam:[e] indicia stirpis mansisse diu, viam Vitelliam[7] [f] ab Janiculo ad mare usque; item coloniam ejusdem nominis, quam gentili copia[g] adversus Æquiculos tutandam olim depoposcissent: tempore deinde Samnitici belli,[h] præsidio in Apuliam misso, quosdam ex Vitelliis

Eclogii.—5 *Cunctis loc.* Medic. 1. a m. pr. *quæ in mult.* volebat Lips. Paulo ante *Fanno* Fouc.—6 *Imperitasse* duo Torr. Vind. 2. Cort. nec displicebat Ern. Mox *inter principes patric.* Vind. 1. *mans. diu* restituit Oud. auctorib. Memm. Cop. Periz. Voss. Dun. Medic. Vind. Edd. Rom. Vulgo *diu mans.* Supra *judicia st.* Fouc.—7 *Vitell. viam* Medic. 1. Mox *Æquicol.* Ed. Steph. Tum *deposcissent* Bas. *missos* Fouc. Pro *Nucer.* mallet Glar. hic et cap. 2.

NOTÆ

gusto aderat, qualis in Jul. cap. 23. vel Claud. cap. 24.

c *Fauno, Aboriginum rege*] Horum populorum origo vetustissima: unde etiam sic dictos quidam existimant, quasi sine origine. Hanc Italiæ oram tenuisse vulgo creduntur quæ hodie *Campagna di Roma.* Faunus, illorum rex, fuit conjunctus Faunæ sorori, quam sic dilexit, ut mortuam honoribus divinis affecerit: hæc Bonæ nomine a Romanis culta creditur. Quibus tamen de rebus varie omnino varii. Halicarnasseus l. I. Pomponius Sabinus l. I. et Servius in VII. Æn. &c.

d *Vitellia*] Alteram quidem a sorore uxorem Fauno tribuit Virgilius, sed et alio nomine, VII. Æneid. 'Hunc Fauno et Nympha genitum Laurente Marica Accipimus.' Sed ea duplici nomine appellari potuit, vel, postquam honore divino culta est, Vitellia vel bona Vitellia nuncupari, vel denique Faunus plures duxisse. Quæ omnia antiquitas remotior reddit obscurissima. Macrobius lib. III. cap. 3. meminit Deæ 'Vitulæ,' quæ lætitiæ præsit, et a vita tuenda nuncupetur. Hanc Torrentius existimat dicendam potius 'Vitelliam,' quanquam certe fateatur melius Vitunam, propter Vitunum Deum, qui vitam tueatur. De Vitellia Dea nil quicquam alibi legi.

e *Allectam*] Instar Claudiæ gentis et Octaviæ. Vide in Aug. ad cap. 1. et Tib. ad cap. 1.

f *Viam Vitelliam*] De illa quoque nihil apud alios auctores legitur; at Vitelliæ coloniæ meminit Livius libro V. Decad. I. Janiculum vero unus est e septem Urbis montibus, qui hodie propter flavam arenam *Montorius*, quasi aureus mons, appellatur.

g *Gentili copia*] Solius gentis Vitellianæ viribus, ut de Fabia gente tradit Livius, qui et Vitelliorum meminit libro II. tanquam gentis jam inde a Tarquinio Superbo conspicuæ: 'Vitelliorum soror Consuli nupta Bruto erat:' quod mirum est omitti hic a Suetonio. Ita et de colonia lib. V. 'Vitelliam coloniam Romanam in agro suo Æqui expugnant.'

h *Samnitici belli*] Incœpit hoc bellum anno ab U. C. 412. et per centum

subsedisse Nuceriæ;[i] eorumque progeniem longo post intervallo repetisse Urbem atque ordinem senatorium. [2.] Contra, plures auctorem generis libertinum prodiderunt. Cassius Severus,[k] nec minus alii, eundem et sutorem veteramentarium: cujus filius, sectionibus et cognituris[8] [l] uberius compendium nactus, ex muliere vulgari,[m] Antiochi[9] cujusdam furnariam[n] exercentis filia, Equitem Romanum

Lucer. In fine *senatorum* Harlem. Ed. Ven. 1.—8 Hanc lect. receptam a Steph. Pulm. et seqq. confirmant Medic. Polit. Dun. opt. Torr. Pal. 1. Codd. Urs. Turneb. et Casaub. *segitionib.* Medic. 3. *segitonib.* Pal. 2. Polit. *consuluris* Fouc. Vind. 2. Cort. aliique, *consuturiis* Periz. Edd. Rom. sec. Junt. Lugd. Ald. Arg. Bas. Gryph. Col. Dol. *suturis* Viterb. Harlem. Pal. 3. Huls. Vind. 1. Edd. Ven. Bon. Conj. Muret. V. L. XI. 13. *conciliaturis*.—9 Ed. Camp. *Anthoci*, Vind. 1. *Anthioci*. Tum *funar*. Viterb. Cort. in quo et *genuit* cum

NOTÆ

prope annos duravit, auctore Livio lib. LXXI. et XXXIII. et ita demum deleti Samnites, ut hodie, inquit, Samnium in ipso Samnio requiratur. Pars est regni Neapolitani, scilicet *Abruzzo*, et quædam circa regiones.

[i] *Nuceriæ*] Alii scribunt *Luceriæ*: Appulorum civitas. Est hodie *Nocera*, viginti millibus a Neapoli dissita.

[k] *Cassius Severus*] De quo Aug. c. 56. Calig. cap. 16. &c.

[l] *Sectionibus et cognituris*] Vulgati codices, aliique, *consuturis*. Viterbiensis *suturis*: quod Beroald. et Sabellicus de corii sectione et sutura explicant, ut filius ille non jam, patris instar, veteribus calceis resarciendis victum quæritaret, sed secandis pellibus, et suendis prorsus novis ditatus esset. Longe melius optimi codices, quos secuti sumus. 'Sectores,' ex Cicerone et Asconio, 'dicti sunt, qui, spem lucri sui secuti, bona condemnatorum auctionabantur, proque his pecunias pensitabant singulis.' Quo sensu Cæsar in Comment. 'Sectionem ejus oppidi Cæsar universam vendidit.' Quæ bona sectores, confuse sic et universaliter emta, singulis per partes vendendo quæstum faciebant. Cognitor autem ex Festo is est, 'qui litem alterius suscipit coram eo cui datus est, procurator autem absentis negotia gerit.' Cicero pro Roscio comœdo, 'in hanc rem me cognitorem dedisti.' Horatius Sat. 5. lib. II. vs. 38. &c.

[m] *Muliere vulgari*] Quæ corpus vulgasset. Ovidius IV. Fast. 'Numina vulgares Veneris celebrate puellæ.' Infra Domit. cap. 22. Sic a jureconsultis meretrices dicuntur, Ulpiano lib. XIII. de Adulteriis, 'sed et in ea muliere potest maritus adulterium vindicare, quæ vulgaris fuerit.' Hæ famosæ dicuntur supra in Tib. cap. 37.

[n] *Furnariam*] Casaubonus in Viterbiensi codice legit *funariam*, quod esset restionis, de quo in Aug. ad c. 2. Furnariam autem exercebant, qui hyeme aut frigido aëre furnos conducebant, in id calefactos, ut pro constituto pretio in illis calefacerent sese tenuiores, de quibus Juvenalis Sat. VII. vs. 3. 'cum jam celebres notique poëtæ Balneolum Gabiis, Romæ conducere furnos Tentarent,

genuerit.[o] Sed, quod discrepat, sit in medio. Ceterum P. Vitellius, domo Nuceria,[10][p] sive ille stirpis antiquæ, sive pudendis parentibus atque avis, Eques certe Romanus, et rerum Augusti procurator,[q] quatuor filios amplissimæ dignitatis, cognomines, ac tantum prænominibus distinctos, reliquit, Aulum, Quintum, Publium, Lucium.[1] AULUS in consulatu[†] obiit,[r] quem cum Domitio, Neronis Cæsaris patre, inierat: prælautus[2] alioqui, famosusque[s] cœnarum magnificentia. QUINTUS caruit ordine,[t] cum auctore Tiberio secerni minus idoneos Senatores removerique placuisset. PUBLIUS, Germanici comes,[u] Cn. Pisonem, inimicum et interfectorem[3] ejus, accusavit condem-

Vind. 2.—10 *Nucerea* Rom. sec. Mox spurium censuit Ern. *τὸ rerum*. In Medic. 1. Vind. 2. Cort. *cognomine*. Post hanc voc. *reliquit* ponitur in Periz. Edd. Rom.—1 *Aul. Q. P. L. Aulus in* Memm. pluresque, cum Edd. Vett. fere O. nisi quod Lugd. Junt. *I.* pro *L.* habeant. Vulgo legitur *et Luc.* sed copula in nullo est Cod. uti nec in Edd. sæc. xv. quare ejecit Oud. et seqq. —2 *Prælatus* Memm. Polit. *prælatus eloquio* Dun. Medic. 2. a m. pr. Nonn. Corsend. Fonc. Harlem. Periz. Voss. Vind. 2. Cort. Edd. sæc. xv. Bon. Ald. Junt. Lugd. Dol. Steph. *prælatus alioquin* Cop. Vind. 1. *alioquin* etiam Medic. 1. 3. Burm. latere putat nomen viri, conjicitque *prælatus Claudio*. Ceterum *alioqui* suspectum habuit Ern.—3 *Interfectores* Dun. Harlem. Periz. Edd.

NOTÆ

nec fœdum alii, nec turpe putarent Præcones fieri.' Et Horat. Sat. 4. lib. I. vs. 87. &c.

[o] *Equitem Romanum genuerit*] Qui scilicet equestrem censum, hoc est, quadringenties in bonis haberet; de quo supra in Jul. ad cap. 33. &c.

[p] *Domo Nuceria*] Domus pro patria etiam ab aliquibus usurpata. Virgilius VIII. Æneid. vs. 114. 'Qui genus? unde domo? pacemne huc fertis an arma?' Et Horat. Epist. 7. lib. I. vs. 53. &c.

[q] *Procurator*] De ejusmodi procuratoribus, qui res fisci administrarent, supra in Claud. ad cap. 12. &c.

† A. U. C. 785.

[r] *In consulatu obiit*] Eodem anno, quo natus Otho fuerat, Consulem Aënobarbum fuisse dixit, in Oth. c. 2. unde Aulo illi Vitellio suffectum oportuit Aruntium illum, de quo ibidem.

[s] *Famosusque*] Infamis propter hanc luxuriam. Horatius, 'grandes rhombi, patinæque, Grande ferunt una cum damno dedecus.' Et supra in Tiberio cap. 35. 'fœminæ famosæ.'

[t] *Caruit ordine*] Hoc est, privatus est. De quo et Tacitus II. Annal.

[u] *Germanici comes*] De comitibus supra in Jul. ad cap. 4. et 42. ac Tib. ad cap. 46. De illa Germanici in Orientem expeditione, et morte ejusdem, supra in Calig. cap. 1. Tacitus Annal. III. et Plinius lib. XI. c. 37.

navitque: ac post præturæ honorem inter Sejani conscios [v] arreptus, et in custodiam fratri [w] datus, scalpro librario venas sibi incidit: nec tam [4] mortis pœnitentia, quam suorum obtestatione, obligari curarique se passus, in eadem custodia morbo periit. Lucius, ex consulatu † Syriæ [x] præpositus, Artabanum Parthorum regem summis artibus, non modo ad colloquium suum, sed etiam ad veneranda legionum signa [y] pellexit. Mox cum Claudio Principe, duos insuper ordinarios [z] consulatus,‡ censuramque [5] gessit.§ Curam quoque imperii sustinuit,‖ absente eo, expeditione Britannica: [a] vir innocens, et industrius, sed amore libertinæ perinfamis, cujus etiam salivis [6] melle [b] commixtis, ne clam quidem aut raro,[7] sed quotidie ac palam, arterias et fauces pro remedio fovebat. Idem, miri in adulando

Rom. sec. Ven. 1. Cald. Mox *consocios arr.* duo Torr. Medic. 3. Cop. Huls. *condemn.* exulat ab Huls.—4 *Nec tamen* Voss. Dein *delestat.* Vind. 2. Cort. *in eadem cust.* Medic. 3. Postea *regem* desideratur in Cop.—5 *Censuram* sine *que* Cort. Ed. Casaub. 1610.—6 *Salviis* Cort. *mixtis* Vind. 2. *percommixtis* Harlem. Edd. Ven. 1. Cald. *permixtis* Ven. 2. 3. Bon. Mox *ne clam* Medic. 3. Cop. Voss. Edd. Jac. Gron. Ern. Bip. Al. *nec cl.*—7 Vind. 1. *nec raro.* Prox-

NOTÆ

[v] *Sejani conscios*] In Tib. ad cap. 55. &c.

[w] *Fratri*] Aulo Vitellio, consulari viro, de quo et Pomponio Sabino Tacitus Annal. v. 'neque aliud periclitantibus auxilii quam in fratrum constantia fuit, qui vades extitere:' ac denique, 'mox crebris pollicitationibus spem ac metum juxta gravatus, Vitellius, petito per speciem studiorum scalpro, levem ictum venis intulit, vitamque ægritudine animi finivit.' Literatum illum fuisse, colligere est ex Tertulliani libro de Anima, ubi ejus Commentarios citat.

† A. U. C. 787.

[x] *Syriæ*] Ac propter suam in Judæos benignitatem non uno in loco laudatus a Josepho, maxime l. XVIII. Antiquit.

[y] *Signa*] De his et Artabano supra in Calig. ad cap. 14.

[z] *Ordinarios*] Ii dicuntur ordinarii, qui electi, non suffecti in alterius locum, ut jam supra.

‡ A. U. C. 796. 800.

§ A. U. C. 801.

‖ A. U. C. 797.

[a] *Britannica*] De qua in Claud. cap. 17.

[b] *Salivis melle*] Sic et de quodam homine Beroaldus notat ex Seneca, qui, si prodiret in publicum, fascia uxoris pectus religabat, horæ spatio sine ipso esse non poterat, nullamque potionem sumeret, nisi alternis tactam labris. Et ineptum quendam ejusmodi amatorem Martialis ridet lib. I. Epig. 69. facete prorsus et salse.

ingenii, primus C. Cæsarem adorare[8] ut Deum[c] instituit; cum eversus ex Syria non aliter adire ausus esset, quam capite velato,[d] circumvertensque se,[e] deinde procumbens. Claudium, uxoribus libertisque addictum, ne qua non arte demereretur, pro maximo[9] munere a Messalina petiit, ut sibi pedes præberet excalceandos:[10] detractumque socculum dextrum inter togam tunicasque gestavit assidue, nonnunquam osculabundus. Narcissi quoque et Pallantis imagines aureas inter Lares coluit. Hujus[1] et illa vox est, 'Sæpe facias,' cum sæculares ludos edenti Claudio gra-

ime *ac palam* desunt Cop. In Memm. *arteria ac f.*—8 Ita Memm. Polit. Vind. 2. Cort. Ed. Steph. et cum Burm. admiserunt Ern. Oud. Vulgo *adorari.* Græv. conj. *adorare ut D. instituit.*—9 *Proximo* Memm. Medic. 3. Periz. Harlem. Edd. Rom. Ven. 1. Med. pr. Jac. Gron. corr. *pro summo mun.* et ita suprascriptum in Fonc. Statim *Messalinam petit* Harlem. *petit* quoque Memm. Edd. Oud. Wolf. —10 *Exculc.* Voss. *præb. ped.* Vind. 2. Tum *et* ante *Pall.* abest a Cop. *ut Pall.* Harlem.—1 *Ob hujus* Medic. 2. Postea *edendi* Harlem. *laudes gratu-*

NOTÆ

[c] *Adorare* [*adorari*] *ut Deum*] In Calig. cap. 22. Mos hic, a Diocletiano relatus mansit ex parte sub Principibus aliis, etiam Christianis.

[d] *Capite velato*] Qui habitus est adorantium Deos. Jam inde ab Ænea, ut ait Servius ad III. Æneid. 'Et positis aris jam vota in littore solves: Purpureo velare comas adopertus amictu, Ne qua inter sanctos ignes in honore Deorum Hostilis facies occurrat, et omina turbet.' Plaut. Amphitryon. Act. v. Scen. 1. et Curcul. Act. I. Scen. 1. &c. Saturno tamen aperto capite sacrum fiebat, quod Saturno lucem facere dicebant, ita et Herculi. De quibus Festus in voce 'Saturnius' et 'Saturnus,' ac Macrobius lib. III. cap. 6. et I. cap. 8. Plutarchus in Quæst. Rom.

[e] *Circumvertensque se*] Qui Deos salutabant, aut adorabant, ii corpus circumagebant, manus osculabantur, in terram procumbebant, adhuc infra in Vesp. cap. 7. Livius lib. v. decad. I. ubi de Camillo sacrificante, Ovidius. III. Fast. Propertius lib. I. Elegia 16. et lib. III. Elegia 7. Dextram in partem circumvertebantur, ut patet ex Valerio Flacco lib. VIII. Argonaut. et Plin. lib. XXVIII. cap. 2. Et facete innuit Plautus in Curcul. Act. I. Scen. 1. ubi Palinuro servo dicenti, 'quo me vortam nescio,' respondet Phædromus: 'Si Deos salutas, dextrovorsum censeo.' De osculis manuum Apuleius in Apologia: 'Si fanum aliquod prætereat, nefas habet adorandi gratia manum labris admovere.' Et lib. IV. de Asino. De toto ritu Lucretius lib. v. 'Nec pietas ulla est, velatum sæpe videri Vortier ad lapidem, atque omnes accedere ad aras, Nec procumbere humi prostratum, et pandere palmas Ante Deum delubra,' &c.

tularetur. [3.] Decessit paralysi,[2] altero die quam correptus est, duobus filiis superstitibus, quos ex Sextilia, probatissima nec ignobili fœmina, editos Consules vidit,† et quidem[3] eodem ambos totoque anno, cum majori minor in sex menses successisset. Defunctum Senatus publico funere honoravit: item statua pro Rostris, cum hac inscriptione, PIETATIS IMMOBILIS ERGA PRINCIPEM. Aulus[4] Vitellius L. filius IMP. natus est octavo Kalendas Octobris, vel, ut quidam, septimo Idus Septembris, Druso Cæsare,[f] Norbano Flacco Consulibus. Genituram ejus, prædictam a mathematicis, ita parentes exhorruerunt,[5] ut pater magno opere semper contenderit, ne qua ei provincia vivo se committeretur; mater et missum ad legiones,[g] et appellatum Imperatorem,[h] pro afflicto statim[6] lamentata sit. Pueritiam primamque adolescentiam Capreis egit inter Tiberiana[7] scorta, et ipse perpetuo Spintriæ[i] cognomine notatus, existimatusque corporis gratia initium[8] et

larentur Vind. 1.—2 *Et par.* Medic. 2. *paralipsi* Fonc. *sed altero* Vind. 2. Cort. Dein *Sestilia* Memm. Medic. 2. Vind. 2. cum aliquot Torr. Ed. Rom. sec. *Sertilia* Camp. *et Sexilia* Harlem.—3 Deest *quidem* Cop. Tum *fun. ornavit* Huls.—4 *At. Vitell.* Medic. 1. Vind. 1. Pal. 1. 2. Cop. *Ac. V.* Fonc. errore ex compendio nominis *A.* ut in pluribus, nato, monente Oud. Paulo ante *idem* pro *item* Ed. Wolf.—5 *Par. exh. ita* Edd. Rom. *magn. s. cont. pat.* Edd. Casaub. et seqq. *ei* deest Medic. 1. *nec quæ prov.* Fonc. Tum *et mater* Edd. Casaub. Scriv. &c. *et* exulat a Periz. Edd. Rom.—6 *Statim* haud compareret in Cuj. Medic. 2. nisi in marg. et ejecit Lips. Dein *primam adol.* Fonc. Pro *Capreis* dant *capitis* Voss. Dun. in quo *captus* pro v. l.—7 *Tiberina* Harlem. Edd. Ven. 1. Med. pr. Cald. et ita variatur infra cap. 15. Mox *in perpet.* Medic. tr. Cop. Huls. unde Oud. conj. *ibi* vel *inibi*, vel *in perpetuom* pro perpetuum. Statim *Spintheriæ*, *Sphinteriæ*, *Spinteriæ* dant Memm. Medic. Dun. Corsend. Cop. Voss. Harlem. Voss. Edd. Rom. sec. Ven. 1. *Spinterio* Fonc.—8 *Initio* Vind. 1. et *causam* Harlem. Periz. cum Edd. sæc. xv. Bon.

NOTÆ

† A. U. C. 801.

[f] *Druso Cæsare*] Anno 767. ab U. C. primo post Augusti mortem, ut in Augusto ad c. 100. quo patet septemdecim annis majorem Othone fuisse Vitellium. Vide in Oth. ad c. 2.

[g] *Ad legiones*] In Germaniam a Galba, infra c. 7.

[h] *Appellatum Imperatorem*] Tacitus II. Histor. ' et pari probitate mater Vitelliorum Sextilia, antiqui moris. Dixisse quinetiam ad primas filii sui epistolas ferebatur, non Germanicum a se, sed Vitellium genitum. Nec ullis postea fortunæ illecebris, aut ambitu civitatis, in gaudium evicta, domus suæ tantum adversa sensit.'

[i] *Spintriæ*] In Tib. ad cap. 43.

causa incrementorum patri fuisse. [4.] Sequenti quoque ætate omnibus probris contaminatus, præcipuum in aula locum tenuit; Caio per aurigandi,[k] Claudio per aleæ[l] studium familiaris; sed aliquanto Neroni acceptior, cum[9] propter eadem hæc,[m] tum peculiari merito, quod præsidens certamini Neroneo,[n] cupientem[o] inter citharœdos contendere, nec, quamvis flagitantibus cunctis, promittere audentem, ideoque[10] egressum theatro, revocaverat, quasi perseverantis populi legatione suscepta, exorandumque præbuerat.[1] [p] [5.] Trium[2] itaque Principum[q] indulgentia, non solum honoribus, verum et sacerdotiis amplissimis auctus, proconsulatum Africæ post hæc, curamque[3] operum[r]

—9 *Tum* Harlem. Periz. et Edd. Vett. plures usque ad Bas. et Steph. Supra *loc. habuit* Fouc. in quo et *cum pecul.* Item *aliquando N.* Edd. Rom. *et præsid.* Edd. Med. pr. Sab. Cald. Ceterum Müll. in sched. conj. *Neronem cup.*—10 *Ideo egr.* Edd. sæc. xv. præter Romanas. Mox *revocaverit* quædam Edd. *revocaverit et q.* Cod. Urs. Conj. Burm. *eique, quasi.* Oud. *ac* vel *et* post *revoc.* excidisse putat.—1 Ita tres Torr. Voss. Cop. Huls. Cuj. Periz. Harlem. Memm. Nonn. Vind. Cort. Dun. item Edd. Rom. Ven. 1. Bon. Casaub. 1610. et ejus sequaces. *Exorandum præbuerit* Cop. Edd. Steph. Græv. Gron. Burm. qui conjecit, *exorandum se præbuerat.* In ceteris Mss. et reliquis Edd. sæc. xv. *exorandum præbuerat.* Ern. suasit, *exoratumque*, vel *exoratum præbuerit*, Heins. *perhibuerat.* Oud. deleri jussit ultimam vocem cum copula in voce proxima.—2 *Tertium* Huls. et *principium* Ed. Dol.—3 Sic Memm. Medic. Polit. Vind. Fouc. Cort. Dun. duo Pulm. Voss. Cop. Harlem. cum Edd. sæc. xv. exceptis Romanis, Junt. Lugd. Ald. Arg. Steph. Casaub. Schild. &c. probantib. Torr. Scriv. Oud. aliisque. In Edd. Græv. Gron. Burm. *curam quoque*, quod ab Ern. retentum, sed in Not. mutandam monente interpunc-

NOTÆ

[k] *Aurigandi*] Calig. cap. 18. et 19. et 54.

[l] *Aleæ*] Claud. c. 33.

[m] *Eadem hæc*] Nero enim aurigationis ad amentiam studiosus: Ner. c. 22. et 24.

[n] *Neroneo*] In Ner. c. 12. et 21.

[o] *Cupientem*] Nero cupiebat certare inter citharœdos: quia tamen hoc Romano Principe indignum, polliceri non audebat, populo idipsum per adulationem flagitanti, atque hac de causa egressus erat theatro. Vitellius, ut Principi magis ac magis blandiretur, finxit sibi delatam a populo legationem, qua instanter rogaretur, ut rediret, et certaret, ut hoc pacto pudori et decori ejus consultum esset, tanquam victus instantibus populi precibus, non studio cantandi reversus fuisset. Quod Neroni ipsi admodum placuit, et Vitellium reddidit acceptissimum.

[p] *Præbuerat*] Vulgati *præbuerit*, male.

[q] *Trium itaque Principum*] Caligulæ, Claudii, et Neronis.

[r] *Curamque operum*] Unum hoc fuit ex iis quæ Augustus excogitavit officiis. In Aug. c. 37.

publicorum administravit, et voluntate dispari, et existimatione. In provincia singularem innocentiam præstitit biennio continuato, cum succedenti fratri legatus substitisset.[4] [s] At in urbano officio[t] dona atque ornamenta templorum surripuisse, et commutasse quædam ferebatur, proque auro et argento stannum[5] [u] et aurichalcum[v] supposuisse. [6.] Uxorem habuit Petroniam, consularis viri filiam, et ex ea filium Petronianum,[6] [w] captum altero oculo. Hunc, hæredem a matre sub conditione institutum, si de potestate patris exisset, manu emisit;[x] brevique, ut creditum est, interemit, insimulatum insuper parricidii, et quasi paratum ad scelus venenum ex conscientia hausisset.[7] Duxit mox Galeriam Fundanam prætorio[8] patre.

tionem: *Africæ, posthac curam quoque.*—4 Ita Memm. Medic. 2. Dun. Corsend. Harlem. Periz. Voss. Edd. sæc. xv. Bon. Dol. marg. Bas. Gryph. aliæque, astipulantib. Torr. Casaub. Ern. Bip. Wolf. Vulgo *substitutus esset*, quod retinet Oud. Conj. Græv. emendand. *decedenti fratri l. subst. esset.* Burm. corr. *succedente patre illi* vel *in ea substitisset*; Heins. *secedenti f. l. subst. esset.* Ceterum Baumg. mallet *biennio continuo.*—5 Memm. *stagnum et aurochalc.* Etiam *stagnum* in Medic. Dun. Fouc. Polit. Cort. trib. Burm. et Edd. Vett. *auroch.* Medic. 3. *oricalc.* Polit. plures Torr. et Edd. Dol. Burm.—6 *Petronium* Periz. Edd. Rom. Bas. pr. Lugd. Junt. Ald. Gryph. Plant. Græv. post. *Petroianum* Vind. 1. Dein *manumisit* Vind. uterque, Cort. Ed. Med. sec. —7 *Hausisse* Vind. 2. Harlem. Periz. Edd. sæc. xv. item Bon. Junt. Lugd. Arg. *hausit* Medic. 1. 3. Cop. Polit. *habuisse* Medic. 2. sed in marg. *hausit.* In Lys. sive Cort. *hauserit*, quod cum Ern. probat Oud. Tum *Galerianam* Medic. 2. Cuj. Voss. *Galeranam* Dun.—8 *Petrono patr.* Fouc. Statim *de hac quinque* cogi-

NOTÆ

[s] *Substitisset* [*substitutus esset*] Torrentius legit *substitisset* in pluribus Mss. Vulgati tamen habebant *substitutus esset*, quod videtur male; substituuntur enim, qui aliorum occupant locum, quod hic Vitellio non convenit; cum enim successor frater ei missus esset, ipse non rediit, ut mos erat aliis, sed substitit in provincia, Legati titulo.

[t] *Urbano officio*] Cura operum publicorum.

[u] *Stannum*] Schildius in codice Salmasiano legit *stagnum*, quod et dici potuerit, more veterum, qui *g* pro *n* non semel posuere, ut aggulus, aggens, agguilæ, et 'vasa stagnea' apud Plautum.

[v] *Aurichalcum*] Idem fecit Julius: supra in Julio c. 54.

[w] *Petronianum*] Sic legitur in pluribus libris: vulgati tamen *Petronium*, minus bene.

[x] *Manu emisit*] Hoc est, e potestate sua dimisit. Ita sæpe jureconsulti 'in manu esse,' pro in potestate esse. Testata autem sub hac conditione Petronia videtur, ne, si filius remaneret in sacris patris, ab eo bona jure patriæ potestatis acquisita dilapidarentur.

Ac de hac quoque liberos utriusque sexus tulit; sed marem titubantia oris prope mutum et elinguem. [7.] A Galba in inferiorem Germaniam contra opinionem missus est.† Adjutum putant T. Vinii[9] [y] suffragio, tunc potentissimi, et cui jam pridem per communem factionis venetæ[10] [z] favorem conciliatus esset: nisi quod Galba præ se tulit, nullos minus metuendos, quam qui de solo victu cogitarent, ac posse provincialibus copiis profundam ejus expleri gulam;[1] ut cuivis evidens sit, contemtu magis, quam gratia, electum. Satis constat, exituro viaticum[a] defuisse, tanta egestate rei familiaris, ut, uxore et liberis, quos Romæ relinquebat, meritorio cœnaculo[b] abditis, domum in reliquam partem anni ablocaret;[2] utque ex aure matris detractum unionem[c] pigneraverit ad itineris impen-

tavit Burm. Postea *oris tit.* Vind. 1. *titubantis* citat Spanheim. in Diss. II. t. II. *prope et mut.* Cop.—9 *Juni* Memm. Medic. 1. 3. Ed. Steph. In reliquis Mss. et Edd. usque ad Casaub. *T. Junii.* Cf. Galb. cap. 14. Mox *potissimi* Voss.—10 Hanc lect. firmant Memm. unus Torr. Urs. Lisl. Cuj. Dun. Medic. 2. Voss. Corsend. ediderunt Steph. Pitisc. Bip. Oud. Wolf. Vulgo *suæ,* quod defendere nititur Grut. e Pal. tr. *factioni suæ* Medic. 3. *suæ fautorem* Edd. Sab. Cald. Beroald. pr.—1 *Gul. cj. expl.* Memm. Medic. Dun. Vind. 2. Cop. Pro *cuivis* habent *cujus* Medic. 3. Periz. a m. pr. Vind. 1. in quo et *gloria elect.* item *esurituro,* et *reliquerat.* Præterea *Et sat. const.* malebat Lips. et ita Cuj.—2 *Obl.* mallent Lips. et Sabell. contra Mss. Verba *in rel. &c. abloc.* desunt Huls. Tum *atque ex* Ed. Græv. pr. *pigneravit* Vind. 1. et *postulantium* in eodem. Fouc. habet *postulantium* vel *petulant.* Ce-

NOTÆ

† A. U. C. 821.

[y] *T. Vinii*] De hoc in Galba cap. 14.

[z] *Factionis venetæ* [*suæ*] Casaubonus et Torrentius in quibusdam libris legunt *venetæ,* non *suæ,* et de veneta factione intelligunt; huic enim adeo favebat, ut veneto indutus suam in abstergendis equis operam in Circo præstiterit. Hinc Vinii et Vitellii concordia. De factionum numero et coloribus supra in Ner. ad cap. 22. &c.

[a] *Viaticum*] Pecunias ad itineris impensam.

[b] *Meritorio cœnaculo*] Qualia inquilini conducebant. Vide in Aug. ad cap. 45.

[c] *Unionem*] Sextilia tamen moris antiqui fœmina, ut cap. 3. notatum est ex Tacito: sed 'hos digitis suspendere, et binos ac ternos auribus, fœminarum gloria est,' ut ait Plinius lib. IX. cap. 35. et ibidem paulo supra, 'procerioribus gratia est, elenchos appellant, fastigiata longitudine, alabastrorum figura in pleniorem orbem desinentes.' Et lib. XI. c. 37. &c.

sas. Creditorum quidem præstolantium ac detinentium[d] turbam,[3] et in his Sinuessanos Formianosque,[e] quorum publica vectigalia[f] interverterat, non nisi terrore calumniæ amovit; cum libertino cuidam, acerbius debitum reposcenti, injuriarum formulam,[g] quasi calce ab eo percussus, intendisset, nec aliter, quam extortis quinquaginta sestertiis,[h] remisisset. Advenientem male animatus erga Principem exercitus, pronusque ad res novas, libens[4] ac supinis manibus excepit, velut dono Deum oblatum, ter Consulis filium,[i] ætate integra, facili ac prodigo animo. Quam veterem de se persuasionem Vitellius recentibus etiam[5] experimentis auxerat, tota via caligatorum[k] quoque[6] militum obvios exosculans, perque stabula[l] ac deversoria[7] mulionibus ac viatoribus præter modum comis; ut mane singulos, anne jentassent,[m] sciscitaretur, seque fecisse,

terum Baumg. legend. putat *pignerarit*, duce Oud. et supra *oblocarit*.—3 Fonc. *turba*. Mox in *iis* dant vulgg. Edd. Emendarunt ex Mss. et Vett. Edd. Oud. et Ern. qui censuit etiam delendum τὸ *et*. Proxime *Suessanos* unus Torr. Ipse voc. *vectig*. adulterinam putat.—4 *Liberis ac* Cuj. Dein *Deum donum* Medic. 1. Cop. *Deo donum* Medic. 3. Vind. 2. Fonc. *prodigio* Harlem.—5 Vulgo *etiam de se exp.* sed voces *de se*, e superiore versu repetitas, ejiciendas esse monuerunt auctoritate Mss. Torr. Casaub. Grut. Scriv. sicut absunt quoque a Memm. Medic. Polit. Dun. Fonc. Vind. 2. Cort. Cop. Edd. Rom. sec. Steph. Burm. et aliis.—6 Sic Memm. nec aliter Medic. Polit. Dun. uterque Pulm. duo Burm. Edd. sæc. XV. Bon. Bas. sec. Steph. Vulgo *quosque*, quo retento, rectius abesse *militum* censet Oud. *quorum* Vind. 1.—7 *Ac divortia* Pal. 1. Mox *jantass*. Memm. Pith. *jactass*. Voss. Medic. 1. *janc*-

NOTÆ

[d] *Detinentium*] Eadem prorsus via Julius in Hispaniam profecturus quondam evaserat, in Jul. cap. 18.

[e] *Sinuessanos Formianosque*] Sinuessa et Formia, oppida Campaniæ quondam, sed nunc excisa.

[f] *Publica vectigalia*] Sua enim erant civitatibus vectigalia, ut jam supra in Calig. cap. 16. Tib. cap. 49. et maxime in Aug. ad cap. 46. et 92.

[g] *Injuriarum formulam*] Hoc est, solennia verba movendæ actionis seu litis, injuriarum causa. De formulis in Claud. ad cap. 14.

[h] *Quinquaginta sestertiis*] Sestertia verosimillime intelligit, hoc est, 2185. lib.

[i] *Ter Consulis filium*] Supra cap. 2. et Tacitus II. Hist. 'Aderat Vitellius, Vitellii Censoris ac ter Consulis filius: id satis videbatur.'

[k] *Caligatorum*] De hoc calceamenti genere vide supra in Calig. ad cap. 9. et 52.

[l] *Stabula*] Quandoque sumitur ista vox pro ipsa caupona, sive hospitio mulionum et agasonum, unde stabularii a jureconsultis dicuntur, qui vitam hoc lucri genere sustentabant.

[m] *Jentassent*] In aliis codicibus Ca-

ructu quoque ostenderet. [8.] Castra vero ingressus nihil cuiquam poscenti negavit: atque etiam [8] ultro ignominiosis notas,[n] reis sordes,[o] damnatis supplicia demsit. Quare, vixdum mense transacto, neque diei,[p] neque temporis habita ratione, ac jam vespere, subito a militibus e cubiculo raptus, ita ut erat, in veste domestica,[q] Imperator est consalutatus,[9] † circumlatusque per celeberrimos vicos,[r] strictum Divi Julii gladium tenens, detractum delubro Martis,[s] atque in prima gratulatione porrectum sibi a quodam: nec ante in Prætorium rediit, quam flagrante triclinio ex conceptu [10] camini:[t] cum quidem consternatis, et

tass. Ed. Camp. *lactass.* Corsend. Medic. 2. a m. pr. Dun. a m. pr. Ed. Steph. *laxdass.* Vind. 1. In Vind. 2. et Cort. *et anne jent.* quod receperunt Ern. Bip. Tum *ruptu* Camp. *ritu* Vind. 1. *nutu* Vind. 2. Ab utroque et Cort. exulat *quoque*, delevitque Ern. cum Bip.—8 Deest *etiam* Harlem. Edd. Med. sec. Ven. Cald. Lugd. Junt. Ald. Steph. Tum *rei* Cop. *suppl. impressit* Fouc. Infra *rat. hab.* Vind. 2. —9 *Salutatus* Harlem. Mox *detractumque* Cort. *quam in fl.* Edd. Ven. 2. 3.—10 *Concepto* Medic. 2. Dun. *incensus* marg. Gryph. *carmini* Fouc. Pro *cum qu.* ut est in Memm. Medic. Vind. Cort. Cop. Edd. Steph. Ern. Oud. &c. alii *tum qu.* et novam periodum incipiunt. *Cum quibusdam const.* Ed. Rom. sec.

NOTÆ

saubonus legit *jantassent*, et in Glossario, 'jantare, jantaculum.'

[n] *Notas*] Hoc est, iis qui notati fuerant ignominia, vel per Censorem, vel per subsequens judicium. Nota enim plerumque ignominiam significat.

[o] *Reis sordes*] Hoc est, sordidas vestes; atrati enim et sordidati incedebant, barbam capillumque summittentes, ut supra in Ner. cap. 47. Tib. ad cap. 2. &c. Torrentius nove dictum notat 'sordes,' pro sordida veste.

[p] *Neque diei*] Ut Ner. cap. 8. et Oth. cap. 6. &c.

[q] *Veste domestica*] Alia enim domi, alia foris utebantur. Vide in Aug. ad cap. 63.

† A. U. C. 822.

[r] *Celeberrimos vicos*] Coloniam Agrippinam, de qua supra, hoc habitu ingressus est, ut Galba Romam. In Galba cap. 11.

[s] *Delubro Martis*] Strabo lib. IV. meminit cujusdam gladii, quem Galli detractum Cæsari suspenderant in templo. Hoc ipsum de Arvernis narrat Plutarchus in Cæsare, qui idemne, an alius fuerit, non patet, nisi forte et Coloniæ fuisse conjicias ex cap. 10. infra. Signa et arma hostibus erepta delubris affixa fuisse notum est. Horat. Od. 5. lib. III. 'signa ego Punicis Affixa delubris, et arma Militibus sine cæde, dixit, Direpta vidi,' &c.

[t] *Conceptu camini*] Paulus Manutius in Ciceronis Epist. 10. lib. VII. ad Familiares, dicit, caminum apud Romanos usurpatum modo pro fornace, modo pro hypocausto, interdum

quasi omine adverso anxiis omnibus, 'Bono,' inquit,[1] 'animo estote, nobis alluxit;' nullo sermone alio apud milites usus. Consentiente deinde etiam[2] superioris provinciæ[u] exercitu, qui prius a Galba ad Senatum defecerat, cognomen 'Germanici,' delatum ab universis, cupide recepit: 'Augusti' distulit:[v] 'Cæsaris' in perpetuum recusavit. [9.] Ac subinde cæde Galbæ annuntiata, compositis[3] Germanicis rebus, partitus est copias,[w] quas adversus Othonem præmitteret, quasque ipse perduceret. Præmisso

consternatus et quasi homine Harlem. *nomine* Huls.—1 Ita Memm. Medic. Polit. et meliores Torr. cum Cuj. sicut et Steph. Pitisc. ac Burm. jam edidere. Vulgo *inquit, bono.* Dein *illuxit* marg. Ed. Frellon. et *consciente* in Cald.—2 In Edd. vulgg. etiam Burm. habetur *etiam jam sup.* sed *τὸ jam* ejiciunt Memm. Medic. Vind. Cort. Polit. Cuj. Fouc. opt. Torr. cum Edd. Bon. Casaub. Gron. Ern. Oud. &c. et delere voluit Lips. *etiam* non comparet in Cop. Dein *qui prior* opt. Torr. Medic. 1. 3. Polit. Vind. 2. Cort. Fouc. marg. Gryph. nec improbat Oud. Ceterum *ab* ante *univ.* abest a Medic. 2. a m. pr.—3 *Et comp.* Vind. 2. Cort. Mox *permitteret* Harlem.—4 Sic Memm.

NOTÆ

pro ipso igne: nunquam vero pro ejusmodi canali, seu gula illa, quæ hodie in omnibus ædibus ascendentem e foco ignem excipit, et extra tectum educit innocenter, quale domus membrum antiquis prorsus inusitatum asseverat. Idem et Philander censet in cap. 3. lib. VII. Vitruvii, ubi id ipsum fuse disputat, et cubicula non calefacta, nisi vel amurcato ligno, quod fumum non gignit, vel incenso fornace in subterranea domus parte, unde calor quaquaversum diffunderetur per structiles canales, in intimis parietibus de industria relictos. Idem censet et Vossius in lib. de Etymolog. et Blondus lib. IX. triumphantis Romæ. Contrarium aliqui colligunt ex Sidonio Apollinari Carmine 22. ubi hæc leguntur. 'Quæ dominis hyberna domus. Strepit hic bona flamma Appositas depasta trabes, Sinuata camino Ardentis perit unda globi, fractoque flagello Spargit lentatum per culmina tota vaporem.' Quæ tamen et de structilibus Philandri canalibus intelligi posse alii forte crediderint. Ut ut est, certe parum credibile sit, in tenuiorum domibus et ditiorum culinis exitum fumo alia via non patuisse, quam per fenestras. Quod et innuit Cœlius Rhodoginus lib. XXVI. lectionum Antiquarum, cap. 21.

[u] *Superioris provinciæ*] Germaniæ scilicet; nam ea in superiorem et inferiorem divisa, has ab sese invicem Mosella, Rhenus vero a magna Germania dividebat.

[v] *Augusti distulit*] Postea tamen recepit, ut constat ex marmoribus et nummis. Cæsaris vero, afflictis jam rebus suis, metu, et, ut ait Tacitus III. Histor. 'superstitione nominis' ductus, unde factum videtur, ut in nummis non reperiatur.

[w] *Partitus est copias*] Fabio Valenti et Aulo Cæcinæ, de quibus fuse Tacit. II. Hist.

agmine,[4] lætum evenit auspicium: siquidem a parte dextra repente[5] aquila[x] advolavit, lustratisque signis,[y] ingressos viam sensim antecessit. At contra, ipso movente,[6] statuæ equestres,[z] cum plurifariam ei ponerentur, fractis repente cruribus pariter corruerunt; et laurea, quam religiosissime circumdederat, in profluentem excidit. Mox Viennæ[a] pro tribunali jura reddenti[7] gallinaceus supra humerum, ac deinde in capite astitit. Quibus ostentis par respondit exitus: nam confirmatum per legatos suos imperium per se retinere non potuit. [10.] De Betriacensi[8] victoria[b] et Othonis exitu, cum adhuc in Gallia esset, audiit: nihilque cunctatus,[9] quicquid prætorianarum cohortium fuit, ut pessimi exempli,[c] uno exauctoravit[d] edicto, jussas[10] Tribunis tradere arma. Centum autem atque viginti, quorum libellos[e] Othoni datos invenerat, expos-

Dun. Fouc. Voss. Cop. Harlem. Periz. et O. Oud. præter Medic. 1. item Edd. priscæ, Steph. Bas. pr. probantib. Burm. Oud. sed in contextu cum reliquis Edd. servantib. *agmini.*—5 *Rep. a p. d.* Periz. Edd. Rom. In Medic. 2. deest *parte.* Tum *lustravitque* præbent Memm. Dun. Vind. 1. Fouc. Voss. Cop. Huls. Harlem. cum Edd. Camp. Ven. 1. *lustravitque signa* Cuj. Vind. 2. Cort. quod haud spernendum putat Oud. si cum Vind. 1. legatur *ingressosque.* —6 Cop. *monente,* Harlem. *statuæque.*—7 *Redolenti* Ed. Camp. *par exitus fuit* a m. pr. Vind. 2. Cort.—8 Ita Memm. Medic. 1. 3. Corsend. Pith. Lisl. *Bedriac.* Polit. Al. *Bebriac.* Cf. Oth. cap. 9. Proxime deest *et* Harlem.—9 *Contatus* Camp. *conatus* Periz. Ed. Rom. sec. et *prætorianorum* Vind. 1.—10 *Jussa* Voss. Fouc. *jussis tr. reddere* Vind. 1. Burm. mallet *jussos.* Mox

NOTÆ

[x] *A parte dextra repente aquila*] Ab hac parte faustum est aquilæ, corvi, &c. auspicium; aliarum avium a sinistra, ut cornicis, &c. Quibus de rebus Seneca lib. II. Quæst. Natural. &c. Tacitus, 'longumque per spatium is gaudentium militum clamor, ea quies, adeo interrita avis fuit, ut haud dubium magnæ et prosperæ rei omen acciperent.'

[y] *Lustratisque signis*] H. e. volatu circuitis, quasi dux viæ. Lustrare alias expiare est.

[z] *Statuæ equestres*] Nonnisi illustrissimis, et raro decretæ, ut supra notatum est, ni fallor, de quo et infra in Tito cap. 9.

[a] *Viennæ*] Galliæ Narbonensis erat, hodie Delphinatus, *Vienne.* Hujus auspicii explicationem affert infra, cap. ult.

[b] *Betriacensi* [*Bebriacensi*] *victoria*] In Oth. cap. 9. sunt qui legant hic quoque *Betriacensi.*

[c] *Pessimi exempli*] Quippe qui præcedentes Imperatores deseruerant.

[d] *Exauctoravit*] Dimisit: supra in Tib. ad cap. 30. et Aug. 24. &c.

[e] *Libellos*] Supplices, Gallice *des*

centium præmia ob editam in cæde Galbæ operam, conquiri, et supplicio affici imperavit: egregie[1] prorsus atque magnifice, et ut summi Principis spem ostenderet, nisi cetera magis ex natura, et priore vita sua, quam ex imperii majestate gessisset. Namque itinere inchoato,[2] per medias civitates ritu triumphantium vectus est: perque flumina delicatissimis navigiis,[f] et variarum coronarum genere redimitis, inter profusissimos opsoniorum apparatus, nulla familiæ aut militis disciplina, rapinas ac petulantiam omnium in jocum vertens, qui non contenti epulo ubique publice præbito,[3] quoscumque libuisset, in libertatem asserebant, verbera et plagas, sæpe vulnera, nonnunquam necem, repræsentantes[g] adversantibus. Utque campos, in quibus pugnatum est, adiit, abhorrentes quosdam cadaverum tabem, detestabili voce[h] confirmare ausus est: 'Optime olere occisum hostem, et[4] melius civem.' Nec eo secius ad leniendam gravitatem odoris plurimum meri propalam hausit,[5] passimque divisit. Pari vanitate atque

præmium habent Memm. Medic. Vind. uterque, Cort. Harlem. Cop. Huls. Periz. Voss. Cuj. cum Edd. sæc. xv. Bon. aliisque. Sed *præmium* Polit. e Vatic. allevit, et nihil varietatis e Dun. notatum est ad Ed. Schild.—1 *Ægiæ* Memm. *ægre* Pith. Cod. Ipse conj. *regie*. Paulo ante *et* deest Vind. 2. Cort. ante *supp*.—2 *Incohato* Vind. 2. Periz. Tum *e var*. Vinc. Beluac. et *redimitus* Vind. 1. *militiæ* pro *militis* marg. Edd. Gryph. et Torr.—3 *Prædito* Voss. Dein *utque etiam c*. Fouc. *adit* Medic. 1. Cop. *obhor*. Ed. Camp. *tabum* Editt. Schild. posteriores.—4 Aut corrigendum *at*, aut, quod potius duxit, delendum *et*, Ern. statuit, ex cujus sententia uncinis τὸ *et* Bip. incluserunt. Tum *setius*, de more, Memm. Medic. 1. 3. Harlem. *serius* Fouc. Vind. 2. in quo *leniendum*.—5 Fouc. *auxerit*. Dein *dimisit* Periz. Harlem. et Edd. sæc. xv. excepta Beroald. In plerisque recentt. distinguitur: *divisit*

NOTÆ

placets; quos tamen Otho habebat, et ante cremasse colligere est ex cap. 10. supra in Oth. &c.

[f] *Delicatissimis navigiis*] Qualia forte Caligula, ut supra in ejus vita cap. 37. aut Julius, cap. 52.

[g] *Repræsentantes*] Claud. 34. 'tormenta repræsentare.'

[h] *Detestabili voce*] Ita et Annibal, visa fossa humano sanguine plena, dixisse fertur 'o formosum spectaculum!' Tacitus II. Hist. 'Erant, quos varia fors rerum lacrymaque et misericordia subiret, at non Vitellius flexit oculos, nec tot millia insepultorum civium exhorruit, lætus ultro et tam propinquæ sortis ignarus, instaurabat sacrum Diis loci.'

insolentia lapidem, 'Memoriæ Othonis' inscriptum, intuens, 'dignum eo Mausoleo' ait: pugionemque, quo is se[6] occiderat, in Agrippinensem coloniam[l] misit, Marti dedicandum.[7][k] In Apennini quidem jugis etiam pervigilium egit. [11.] Urbem denique[8] ad classicum[l] introiit paludatus,[m] ferroque succinctus, inter signa atque vexilla, sagulatis comitibus,[n] ac detectis commilitonum armis. Magis deinde ac magis omni[9] divino humanoque jure neglecto, Alliensi die[o] pontificatum maximum cepit: comitia

pari v. a. insolentia. Lap. &c. Corrigit Burm. præeunte Lips.—6 Hoc ord. Memm. (qui et *Mausaleo* supra) Medic. uterque Pulm. duo Burm. et Edd. Rom. Vulgo *se is.* Mutavit Oud. *se quo is* Cuj. *is* abest a Vind. 2. *pugionem* in eodem et Cort. *misit* desideratur in Cop.—7 *Dedicandam* Fonc. *matri* Ed. Cald. Dein *In Ap. etiam j. perv.* Vind. 1. Periz. Harlem. Edd. sæc. xv. Junt. Ald. Arg. Steph. *Ap. jug. perv.* Bon. *Ap. quidem j. et p.* Polit. *permulium egit* Huls.—8 *Namque* Polit. *quoque* Medic. 2. Harlem. Periz. et Edd. Vett. ad Bas. et Gryph. Mox *ac vex.* Vind. 1. *sagularis* Harlem. Pro *detect.* Ern. conj. *retectis.*—9 Non agnoscit *omni* Cort. in quo, uti et Edd. sæc. xv. præter Rom.

NOTÆ

[l] *Agrippinensem coloniam*] Agrippina Germanici filia, Neronis principis mater, in oppidum Ubiorum, in quo genita erat, coloniam deduci imperaverat, cui nomen inde inditum, auctore Tacito lib. xii. Annal. et lib. de morib. German. Hæc hodieque *Colonia*, civitas nobilissima.

[k] *Marti dedicandum*] Tacitus lib. de moribus Germanorum, narrat hunc præcipue cultum a Germanis.

[l] *Ad classicum*] Hoc unum est ex imperii insignibus: de quo Vegetius lib. ii. cap. 22. 'Classicum appellatur, quod buccinatores per cornu dicunt: hoc insigne videtur imperii, quia classicum canitur imperatore præsente, vel cum in militem capitaliter animadvertitur; quia hoc ex imperatoris legibus fieri necesse est.' Sed non modo cum in militem, sed et cum in paganum animadvertitur, ut de quodam mathematico patet apud Tacitum ii. Annal. Idem ex Seneca lib. i. de ira cap. 16. et Epist. 17.

[m] *Paludatus*] Paludamentum est Consulis ad bellum profecturi vestimentum, de quo in Jul. ad cap. 64. &c. quod tamen paulo antequam introiret, amicorum consilio excussisse refert Tacit. ii. Hist. ne quasi captam urbem ingredi videretur.

[n] *Sagulatis comitibus*] Sagulo, quod militare vestimentum est, de quo Aug. ad cap. 26. et Jul. ad cap. 48. &c. supra ad cap. 2. &c.

[o] *Alliensi die*] Livius lib. vi. decad. i. initio: 'tum de diebus religiosis agi cœptum, diemque a. d. decimum sextum Kalendas Sextiles, quo die ad Cremeram Fabii cæsi, quo deinde ad Alliam cum exitio urbis fœde pugnatum (contra Gallos, cum urbem ceperunt); a posteriore clade Alliensem appellarunt, insignemque nulli rei publice privatimque agendæ fecerunt.' Tacitus idipsum omen, ut pessimum Vitellio, fuse narrat lib. ii.

in decem annos[p] ordinavit, seque perpetuum Consulem. Et ne cui dubium foret, quod exemplar regendæ Reipublicæ eligeret,[10] medio Martio campo, adhibita publicorum sacerdotum frequentia, inferias Neroni dedit:[q] ac solenni convivio citharœdum placentem palam admonuit, ut aliquid et de Dominico[1 r] diceret; inchoantique Neroniana cantica, primus exultans etiam plausit. [12.] Talibus principiis, magnam imperii partem non nisi consilio et arbitrio vilissimi cujusque histrionum et aurigarum administravit, et maxime Asiatici liberti. Hunc adolescentulum, mutua[2] libidine constupratum, mox tædio profugum, cum Puteolis poscam vendentem[s] reprehendisset,[3 t] conjecit in

est *p. m. capit.* Duo Mss. Torr. habent *Aliensi.*—10 Abest *elig.* a Cop. Tum *ac ne soll.* Memm. Mox *aliq. et* reposuit Oud. fide Medic. Polit. Vind. 2. Pal. Cop. Cuj. et Ed. Bas. *et ut al.* Harlem. Vulg. *et al.*—1 Ita Memm. Pith. Medic. 2. a m. pr. Dun. Voss. et cum aliis receperunt Burm. Ern. Oud. seqq. Vulgo *de Domitio.* In Cuj. erat *dominico* vel *domino.* Ceterum *incohan.* ut sæpius, Periz. Vind. 2.—2 *Et mut.* Fouc. Vind. 2. Cort. Postea *puscam* Voss. Cuj. Harlem. Vind. 1. et Medic. 2. a m. pr.—3 Vulgo *deprehend.* Illud testantur tres Torr. Memm. Nonn. Dun. Voss. Cop. Fouc. Periz. Harlem. Medic. 2. 3. Polit. Vind. 1. et 2. a m. sec. Edd. Vett. ante Bas. Mutarunt

NOTÆ

Histor. hinc Lucanus lib. VII. 'Et damnata diu Romanis Allia fastis.' Cremera Tusciæ fluvius non alia re quam clade illa notus, ut ait Livius lib. V. decade I. Allia vero Sabinorum in Tiberim influens, hodie *Caminata*, vel *Rio de Mosso.*

[p] *In decem annos*] Per quos iidem essent magistratus, cum ante vix proferrentur ultra annum. De perpetuo ejus consulatu profert Casaub. inscriptionem.

A. VITELLIUS L. F.
IMPERATOR
COS. PERPET.

[q] *Inferias Neroni dedit*] Quid hoc sit, supra in Calig. ad cap. 15. et cap. 3. &c.

[r] *De Dominico* [*Domitio*] Casaubonus in Pithœi cod. legit *Dominico*, nec improbat, hoc sensu, ut sic appellatus fuerit liber canticorum Neronianorum, qua voce Vitellius de industria tunc uteretur, ut alluderet ad ejus tempora. Sed et potuit liber ille canticorum inscriptus esse 'cantica Domitii;' vel Vitellius postulare, ut caneret canticum aliquod in Domitii patris laudes, a Nerone forte compositum, aut Neronem ipsum gentili, non adoptivo, nomine sic appellare, quod ipse Nero quondam facturum se dixerat, ut in Ner. cap. 41. certe hoc postremum Vitellii ingenio videatur convenientius, quippe qui Cæsaris nomen recusasset, et Augusti distulisset, &c. supra cap. 8.

[s] *Poscam vendentem*] Brodeus lib. IV. Miscellaneorum cap. 11. ex Plinio contendit, poscam esse acetum aqua mixtum, quod vulgo dicunt 'oxicratum.' Alii poscam idem esse exis-

compedes, statimque solvit,[4] [u] et rursus in deliciis habuit: iterum deinde,[5] ob nimiam contumaciam et ferocitatem [v] gravatus, circumforaneo [6] lanistæ [w] vendidit, dilatumque ad finem muneris [x] repente surripuit, et provincia demum [7] accepta [y] manumisit: ac primo imperii die aureis donavit annulis [z] super cœnam,[a] cum mane, rogantibus pro eo cunctis,[b] detestatus esset severissime talem equestris ordinis maculam. [13.] Sed vel præcipue luxuriæ sævitiæque deditus, epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat, in [8] jentacula, et prandia, et cœnas, comissa-

Græv. Burm. Ern. et ceteri. In Cuj. *reprehendisset* vel *reperisset*.—4 *Coluit* tuentur Mss. ad unum O. et Edd. præter Bas. post. Steph. Casaub. et seqq. Græv. Burm. Ern. Oud. &c. et *solvit* correxit quoque Faber in Semestr. II. 16. Oud. conj. scriptum fuisse *exsolvit*.—5 In Vind. 1. *subinde*. Mox *furacit*. Memm. Pith. Lisl. Voss. Cuj. *ob feroc*. Cop. *ob nim. c. et nimiam f.* Periz. Edd. sæc. XV. Bon. Junt. Ald. Lugd. Arg.—6 *Circumforano* Memm. Medic. Vind. 1. 2. a m. pr. cum Codd. Sab. et trib. Burm. Edd. Ven. 2. Cald. *revend.* Vind. 1. *delat*. Dun. Voss.—7 *Deinde acc.* Harlem. Periz. Edd. Vett. præter Bas. Gryph. Col. et seqq. Infra *super et c.* Cop.—8 *In* desideratur in Medic. 1. 3. Vind. 2. Cort.

NOTÆ

timant ac loram: est autem lora, sive lorea, potionis genus, quam Græci δευτερίαν appellant, quasi secundariam, sic dicta a lotis acinis, fitque ex maceratis aqua vinaceis post mustum acinis expressum, estque operariorum et plebeculæ vinum. De lora Varro lib. I. de Re Rust. cap. 54. Columella lib. XII. cap. 40. &c. Posteriore sensu poscam hic accipi probabilius videtur.

[t] *Reprehendisset*] Alii *deprehendisset*. Torrentius in tribus Mss. legit *reprehendisset*: bene reprehenduntur enim profugi, ut Calig. cap. 45. et Livius lib. IV. decad. IV. 'Adeo turbatæ erant alæ dextræ equites, peditesque, ut quosdam Consul manu ipse repreheuderet.'

[u] *Solvit*] Vulgati legebant *coluit*. Casaub. emendavit librorum auctoritate.

[v] *Ferocitatem*] Complures codices *furacitatem*.

[w] *Lanistæ*] Gladiatorum mercatores lanistæ, de quibus in Jul. ad cap. 26. &c. circumforaneus ille est, qui fora et nundinas circumit, vilis cujusdam lucri causa.

[x] *Muneris*] Gladiatorii, de quo tam sæpe supra. Sensus est, substractum a Vitellio Asiaticum, quo tempore ingressurus erat in arenam ad digladiandum. Cum a lanista servatus esset in finem spectaculi.

[y] *Provincia demum accepta*] Cum ipse Vitellius in Germaniam a Galba missus est: supra cap. 7.

[z] *Aureis donavit annulis*] Erant equitum insignia, ut in Jul. ad cap. 39. ita et Galba Icelum suum honore auxit: in Galb. cap. 14.

[a] *Super cœnam*] In Aug. ad cap. 77. et Jul. 87.

[b] *Cunctis*] Militibus, quos id a Vitellio petiisse, auctor est Tacitus II. Histor.

tionesque;[c] facile omnibus sufficiens, vomitandi consuetudine.[d] Indicebat[e] autem aliud alii eadem die: nec cuiquam minus[9] singuli apparatus quadringenis[f] millibus nummum constiterunt. Famosissima super[10] ceteras fuit cœna data ei adventitia[g] a fratre, in qua duo millia lectissimorum piscium, septem avium, apposita traduntur. Hanc quoque exsuperavit ipse dedicatione patinæ,[h] quam ob immensam magnitudinem 'clypeum Minervæ[i] Πολιού-

Cop. *jantac.* Memm. Paulo post *comess.* et *commess.* Mss. multi et Edd. ad Plant. ut alibi variatur. Cf. Calig. cap. 55. *commensationesque* Vind. 2.—9 Urs. mavult *minoris*, et ita conj. Ern. Tum *quadrigenis* in Medic. 2. Dun. Nonn. Pal. 3. Harlem. Edd. sæc. xv. præter Rom. sec. item in Bon. Junt. Arg. *quadrag.* unus Torr. Periz. cum Edd. Rom. sec. Ald. Steph.—10 *Insuper* Ed. Camp. *inter* Periz. a m. pr. Dein *dat. ei* Memm. Voss. Dun. Medic. 3. et substituit Oud. pro vulg. *ei dat.* Deest *advent.* Medic. 2. a m. pr. Cuj. Voss.

NOTÆ

[c] *Comissationesque*] In Calig. ad cap. 32. et sæpe sumitur ista vox pro nocturnis intempestivisque conviviis.

[d] *Vomitandi consuetudine*] Hæc fuit apud Romanos receptissima, et medicorum jam inde ab Hippocrate probata sententiis: hinc Cicero lib. XIII. Epist. ultim. ad Atticum, ἐμετικὴν agere dicit, pro juxta consuetudinem vomere. Hanc damnavit postea Plinius lib. XXVI. cap. 3. vide in Claud. ad cap. 33.

[e] *Indicebat*] Ut Nero, supra in ejus vita cap. 27. 'aliud alii,' h. e. alii comessationem, alii prandium, &c.

[f] *Quadringenis*] 17500.l.

[g] *Adventitia*] Amicis peregre advenientibus lautissima cœna parabatur, quam ideo 'adventitiam' dixere: Plautus 'viaticam' vocat, Bacchid. act. I. sc. 2. 'Ego sorori meæ cœnam hodie dare volo viaticam.'

[h] *Dedicatione patinæ*] De dedicationum cærimoniis in Tib. ad cap. 20. Plinius lib. XXXV. cap. 12. fictilem fuisse dicit, et huic faciendæ fornacem in campis exædificatam, unde Mutianus, de quo infra in Vespas. cap. 6. et 13. 'altero consulatu suo, in conquisitione exprobravit patinarum paludes Vitellii memoriæ,' inquit ibid. Plinius: de qua et Juvenal. Satir. II. vs. 19. et Sat. IV. vs. 133. &c. meminit et Plinius ibid. et lib. X. cap. 1. alterius patinæ, in quam Æsopus histrio aves cantu aliquo, et humano sermone vocales posuerat.

[i] *Clypeum Minervæ*] Quia scilicet maxima erat; quæ enim honori Deorum destinabant, ea magna semper facienda curavere. Unde architecti tradunt Diis maximas convenire statuas, his proximas heroibus, tum regibus, atque aliis deinceps majores, et minores. Quare Torrentius, contra Turnebum, existimat non intelligendum de clypeo unius Minervæ Atheniensis, quam 26. cubitos altam fecerat Phidias, sed de quocumque alio, cum ad ejus magnitudinem indicandam, Minervæ clypeum dixisse sufficiat. Ideo autem assimilata clypeo patina, quia eadem utriusque forma, rotunda scilicet.

χου'[1] [k] dictitabat. In hac scarorum jocinora,[2] [l] phasianorum et pavonum cerebella, linguas phœnicopterum,[3] [m] murænarum lactes,[n] a Parthia[4] [o] usque fretoque Hispanico per

Dun.—1 Vulgo *clyp. Min. αἰγίδα* Πολ. sed in nullo Ms. a man. vet. nec Edd. Rom. extat *αἰγίδα*, quare delevit Oud. cum Steph. et Ern. suffragantib. Torr. Græv. In nonnullis et aliquot Edd. sæc. xv. neutra vox Græca apparet. *Τοναυτον* Pal. 1. *τοναυχου* Pal. 2. Medic. 3. Voss. *τοπαρχου* Pal. 3. unde in Rom. sec. *τοπαρφου πολιουχου*, Camp. *πολιχοιου*. Latina inducebat Gnj.—2 *Scarorum sacrorum jec.* vel *joc.* Memm. et Ms. Turneb. Pro *scarorum* exhibent *sacrorum* Cop. Periz. aliique Palm. *Scaurorum* Vind. 1. Harlem. Edd. Camp. Ven. Med. Lugd. Junt. *scaorum* Vind. 2. Cort. *jecin.* Medic. 2. a m. pr. Edd. Ven. Med. aliæque, *jocinera* Edd. Rom. Dein *fas.* et *fasc.* Mss. plerique et Vett. Edd. Sed *fasianarum* pro *phasianarum* exhibent cum Memmiano Polit. Medic. 3. probante Oud. Item *paonum* Memm.—3 *Phœnicopteri* Edd. Sab. Beroald. cum Harlem. *Phenicoteni* Camp. Mox *ac mur.* Cort.—4 Hanc lect. servant Mss. O. (nisi quod *Pathia* sit in Voss.) et Edd. Vett. probantib. Casaub. Græv. aliisque. Budæus de Asse iv. et Egnat. emendarunt *a Carpathio*, unde in vulgg. Edd. profluxit. Heins. conj. *a Carpetano*, vel *a Parætonio*, Ern. *a Phaside*, Oud. *a Carteia*, quod probavit Wolf. Mox *Hispanico* est in Memm. Medic. 3. Polit. Vind. utroque, Cort. Nonn. Voss. Edd. Steph. Oud. Bip. &c. *Hispaniaco* Medic. 2. *Hispanisco* Dun. Vulgo

NOTÆ

[k] [Αἰγίδα] Πολιούχου] Torrentius testatur in optimo libro non extare, unde ab aliquo adjectas fuisse suspicatur verosimillime; Ægis enim non clypeus, sed pectoris tegmen est, et Palladis, non Poliuchi armatura, cujus in medio Gorgonis effictum caput, Ovid. vi. Metamorph. 'At sibi dat clypeum, dat acutæ cuspidis hastam, Dat capiti galeam, defenditur Ægide pectus.' Πολιοῦχος h. e. *civitatis custos*, quod et Palladi, quæ sapientiæ symbolum est, apprime convenerit. De Ægide plura Herodot. lib. iv. Hist. Martial. epig. 1. lib. vii.

[l] *Scarorum jocinora*] Martial. lib. Xeniorum epig. 83. 'Hic scarus, æquoreis qui venit obesus ab undis, Visceribus bonus est, cetera vile sapit.' Qui tamen cum, teste Plinio lib. ix. cap. 17. solus piscium ruminare dicatur, herbisque vesci, hoc quoque (herbas scilicet in ejus stomacho repertas) exquisitissimum habere dicitur: scauri eorum ferme magnitudine, quos dicimus *des rougets*, amplo jocinore, quod sale et aceto contritum, toti pisci condimentum est. Huic pisci principatus mensarum dabatur Plinii temporibus.

[m] *Phœnicopterum*] De his in Calig. ad cap. 57. et 22. &c. De phasianis et pavonibus Martial. in Xeniis, Epig. 71. et 69. &c.

[n] *Murænarum lactes*] His pastos quoque ab Heliogabalo rusticos, auctor est Lampridius, apud quem eadem ferme quæ hic, de immodico isto luxu.

[o] *A Parthia* [*Carpathio*] Huic mari nomen dedit insula Carpathus, una Sporadum: hodie *Scarpanto*, Cretam inter et Rhodum. Inde etiam scari laudatissimi, ut patet ex Plinio lib. ix. cap. 17. Hic in omnibus libris legebatur *a Parthia*, quod emendavit Sabellicus, cui Torrentius astipulatus est. Et verosimillime; nec

navarchos ac triremes petitarum, commiscuit. Ut autem homo non profundæ [p] modo, sed intempestivæ quoque ac sordidæ gulæ,[5] ne in sacrificio quidem unquam, aut itinere ullo temperavit, quin inter altaria ibidem statim viscus [q] et farra,[r] pæne rapta e foco, manderet, circaque viarum popinas fumantia opsonia, vel pridiana,[s] atque semesa. [14.] Pronus vero ad cujusque,[6] et quacumque de causa, necem atque supplicium, nobiles viros, condiscipulos et æquales suos, omnibus blanditiis tantum non [7] ad societatem imperii allicefactos, vario genere fraudis occidit: etiam unum veneno, manu sua porrecto in aquæ frigidæ [t] potione, quam is affectus febre poposcerat. Tum [8] fœneratorum et stipulatorum,[u] publicanorumque, qui unquam se

Hispaniæ, quod retinet Wolf.—5 *Gylæ* Memm. et mox *farris* in eodem, cum Dun. Medic. 3. Polit. Vind. 1. Cop. Voss. Huls. Ed. Ven. 1. *farris frusta* in Cuj. sed tum mallet Oud. *farris grana*. Langlus putat legend. *farta* vel *ferta*. Medic. 1. *ac f.* Paulo ante *minore* Vind. 1. pro *itinere*. Dein *rapte foco* Medic. 1. *raptæ focis* Cop.—6 Casaub. et Guj. legi jusserunt *cujuscumque*, et ita in Medic. Polit. Vind. 2. Cort. Cuj. Dun. Deest *et* Edd. Junt. Lugd. Arg. Ald. Steph. probante Burm.—7 *Tantum num* voluit Beroald. Supra *atque condisc.* Medic. 1. Mox *adicefact.* Cop. *inque frig.* Fouc.—8 *Tam* Memm.

NOTÆ

enim Romæ sat diu fuit Vitellius, ut pisces ab Hyrcano mari petitos tam exiguo tempore credibile sit, nisi eos jam ante advectos et servatos, ut de avibus Indicis et Ægyptiacis testantur Plinius et Columella.

[p] *Non profundæ*] Sic et alii quoque multi locuti sunt. Seneca epist. 89. 'ad vos deinde transeo, quorum profunda et insatiabilis gula hinc maria scrutatur, hinc terras.' Plinius lib. x. cap. 49. 'Apicius nepotum omnium altissimus gurges.' Sallustius in Jugurthino: 'Romanos injustos profunda avaritia, omnium communes hostes esse,' &c.

[q] *Viscus*] Hac voce, quicquid cutem inter et ossa continetur, significari, supra notatum est in Jul. ad cap. 38.

[r] *Farra*] Similiter 'de patella edere' dixit Cicero II. de Finibus, ut asoti et irreligiosi solent. De hoc torrendi farris more Plinius lib. XVIII. cap. 2. 'Numa Pompilius instituit, Deos fruge colere, et mola salsa supplicare, atque, ut auctor est Hemina, far torrere, quoniam tostum libo salubrius esset: id uno modo consecutum, statuendo non esse purum ad rem divinam, nisi tostum; is et fornacalia instituit, farris torrendi ferias.'

[s] *Pridiana*] Pridie cocta et apposita, ut in Tib. ad cap. 34.

[t] *Aquæ frigidæ*] Plinius lib. XXVI. cap. 3. auctor est, hanc remedii loco præbitam ab Asclepiade, qui Pompeii temporibus totam fere medendi rationem immutarat.

[u] *Stipulatorum*] Qui mutuas alieni pecunias præbebat, is ab accipiente

aut Romæ debitum, aut in via portorium[9] [v] flagitassent, vix ulli pepercit. Ex quibus quendam in ipsa salutatione supplicio traditum, statimque revocatum, cunctis clementiam laudantibus, coram interfici jussit, 'velle se,' dicens,[10] 'pascere oculos:' alterius pœnæ duos filios adjecit, deprecari pro patre conatos. Sed et Equitem Romanum proclamantem, cum raperetur ad pœnam, 'Hæres meus es,' exhibere testamenti tabulas coëgit: utque[1] legit, cohæredem sibi libertum ejus ascriptum, jugulari cum liberto imperavit. Quosdam et de plebe ob id ipsum, quod Venetæ factioni [w] clare[2] maledixerant, interemit; contemtu sui, et nova spe id ausos, opinatus. Nullis tamen infensior, quam vernaculis [x] et[3] mathematicis, ut quisque deferretur,[4] in-

Conj. Salm. *jam.* In Medic. 2. *tunc.* Ed. Camp. *funeratorum.*—9 Vind. 1. *portoria.*—10 Cort. *dicere.* In eodem et Vind. 2. *caperetur ad pœnas.* Tum *meus est* Vind. 1. Periz. et Edd. Rom. *esto* cogitat Burm.—1 *Utique* Memm. unde Salm. suasit *ubique.* Exulat *sibi* ab Edd. Rom. *jugularique* Camp.—2 *Diræ mal.* Cuj. cum uno Torr. unde ipse fecit *ut diræ, mal.* Mox conj. Burm. *novarum rerum spe.* Pro *opinat.* habent *obstinatus* Memm. Polit. Dun. Cuj. Edd. Med. pr. Cald. et *obtestatus* pro v. l. in Dun. et Cuj. *obtinatus* Voss.—3 Sabell. deletum vult *τὸ et.* Turneb. suadet *divinaculis,* probante Torr. *veneraculis* Pal. 3. Jos. Scalig. corr. *veraculis* vel *vericulis,* nec repugnant Guj. Casaub. Ceteri vulg. defendunt.—4 *Deferreretur* Ed. Camp. Tum *post dictum* Vind. 1. qui

NOTÆ

stipulabatur conditiones, quibus illam sibi reddendam aut solvendas usuras volebat; stipulatio igitur est interrogatio, qua promissorem fœnerator interrogat, num tali conditione pecunias accipiat; quod quia conceptis verbis fiebat, (erant enim stipulationum formulæ, ut et actionum, de quibus in Claud. ad cap. 14.) ideo majorem ad cautionem, fœneratores adhibebant plerumque contractui suo, formularum ejusmodi peritos, de quibus etiam in Ner. ad cap. 32. ne sibi fraus fieret, et ut mutuæ pecuniæ tutius præstarentur. Hujusmodi stipulatores hic distinguit a fœneratoribus.

[v] *Portorium*] Ad publicanos refert, quia ii portorii conductores: in Jul. ad cap. 43.

[w] *Venetæ factioni*] Cui favebat, ut supra cap. 7.

[x] *Vernaculis*] Quidam rejiciunt conjunctionem *et*, ut intelligantur mathematici Romæ nati, nam ii fere omnes Græci. Josephus Scaliger legit *veraculis*, aut *vericulis*: nam et oracula quandoque simpliciter vera dicuntur: Turnebus *divinaculis*, quod et videtur optimum, si phrasis absque mutatione stare non posset: verum 'vernacuii' intelligi possunt circulatores illi, et de Circo præstigiatores, ac scurræ forte, quales ii, de quibus Aug. cap. 74. vel Tib. 57. aut Ner. 27. &c. quo sensu Mar-

auditum capite puniebat; exacerbatus, quod post edictum suum, quo jubebat, intra Kalendas Octobris Urbe Italiaque mathematici excederent, statim libellus propositus est,[5] 'et Chaldæos edicere,[6] [y] bonum factum, ne [7] Vitellius Germanicus intra eundem Kalendarum diem usquam esset.' Suspectus et in morte[8] matris fuit, quasi ægræ[9] præberi cibum prohibuisset; vaticinante Catta [10] muliere,[z] cui velut oraculo acquiescebat, 'ita demum[1] firmiter ac diutissime imperaturum, si superstes parenti extitisset.' Alii[2] tradunt, ipsam tædio præsentium, et imminentium metu, ve-

caret τῷ *intra*. Fouc. *inter Kal.* Mox *statimque* Edd. Sab. Junt. Lugd. Arg. —5 Ita Medic. Vind. uterque, Fouc. Cop. Periz. et Edd. Rom. Vulgo *est prop.* Abest verb. subst. a Voss. et delere mavult Burm. *et* suspectum habet Guj. Ceterum Ern. legend. judicat *prop. esset* v. *erat*. In Cuj. *positus est*.—6 Sic exhibet Ms. Urs. probantib. Torr. Guj. Burm. Oud. Wolf. ideo recepit Baumg. In ceteris Edd. *dicere*. Postea *fatum* Vind. 1. Corsend. Voss. Harlem. Ed. Ven. 1. *fatum est* Ven. 2. 3. Med. pr. Cald. Junt. Lugd. Ald. *fatum esse* Bon.—7 *Ut Vit.* opt. Torr. Huls. Medic. 1. a m. pr. Ipse Torr. conj. *ut Vit. &c. usq. ne esset.*—8 Sic exhibent Memm. Medic. Dun. Vind. 2. Cort. Huls. Cop. Voss. Fouc. et ita ediderant Steph. Casaub. Schild. &c. Scriv. Græv. aliique Vett. Edd. lect. *in mortem* revocarunt. Iterum mutarunt Oud. Ern. Bip. &c.—9 *Ægre* Voss. aliique pauci, et Edd. Græv. minor, Wolf. *ægre pr. sibi cib.* Vind. 2. Cort.—10 *Cata* opt. Torr. Fouc. Cop. Ed. Bon. *Chata* Rom. sec. *Catha* Voss. Periz. Harlem. Edd. Camp. Ven. Junt. Ald. Lugd. Arg. et al. In aliis *Kata, Chara, Cara, &c.*—1 *Ita deinde* Periz. Harlem. et Edd. Vett. fere O. ad Bas. et Gryph.—2 Vulgo *et*

NOTÆ

tialis lib. x. epig. 3. vernaculi voce usus videtur, et Seneca lib. vi. de Beneficiis cap. 11. sic dicti, vel quod vili plebeculæ aggregarentur, ut illuderent, vel quod vernulis et erronibus.

[y] *Edicere* [*dicere*] In veteri codice legit Ursinus *edicere*, quod et ipse Torrentius monebat emendandum, et longe plus habet salis, quasi divinatores, qui vulgo Chaldæi quoque dicuntur, vicissim edicerent, ne Vitellius ipse viveret; quod et probant verba 'bonum factum,' quæ solennia sunt, et omnibus edictis præponenda, ut in Jul. ad cap. 80. notatum est.

[z] *Catta muliere*] De gente Cattorum, quæ Germanica est, ex eorum regione, qui hodie *Hessi*, ut Ortelius et Janus Fabricius volunt, vel *Badenses*, ut Vilichius. Fuit etiam in Batavis Cattorum vicus, qui hodie *Catwik*, non longe a Lugduno. De quo hic agi persuaserit Vitellii provincia, quæ erat inferior Germania, ut supra cap. 7. In libris aliis legitur *Cata*, *Chata*, et *Chara*. Nostram omnium verissimam esse ex eo colligas, quod Germani mulierum vaticiniis ut plurimum uterentur, ut narrat Tacit. in lib. de moribus German.

nenum a filio impetrasse, haud sane difficulter. [15.] Octavo imperii mense desciverunt ab eo exercitus Mœsiarum[a] atque Pannoniæ; item ex transmarinis Judaicus et Syriacus:[3] [b] ac pars in absentis,[c] pars in præsentis Vespasiani verba jurarunt. Ad retinendum ergo ceterorum hominum studium ac favorem, nihil non publice privatimque, nullo adhibito modo, largitus est. Dilectum[4] quoque ea conditione in Urbe egit, ut voluntariis non modo missionem[d] post victoriam, sed etiam veteranorum justæque[5] militiæ commoda[e] polliceretur. Urgenti deinde terra marique hosti, hinc fratrem cum classe ac tironibus et gladiatorum manu opposuit; hinc et[6] Betriacenses copias[f] et duces. Atque ubique aut superatus[g] aut proditus,[h] salutem sibi et[7] millies sestertium a Flavio Sabino,[i] Vespa-

alii, sed et ignorant Medic. 1. 3. Polit. Vind. 2. Cort. Cop. Fouc. igitur delent Ern. et Oud. cum Casaub. Gron. Græv. pr. *ut al.* Edd. Sab. Beroald. Burm. conj. *at*, Ern. *sed.* Mox *imperasse* Harlem. Ed. Cald.—3 *Syriaticus* Memm. Medic. Dun. Polit. Periz. Harlem. Cuj. Edd. Rom. Ven. 1. Med. pr. Junt. Lugd. Arg. adminitque Ern. Tum *et pars et in abs.* Vind. 1. *atque pars* Vind. 2. *pars* secundo loco deest Voss. *jurare* Huls.—4 Sic pro vulg. *delect.* Memm. Medic. 1. 3. Huls. Torr. Fouc. ut supra creberrime. Vind. 1. *ea quoque.* In Periz. tota hæc periodus usque ad *urgenti* desideratur.—5 Lips. emendavit *justaque mil.* Dein *huic fr.* Ed. Camp. *appos.* Cort. Vind. 2.—6 Conjunctionem omisit Casaub. et Græv. in Ed. pr. aliique, sicut abest a Medic. 3. Vind. 2. Cort. Cop. et Ed. Camp. Malebat Torr. *Bebr. et cop.* Sed per *t* hoc nomen efferunt etiam hic, ut supra, Medic. Vind. 1. Corsend. Dun. Voss. *huic* rursus Ed. Camp. et Vind. 1. Infra *ubique sup.* Edd. Rom. *atqui* marg. Gryph.—7 Delet τὸ *et* Valesius in Vales. p. 483. improbante Oud.

NOTÆ

[a] *Mœsiarum*] Superioris et inferioris, de quibus in Oth. ad cap. 9. De Pannonia in Tib. ad c. 9. Aug. cap. 2. &c.

[b] *Judaicus et Syriacus*] Illi Mucianus, huic præerat Vespasianus, de quorum consiliis et prudentia fuse Tacitus lib. II. Hist.

[c] *In absentis*] Mœsiacus nempe et Pannonicus exercitus, quippe tanto dissitus intervallo.

[d] *Missionem*] Quid et quotuplex sit, in Jul. ad cap. 7. et 70.

[e] *Veteranorum . . . commoda*] De iis supra in Aug. ad cap. 24. Calig. 44. Ner. 32. &c.

[f] *Betriacenses* [*Bebriacenses*] *copias*] Quas 'urbanæ deliciæ subenervaverant, quantumque hebes ad sustinendum laborem miles, tanto ad discordias promtior,' ut ait Tacitus lib. II. Hist. sub fin.

[g] *Superatus*] Ab Antonio illo Primo, de quo supra, et infra cap. ultimo.

[h] *Proditus*] A Cæcina, qui cum Valente Bebriacensibus copiis præerat: fuse Tacit. III. Hist.

siani fratre, pepigit: statimque pro gradibus Palatii apud frequentes milites, 'cedere se imperio, quod invitus recepisset,' professus, cunctis reclamantibus,[8] rem distulit; ac nocte interposita, primo diluculo sordidatus[k] descendit ad Rostra, multisque cum lacrymis eadem illa,[9] verum e libello,[1] testatus est. Rursus interpellante milite ac populo, et, ne deficeret, hortante, omnemque operam suam certatim pollicente, animum resumsit; Sabinumque et reliquos Flavianos, nihil jam metuentes,[10] vi subita in Capitolium compulit, succensoque templo[m] Jovis Optimi Maximi oppressit; cum et prœlium et incendium e Tiberiana[1] prospiceret domo inter epulas. Non multo post pœnitens facti, et in alios culpam conferens, vocata concione juravit, coëgitque[2] jurare ceteros, 'nihil sibi antiquius quiete publica fore.' Tunc solutum[3 n] a latere pugionem, Consuli primum, deinde, illo recusante, magistratibus, ac mox Senatoribus singulis porrigens, nullo recipiente, quasi in æde Concordiæ positurus, abscessit. Sed quibusdam accla-

Mox *pro* deest Harlem.—8 *Declam.* Memm. Pal. 1. 2. Voss. Periz. Cop. Medic. Polit. Vind. Cort. Fouc. et Edd. Rom. *clamantib.* Harlem. Edd. Ven. Junt. Ald. Arg. &c. *Recl.* primus legend. jussit et edi curavit Beroald. Conj. Oud. *valde clam.* vel *declinantib.*—9 In Edd. vulgg. *eadem verba*, sed illud e Mss. recepit cum Steph. Jac. Gronovius, et idem præbent Medic. Polit. Vind. 2. Cuj. Voss. Cop. Lys. sive Cort. Fouc. probantib. Burm. Oud. Ern. &c. In Huls. *eadem verba e lib. verum.*—10 Hanc lect. restituerunt Steph. Gron. Burm. Ern. Oud. et seqq. auctorib. Mss. O. et Edd. Vett. pro *metuens*, quod extat in Bas. Junt. Ald. Gryph. Plant. et Græv. et ita emendaverat vir doct. ad marg. Gryph. 1589. In Medic. tr. Polit. exaratur *metuentes sui, sub.* Fouc. *sui subito*, Huls. *in subito*, et *subito* quoque Cop. haud damnante Oud.—1 *Tiberina* Vind. 1. Periz. Edd. Rom. Med. sec. aliæque, ut supra cap. 8. Paulo ante *compressit* Fouc. Dein *prospicere* Edd. Ven. 2. 3. Post *epul.* plenius distinxit Baumg. In priorib. Edd. *epulas, non.*—2 *Cogitque* Vind. 1. Statim *jur. et cet.* Medic. 1. 3. Polit. Cop. Fouc. cum duob. Torr. nec displicebat Oud. —3 *Solutam* Fouc. et *Consulis* Cop. Mox *in ædem* Cort. Huls. Fouc. Postea

NOTÆ

[i] *Flavio Sabino*] Qui urbis præfectus erat: Vespas. cap. 1. sed senecta invalidus. Millies, h. e. 4375000.l.

[k] *Sordidatus*] Lugentium aut reorum habitus. In Tib. ad cap. 2.

[l] *Libello*] E quo recitabat, quod dicitur de scripto verba facere.

[m] *Succensoque templo*] Quod facinus omnium post conditam urbem luctuosissimum fuisse, Tacitus auctor est; quanquam semel arsisset per bella civilia.

[n] *Solutum*] Imperii symbolum, ut jam supra, et Galbæ cap. 11.

mantibus, 'ipsum esse Concordiam,' rediit: nec solum retinere se ferrum affirmavit, verum etiam Concordiæ recipere cognomen.[o] [16.] Suasitque[4] Senatui, ut legatos cum virginibus Vestalibus[p] mitterent, pacem, aut certe tempus ad consultandum, petituros. Postridie responsa opperienti nuntiatum est per exploratorem, hostem[5] appropinquare. Continuo igitur abstrusus gestatoria sella,[q] duobus solis comitibus, pistore et coquo, Aventinum[r] et paternam domum clam petiit,[6] ut inde in Campaniam fugeret. Mox, levi rumore et incerto, tanquam pax impetrata esset, referri se in Palatium passus est: ubi cum deserta omnia reperisset,[7] dilabentibus etiam, qui simul erant, zona se aureorum plena circumdedit; confugitque in cellulam janitoris,[s] religato pro foribus cane, lectoque et culcita objectis. [17.] Irruperant jam[8] agminis antecessores, ac nemine

illum esse Conc. Vind. 2. Cort. Fonc.—4 Ita Memm. Medic. duo Torr. Vind. Cort. Voss. Fonc. Dun. Edd. Casaub. et seqq. Oud. Ern. et seqq. In reliquis *suasit Sen.* Habent *senatoribus* duo Pulm. Periz. Harlem. Vind. 1. Edd. Rom. Sab. Bon. Junt. Lugd. Ald.—5 *Hostes* Medic. 1. 3. Polit. Vind. 2. Cort. Fonc. Cop. Huls. Statim *continue* Fonc. *abstrusis* Edd. Rom. *gestoria* Dun. Cop. *gestaria* Huls.—6 *Petit* Memm. Cop. Huls. Medic. 1. 3. Polit. Vind. 2. Supra *coq. et Av.* Dun. *coco* Medic. 2. 3. *quoquo* Periz. *cocco* Medic. 1. Dein *incerti* Memm.—7 *Comperisset* unus Torr. Periz. Edd. Rom. Tum *delab.* Vind. 2. Cort. *etiam qui* Edd. Plant. Casaub. et seqq. usque ad Burm. qui dedit *et qui*, fide Periz. Harlem. Copes. Cujac. Edd. antiqq. O. In fine *culcitra* tres Burm. et totidem Oud. cum Fonc. et Edd. ante Plant. Item *relegato* Fonc.—8 Sic Memm. Dun. Polit. Vind. 1. Cop. Har-

NOTÆ

[o] *Concordiæ recipere cognomen*] Ut L. Antonius Triumviri frater, de quo in Aug. cap. 9. et 68. cognominatus est 'Pietas:' de æde Concordiæ, in Tib. cap. 20.

[p] *Vestalibus*] Harum magna erat in perturbationibus, tum publice, tum privatim, componendis auctoritas, ut jam supra in Jul. ad cap. 1. Hæ ab Antonio Primo honore multo acceptæ et remissæ sunt: legati ab altero exercitu, jam enim duo exercitus ad Urbem accedebant, violati.

[q] *Gestatoria sella*] Tacitus lib. III. Hist. *sellulam* dicit, quam hic 'gestatoriam sellam,' unde videtur hæc fuisse minor quædam sella, qua etiam in theatrum quandoque deferebantur. Ut Ner. cap. 26.

[r] *Aventinum*] Hic unus est e septem urbis montibus.

[s] *Cellulam janitoris*] Paulo aliter Dio, qui occultatum illum dicit in obscuro quodam loco, ubi canes alebantur: quod de janitoris ipsa cellula non videtur intelligendum; quamvis enim Romano et Græco more ibi canes essent, unde inscriptio hæc apud Petronium, 'cave, cave,' apposita cani pro foribus picto, non tamen alendis canibus locus ille destinatus.

obvio rimabantur, ut fit, singula. Ab his extractus e latebra, sciscitantes, 'quis[9] esset,' (nam ignorabatur) et 'ubi esse Vitellium sciret,' mendacio elusit: deinde agnitus, rogare non destitit,[10] quasi quædam de salute Vespasiani dicturus, ut custodiretur interim vel in carcere: donec religatis post terga manibus, injecto cervicibus laqueo, veste discissa,[1] seminudus in Forum tractus est, inter magna rerum verborumque ludibria, per totum viæ Sacræ[t] spatium, reducto coma capite,[2 u] ceu noxii solent,[v] atque etiam mento mucrone gladii subrecto,[3 w] ut visendam præberet

lem. Periz. cum Edd. Casaub. 1610. Schild. Græv. pr. Ern. Oud. et seqq. *autem jam* in ceteris Edd. et Mss. *jam* deest Vind. 2. Mox *e* exulat ab eodem et Cort. In multis Edd. *ab iis* de more. Correxit Ern. e Lys.—9 Vulgo *quisnam.* Illud testantur Memm. Medic. Polit. Vind. Cort. tres Burm. Fouc. et Edd. Vett. exceptis Bas. sec. Gryph. Plant. &c. et ita correxit man. doct. in Add. Ern. Dein *ut ubi* Vind. 1. *eccubi* marg. Gryph. sed tum rectius foret *eccubi esset Vitellius,* judice Burm.—10 *Destiterit* Cuj. Inferius *in carcerem* Edd. Rom. *religatus* Fouc.—1 *Descissa* Mss. Pulm. Torr. et Edd. Rom. Tum *detractus* Vind. 1. *tractatus* Medic. 1. et *totæ v.* Vind. 1.—2 Ita Pulm. et seqq. e Mss. Turneb. Pith. Regiis Par. Viterb. Pal. 1. exhibent. Vulgo et in plerisque Mss. erat *reducta coma a cap.* Non comparet quoque *a* in Medic. 1. 3. Dun. *redacto coma cap.* Pal. 2. Ern. conj. *reducto cap.* deleto *coma*, vel *reducta coma et cap.* quod placet etiam Oud. Statim *ceu noxiis solet* cum Casaub. et Guj. præfert Perizon.—3 Hanc lect. receperunt Gron. Burm. Ern. Oud. et seqq. auctoritate Memm. duorum Turneb. Cuj. Pith. Pal. 1. Cop. Medic. 1. 3. Polit. aliique apud Arntzen. ad Aur. Vict. Epit. cap. 3. *surrecto* Voss. Pal. 3. *subrepto* Medic. 2. Pal. 2. *subjecto* in reliquis Codd. et Edd. Vett.

NOTÆ

[t] *Viæ Sacræ*] Frequentissimus fuit Urbis vicus, in quo Julius Cæsar habitaverat, ut in Jul. cap. 45.

[u] *Reducto coma capite*] Sensus est, milites, qui Vitellium sequebantur, apprehensis a tergo crinibus, caput ejus retraxisse, ut erigeretur, ne subductum et depressum, minus posset agnosci, quo sensu Virgil. lib. x. 'reflexa Cervice orantis capulo tenus abdidit ensem.'

[v] *Ceu noxii solent*] Malit Casaubon. legere *ut noxii solent.* Ita enim fiebat illustribus reis supplicio afficiendis, ut nudo et elato capite traherentur, ut de Sejano refert Dio; ac Danaë illustri fœmina Polybius. De delatoribus innuit Plinius in Panegyrico: 'contigit desuper intueri delatorum supina ora, retortasque cervices.'

[w] *Subrecto* [*subjecto*] Turnebus ex veteri codice legere mavult *subrecto,* et ex Pithœi Cujaciique codicibus probat Casaubonus. Tacitus III. Hist. extremo: 'Vitellium infestis mucronibus coactum modo erigere os, et offerre contumeliis, nunc cadentes statuas suas, plerumque rostra et Galbæ occisi locum contueri, postremo ad Gemonias, ubi corpus Flavii Sabini jacuerat, propulere: vox una non degeneris animi excepta, cum tribuno insultanti, se tamen impera-

faciem, neve summitteret; quibusdam stercore et cœno incessentibus, aliis 'incendiarium'[4 x] et 'patinarium'[y] vociferantibus, parte vulgi etiam corporis vitia exprobrante, (erat enim in eo enormis proceritas, facies rubida plerumque ex vinolentia,[5] venter obesus, alterum femur subdebile, impulsu olim quadrigæ, cum auriganti Caio ministratorem exhiberet,) tandem apud Gemonias[z] minutissimis ictibus excarnificatus atque confectus[6] est, et inde unco tractus in Tiberim. [18.] Periit cum fratre et filio, anno vitæ septimo et[7] quinquagesimo:[† a] nec fefellit conjectura[8] eorum, qui augurio, quod factum ei[9] Viennæ[b] ostendimus, non aliud portendi prædixerant, quam venturum in alicujus Gallicani hominis potestatem: siquidem ab Antonio Primo, adversarum partium duce, oppressus est, cui Tolosæ nato cognomen in pueritia *Becco*[10 c] fuerat. Id valet gallinacei rostrum.

nisi quod in una aut altera *subtecto*.—4 *Incendinar.* Medic. 1. Edd. Rom.—5 *Vinul.* Memm. *violentia* Edd. Rom. Cald. Paulo ante *rubicunda* Vind. 1. *alterum* deest Polit. Mox ante *exhib.* addunt *se* duo Torr. Pal. 1. 3. Cop. Vind. uterque, et Cort. seu Lys. probante Torr. sed contra sententiam Burm. Oud. Wolf. Paulo ante *aurigandi* Voss.—6 Marg. Gryph. *consect.* Mox *ad Tib.* Periz. Edd. Rom.—7 Copula deest Mss. fere O. et Edd. præter Steph. Pulm. et seqq.—8 Ita Memm. Dun. Medic. 3. Polit. Vind. 1. Cort. Fouc. Periz. Exc. Cuj. (in quibus deest *eorum*) probantib. Burm. Oud. Ern. cum Edd. Rom. Ven. 1. Vulg. *conjecturam* profluxit a Med. Ed. 1475. item Ven. 2. 3. Cald. Med. sec. ceterisque Beroaldi, &c. *in conjectura* Huls.—9 Non habet *ei* opt. Torr. Infra *hominis* abest a Cop.—10 *Becca* Periz. a m. pr. aliquot Torr. et Ed. Rom. sec. *Beco* in aliis, etiam Steph. *Becto* Vind. 2. Cort. Legit *Beccoc* Menag. in Etymol. Gall. voc. 'Cocq.' Denique *gallinacii* Periz. et Edd. sæc. xv.

NOTÆ

torem ejus fuisse respondit, ac deinde ingestis vulneribus concidit.'

x *Incendiarium*] Capitolii, cap. 15.

y *Patinarium*] Propter patinam illam, de qua supra ad cap. 13.

z *Gemonias*] De his in Tib. ad cap. 75. &c.

† A. U. C. 822.

a *Septimo et quinquagesimo*] Quem explebat, ut ait Tacitus III. Hist. Alii aliter, sunt enim qui tres annos detrahant: de quibus ii legendi, qui Fastos concinnarunt.

b *Factum ei Viennæ*] Supra cap. 9.

c *Becco*] Non gallinacei tantum, sed et alterius cujuscumque avis rostrum significat etiamnum hodie Gallis *bec*, Italis *becco*, ut Beroaldus, Germanis et Gallis *bek*, ut Torrentius et Glareanus testantur. De hoc Antonio Primo multa apud Tacitum et varia: homo fuit manu strenuus, sermone promtus, discordiis potens, raptor, largitor, pace pessimus, bello non spernendus, ut Vitelliano illo multis apparuit. Illius Antonii meminit Martialis lib. IX. epig. 101. lib. X. epig. 23. et 32.

T. FLAVIUS[1] VESPASIANUS AUGUSTUS.

REBELLIONE[2] trium Principum [a] et cæde incertum diu et quasi vagum imperium suscepit firmavitque tandem gens Flavia obscura illa quidem, ac sine ullis majorum imaginibus,[b] sed tamen Reipublicæ nequaquam pœnitenda; constet licet, Domitianum cupiditatis ac sævitiæ merito pœnas luisse. Titus Flavius Petro,[3] [c] municeps Reatinus,[d] bello civili Pompeianarum partium Centurio

1 Mss. Oud. carent τοῖς *T. Flavius*, nisi quod Vind. 2. Cort. dent *Vespas. Flavius Cæsar.*—2 *De rebell.* Fouc. Infra *pœnitentia const.* Voss.—3 Ita Cod. Glar. Memm. Dun. Medic. 3. Polit. Pal. 2. Pith. atque ediderunt Gron. Burm. Ern. Oud. Bip. seqq. In reliquis Mss. et Edd. vulgg. *Petronius*,

NOTÆ

[a] *Rebellione trium Principum*] Galbæ, Othonis, et Vitellii, quorum, quia incertum diu fuit imperium, ideo Cæsaribus illos quidam nolunt annumerandos; quod tyranni potius quam veri principes fuerint: sic enim rebelles appellandos hic probat Theodorus Marcilius.

[b] *Imaginibus*] Nobilitatis insignibus, de quibus in Aug. ad cap. 4.

[c] *Petro*] Torrentius in omnibus Mss. suis legit *Petronius*. Sed Glareanus hic et ex Pithœi codice Casaubonus emendarunt. 'Petrones fere rustici dicuntur,' inquit Festus, 'propter vetustatem, quod deterrima quæque ac prærupta .... jam agri petræ vocantur, ut rupices, iidem,' sive 'a petrarum asperitate et duritia dicti,' ut ait idem Festus.

[d] *Reatinus*] Reate Sabinorum oppidum, hodie *Rieti*.

an[4] Evocatus,[e] profugit ex Pharsalica acie, domumque[5] se contulit: ubi deinde, venia et missione impetrata, coactiones argentarias[f] factitavit. Hujus filius, cognomine Sabinus, expers militiæ (etsi quidam eum primipilarem;[6] nonnulli, cum adhuc ordines duceret,[g] sacramento solutum per causam valetudinis,[h] tradunt,) publicum[7] quadragesi-

unde *Petronianus* fecit Torr. Supra *merito* exulat a Vind. 1.—4 Comprobant hanc lect. Memm. Pith. Cuj. Dun. et Medic. 2. a m. pr. probantib. Lips. Græv. Casaub. Oud. Alii dederunt, *incertum sponte an evoc.* quod defendunt Grut. Marcil. Solam voc. *sponte* ejecit Gron. cum viro doct. in marg. Gryph. 1539. ediditque *incertum an evoc.*—5 Huls. *domum* sine *que.*—6 *Et quidam eum pilarem* Dun. Cuj. *siquidem eum* Ed. Camp.—7 Sabell. et Beroald. invitis

NOTÆ

[e] *An Evocatus*] Vulgati omnes legebant *incertum sponte, an Evocatus.* Casaubonus ex aliis manuscriptis emendavit: sic enim sæpe loquitur Suetonius, brevitatis amans, ut et supra Galbæ cap. 12. Claud. cap. 13. et infra cap. 6. quæ ἔλλειψις Tacito quoque familiaris, et ipsi Livio, qui lib. VIII. dec. III. 'ea suspicio vitio orationis an rei haud sane purgata est.' Quanquam certe in Aug. cap. 19. aliter locutus est Suetonius. Quod autem addit hic de missione, innuere videtur centurionem illum fuisse, non ex veteranis Evocatum: hi siquidem tunc voluntariam obibant militiam (ut in Aug. ad cap. 56. ubi de his paulo plura) nisi veniam illam dicas a Cæsare concessam, nec enim a Pompeio concedi potuit, utpote qui paulo post occisus est, ut in Jul. cap. 35.

[f] *Coactiones argentarias*] Argentarii auctionibus præerant, ut ex Ner. c. 5. colligas: iis aderant ministri, qui certa mercede, pretia rerum venditarum illorum nomine colligerent: qualis fuit Horatii pater, ut testatur ipse Satir. 6. lib. I. quem ad locum Acro: 'Coactores autem mercenarii eorum, qui habebant argentariam: sunt autem argentarii, qui habent summam rerum venalium,' &c. qui et coactores auctionales, et argentarii nuncupantur. Budæus prioribus in Pandectas annotationibus, pecuniis publicis præpositos sic distinguit. Præfectos autem ærarii hodie, ut arbitror, vocare possumus *generales financiarum*, qui etiam Quæstores vocitari possunt, quod munus olim Prætores prætoriique viri obibant (ut ex Suet. in Claud. cap. 29.) Tribunos vero ærarii, quos 'receptores generales' vocant, coactores dicebantur, qui nunc *receptores particulares*, ut apud Tranquillum in Vespas. quo loco non videntur coactores argentarii iidem esse cum iis, de quibus Bud. varii enim generis coactores fuere, ut auctionales, lustrales, &c.

[g] *Ordines duceret*] Legionis partes dicebantur ordines et numeri, qui varii pro variis Reip. temporibus. His qui præerant Centuriones, atque etiam ordinum ductores appellati. De Centurionibus supra in Jul. ad cap. 68. de primipilaribus in Tiber. ad c. 37.

[h] *Per causam valetudinis*] Quæ missio causaria dicebatur, ut supra in Jul. ad cap. 7.

mæ [i] in Asia egit; manebantque [8] imagines a civitatibus ei positæ sub hoc titulo, *ΚΑΛΩΣ ΤΕΛΩΝΗΣΑΝΤΙ.*[k] Postea fœnus apud Helvetios [9] [l] exercuit, ibique diem obiit, superstitibus uxore Vespasia Polla, et duobus ex ea liberis: quorum major Sabinus ad præfecturam [m] Urbis, minor Vespasianus ad principatum [10] usque processit. Polla, Nursiæ [n] honesto genere orta, patrem habuit Vespasium Pollionem,[o] ter Tribunum militum, Præfectumque castrorum; [p] fratrem [1] Senatorem prætoriæ dignitatis. Locus etiam nunc ad sextum milliarium a Nursia [2] Spoletium

Codd. reposuerunt *publicanum*, quos Steph. est secutus.—8 Lips. ad Tac. Ann. XIII. 52. mutandum censuit in *manlantque* vel *monebantque*, Casaub. in *manent hodieque*, quod probavit Oud. Tuentur vulg. Ern. et Baumg. —9 *Helvitios* Medic. Voss. Cuj. *Hetios* Vind. a m. pr. Cort. *Helveticos* vel *Elveticos* unus Torr. cum Ed. Camp. Placet Torr. *Illurios* ex alio Ms.—10 *Principatumque* Huls. Mox *Vespasianum Poll.* Vind. 1. Periz. Duo. Edd. sæc. XV. Junt. Lugd. Ald. Arg. Steph. *Vespasanum* Vind. 2.—1 Vulgo *fratremque*. Sine copula exhibent Memm. Medic. Polit. Vind. Cort. Cop. astipulante Oud. eum seqq. Tum *nunc* abest a Memm. Vind. 2. Cort. Fouc. Cop. Huls.—2 *Nursa* Vind. 1. Statim *Spoletium* habent Memm. Medic. opt. Torr.

NOTÆ

[i] *Publicum quadragesimæ*] Beroald. et Sab. legunt *publicanum*, ut sit sensus, Publicanum in Asia fuisse Sabinum hunc: quod et innuere videtur inscriptio, sed deest codicum auctoritas. Publicum agere, h. e. vectigal colligere, ut Vitel. cap. 7. 'publica intervertere,' supple vectigalia, &c. Quadragesima, hæc est, rerum venalium, quam sibi Princeps arrogabat, ut supra in Calig. cap. 16. &c.

[k] Καλῶς τελωνήσαντι] H. e. *ei, qui bene tributum exegit*, potest etiam intelligi, *qui bene publicanum egit*.

[l] *Helvetios*] In uno libro Torrentius legit *Helveticos*, in altero *Illurios*. Sed quid si *Helveticos* retinuerint, ut de exercitibus in Helvetia degentibus intelligant?

[m] *Sabinus ad præfecturam*] Ad hanc evectus fuerat a Nerone. De hoc Sabino paulo supra in Vitel. cap. 15.

[n] *Nursiæ*] In Umbria, quæ hodie Ducatus Spoletinus, civitas hodieque *Norcia*.

[o] *Vespasium Pollionem*] Plutarchus in Othone, sub finem, inter Othonianos duces Pollionem quendam annumerat.

[p] *Præfectumque castrorum*] De hoc munere Vegetius lib. II. c. 10. 'Erat castrorum præfectus, licet inferior dignitate; occupatus tamen non mediocribus causis, ad quem castrorum positio, valli et fossæ destinatio pertinebat, tabernacula vel casæ militum, cum impedimentis omnibus metu ignis curabantur. Præterea ægri, contubernales medici,' &c. omnia denique ad castrorum tutamen et necessitates pertinentia, ne quid in illis deesset; denique concludit, 'Hic post longam probatamque militiam, peritissimus omnium legebatur,' quod etiam colligas ex hoc loco: Pollio siquidem ille Tribunus militum ter fu-

euntibus in monte summo appellatur Vespasiæ:[3] ubi Vespasiorum complura monumenta extant, magnum indicium splendoris familiæ et vetustatis. Non negaverim, jactatum a quibusdam, Petronis[4] patrem e regione Transpadana fuisse mancipem operarum,[q] quæ ex Umbria in Sabinos[r] ad culturam agrorum quotannis commeare soleant;[5] subsedisse autem in oppido Reatino, uxore ibidem ducta. Ipse ne vestigium quidem de hoc, quamvis satis curiose inquirerem, inveni. [2.] Vespasianus natus est in Sabinis[6][s] ultra Reate, vico modico, cui nomen est Phalacrine,[7] quintodecimo Kalendas Decembris, vesperi,[8] Q. Sulpicio[t]

Edd. Ven. 1. Burm. Oud. &c. In ceteris *Spoletum.*—3 *Vespasianæ* Dun. Medic. 2. Vind. 1. Voss. et Fouc. in quo mox *judicium.*—4 Servant *Petronis* hoc loco Dun. Viterb. Pal. tr. Hula. Cuj. Memm. Medic. Polit. et jam ediderat Casaub. cum aliis. Vulg. *Petronii* profluxit a Beroaldo cum Mss. nonnullis sic corrigente, cum antea ederetur *Petronium*, ut in Periz. Fouc. a m. sec. *Petronum* Vind. 1. Torr. corr. *Petroniani.*—5 Sic Memm. Medic. Dun. Polit. Vind. 1. Cop. Cuj. Fouc. a m. sec. Receperunt Oud. Wolf. Vulgo *solerent*, quod unice verum censuit Ern. Citat Budæus *solent*. Supra *municipem* Fouc. Mox *ibidem deducta* Edd. Rom. cum Periz.—6 Mss. O. et Edd. Vett. *Samnis*, *Sannis*, vel *Samniis*, nisi quod *Samis* Junt. Lugd. Arg. *Sabinis* correxit Turneb. Adv. XXII. 16. et ante eum Sab. et Beroald. ita ediderunt. Dein *Reate* exhibuerunt Rom. Ald. Steph. Casaub. &c. cum Memm. Medic. 3. Dun. Vind. utroque, Periz. Hula. In ceteris Edd. *Reatem* vel *Reaten.*—7 *Phalacrinæ* Memm. Medic. 3. ut volebat Cuj. *Pherinæ* Vind. 2. Medic. 2. a m. pr. *Phærinæ* Dun. *Phalacrino* Cluv. Ital. Ant. p. 687. 689. *Falacrine* Wesseling. ad Antonin. Itin. p. 307.—8 *Vesperique Sul.* Cuj. Vind. uterque. Dein *Pompeio Sab.* Mss. Pulm. Vind. Cort. Periz. Fouc. Edd. sæc. XV. et

NOTÆ

erat, ut recte doceret alios, quod ipse cum laude fecisset.

[q] *Mancipem operarum*] Qui mercenariorum operas redemtas aliis elocabat, lucri sui causa. Cicero in prætura urbana, 'si res abiret ab eo mancipe, quem ipse opposuisset,' mancipem illum dicit, qui tecta reparanda redemerat. Sensus igitur est, conductos a Petrone operarios in Umbria, quos postea majore mercede in Sabinis elocabat. Mancipes quoque dicebantur, qui a publicanis decumas aut pascua publica redimebant ad quæstum suum, quales dicuntur nobis *sousfermiers*.

[r] *Ex Umbria in Sabinos*] Quales etiamnum hodie videmus Lemovices et Sabaudos, aliosque bene multos, certis anni tempestatibus in vicinas regiones commigrare, et lucri causa suam operam elocare.

[s] *In Sabinis*] Libri Mss. *Samniis*, et *Samnis*, hinc Turnebi conjectura, *Savinis* pro *Sabinis* scriptum fuisse, atque ita legi debere. Quam sententiam firmat Eutropius; sic Torrentius.

[t] *Q. Sulpicio, &c.*] Qui annus Urbis fuit 762. Christi 10.

Camerino, C. Poppæo Sabino Consulibus, quinquennio ante, quam Augustus excederet: educatus sub paterna avia Tertulla, in prædiis Cosanis.[9] [u] Quare Princeps quoque et locum incunabulorum[10] assidue frequentavit, manente villa, qualis fuerat olim, ne quid scilicet oculorum consuetudini deperiret: et aviæ memoriam tanto opere dilexit, ut solennibus ac festis diebus pocillo[1] [v] quoque ejus argenteo potare perseveraverit. Sumta virili toga,[2] [w] latum clavum, quanquam fratre adepto, diu aversatus est; nec, ut tandem appeteret, compelli, nisi a matre, potuit. Ea demum extudit,[3] magis convicio, quam precibus vel auctoritate, dum eum identidem per contumeliam anteambulonem [x] fratris appellat. Tribunus[4] militum [y] in Thra-

alim. *Pupeo* Medic. 3.—9 *Consanis* unus Torr. Vind. 1. Peris. Edd. Rom. Ven. Lugd. *Causanis* Medic. 1. Item *præsidiis* pro *prædiis* Cuj. et Ms. Lips.—10 *Cunabulor.* Medic. 2. Cuj. Dun. Lips. *incunabulo* Memm. Voss. Mox *fuerit* Medic. 3. Cop. *ne quid ocul.* omisso *scilicet*, Fouc. *et quid sc.* Camp.—1 Sic Steph. et Casaub. e suis et Torr. libris ediderunt cum seqq. pro *poculo*. Confirmatur a Medic. Polit. Cuj. Voss. cum marg. Gryph. *quoque* deest Vind. 2. *quoque poculo* dat Cort.—2 Vulgo *toga vir.* Illum ord. præbent Memm. Dun. Medic. 1. 3. Vind. Peris. Edd. Rom. ideo admisit Oud. Tum *fr. ademplo* Vind. Cort. Peris. Fouc. Ed. Cald. et *adversat.* Cort. Edd. sæc. xv. Bon.—3 *Excutit* Vind. 1. Cort. Ed. Camp. *excussit* Vind. 2. Periz. a m. pr. Torr. unus, Ed. Rom. sec. *extulit* Memm. Cop. Peris. in marg. Edd. Ven. tr. Corr. Beroald. Supra *ut* abest ab Edd. Sab. Cald. nisi a Vind. 1. Dein in eodem *ante ambulacionem.*—4 Ita reperit in quibusdam Codd. Glareanus, comprobarunt Torr. Duk. Marcil. Oud. Brem. recepit in contextum Wolf. *Tribunatum* reposuerunt Græv. et Burm. cum Mss. O. et Edd. vulgg. *tribunatu* præfert

NOTÆ

[u] *Cosanis*] Alii *Consanis*, male: Consa enim in Hirpinis longe a Cosa, quæ quondam in Etruria, hodie excisa: non procul ab *Alsidonia* est: et *Cosa* Hernicorum in Latio, hodieque *Cosa*.

[v] *Pocillo*] Vulgati *poculo*.

[w] *Virili toga*] Vide in Claud. ad cap. 2. &c. et in Aug. ad cap. 38.

[x] *Anteambulonem*] Is est proprie, qui officii sui gratia principem ambulando præcedit, quod iis quoque tribuitur per contemtum, qui potentioribus adulantes, id illis officii serviliter exhibebant. Martial. Epig. 18. lib. II. 'Sum comes ipse tuus, tumidique anteambulo regis.' Beatos enim illos reges quoque suos vocabant, de quibus plura apud Martial. Epig. 74. lib. x. Juven. Satir. VII. et x. &c.

[y] *Tribunus* [*Tribunatu*] *militum*] Torrentius scripsit *tribunatum*, ut intelligatur virtute sua dignitatem illam adeptus; alii aliter: quæ lectionum varietas inde orta videtur, quod cum Suetonius scripsisset *trib. mil.* alii *tribunatum*, alii *tribunatu*, alii *tribunus* descripserunt. De hoc munere

cia meruit. Quæstor Cretam et Cyrenas provinciam[5] [a] sorte cepit. Ædilitatis ac mox præturæ candidatus, illam non sine repulsa[a] sextoque loco[b] vix adeptus est: hanc prima statim petitione, et in primis. Prætor, infensum Senatui[6] Caium[c] ne quo[7] non genere demereretur, ludos extraordinarios[d] pro victoria ejus Germanica[e] depoposcit, pœnæque conjuratorum[f] addendum censuit, ut insepulti projicerentur. Egit et gratias ei[8] apud amplissimum ordinem, quod se honore cœnæ[g] dignatus esset. [3.] Inter

Lips. edididitque Casaub. cum seqq. item Ern. Bip.—5 *Provincias* opt. Torr. Paulo ante *Cyrneas* Ed. Camp.—6 Hæc est emendatio Duk. quam Wolf. et Brem. commendaverunt. Vulg. *Ædil. ac mox pr. candidatus, etiam non sine repulsa, sextoque l. v. a. est. Ac prima s. petitione, et in primis Prætor, infensus Senatui, C. &c.* Ern. in Exc. ad h. l. ita corr. *Quæstor, &c. sorte cepit; ædil. mox ac pr. candidatus. Et illum non s. r. s. l. v. a. est; at prima s. p. et in primis, Prætor, infensus Sen. &c.* Duk. fere secutus est Oud. nisi quod transpositis verbis: *illam non sine repulsa, sextoque vix adeptus est loco*, fide Medic. 1. 3. Polit. Vind. 2. Periz. Huls. Cop. et Edd. Rom. accedente Fouc. Pro *etiam*, quod retinent Mss. O. *ædilitatem* conj. Glar. *sed eam* Lips. *eam* Pighius Ann. I. 3. *illam* Torr. quam conjecturam recepit Casaub. et seqq. Omnes quoque Mss. *ac pr.* E Glar. et Torr. sententia *at* receperunt etiam Casaub. Græv. pr. Schild. probante Lips. Ceterum *infensum Sen.* pro *infensus Sen.* legendum esse, ante Duk. monuerunt Lips. Pigh. ad Ann. t. III. p. 569. astipulantib. Grut. Oud. al. Vide Comm. ad h. l.—7 *Nequeo* Fouc. Mox *demeretur* uterque Vind. Cuj. *Germania* Fouc.—8 *Ei* deest Periz. Harlem. Edd. Med. pr. Sab. Cald. *eis* Junt. Lugd. Ald. Seb. Gryph. Col. Infra *dign. est* Fouc. Har-

NOTÆ

in Jul. ad cap. 5. ut de quæstura ad cap. 6. ibid. et Claud. ad cap. 24.

[z] *Provinciam*] Torrentius in optimo lib. legit *provincias*, quod videtur melius: magno enim intervallo dissitæ sunt, quanquam et uni jam ante commissam utramque dicat Appianus. De Cyrene, quæ et Pentapolis, supra in Claud. ad cap. 42.

[a] *Illam non sine repulsa*] Hoc est, ædilitatem: vulgati omiserant *illam*.

[b] *Sextoque loco*] Sex erant Ædiles, ut supra in Jul. ad cap. 10. notatum est.

[c] *Caium*] Caligulam.

[d] *Extraordinarios*] Ædilium et Prætorum impensa fiebant ordinarii ludi, ut lib. I. cap. 10. est notatum. Sed initio vel in fine magistratus: quod si medio tempore, aut aliam ob causam, quam ob magistratum suum, ii tunc extraordinarii.

[e] *Germanica*] In Calig. cap. 43.

[f] *Conjuratorum*] De conjuratione Lepidi in Calig. cap. 24. Horum corpora projiciebantur, vel unco trahebantur in Gemonias, ut supra in Ner. cap. 53. in Tib. 61. et 75. &c. hinc etiam in Tiberim, ut supra ibid. et infra cap. 19.

[g] *Honore cœnæ*] In Calig. cap. 39. qui honos eo major, quod alio tempore nullo sedenti fas sit alloqui Principem, quæ pluribus prosequitur Statius Silv. 2. lib. IV. Divinæ quandoque dicuntur ejusmodi epulæ,

hæc Flaviam Domitillam[9] duxit uxorem, Statilii Capellæ, Equitis Romani, Sabratensis[10 h] ex Africa, delicatam[11 i]

lem. Cort. Vind. uterque, et Edd. sæc. xv. exceptis Beroald.—9 *Domicillam* plures Mss. et Edd. Vett. Dein *Statili* Memm. Medic. 3. *Scatilii* Ed. Camp. —10 Ita dedit Pulm. e Turneb. Adv. xxii. 16. cum Memm. Medic. 1. Voss. aliisque. *Sabriatensis* Cuj. *Sabiatensis* Dun. *Scabatensis* Cop. *Sabraceni* Periz. Harlem. Edd. Rom. sec. Ven. Bon. *Sabracensis* duo Torr. Fouc. et multi cum Edd. Ald. Bas. Gryph. Steph. *Satabracensis* Junt. Lugd. Arg. Torr. conj. *Tabracensis*.—1 Ita restituit Turneb. Adv. xxii. 16. et habet Memm. a m. pr. probantib. Lips. Grut. Gron. Oud. seqq. *deligatam* Cod. Pith. Pal. 2. Medic. 3. Fouc. Ceteri *delegatam* cum Edd. O. ad Plant. et Torr. *delegatum* Edd. Schild. postt. Torr. conj. *libertam delegatam olim*, vel *Statilio, &c. delegatam*, omisso voc. *libertam*. Marcil. *libertam olim Lat.* Statim *Libertinæ*-

NOTÆ

Martial. Epig. 39. lib. viii. et Epig. 93. lib. ix. &c.

h *Sabratensis*] Vulgati varie legebant *Sabraceni*, *Tabraceni*, *Sabracensis*. Torrentii Mss. *Scabratensis* et *Subratensis*, qui tamen secutus est emendationem Pulmanni ex Turnebo. Sabrata est Africæ colonia et oppidum, hodie *Rakianabes*, vel *Saxambis*, ut aliis placet. Ut sua coloniis et municipiis Respublica, quæ Romanam quodam modo referebat, ut supra in Aug. ad cap. 46. ita et sui in illis ordines, senatorius nempe, equestris, plebeius. Sed illi Equites dicti sunt Municipales, non Romani, nisi et Romanum equestrem gradum adepti forent, qualis ille, de quo hic sermo est.

Delicatam [*delegatam*] Sic vulgati ac Viterbiensis et Lislæi codices. Petrus Pithœus in suis Adversariis lib. ii. cap. 9. legit *deligatam*, ut scilicet ea non ancilla modo, sed ex iis etiam fuerit, quæ vinciuntur, quales Columellæ lib. i. cap. ultimo, dicuntur alligati: 'vineta ut plurimum per alligatos excoli.' De hujusmodi servis in Ner. ad cap. 31. ubi de custodiis. Ex qua miseria postmodum emersisset ad Latinitatem, quod Turnebo Adversar. lib. xxii. cap. 15. ubi substituit *delicatam*, quo sensu dicenda foret, in deliciis fuisse Statilio illi. In Tit. enim cap. 7. 'delicati' simpliciter dicuntur pueri infames, verum quis credat talem uxorem a Vespasiano ductam? Optime legisse videtur Theodorus Marcilius *libertam olim Latinæque conditionis, sed mox ingenuam et civem Romanam*. Libertæ opponit ingenuam, Latinæ conditioni civem Romanam. Aurelius Victor libertam tantum dicit. Quia tamen plures vulgatam retinuere, sensus hic erui posse videtur, ut Statilio illi clam delegata, hoc est, ejus curæ vel custodiæ demandata quondam intelligatur, ut Othoni Poppæa Sabina: in Oth. cap. 3. quasi fuisset Latinæ conditionis, quo accepto, illius pater eam asseruerit in ingenuitatem, de qua in Aug. ad cap. 74. tali cum prærogativa natam probando apud judices. Quo posito, jura ingenuitatis illi manebant inconcussa, 'sæpissime enim constitutum est, natalibus non officere manumissionem,' ut ait Imperator, Instit. de ingenuis, § cum autem: unde legendum esset *Statilio*, quia raro ceteræ voces scribuntur integræ, sic, *Statilio eq. Rom. Sabrat.* ut ait Torrentius.

olim, Latinæque conditionis, sed mox[2] ingenuam et civem Romanam recuperatorio judicio[k] pronuntiatam, patre asserente Flavio Liberali,[3] Ferenti genito, nec quicquam amplius quam quæstorio scriba.[l] Ex hac[4] liberos tulit Titum, et Domitianum, et Domitillam. Uxori ac filiæ superstes fuit, atque utramque adhuc privatus amisit. Post uxoris excessum, Cænidem, Antoniæ[m] libertam et a manu,[5][n] dilectam quondam sibi, revocavit[6] in contubernium,[o] habuitque etiam Imperator pæne justæ uxoris loco. [4.] Claudio Principe, Narcissi[p] gratia[7] Legatus legionis in Germaniam missus est: inde in Britanniam translatus,

que Cuj.—2 *Mox* abest ab Edd. Rom. Dein *reciperat.* Memm. Medic. 2. 3. Voss. *nunciatam* Medic. 1. *pronunciata* Medic. 3.—3 *Liberale* Mss. O. et Edd. sæc. xv. item Bon. Casaub. Gron. Burm. Ern. Bip. probante Oud. in notis, sed in textu *Liberali* cum Wolf. relinquente. Vind. 1. *naturale liberale.* Tum *Ferenti* præbent duo Torr. Pith. Urs. Lips. Cop. Periz. Voss. Cuj. Dun. Memm. Fouc. et O. Oud. cum Edd. Rom. Med. pr. Mutavit Sab. in *Ferentini*, quod defendit Torr. et retinet Burm.—4 Desiderantur *ex hac* in Vind. 1. Tum *Domicillam* rursus Fouc. *adhuc utramque* Periz. Harlem. et Edd. ante Casaub. præter Steph.—5 Sic corr. Sabell. cum in Edd. Rom. legeretur *lib. adamavit dil.* unde Beroald. et alii formarunt *adamavit et a man. dil.* ut in Edd. Bon. Arg. Junt. Bas. Lugd. Ald. conspicitur. *Adamavit a man.* Harlem. Periz. *et amavit* Nonn. Vind. 2. Cort. Fouc. Suasit Torr. *lib. a man.* suffragante Marcil.—6 *Revoc. sibi* Vind. 2. Cort. *etiam Imp.* desunt Medic. 1.—7 *Narc. in gratiam* Fouc. *grati* Dun. Cuj. Mox *inde Brit.* Memm. ejecto *in.* Omnia *inde in Br. transl.* desunt Periz. et Edd. Rom. Contra *est* additur in Vind. 2.

NOTÆ

[k] *Recuperatorio judicio*] Dato a Recuperatoribus, de quibus in Ner. ad cap. 17.

[l] *Quæstorio scriba*] De scribarum decuriis, in Claud. cap. 1. singulis enim magistratibus sui scribæ, ut ædilitii, quæstorii, prætorii, &c.

[m] *Antoniæ*] An majoris, an minoris, de quibus in Calig. cap. 1. et 10. et Ner. cap. 5. non distinguit: fuit etiam tertia Antonia, Claudii principis filia, de qua in Claud. cap. 27.

[n] *A manu*] Hinc patet, fœminis ut nomenculatores servos, de quibus in Aug. ad cap. 19. ita et amanuenses ancillas fuisse, quemadmodum viris: in Ner. cap. 44. et Jul. cap. 74. &c.

[o] *Contubernium*] Hanc vocem jureconsulti opponunt matrimonio, ad l. xi. § 1. ff. ad l. Jul. de adult. diciturque proprie de servi cum serva cohabitatione, cum apud Romanos nulla servis essent jura connubiorum, ideo sic appellari placuit illorum conjunctionem, ad similitudinem militum, quorum qui simul habitant, contubernales dicuntur, ut in Jul. ad cap. 2. et 42. quanquam et de quavis cohabitatione contubernium dixit, Calig. cap. 10. et Ner. cap. 31.

[p] *Narcissi*] Gratiosi liberti, de quo in Claud. cap. 28. et 37.

tricies[8] cum hoste conflixit. Duas validissimas gentes, superque viginti oppida, et insulam Vectem,[q] Britanniæ proximam, in ditionem[9] redegit, partim Auli Plautii[10] [r] Legati consularis, partim Claudii ipsius ductu. Quare triumphalia[s] ornamenta, et in brevi spatio[1] duplex sacerdotium accepit: præterea consulatum, quem gessit per duos novissimos anni menses: medium tempus, ad proconsulatum usque, in otio secessuque egit, Agrippinam[t] timens, potentem adhuc[2] apud filium, et defuncti quoque Narcissi amicos perosam. Exin[3] sortitus Africam, integerrime nec sine magna dignatione[u] administravit; nisi quod Adrumeti,[4] seditione quadam, rapa[v] in eum jacta

Cort. Fouc. Ed. Cald.—8 Dubitat Casaub. an legend. ex Eutrop. VII. 13. *tricies et bis*, sed *tricies* constanter h. l. Mss. Pro *Vectem* Vind. 2. Cort. *Vercem*, Fouc. *Nectem*.—9 Ita Memm. Medic. Polit. Vind. Cort. Cuj. Fouc. Edd. Bas. Steph. Burm. Ern. Oud. et seqq. Vulgo *deditionem*, nisi quod *deditione* Ven. 1. Cf. Cæs. cap. 34.—10 *Plauti* Memm. Cop. Medic. 1. 3. Corsend. *Palatii* Harlem. *Palatini* Dun. Periz. Voss. Edd. Rom. Ven. Junt. Lugd. *Plantii* Bas. pr. Sab. Gryph. Col. *Plautini* Cuj. Statim ordinem mutavit Oud. auctorib. opt. Torr. Pal. tr. Medic. 1. 3. Dun. Cuj. Voss. Al. *cons. leg*. Fouc. non habet *Plautii*.—1 Hanc vocum positionem firmant Memm. tres Torr. Pal. tr. Cop. Fouc. Cuj. Periz. Harlem. cum Mss. Oud. et Edd. Rom. Al. *in sp. br.* Omittit *brevi* Arg.—2 *Adhuc* exulat ab Huls. et Cop. qui et habet *amici*, ut et Medic. Vind. 1. Cop. Cuj. (in quo *et* ante *def.* deest) Ed. Ven. 1. Supra *petentem* Huls.—3 *Exim* Memm. *exinde* Vind. 1. Periz. Harlem. Edd. sæc. XV. Bon. Lugd. al. Mox *indignat*. Pal. 2. Fouc. Edd. Med. pr. Cald. cum Periz. Harlem. sed punctis in istis duob. Codd. sub *in* positis. V. ad Cæs. cap. 4.—4 *Hadr.* Medic. 1. 3. Postea *jacta sint* Fouc. Mox *labefactata*

NOTÆ

[q] *Insulam Vectem*] Vectis seu Vecta est insula oræ Australi Angliæ proxima, hodie *Wight*.

[r] *Auli Plautii*] Supra in Claud. cap. 24. De consularium et proconsularium provinciarum ab Augusti temporibus discrimine, supra in Aug. ad cap. 47.

[s] *Triumphalia*] Quid ea sint, in Tib. ad cap. 9. et 20.

† A. U. C. 804.

[t] *Agrippinam*] Neronis matrem.

[u] *Dignatione*] H. e. honore, quo confirmari posset eadem lectio in Jul. ad cap. 4. Tacitus Annal. II. invidiosum ejus in Africa proconsulatum fuisse dicit; sed occasione forte illius contumeliæ, qua affectus est Adrumeti, quæ civitas hodie *Toulba*, sive *Mahometta*. Cui accedit etiam, quod amorem semper non conciliat integritas; cum et a Vitellio favorabilem ibidem proconsulatum gestum referat idem Tacitus.

[v] *Rapa*] Simile quid in Claud. cap. 18. Quemadmodum igitur flores omnis generis et fructus in eos mittebant, quos honore volebant affectos, ita e contrario fimum, lapides, lutum, &c. Cujus moris indicium extat lib.

sunt. Rediit certe nihilo opulentior, ut qui, prope labefacta jam fide, omnia prædia fratri obligarit,[5] necessarioque ad mangonicos quæstus[w] sustinendæ dignitatis causa descenderit: propter quod vulgo Mulio vocabatur. Convictus quoque dicitur, ducenta sestertia[x] expressisse juveni, cui[6] latum clavum[y] adversus patris voluntatem impetrarat, eoque nomine graviter increpitus. Peregrinatione Achaica[z] inter comites Neronis,[a] cum, cantante eo, aut discederet sæpius, aut præsens obdormisceret,[7][b] gravissimam contraxit offensam: prohibitusque non contubernio modo, sed etiam publica salutatione, secessit in parvam ac deviam civitatem, quoad[8] latenti etiamque extrema metuenti provincia cum exercitu oblata est. Percrebruerat Oriente toto vetus et constans opinio, esse in fatis, ut eo tempore Judæa[9] profecti[c] rerum potirentur. Id de Im-

Memm. Medic. 2. Voss. Edd. Bas. &c. usque ad Scriv. aliæque.—5 *Obligaret* Medic. Polit. Vind. Fouc. Cort. Harlem. Cop. Huls. Voss. et Edd. sæc. xv. pluresque. Periz. *obligavit*, Cuj. *obligaverit*, quidam Torr. *obligarat*. Tum *descenderet* Huls. Vind. 2. Cort.—6 *Qui* Memm. Medic. Dun. Polit. Cort. Pulm. Fouc. et quatuor Burm. cum Edd. sæc. xv. præter Beroaldi, qui correxit *cui*, ut jam in Sab. quoque comparet nota. Mox *impetraret* Vind. 2. Cort. Fouc.—7 *Addorm.* Harlem. *abdorm.* Edd. Ven. 1. 2. *condorm.* Fouc. Dein *satisfactione* pro *salutatione* Medic. 2. a m. pr. Dun. Voss. *functione* vel *satisfactione* Cuj.—8 *Quod lat.* Harlem. Edd. Sab. Cald. *etiam extr.* Periz. Edd. Rom. quod non improbet Oud. si cum Boxh. dividas *et jam.*—9 *Judæam* Voss. Vind. 1. Dein vulgo *postea eventu patuit*, sed *post. ev. paruit* reposuit Oud. et seqq. tum ex aliorum, tum ex suis Mss. *paruit* quoque Viterb. Pith. Pal. 1.

NOTÆ

I. ff. de extraord. crimin. 'fit injuria contra bonos mores, si quis fimo corrupto aliquem perfuderit, cœno, luto oblinuerit, aqua spurcaverit,' &c. quod et patet cap. sequenti.

[w] *Mangonicos quæstus*] Qui parantur vendendis servis: de mangonibus in Aug. ad cap. 69. et 42. &c.

[x] *Ducenta sestertia*] 8750.l.

[y] *Latum clavum*] Dignitatem senatoriam, vide in Aug. ad cap. 34. et 38. et Jul. ad cap. 45. sive equestrem laticlaviam, ut aliis placet.

[z] *Peregrinatione Achaica*] In Ner. cap. 19. et 51.

[a] *Comites Neronis*] De comitibus in Tib. ad cap. 46.

[b] *Obdormisceret*] Quod multis exitio fuit: Ner. cap. 23.

[c] *Judæa profecti*] Ejusdem oraculi meminere Tacitus lib. v. Hist. et Josephus lib. vi. cap. 31. quod de Christo Domino intelligendum, et a Prophetis Judaicis profectum refert Hegesippus lib. v. cap. 44. Non vero ex Carmeli montis sortibus, de quibus cap. seq. ut dicit Orosius lib. vii. c. 9.

peratore Romano, quantum postea eventu paruit,[d] prædictum, Judæi ad se[10] trahentes, rebellarunt: cæsoque Præposito, Legatum insuper Syriæ consularem suppetias ferentem, rapta aquila, fugaverunt. Ad hunc motum comprimendum cum exercitu ampliore, et non instrenuo[1] duce, cui tamen tuto tanta res committeretur, opus esset, ipse potissimum delectus est, ut et[2] industriæ expertæ, nec metuendus ullo modo ob humilitatem generis ac nominis. Additis igitur ad copias duabus legionibus,[3] octo alis,[e] cohortibus decem, atque inter Legatos majore filio assumto, ut primum provinciam attigit, proximas quoque[4][f] convertit in se, correcta[5] statim castrorum disciplina, unoque et altero prælio tam constanter inito, ut in oppugnatione castelli[g] lapidis ictum genu, scutoque sagittas[6] aliquot exceperit. [5.] Post Neronem Galbamque, Othone atque[7]

Medic. tr. Voss. *paruit prædict.* Edd. Græv. Burm. aliæque.—10 *A se* Huls. qui et *rebellare.* Mox Lips. legend. censuit, invitis Mss. *Gessiumque præpositum;* et in notis postumis *Cæsium* vel *Cestium Gallum* voluit reponi.—1 *Et strenuo* Harlem. Edd. Camp. Ven. tr. Postea *tum* Vind. 1. pro *tamen.* In eodem *committentur.* Medic. 1. *committerentur.*—2 Vulgo *et ut,* contra Mss. et Edd. Rom. Steph. Casaub. ejusque sequaces. Statim *industriæ expertus* edidit Casaub. Schild. &c. cum aliquot Mss. inter quos Fouc. probante Perizon. ad Sanct. Minerv. p. 169. In Memm. *industria experti.* Medic. 1. 3. Vind. 2. Viterb. Cort. Huls. *industria expertus.*—3 *Add. quoque duab. ad cop. leg.* Fouc. Vind. 2. Cort. Tum *aliis* Vind. 2. Edd. Ven. Cald. Græv. min. *uni aliis* Harlem. Dein *primam* Ed. Camp.—4 Post *quoque* addunt *civitates* Harlem. Periz. Edd. Med. pr. Sab. Beroald. Cald. Junt. Lugd. Ald. Bas. Arg. et al. *proximasque conv.* Ven. 1. *proximas quasque civitates* marg. Gryph.—5 *Correpta* Huls. Vind. 2. Cort. *statim* deest Fouc. Mox *unoque et alt.* dederunt Ern. Oud. Bip. auctoritate Cod. Urs. Medic. 1. 3. Polit. Vind. 2. Lys. sive Cort. Cop. Voss. ut conj. Torr. probavitque Græv. *uno et alt.* Fouc. Vulgo *uno quoque et.*—6 Memm. *ictu genu scuto sagittasque.* Græv. conj. *ictus g.* sed tunc *lapide* etiam legendum monuit Burm. Pro vulg. *scuto,* exhibuerunt Oud. Ern. &c. *scutoque,* auctorib. duob. Torr. Medic. 3. Vind. 2. Cort. Cop. Fouc. —7 *Ac Vit.* opt. Torr. et Medicei. *Othone* deest Harlem. Habet *et Oth. et*

NOTÆ

[d] *Paruit* [*patuit*] Ex Mss. Casaubonus emendat *paruit.*

[e] *Octo alis*] Equitum, de quibus in Claud. ad cap. 25. Tib. cap. 30. et Aug. cap. 38. de cohortibus, in Jul. ad cap. 31.

[f] *Proximas quoque*] Provincias scilicet. Vulgati addebant *civitates,* sed Josephus auctor est, Orientem totum ejus admiratione commotum.

[g] *Castelli*] Jotapatæ, ut ait Josephus lib. III. cap. 16. et Hegesippus lib. III. cap. 12. hodie dicitur *Syria.*

Vitellio de principatu certantibus, in spem imperii venit, jam pridem sibi [8] per hæc ostenta conceptam. In suburbano Flaviorum quercus antiqua, quæ [9] erat Marti sacra,[h] per tres Vespasiæ [i] partus, singulos repente [10] ramos a frutice [k] dedit, haud dubia signa futuri cujusque fati: primum, exilem et cito arefactum; [1] ideoque puella nata non perannavit: secundum, prævalidum ac prolixum, et qui magnam felicitatem portenderet: [2] tertium vero, instar arboris.[l] Quare patrem Sabinum [m] ferunt, haruspicio insuper confirmatum, renuntiasse matri,[n] 'nepotem ei Cæsarem genitum:' nec illam quicquam aliud,[o] quam cachinnasse, mirantem, 'quod adhuc se mentis compote deliraret jam filius suus.' Mox, cum Ædilem eum C. Cæsar, succensens [3] curam verrendis viis[p] non adhibitam, luto jussis-

Vit. Huls.—8 Suboffendit Ern. *sibi*, qui conjicit *concitam*, vel *concitatam*, vel *commotam*, pro *concept*. Adversantur ei Oud. et Wolf.—9 *Quæ* abest a Medic. 1. 3. Polit. Edd. Casaub. Schild. *erat quæ* Memm. In opt. Cod. *quæ erat* deesse testatur Torr. et insititia putant Ern. Oud. *erat M. sacra, quæ per* Edd. Gron. Græv. pr. In vulgatis est *sacrata*, sed *sacra* agnoscunt Medic. Vind. uterque, Polit. Periz. Cuj. Voss. Edd. Rom. Steph. Burm. Ern. Oud. et seqq.—10 Exulat *repente* ab aliquot libris Torr. Medic. 1. 3. Cop. Tum conj. Lips. *ramos et frutices*, Cent. II. ad Belg. Ep. 53. sed in notis *ramos ex frutices*, probante Casaub. Suasit Cuj. *a fomite*, Burm. *a radice*, quod Ern. valde arrisit. Aurel. ad Tac. Ann. I. corr. *surculos rep. ramosa frutice*. Vulg. propugnant Oud. Wolf. Baumg. aliique. Ceterum *a fruclice* Harlem. Ed. Ven. 1.—1 *Raref.* Vind. 2. Mox *perannuavit* Vind. 2. Cort. Edd. Sab. Cald. *perennavit* Med. sec. Par. *peramavit* Fouc. *perornavit* Medic. 1. a m. pr.—2 *Protend.* Vind. 1. Infra deest *insuper* Periz. Edd. Rom. *aliud* non habet unus Torr. *mirantemque* in Periz. a m. pr.—3 *Succensus* Memm. Medic. 3. et Torr. Post hanc voc. vulgati libri *propter* inserunt, sed delevit Oud. cum

NOTÆ

[h] *Marti sacra* [*sacrata*] Quercus hæc, ut et aliæ bene multæ arbores apud antiquos, videtur peculiari religione culta fuisse; nec enim vulgo Marti sacrata quercus est, sed Jovi, ut myrtus Veneri, laurus Apollini, &c.

[i] *Vespasiæ*] Quæ Vespasiani imperatoris mater, de qua cap. 1.

[k] *A frutice*] Lipsius legit *ex fruticem*, quod Casaubono placuit, librariorum imperitia corruptum existimanti: quid enim illud est 'ramos dare a frutice,' nisi fruticem pro ipso stipite accipias?

[l] *Instar arboris*] Cum tamen frutex vulgo minor sit arbore, ex Columella, et Plinio passim.

[m] *Sabinum*] Patrem Vespasiani, qui in Helvetia mortuus est, cap. 1.

[n] *Matri*] Tertullæ, quæ Sabini mater, atque ejus ideo liberorum avia.

[o] *Aliud*] In uno libro deest illa vox.

[p] *Verrendis viis*] Id enim, inter alia

set oppleri, congesto per milites in prætextæ [q] sinum, non defuerunt, qui interpretarentur, quandoque proculcatam [4] desertamque Rempublicam civili aliqua perturbatione in tutelam ejus, ac velut in gremium,[5] deventuram. Prandente eo quondam, canis extrarius [r] e trivio [6] manum humanam intulit, mensæque subjecit. Cœnante rursus, bos arator, decusso jugo, triclinium irrupit,[7] ac fugatis ministris, quasi repente defessus, procidit ad ipsos [8] accumbentis pedes, cervicemque summisit. Arbor quoque cupressus in agro avito sine ulla vi tempestatis evulsa radicitus [9] [s] atque prostrata insequenti die viridior ac firmior resurrexit. At in Achaia somniavit, initium sibi suisque felicitatis futurum, simul ac dens Neroni [10] exemtus esset:

Casaub. Schild. Pitisc. Burm. Ern. Bip. &c. jubentibus Memm. Medic. 2. 3. Dun. Polit. Vind. utroque, opt. Torr. Voss. Periz. Cop. et Edd. Rom.—4 *Proconculc.* Vind. 1. Harlem. *perconculc.* Edd. Med. pr. Ven. tr. Cald. *periclitatam* Huls. *conculcatam* Med. sec. Bon. Statim displicet Burm. *desertam*, conjicienti *deformatam*, v. *dejectam*, v. *despectam*. Addit Oud. quamvis improbans mutationem, *defectam*. Si mutandum esset, Baumg. suaderet *perturbatam despectamque*.—5 *Velut grem.* Periz. Harlem. Edd. sæc. xv. et aliæ usque ad Pulm. exceptis Bas. et Gryph. *veluti gr.* Bon. *ac vel. in gr.* desunt Ed. Med. sec.—6 Ita emendarunt VV. DD. pro *triclinio*, quod habent Periz. Harlem. et Edd. Vett. fere O. præter Bon. Casaub. et recentt. *exterius triclinio* Camp. *exterritus e trivio* Viterb. *ex trivio* Mss. Torr. *cornis extr. et rivo* Pal. 2. *trarius se trivio* Vind. 1. In plerisque Casaub. aut *extrarius* solum, aut *e triv.* solum. Ceterum *extraneus* mallent alii.—7 *Irripuit* Edd. Rom. *irrup. fug.* sine *ac* Steph. Paulo ante *aratro* Vind. 1. Ed. Schild. ult.—8 Mallet Torr. e Cod. *ipsius*, quomodo etiam in Vind. 1. *decumb.* Fonc. Supra *defessus* Medic. 3. Cort. Mox *arbor vero c.* Periz. Harlem. cum Vett. Edd. ante Bas. *cyp.* Fonc. *avit. in agr.* Dun.—9 *Radic. ev.* Edd. Schild. *evulsa* Vind. 1. Desunt hæc *ev. rad. atque* in uno Torr. Periz. et Edd. Rom. *ut prostr.* Cop. Tum *sequenti* Huls. *die* exulat a Cuj. Item in Fonc. *atque in Ach.*—10 *Neronis* Cop. Statim *excerptus* Periz. *excéptus* Vind. 2. Cort. Rom.

NOTÆ

quæ ad urbis ornatum spectant, Ædilium muneris est.

[q] *Prætextæ*] Quæ magistratuum toga est, et puerorum: in Jul. cap. 1. &c.

[r] *Extrarius*] In Viterb. Casaub. legit *exterritus e trivio*. Extrarius ex Festo ille est, 'qui extra focum, jusque nostrum, ac sacramentum est,' quod et indicat Terentius in Phorm. 'Hanc conditionem si cui tulero extrario.'

[s] *Evulsa radicitus*] In uno lib. Torr. legit *prostrata*, longe verosimilius. De hac eadem arbore Tacit. II. Histor. 'cupressus arbor repente procciderat.' In Domit. c. 15. ait Sueton. 'arbor quæ eversa surrexerat,' ne nimium mentiretur, inquit Torr.

evenitque, ut sequenti die progressus in atrium medicus dentem ei ostenderet, tantum quod[t] exemtum.[1] Apud Judæam Carmeli[2] Dei[u] oraculum consulentem ita confirmavere sortes,[v] ut, quicquid cogitaret volveretque animo, quamlibet[3] magnum, id esse proventurum, pollicerentur. Et unus ex nobilibus[4] captivis, Josephus,[w] cum conjiceretur in vincula, constantissime asseveravit,[x] fore ut ab eodem brevi solveretur, verum jam Imperatore. Nuntiabantur[5] et ex Urbe præsagia, Neronem diebus ultimis monitum per quietem, ut tensam[y] Jovis Optimi Maximi e sacrario in domum Vespasiani, et inde[6] in Circum[z] deduceret: ac

ereptus Vind. 1. et mox *excerptum*.—1 Sic Ms. Turneb. Torr. Pith. Dun. Viterb. probantib. Casaub. Græv. Burm. et aliis. In Memm. Pal. 2. Medic. 3. Polit. *tantumque quod exemtum*. Reliqui Codd. Oud. Torr. Grut. Burm. cum Fouc. et Edd. Vett. ad Plant. usque, dant *recenter quidem exemt.* vel *recenter ex.* Urs. Ms. *recenter eidem ex.* Huls. *recenterque ex.* Voss. *recenter quod.* Marcil. legi vult *tantum non ex.*—2 *Carmelli* Harlem.—3 Ita Memm. Dun. opt. Torr. Medic. Polit. Vind. Cort. Periz. Voss. Edd. sæc. xv. al. *quantumlibet* Edd. Bas. Ald. Junt. Lugd. Arg. Gryph. Plant. Casaub. et recentt. Salm. conj. mox *id esset*, probante Davis. ad Cæs. B. G. vii. 29. cum Edd. Rom. Bon. Junt. Lugd. Ald.—4 *Nobilissimis* Cop. Tum *Josepus* Memm. *ut* deest Medic. 2. a m. pr.—5 *Nuntiabatur* Harlem. *nunt. ex U.* sine *et* Cop.—6 Vulg. abest *inde*, sed præbent eam

NOTÆ

[t] *Tantum quod*] Sic unus e Torr. codicibus; sic et Turneb. in ceteris vero, *recenter quidem exemtum*. De hac loquendi ratione in Aug. cap. 63. et 98.

[u] *Carmeli Dei*] Tacitus ii. Hist. 'Est Judæam inter Syriamque Carmelus; ita vocant montem Deumque, nec simulacrum Deo, aut templum; (sic tradidere majores;) aram tantum, et reverentiam.' Huic factam credunt reverentiam ab Elia Thisbite, qui et illic habitaverit, et scholam habuerit, ut prodidit Joannes Hierosolymitanus patriarcha. Vide et i. seu iii. Reg. 18. item iv. Reg. cap. 2. et 4. unde gratiorem in eo loco fore numini cultum existimabant, ut ait Vossius, &c. Idem ferme de Herculeo fano Silius lib. iii. 'Sed nulla effigies simulacraque nota Deorum Majestate locum et sacro implevere timore.' Carmelus autem mons Palæstinæ, hodie *Carmene*, alter de quo hic.

[v] *Confirmavere sortes*] Sacrificio et extis id prædictum a Basilide, de quo cap. 7. infra. Tacitus iisdem verbis hoc narrat.

[w] *Josephus*] Nobilis ille antiquitatum Judaicarum scriptor, qui, ut ipse refert lib. iii. belli Judaici, in expugnatione Jotapatæ, in cavernam se receperat, unde a Nicanore Vespasiani Tribuno extractus est.

[x] *Asseveravit*] Oratione, quæ habetur in eod. lib. cap. 26.

[y] *Tensam*] In Jul. cap. 76. de hoc sacro curru dictum.

[z] *Et inde in Circum*] In duobus li-

non multo post, comitia secundi consulatus ineunte[7] Galba, statuam Divi Julii[a] ad Orientem sponte conversam;[8] acieque Betriacensi,[9][b] priusquam committeretur, duas aquilas in conspectu omnium conflixisse;[10] victaque altera, supervenisse tertiam ab solis exortu,[1][c] ac victricem abegisse. [6.] Nec tamen[2] quicquam ante tentavit, promtissimis atque etiam instantibus suis, quam solicitatus quorundam et ignotorum et absentium fortuito favore. Mœsiaci[3] exercitus[d] bina e tribus legionibus millia, missa auxilio Othoni, postquam ingressis iter nuntiatum est, victum eum, ac vim vitæ suæ attulisse, nihilo secius[4] Aqui-

voc. Memm. Pal. 1. 3. duo Torr. Cuj. Medic. 3. Polit. Vind. 2. Cort. Voss. cum Ed. Steph. probantib. Casaub. Grut. Græv. Burm. Marcil. Oud. et seqq. Ern. suadet, *et in Circ. inde duc.* Cuj. Pal. 2. *et inde Circ.* Ed. Par. *et circumduceret*, alia Ven. *Vesp. circum. duc.* Jac. Gron. legit *Exin circum deduc.* Mox *multo* exulat a Fouc.—7 Habet Cod. Urs. *in Comitio secundum consulatum ineunte*, probante Marcil. Conj. Burm. *ineunte Capitolium Galba*, vel *in Capitolio*, v. *post comitia secundum consulatum in. G.* v. *n. multo post, comitia secundi cons. habente G.* v. *senatum habente.* Oud. corr. *Ac* (Edd. Rom. *at*) *n. m. post initia secundi cons. intereunte Galba.* Ceterum verba *comitia, &c. Galba* Wolfio etiam glossema sapere videntur.—8 Ita legend. docuit Ern. astipulantib. Periz. Edd. Rom. Steph. et receperunt Bip. Wolf. In ceteris scriptis atque editis *statua . . . conversa.*—9 Hanc lect. iterum testantur Memm. Medic. Polit. Vind. Cuj. Pith. Lisl. cum plurib. Torr. *Breticensi* Voss. Dun. *Breciacensi* Ed. Camp. Al. *Bebriac.* et Edd. usque ad Scriv. Gron. suspicatur legend. *aciesque Betriacenses.*—10 *Confluxisse* Vind. 1. Harlem. Edd. Med. Sab. Cald. Mox *superevenisse* Memm. *subvenisse* Periz. Harlem. Edd. sæc. xv. Bon. Junt. Lugd. Arg.—1 Vulgo *a solis ortu.* Sed *a solis exortu* Memm. Polit. *ab sol. exortu* Medic. 2. *ab exortu sol.* Medic. 1. Tornac. Cop. Hulsquare reposuit Oud. cum Ern. et seqq. Dein *victrices* Cort.—2 *Tamen* deest Dun. Tum *paratissimus atque* Voss. *etiam* abest a Vind. 1.—3 *Messati* Vind. 1. *Messiatici* Ed. Camp. *Mesiatici* Med. pr. Ven. tr. Cald. cum Periz. Harlem. *Moes. exitus bina cum tr. leg.* Fouc. *cum trib.* Medic. 1. Cop. *missa milia e tr. leg.* Vind. 1. Cuj. Præpositio deest Medic. 3. Mox vocum ordinem mutavit Oud. e tr. Medic. Polit. Vind. 2. favente Fouc. Vulg. *iter ingr.*—4 Memm. Medic. 1. 3. *setius*, Fouc. *serius*, ut alibi variatur: *nihil* Periz. Harlem. Edd. sæc. xv. item Bon. Junt. Lugd. Ald. *Aquilegiam* Vind. 1. Cort. Harlem. Ed.

NOTÆ

bris Torr. *et inde in circum*: ita et Casaub. qui idem de Cujacii codice testatur: et melius; nam illuc sacri per pompam currus circumducti, in Jul. cap. 76.

[a] *Statua Divi Julii*] Ad cap. 8. in Othon.

[b] *Betriacensi* [*Bebriacensi*] Sæpe supra in Oth. cap. 9. et Vitell. cap. 10.

[c] *Ab* [*a*] *solis ortu*] In oriente nempe militabat Vespasianus.

[d] *Mœsiaci exercitus*] In Othon. cap. 9.

leiam[e] usque perseveraverunt, quasi rumori minus crederent. Ibi per occasionem ac[5] licentiam omni rapinarum genere grassati, cum timerent, ne sibi reversis reddenda ratio, ac subeunda pœna esset, consilium inierunt eligendi creandique Imperatoris: 'Neque enim deteriores esse aut Hispaniensi exercitu,[f] qui Galbam, aut prætoriano,[g] qui Othonem, aut Germaniciano,[6 h] qui Vitellium fecissent.' Propositis itaque nominibus Legatorum consularium, quot ubique tunc erant, cum ceteros, alium alia[7] de causa, improbarent,[8] et quidam e legione tertia, quæ sub exitu Neronis translata ex Syria in Mœsiam fuerat, Vespasianum laudibus ferrent; assensere cuncti, nomenque ejus vexillis omnibus sine mora inscripserunt. Et tunc quidem compressa res est, revocatis ad officium numeris[9 i] parumper. Ceterum, divulgato facto, Tiberius Alexan-

Ven. 1. Postea *rumorem* Fouc.—5 *Ac* non agnoscit Cop. Pro *omni* in Ed. Camp. compendiose *oim*, i. e. *omnium*. Dein *timeret* Harlem. *ne si sibi* Edd. Rom. *et rat. et sub. esset*, omisso *pœna*, Camp. *rat. sub. esset*, ceteris ejectis, Periz. Ed. Rom. sec.—6 *Germanico* Medic. 2. Viterb. Pal. tr. Corsend. *Germano* Nonn. *Germaniano* Periz. Edd. Med. pr. Ven. tr. Cald. *Germanitiano* Rom. utraque. Cf. Galb. cap. 20. Tum *fecisset* Vind. 2. Cort. Fouc. *interfecissent* Cop. (in quo mox *consiliarium*) Medic. 1. *Imperatorem* addunt Edd. Bas. Gryph.—7 Vulg. *alii alium alia*, cum pauciorib. Codd. sed *alii* delevit Jac. Gron. cum Burm. Oud. Ern. Bip. &c. cum man. doct. ad marg. Gryph. 1539. auctoribus Memm. Medic. 3. Polit. Cuj. Pith. Lisl. Pal. 2. 3. Harlem. Periz. et Edd. fere O. ad Bas. et Gryph. probantib. Torr. Casaub. Marcil. In Ed. Lips. *alium* non comparet. In Camp. *cet. alium alii de c.*—8 *Implorarent* Medic. 2. Voss. Dein *sibi exitu* Harlem. *Messinam* Huls. Infra *scripserunt* Cuj. Medic. 2. *rescrips.* Fouc.—9 *Muneris* Medic. 1. 3. Polit. Periz. Cop. Harlem. Cuj. Edd. Med. sec. Bon. Junt. Lugd. Ald. Gryph. Dol. Col. Steph.

NOTÆ

[e] *Aquileiam*] In Aug. cap. 20.

[f] *Hispaniensi exercitu*] In Galb. cap. 9. 10. et 16.

[g] *Prætoriano*] In Othon. cap. 6. et 7.

[h] *Germaniciano*] In Vitell. cap. 8. &c. In Viterb. legit Casaub. *Germanico*, nec probat. Germanicianus enim, qui in Germania, nec ex Germania, sicut Hispaniensis, qui in Hispania, licet inde non sit, exercitus appellatur.

[i] *Numeris*] H. e. ordinibus, ut supra ad cap. 1. notatum est. Sed posteriori tempore videntur numeri pro legionariis duntaxat, qui in castris per provincias dispositi degebant, accepti, quo distinguebantur a limitaneis, qui per cuneos et auxilia limites imperii custodiebant, qui et 'ripenses' appellati, ut Vopiscus in Probo.

der,[k] Præfectus Ægypti, primus in verba Vespasiani legiones adegit[10] Kalendis Juliis: qui principatus dies in posterum observatus est. Judaicus deinde exercitus quinto Idus[11] Julias apud ipsum juravit. Plurimum cœptis contulerunt, jactatum[2] exemplar epistolæ, veræ, sive falsæ, defuncti Othonis ad Vespasianum, extrema obtestatione ultionem mandantis, et, ut Reipublicæ subveniret, optantis;[3] simul rumor dissipatus, destinasse victorem Vitellium permutare[4] hyberna legionum, et Germanicas transferre in Orientem ad securiorem molliorem que militiam;[m] præterea ex præsidibus[5] provinciarum Licinius Mucianus,[n] et e regibus Vologesus[o] Parthus; ille, deposita simultate,[p] quam in id tempus ex æmulatione non obscure gerebat,

—10 *Ademit* Cuj. *adigit* Edd. Rom. *allegit* Medic. 2. Voss. Dun. in quo desunt omnia *qui Princ.* usque ad *Jul.* Item desiderantur in Huls. *dies in p. o. est.*—1 Mallent Torr. et Lips. ex Hist. Tac. II. 79. *Nonas Jul.* quod Ern. cum Bip. etiam in textum recepit. Mss. O. conspirant in *Idus*, nisi quod *Kl'* sit in Vind. 1. Ceterum *Julias* dedit Oud. et seqq. fide Medic. 2. In ceteris *Jul.* per decurtationem, vel *Julii*. Paulo ante *deinde* non habet Fouc.—2 *Notatum* Vind. 1. Mox *vel falsa* Medic. 2. a m. pr. Pro *defuncti* Lips. conj. *devicti*. Postea *mandatis* Cop.—3 *Hortantis* opt. Torr. cum Cod. Urs. probantib. Salm. et Torr. atque ita ediderunt Burm. Ern. Bip. Statim cum melioribus. Torr. libb. item Medic. tr. Vind. 2. Dun. Fouc. rescripsit Oud. *vict. Vit.* Al. *Vit. vict.*—4 Vind. 1. *permutasse*. Dein Ern. auctoritate Vind. 2. Cort. Periz. Edd. Rom. suadet *melioremque mil.* improbantib. Oud. et Wolf.—5 *Præsidia* Fouc. Paulo post *Lucinius* Cuj. *Municianus* Medic. 1. 3. *Vologæsus* Medic. Tornac. Ed. Oud. *Vologeses* Ald. Steph. *ex reg.* Vind. 2. Infra *XV. milia*

NOTÆ

[k] *Tiberius Alexander*] De hoc etiam Tacitus II. Histor.

[l] *Quinto Idus*] Tacitus quinto Nonas factum dicit: quod probabilius forte fecerit Judaici exercitus ardor, ut nempe tertio post alios die, non nono, id suo duci præstiterit fidei suæ monumentum, quæ etiam aliis debebat exemplo præfuisse. Quod et factum ex Joseph. lib. IV. cap. 37. colligas.

[m] *Molliorem que militiam*] Quo sensu Lucanus: 'Quicquid ad Eoos tractus, mundique teporem Labitur, emollit gentis clementia cœli.'

[n] *Licinius Mucianus*] De quo in Vitell. ad cap. 15. et apud Tacit. lib. II. Hist. extat oratio, unde patet illum rebellandi auctorem Vespasiano fuisse præcipuum, qui eo maxime accendit milites, quod decreverat Vitellius eos transferre in Germaniam.

[o] *Vologesus*] De quo jam in Nerone cap. 57.

[p] *Deposita simultate*] Mucianus scilicet, qui, æmulationis studio deposito, tandem cum Vespasiano consilia communicavit, et ei imperio cessit.

Syriacum promisit exercitum, hic quadraginta millia sagittariorum.[q] [7.] Suscepto igitur[6] civili bello, ac ducibus copiisque in Italiam præmissis, interim Alexandriam transiit, ut claustra Ægypti[r] obtineret. Hic cum de firmitate imperii capturus auspicium, ædem Serapidis,[s] summotis omnibus, solus intrasset, ac, propitiato multum Deo, tandem[7] se convertisset,[t] verbenas coronasque et panificia,[u] ut illic assolet, Basilides libertus[8][v] obtulisse ei visus est: quem neque admissum a quoquam, et jam pridem propter nervorum valetudinem vix ingredi, longeque[9] abesse,[w] constabat. Ac statim advenere literæ, fusas[x] apud Cremo-

Viterb.—6 *Itaque* Fouc. Vind. 2. Cort. Dein *transit* Cop. Medic. 1. 3. *Serapis* Voss.—7 *Tandem* non compareret in Medic. 1. nec *se* in Dun. Supra *multo* Voss. Mox *pannific.* Vind. 1. cum duob. Burm. et Edd. multis: *pavificia* Vind. 2. Cort. Pro *illic* Periz. a m. pr. *ipse*.—8 Tollendam vocem *libertus* monuerunt Torr. Casaub. Grut. Burm. et abest ab Ed. Junk. Heins. conj. *liberatus* vel *liberandus*, Oud. *liberius*, probante Wolf. Suasit Scriv. *sacerdos*. Locum defendunt post Lips. Ernesti et Baumg.—9 *Se abesse* Memm. in quo

NOTÆ

[q] *Sagittariorum*] Quibus maxime pollent Parthi. Tacitus quadraginta Parthorum equitum millia dicit: quod in idem recidit. Equis enim pugnant, &c.

[r] *Claustra Ægypti*] Ad coërcendam, ni faveret, annonæ caritate Romam. Vide in Jul. cap. 35. et Aug. cap. 18. Alias item tradit hujus consilii causas Josephus lib. IV. cap. 37. ut nempe duarum, quæ ibi tunc erant, legionum viribus augeretur.

[s] *Ædem Serapidis*] Hanc tanta magnificentia constructam fuisse testatur Ammianus, ut præter Capitolium nihil ambitiosius orbe toto videri diserte multaque pompa verborum asseveret.

[t] *Se convertisset*] Adorantium ritu, de quo in Vitell. cap. 2.

[u] *Et panificia*] Ductum a Judæis, imitatione panum propositionis, morem hunc Ægyptium notant interpretes: quod si ita est, factum oportuit post liberatos Ægyptia servitute Israëlitas.

[v] *Basilides libertus*] Vocem *libertus* amovendam censet Torr. quod et probat Casaub. quanquam nullum vidisse se fateatur librum, in quo non extaret, et certe quoquo modo irrepserit, perperam adhibita videtur. Quid enim, ait idem Torr. Romani hominis liberto cum Judæorum, aut Ægyptiorum sacris? Quod de Basilide dici non potest, modo intelligatur idem ille sacerdos, qui consulenti Carmelum Vespasiano affuerat: cui favet, quod longe tunc abfuisse dicit hic Suetonius, idem nomen etiam ei tribuit loco ad cap. 5. supra citato Tacitus.

[w] *Longeque abesse*] Erat siquidem in Judæa, Alexandriam tenente Vespasiano.

[x] *Fusas*] Ab Antonio Primo, et Mœsiacis legionibus: in Vitell. cap. 15.

nam Vitellii copias, ipsum in Urbe interemtum, nuntiantes. Auctoritas et quasi majestas quædam,[10] ut scilicet [y] inopinato et adhuc novo Principi, deerat: hæc quoque accessit. E plebe[1] quidam luminibus orbatus,[z] item alius debili crure, sedentem pro tribunali pariter adierunt, orantes opem valetudini,[2] demonstratam a Serapide[a] per quie-

mox *et statim*. Medic. 3. *Vitelli* de more. Cop. et Huls. *in Urbem*.—10 Edd. Rom. *quæ ut sc.* In Corsend. et uno Torr. *ut solet inop.* quod arrisit Ern. cum ipso Torr. Tum *Princ. et adh. novo* Medic. 1. Cop. *novo adhuc* Ms. Torr. *sed hæc* Vind. 2. Cort. *sed hoc* Fouc.—1 Desunt *e plebe* Vind. 1. pro quibus habet *ephebus* Viterb. Dein *debilis* Nonn. Cod. et J. Sarisb. Policr. II. 10. *sedentem* desideratur in Medic. 2. a m. pr. Dun. Vind. 1. Exc. Voss. quæ et *audierunt*.—2 Ita Medic. 1. 3. Voss. Vind. 2. Cort. Cop. et J. Sarisb. in Policr.

NOTÆ

[y] *Ut scilicet*] In uno libro legit Torr. *ut solet*, nec male.

[z] *Luminibus orbatus*] Eadem Hadrianum Principem operatum esse miracula, Spartianus auctor est.

[a] *A Serapide*] Hunc, Apis nomine, Argivorum regem fuisse tradit Apollodorus; eique mortuo divinos honores cum nomine Serapidis indictos: alii, relicto fratri regno, in Ægyptum cum populi sui parte profectum, et conditam ab eo Memphim, tradunt, ac eodem Serapidis nomine cultum ab Ægyptiis; quod et innuere videtur Plinius lib. VIII. c. 46. Quin Strabo illum Osiridem fuisse affirmat. Vide caput 12. Oth. De bove fatidico, plura passim apud auctores, et præsertim Plinium loco citato; forte quod agriculturam Ægyptios docuisset. Hunc Josephum fuisse inde colligit Vossius, quod apud Rufinum lib. Hist. Eccl. II. cap. 23. modius capiti ejus impositus legatur; quod et legere est apud Suidam, in voce Σάραπις. Et certe Ægypti indigenam non fuisse, colligas etiam ex eo, quod de ejus in Ægyptum transmigratione modo relatum est. Quanquam et Serapin Ægyptium sæculis multis antiquiorem Argivo contendat Vossius. Consule Reineccium de Argivorum origine et nomine.

Quæ tametsi probabilia sunt, longe tamen verisimilior est conjectura Petri Danielis Huetii viri nobilissimi, atque omni doctrina et virtute ornatissimi, qui Serapidem esse Mosen clarissimis rationibus approbavit: tum quod idem sit Serapis ac Osiris sive Bacchus, quem Mosen esse certo constat inter eruditos, tum quod radiatus, et cornutus, virgam angue circumplicatam gestans pingi soleat, quæ mera Mosis symbola sunt. Quod si nihil aliud præclaro hoc opere consecutus esset præstantissimus ille auctor, quam recondita hæc priscæ veritatis arcana ad religionis nostræ veritatem demonstrandam revelasse, optime sane de piis ac literatis hominibus meritus esset. Verum tot alia ad idem argumentum contulit, ut mirari satis non possim, extitisse aliquem, qui librum, et libri auctorem per summam vecordiam maledictis configere auderet. Claudium Frassenium dico, instituto Franciscanum: qui cum nuper Disquisitionum suarum Biblicarum centones ex Demonstrationis Evangelicæ laciniis pæne totos contexuerit; non rebus so-

tem: restituturum oculos, si inspuisset;[b] confirmaturum crus, si dignaretur calce contingere. Cum[3] vix fides esset, rem ullo modo successuram, ideoque ne experiri quidem auderet; extremo, hortantibus amicis, palam pro concione utrumque tentavit,[c] nec eventus defuit. Per idem tempus Tegeæ[4] in Arcadia,[d] instinctu vaticinantium, effossa sunt

II. 10. Quod primus commendavit Gron. dein receperunt Oud. Ern. Bip. et seqq. Vulg. *valetudinis.*—3 *Cui* Vind. 1. Statim *ullo modo rem* Medic. Cop. Dun. *modo ullo rem* Cuj. *nullo modo rem* Fouc.—4 *Tegææ* Cop. *Tegere* Harlem.

NOTÆ

lum ipsis, rerum dispositione ac probationibus usurpatis, sed verbis etiam ac locutionibus palam suppilatis, plagia sua egregie dissimulatum iri ratus est, si interpolatione aliqua adhibita, in eum præterea per quem profecerat, maledici styli et impuri animi intemperias ac livorem depromeret: murium illorum similis, qui, postquam ligurierunt butyrum, involucrum etiam dentibus arrodunt. Hæccine vero est, Frasseni, a sanctissimo viro Francisco, ordinis tui hominibus tradita modestiæ, simplicitatis, ac humanitatis disciplina? hoccine exemplo prælucet cucullato tuo fraterculorum gregi? eximium Christianæ doctrinæ vindicem proscindens, ipsiusque lucubrationem, oppositum videlicet impietati aggerem oppugnans, tam illustribus religiosæ mentis et singularis eruditionis notis distinctam, tanto doctorum omnium per Europam hominum applausu exceptam, tot Episcoporum suffragiis munitam, atque eorum ipsorum, qui fœneas tuas Disquisitiones, vere cacatam chartam, comprobarunt; parum utique hoc facto pudori suo consulentes; cum enim laudatæ a se Demonstrationis Evangelicæ vituperatorem tam effusis, atque hoc ipso tam ineptis præconiis laudarunt, non declararunt solum, parum intelligere se, quid vere laudabile esset, sed jacta etiam in Demonstrationem maledicta ipsi sibi consciverunt. Atque utinam tuam hanc obtrectandi pruriginem ac petulantiam, et inolitas animo tuo lepras, acri aliquo cutifricio sanare, teque ad saniora consilia, et sedatiorem mentem revocare Evangelicus ipse Demonstrator instituere t. Verum, si bene hominem novi, non facile a stomacho suo impetraturum puto, ut ulcera tua tangere, sordesque tuas converrere, et lutum manibus subigere velit. Sed hæc obiter.

[b] *Si inspuisset*] Agnoscis, pie Lector, falsam imitationem miraculorum Christi: sic solitus illudere hominibus ὁ δαίμων. *Casaub.*

[c] *Palam pro concione utrumque tentavit*] Quid appellat concionem? an convocatum in eam rem populum, sive in theatrum, sive in forum? an potius coronam forte astantis multitudinis? Hoc puto verius: et suadent Taciti verba: 'Igitur Vespasianus cuncta fortunæ suæ patere ratus, nec quicquam ultra incredibile, erecta, quæ astabat, multitudine, jussa exequitur.' Notemus ergo vocis 'concio' hunc usum, pro multitudine ἁπλῶς.

[d] *Tegeæ in Arcadia*]. Hæc civitas non longe a Mantinea, hodie *Muchli.*

sacrato loco vasa[e] operis antiqui, atque in iis assimilis Vespasiano imago. [8.] Talis tantaque cum fama in Urbem reversus, acto de Judæis[f] triumpho, consulatus octo † veteri addidit.[g] Suscepit et censuram: ac per[5] totum imperii tempus nihil habuit antiquius, quam prope afflictam nutantemque Rempublicam stabilire primo, deinde et ornare.[6] Milites, pars victoriæ[h] fiducia, pars ignominiæ dolore, ad omnem licentiam audaciamque processerant. Sed et provinciæ, civitatesque liberæ, necnon et regna quædam tumultuosius inter se agebant. Quare Vitellianorum quidem et exauctoravit[i] plurimos, et coërcuit: participibus autem victoriæ adeo nihil extra ordinem indulsit, ut etiam legitima præmia non nisi[7] sero persolverit. Ac, ne quam occasionem corrigendi disciplinam prætermitteret, adolescentulum,[8] fragrantem unguento, cum sibi pro impetrata præfectura[k] gratias ageret, nutu[9] aspernatus, voce

Fouc. Infra *in his* Memm. Medic. Vind. Cort. Fouc. et Edd. Rem. Al. *hiis*, ut passim.—5 *Ac et per* Harlem. Periz. Edd. Med. Ven. Cald. Junt. Lugd. Arg. Gryph. Bas. Steph. Conj. Burm. *hac*, vel *in hac et per*.—6 Medic. 3. Polit. Vind. 2. Cort. *exornare*. Dein *dolorem* Fouc. qui et *ad omnem audaciam processerunt* exhibet. Infra in eodem *exauctoritavit*.—7 Desunt *non nisi* in Medic. Polit. Dun. Huls. Cop. Harlem. Cuj. Voss. cum Edd. sæc. xv. excepta Rom. sec. item Bon. Lugd. Arg. Ald. Steph. malletque deleri Oud. *præm. secundo persolv*. Camp.—8 *Adules*. Memm. Statim *fraglantem ungento* Medic. 2. *flagrantem* Fouc. et *ei* pro *sibi*.—9 In quibusdam libris a Beroald. inspectis,

NOTÆ

Arcadia vero mediterranea regio Peloponnesi, qui hodie *Morea*.

[e] *Vasa*] De his quædam Aug. c. 75.

[f] *Acto de Judæis*] Non statim, sed postquam Titus filius, quem ad conficiendum bellum in Judæa reliquerat, capta et incensa Hierosolyma, reversus est. Illius triumphi pompa delata sunt tabula illa aurea multorum talentorum, candelabrum similiter illud aureum, tanta fabricatum arte, atque, quod præcipuum apud Judæos, ipsæ Legis tabulæ, quas cum purpureis Templi velis magna cura asservandas jussit in Palatio. Tabula autem et candelabro, conditum a se quanta fieri potuit magnificentia, templum Pacis adornavit, ut auctor est Joseph. lib. VII. de bello Judaico.

† A. U. C. 823. 824. 825. 827. 828. 829. 830. 832.

[g] *Veteri addidit*] De quo supra cap. 4.

[h] *Pars victoriæ*] Hanc partem ad Vitellii, illam ad Vespasiani refero milites.

[i] *Exauctoravit*] De hoc verbo in Tib. c. 7. et 30. et Aug. c. 24.

[k] *Præfectura*] Non quidem urbis

etiam gravissimâ increpuit, 'Maluissem, allium oboluisses;' literasque revocavit. Classiarios[10 l] vero, qui ab Ostia et Puteolis Romam pedibus per vices[1 m] commeant, petentes, 'constitui aliquid sibi calcearii nomine,'[n] quasi parum esset, sine responso abegisse, jussit posthæc excalceatos[o] cursitare: et ex eo ita cursitant. Achaiam,[p] Lyciam,[q] Rhodum, Byzantium, Samum, libertate ademta, item Thraciam,[s] Ciliciam,[r] et Commagenen,[s] ditionis regiæ

vultu asp. Mox *increpavit* Vind. 2. Cort. *alium* exaratur in Memm. Medic. Vind. 2. Cort. Fouc. et aliquot Torr. cum Edd. Ven. 1. Bon. Dein *abolevisses* Medic. 3. Fouc. *obolevisses* Polit. Ed. Ven. 1. *aboluisses* Vind. 2. Cort. Edd. Rom. sec. Ven. 2. *adoluisses* Periz. Camp. *adolevisses* Harlem.—10 *Classiarias* Harlem. Vir doct. in ora Ed. Steph. ascripsit *calciarios*. Fouc. *ab Hostia.*—1 *Per vicos* Viterb. Pal. 1. Medic. 1. Harlem. Edd. Ven. Junt. Lugd. Ald.

NOTÆ

aut provinciæ cujusdam; nec enim id onus par adolescentuli viribus; sed alæ unius, ut in Aug. cap. 38.

[l] *Classiarios*] De Classiariis passim loquuntur Tac. et Suet. item Plinius in epist. de morte avunculi, ac ceteri quoque historici meminerunt, et veteres inscriptiones: sed de hac eorum cursitatione nihil legi apud alios. Similes, at non iidem tamen, Dromonarii, de quibus Cassiodorus lib. II. et IV. *Casaub.* 'Classiarios' remiges, seu navales socios fuisse, jam ante didicimus, Galb. c. 12. Ex eorum igitur corpore quidam ultro citroque Ostia Romam pedibus commeabant. De quibus hic Suetonius. *Torrentius.*

[m] *Per vices*] Sic ex Pithœi aliorumque libris Casaub. ut et Torrent. ex suis. In Viterbiensi tamen et vulgatis legitur *per vicos*, quod et potest. Nec enim dubium, quin Ostia præsertim Romam usque plenæ forent ripæ ædificiis.

[n] *Calcearii nomine*] Hoc est, pro donativo, quod in calceos impenderetur. Quomodo et vasarium et palmarium.

[o] *Excalceatos*] In Salmasiano codice legit Schildius *excalciatos*.

[p] *Achaiam*] De ea, quantum pateret, in Tib. cap. 4. Hanc Senatui tradidit administrandam Claudius in Claud. cap. 25. Quam, libertate a Nerone donatam, in Ner. cap. 24. in provinciæ formam iterum redegit Vespasianus.

[q] *Lyciam*] Hodie *Aldinelli*, vel, ut alii, *Bricquia*. Nemo non novit, quæ sequuntur, regiones.

[r] *Thraciam, Ciliciam*] Turnebus Adversar. XXIV. c. 36. legendum censet *Trachiam:* pars enim, inquit, Ciliciæ propter asperitatem montium, ut ex Geographis constat, Trachia dicebatur. Quod ex Strabonis lib. XIV. constare potuerit: et disertis ab Aurelio Victore verbis res explicatur in Vespasiano: 'Syria seu Palæstina, necnon Cilicia Trachea, et Commagene, quam hodie Augustophratensem nominamus, provinciis accessere.' Eutropius quoque, in ejus rei enarratione, Ciliciæ Tracheæ meminit. Atque adeo recta videtur emendatio Turnebi, nec dissentiunt interpretes. Verum quia Thraciam quoque accen-

usque ad id[3] tempus, in provinciarum formam redegit. Cappadociæ,[t] propter assiduos barbarorum incursus, legiones addidit, consularemque rectorem imposuit pro Equite Romano.[u] Deformis Urbs veteribus incendiis ac ruinis erat: vacuas areas occupare, et ædificare,[4] si possessores cessarent, cuicumque permisit. Ipse, restitutionem Capitolii[v] aggressus, ruderibus purgandis manus primus admovit,

Bas. Plant. Gryph. et al. Correxerunt ex suis codd. Torr. et Casaub. Item *commeabant* unus Torr. Cop. Medic. 1. Mox *calciarii* et *excalciat.* Memm. Dun. et Mss. O. Oud. aliorumque, cum Edd. Vett. &c. In Pal. 1. *discalciat.* Vind. 1. *post hoc.*—2 Sic constanter habent Mss. Sed Alciatus, Turneb. Adv. xxiv. 36. cumque eo Lips. Casaub. Grut. Marcil. aliique legi volunt *Tracheam Ciliciam*, quam conjecturam recepit sola Ed. Bas. post. 1546. Vulg. defendunt Ern. Oud. et Baumg. *Traciam* Fouc. *Tratiam Ciciliam* Ed. Camp. *Hir. et Litiam* Pal. 1. *Cilic.* non habet Harlem. Ceterum *Comagenem* habent multæ Edd. in his Burm. sed alterum firmat Oud. ex optimis Mss. Cf. Calig. cap. 16.—3 *Id* deest Edd. Rom. Dein *provinciæ* Vind. 1.—4 *Et æd.* non agnoscit Harlem. In Fouc. *si possess. cui ædificatores cessarent.*

NOTÆ

set Eutropius, sed iis duntaxat quæ sub regibus amicis erant, ideo maxime arridet Casauboni conjectura, de aliqua Thraciæ parte, ubi regnum antea fuerit: Thraciæ, inquit, provinciæ a Vespasiano dispositæ fuerunt. Vide Eustathium in Dionysium. Ex Thraciis sex provincias fecit, Thraciam, Hæmimontum, Mœsiam inferiorem, Scythiam, Rhodopen, Europam, in qua secundæ arces Orbis Rom. sunt positæ.

[s] *Commagenen*] Syriæ regio est hodie *Azar*, ad Euphratem; unde Procopio Euphratasia dicitur. Hanc Tiberius in provinciæ formam redegerat: Tacit. Ann. II. A. C. 771. 'Commagenis Q. Servæus præponitur, tum primum ad jus Prætoris translatis.' Sed eam Caligula iterum tradiderat regibus, ut patet ex Dione lib. LIX. Antiocho, scilicet, Antiochi regis filio, ut paternum regnum, cui et Ciliciæ maritima adjecit, quæ Ciliciæ pars, cum ea ipsa sit, in qua montes, et quæ Trachea, hinc Turnebi sententiæ probabilitatis non parum accedit.

[t] *Cappadociæ*] Ampla est Asiæ regio, quæ Armenia claudebatur ad Ortum; unde barbarorum frequentiores in eam incursus, propter exortos, Armeniæ causa, Parthos inter et Romam tot motus. Non uno hodie nomine appellatur; ad Ortum enim *Genech*, ad Occasum a præcipua quondam ejus urbe *Amasia.* Media inter utramque *Toccato* nuncupatur.

[u] *Pro Equite Romano*] Ita factum a Tiberio narrat Dio lib. LVII. ad ann. U. C. 770. Quod in actis anni posterioris, scilicet 771. Tacitus narrat Annal. lib. II.

[v] *Restitutionem Capitolii*] Tacit. lib. IV. Histor. 'Undecimo Kalend. Julias, serena luce, spatium omne, quod templo dicabatur, evinctum vittis coronisque. Ingressi milites, quibus fausta nomina, felicibus ramis; dein virgines Vestales, cum pueris puellis-

ac suo collo quædam extulit: ærearumque[5][w] tabularum tria millia, quæ simul conflagraverant, restituenda suscepit, undique investigatis exemplaribus; instrumentum imperii pulcherrimum ac vetustissimum,[6] quo continebantur pæne[7] ab exordio Urbis Senatusconsulta,[x] plebiscita, de societate, et fœdere, ac privilegio, cuicumque concessis. [9.] Fecit et nova opera, templum Pacis[y] Foro proximum; Divique Claudii[z] in Cœlio monte, cœptum quidem ab Agrippina, sed a Nerone prope funditus destructum: item[8] Amphitheatrum[a] Urbe media, ut destinasse compererat Augustum. Amplissimos ordines,[b] et exhaustos cæde

Pro *permisit* Vind. 2. *commisit.*—5 Unus Torr. et Corsend. *ænearumque:* Medic. 3. *ac rearumque.*—6 Sequitur in vulgg. Edd. *confecit*, sed delent eam vocem Gron. Oud. Ern. et seqq. auctorib. Turneb. Adv. XXIV. 36. Torr. Duk. et astipulantib. Memm. Medic. Dun. Polit. Fouc. Vind. Pulm. utroque, Lys. sive Cort. Torr. Cop. Cuj. Voss. Edd. Ven. 1. Med. pr. Bas. post. Græv. pr. Schild. sive Var. Omisit etiam Steph. sed distinguit et legit: *exemplaribus. Instr. etiam Imp.* quam distinctionem quoque, addito verbo *confecit*, Gryph. et aliæ exhibent, omisso *etiam*. Burm. suspicatur copulam *et* excidisse post *suscepit*, alii post *exempl.* mallent *et* inserere.—7 Donatus, probante Chr. Saxio in Misc. Nov. Lips. V. II. p. 636. omittit *pæne*, ut spurium. Tum si Codd. suffragarentur, legeret Torr. *plebiscita, societates, fœdera, ac privilegia*, alioquin ante *plebisc.* conjunctionem interponeret. Probat Guj. lect. *privilegia*; In Memm. Cop. et Edd. nonnullis τὸ *et* ante *fœd.* deest. Pro *concessis* habent *concessit* Voss. Dun. Edd. Casaub. 1610. et Schildii variæ.—8 *Itemque* Fouc. Dein suasit Lips. *Augustum, amplissimum. Ordines et exh. &c.* cui assentitur

NOTÆ

que patrimis matrimisque, aqua, vivis e fontibus amnibusque hausta, perluere,' &c.

[w] *Ærearumque*] In uno lib. Torrent. legit *ænearum:* quæ sequuntur, diviserant vulgatæ editiones, addito puncto post vocem *exemplaribus*. Male, ut vel sola vox ' vetustissimum' indicat, &c.

[x] *Senatusconsulta*] Quæ omnia in Capitolini Jovis templo magna cura Ædiles asservabant.

[y] *Templum Pacis*] Hoc omnium tota Urbe maximum et pulcherrimum, utpote in quod totius ferme Orbis divitiæ congestæ, auctor est Herodianus in Commodo, cujus tempore nocturni casu fulminis deflagrasse dicit. Quam magnificentiam mirum in modum extollit Joseph. lib. VII. c. 24.

[z] *Divique Claudii*] In Claud. c. 45.

[a] *Amphitheatrum*] Hujus etiam hodie magnam partem videre est, et Coliseum vulgo vocant: hoc, a Vespasiano exstructum, Titus filius dedicavit: in Tito c. 7. De quo Martialis in lib. *Spectaculorum*.

[b] *Amplissimos ordines*] Lipsius emendat *amplissimum*, ut sit periodi finis, non initium, hoc modo: *Ut destinasse compererat Augustum amplissimum.* Probat Casaubon. uterque, quod senatorium duntaxat, non vero

varia, et contaminatos veteri negligentia,[9] purgavit,[c] supplevitque, recenso Senatu et Equite; summotis indignissimis, et honestissimo quoque Italicorum ac provincialium allecto.[10 d] Atque, uti notum esset, utrumque ordinem non tam libertate inter se, quam dignitate differre, de jurgio quodam Senatoris Equitisque Romani ita pronuntiavit: 'Non oportere maledici Senatoribus, remaledici[e] civile fasque esse.' [10.] Litium series ubique majorem in modum[1] excreverant; manentibus antiquis, intercapedine jurisdictionis;[f] accedentibus novis, ex conditione tumultuque temporum. Sorte elegit, per quos rapta bello restituerentur, quique judicia centumviralia,[2 g] quibus peragendis vix

Casaub. corrigens tamen *ambos ordines*. Eos refellunt J. F. Gron. ad Gell. IV. 1. Marcil. ad h. l. In Pal. 2. *amplissimos*.—9 Periz. a m. pr. *indulgentia*, sed corr. in marg. Pro *recenso* Edd. Casaub. Schild. Græv. pr. *recensito*. Voss. *senatui*.—10 Vind. 1. *electo*. Mox exulat *differre* a Fourc. *in se* dant Memm. Medic. 1. 3. Cop. Huls. Pro *civile* Dun. *vile*.—1 *Ad mod.* Fourc.—2 *Centumvirilia* Medic. 1. 2. *centumvirialia* Vind. 1. *videb. æt.* Voss. (in quo *ligatorum*) Dun. Cop. Postea *judicarent* Vind. 2. Cort. seu Lys. *ad novissimum*

NOTÆ

equestrem ordinem, 'amplissimi' velint appellatione decoratum. Contra Gronovius, allatis variis Ciceronis locis, ubi de Senatoribus et Equitibus quoque, nempe judicibus, agit: verbi gratia, Pro Sylla: 'ut inimicus esse amplissimis ordinibus, infestus bonis omnibus, hostis patriæ videretur,' De Haruspicum responsis: 'Petita est auctoritas vestra, gravitas amplissimorum ordinum,' &c.

[c] *Purgavit*] Quod idem præstiterat August. in Aug. c. 35.

[d] *Ac provincialium allecto*] De jure provinciarum quædam dicta sunt in Jul. c. 8. in Aug. c. 40.

[e] *Remaledici*] Glossarium Græco-Latinum, ἀντιλοιδορῶ, *Remaledico*. Gron. Nempe licet injuriam injuria repellere.

[f] *Intercapedine jurisdictionis*] Turbata enim tot bellis Republica, nulli certi magistratus facti, jus nulli aut paucis dictum, quasi suspensa omni jurisdictione.

[g] *Judicia centumviralia*] In quibus de qua re ageretur, Cicero I. de Orat. 'In quibus usucapionum, tutelarum, gentilitatum, agnationum, alluvionum, circumluvionum, nexorum, mancipiorum, parietum, luminum, stillicidiorum, testamentorum ruptorum aut ratorum, ceterarumque rerum innumerabilium, jura versentur, cum omnino quid suum, quid alienum, quare denique civis aut peregrinus, servus aut liber quispiam sit,' &c. His Prætor præerat, ut patet ex Plinii lib. V. epist. ultima; quæ omnia cum peragere nequirent, præ rerum multitudine, Centumviri, aliis etiam extra ordinem commisit judicanda.

suffectura [h] litigatorum ætas videbatur, extra ordinem dijudicarent, redigerentque ad brevissimum numerum. [11.] Libido atque luxuria, coërcente nullo, invaluerat. Auctor Senatui [i] fuit decernendi, ut, quæ se alieno [k] servo junxisset, ancilla haberetur: neve filiorum familiarum [3] fœneratoribus [l] exigendi crediti jus unquam esset, hoc est, ne post patrum quidem mortem.[4] [12.] Ceteris in rebus statim ab initio principatus usque ad exitum civilis et clemens, mediocritatem pristinam neque [5] dissimulavit un-

num. Cop.—3 Ita edidit Oud. auctorib. Medic. Polit. Vind. Cort. Huls. Cuj. Exc. Voss. (quæ et *fænatorib.*) cum Edd. Ern. Bip. &c. *familiarium* Cop. Fonc. Vulgo *familias.*—4 Hæc verba: *hoc est n. p. q. m.* pro glossa habuerunt Burm. Oud. Baumg. Lips. ad Tacit. Ann. II. 13. omisit τὰ *hoc est.* Mox pro *statim* præbet *status* Pal. 1. deest Cop. *adhesitum civilis* Huls.—5 *Non d.* Vind. 2. Lys. vel Cort. Mox *etiam* deest Medic. 3. a m. pr. *et ipse tulit* in Vind.

NOTÆ

[h] *Vix suffectura*] Servius ad hunc versum lib. II. Æneid. 'Si omnes uno ordine habetis Achivos,' ait, id ex antiqua tractum juris scientia: quia in ordinem dicebantur causæ, propter multitudinem vel tumultum festinantium, cum erat annus litium. Juvenal. 'Expectandus erit, qui lites inchoët annus.'

[i] *Auctor Senatui*] Sic enim optimi quique Principes sententiam suam Senatorum instar proferebant, libera Senatui super proposita re suffragia relinquentes. Unde contigit, ut quanquam factum postea Senatusconsultum eorum vulgo sententiam sequeretur, non tamen semper ab ipsis nomen habebat, sed vel a Consulibus, vel etiam ab ipsa persona, quæ ei causam dederat. Torrentius de his fuse.

[k] *Quæ se alieno*] Hoc et aliud, de quo hic agitur, Senatusconsultum, Vespasianus non jussit fieri, sed licentia temporum, et non usu abolitum revocavit. Patet ex Tacito lib. XII. Annal. 'Inter quæ refertur ad Patres de pœna fœminarum, quæ servis conjungerentur, statuiturque, ut ignaro domino ad id prolapsa in servitutem sui consensisset, et qui nati essent, pro liberis haberentur.' Emendat hunc locum Lipsius, *Ad id prolapsa in servitute, si consensisset, pro liberta haberetur.* Unde et a jureconsultis Claudianum Senatusconsultum appellatum, ab ejus auctore Claudio Imperatore. Quod enim aliqui existimant, illud a Vespasiano jam tunc Consule, c. 4. supra, perperam esse videtur. Ex hoc enim loco satis colligere est, id a Vespasiano jam Principe constitutum. Tandem illud sustulit postea Justinianus l. unic. cod. de Senatusconsulto Claudiano tollendo.

[l] *Fœneratoribus*] Qui nempe filiis fam. pecunias credebant, et quidem sub usuris gravissimis, ut sui juris, vel morte parentum, vel sua emancipatione, facti eas redderent. Horatius Sat. 2. lib. I. de Fusidio fœneratore improbissimo, 'Quinas hic capiti mercedes exsecat,' &c. 'Nomi-

quam, ac frequenter etiam præ se tulit. Quin et conantes quosdam originem Flavii generis ad conditores Reatinos comitemque Herculis,[m] cujus monumentum extat via Salaria,[6] [n] referre, irrisit ultro. Adeoque nihil ornamentorum extrinsecus cupide appetivit, ut triumphi die, fatigatus tarditate et tædio pompæ, non reticuerit, 'merito se plecti, qui triumphum, quasi aut debitum majoribus suis, aut speratum unquam sibi, tam inepte senex concupisset.' Ac ne tribunitiam quidem potestatem,[7] [o] et Patris patriæ appellationem, nisi sero recepit. Nam consuetudinem scrutandi salutantes,[8] [p] manente adhuc bello civili, omiserat.

1. Harlem. Edd. Med. Sab. Cald. *quando et con.* Fouc.—6 *Sal. via* Medic. 1. 3. Vind. 2. Dein *ornamenti* Fouc. *intrinsecus* Harlem. Periz. Edd. Vett. præter Bas. quam Gryph. Plant. et recentt. secutæ. *nec retic.* opt. Torr.—7 *Tribunitia quidem potestate* Dun. Periz. Cuj. Edd. Rom. in quibus cum Medic. tr. Cort. Harlem. Edd. Junt. Ald. Arg. copula deest ante *Patr.*—8 Ita Memm. Medic. Polit. Vind. 2. Fouc. Dun. Cop. (in quo *Nam et cons.*) et Huls. Vulgo ante

NOTÆ

na sectatur modo sumta veste virili Sub patribus duris tironum.' Quod et a Principe Claudio vetitum jam fuerat. Tacit. lib. XI. Annal. 'Et lege lata sævitiam creditorum coërcuit, ne in mortem parentum pecunias fœnori darent.' Quibus verbis indicatur Senatusconsultum illud, quod in odium Macedonis fœneratoris, non vero filiifamilias, ut opinor, Macedonianum appellatum est, factumque anno U. C. 799. Coss. Claudio quartum, et Vitellio tertium, ut tradit Petrus Faber I. Semestrium, cap. ultimo. Quod et jam antea vetitum fuerat lege Lætoria; sed qua cavebatur in genere duntaxat, ne minor 25. annis quicquam stipularetur; hujus meminit Cicero III. de natura Deorum. Et alibi meminit et Plautus, et ab ætate quinam vicenariam appellat in Pseudolo act. I. sc. 3. 'Perii! an tum lex me perdit quina vicenaria? Metuunt credere omnes.' Quo fiebat, ut perditi illi patrum mortem promitterent. Juvenal. Sat. III. 'Funus promittere patris Nec volo, nec possum.' Et Ovid. 'Filius ante diem patrios inquirit in annos.' Ex quo loco colligit Torrent. eam diu post Vespasianum non obtinuisse.

[m] *Comitemque Herculis*] Fato functum tum, cum Hercules, debellato Geryone, reversus ex Hispania, has Italiæ oras lustraret. De quo plura apud Virgilium.

[n] *Salaria*] In Ner. c. 48.

[o] *Tribunitiam quidem potestatem*] Qua Principes insigniri mos erat. In Aug. c. 27.

[p] *Scrutandi salutantes*] De hac consuetudine in Claud. c. 35. Inde admissionis officium et Magister admissionum: de quibus in Tib. c. 46. et Calig. c. 19. Et Lamprid. in Alexand. Admissionales appellat, qui admittendi jus habebant. Plinius lib. XXXIII. cap. 3. 'Fuit et alia Claudii principatu differentia, in solis his,

[13.] Amicorum libertatem, causidicorum figuras,[q] ac philosophorum contumaciam lenissime[9] tulit. Licinium Mucianum,[r] notæ[10] impudicitiæ, sed meritorum fiducia[s] minus sui reverentem, nunquam, nisi clam, et hactenus retaxare sustinuit, ut apud communem aliquem amicum querens, adderet clausulæ:[1] 'Ego tamen vir sum.' Salvium[2] Liberalem, in defensione divitis rei ausum dicere: 'Quid ad Cæsarem, si Hipparchus sestertium millies[t] habet?' et ipse laudavit. Demetrium Cynicum,[u] in itinere obvium sibi post damnationem,[3] [v] ac neque assurgere, neque sa-

Oud. *sal. scrut.* In fine *obmiserat* Vind. 1.—9 *Levissime* Periz. Lys. seu Cort. Vind. Fouc. Edd. Rom. et Bas. post. Paulo ante *ad philos.* Harlem.—10 *Nota* Huls. Infra *retraxere* Fouc.—1 Corr. Duk. *clausulam*, probantib. Oud. et Ern. —2 *Salvum* Ed. Camp. Mox *et ille laud.* Voss.—3 Sic Memm. uterque Palm.

NOTÆ

quibus admissionem liberti ejus dedissent, imaginem principis in annulo ex auro gerendi, magna criminum occasione. Quæ omnia salutaris exortus Vespasiani Principis abolevit, æqualiter publicando Principem.' Qua de re Seneca lib. VI. de Benefic. c. 33. et 34. Unde Scrutatores dicti.

[q] *Causidicorum figuras*] Sic vocat scommata, quibus illum in causarum actione taxabant. Macrob. lib. VII. c. 3. 'Scomma enim pæne dixerim morsum figuratum, quia sæpe fraude vel urbanitate tegitur, ut aliud dicas, aliud intelligas; nec tamen semper ad amaritudinem pergit, sed nonnunquam iis in quos jacitur et dulce est, quod genus maxime sapiens, vel alias urbanus exercet.' Quint. lib. IX. c. 2. controversias figuratas appellat. Aurelius Victor in Vespas. 'obliqua dicta,' Et Eutropius in Vesp. 'convicia.' Figura hac notione, vocabulum eo sæculo natum, inquit Casaub.

[r] *Licinium Mucianum*] Tacit. lib. I. Histor. de eo: 'In secretum Asiæ repositus, tam prope ab exule fuit, quam postea a Principe: luxuria, industria, comitate, arrogantia, malis bonisque artibus mixtus; nimiæ voluptates, cum vacaret, quoties expedierat, magnæ virtutes: palam laudares, secreta male audiebant:' quibus postremis verbis idem indicat quæ hic. Impudicitiam namque, præsertim in masculos.

[s] *Meritorum fiducia*] Hinc Tacito lib. III. Histor. dicitur et 'specimen partium Mucianus.' Et lib. IV. circa initium: 'quod in manu sua fuisse Imperium, donatumque Vespasiano jactabat.' Et lib. III. initio, de eodem: 'Sed gloriæ avidus, atque omne belli decus sibi retinens.'

[t] *Sestertium millies*] 4375000.lib. in Ner. c. 30.

[u] *Demetrium Cynicum*] Philosophum scilicet, qualis Diogenes; et prior Antisthenes. Quorum secta carpendis et mordendis aliorum vitiis ac philosophico præsertim fastu commendata. Hic ille, opinor, Demetrius. De quo sæpe Philostratus in vita Apollonii, et Tacit. extremo lib. XVI. Annal.

[v] *Damnationem*] Vulgati *dominationem*. Libri Mss. tres *post damnatio-*

lutare se dignantem, oblatrantem [4] etiam nescio quid, satis habuit 'Canem' appellare. [14.] Offensarum inimicitiarumque minime memor executorve, Vitellii hostis sui [5] filiam splendidissime maritavit, dotavitque etiam et instruxit. Trepidum eum interdicta aula sub Nerone, quærentemque, quidnam ageret, aut quo abiret, quidam ex officio [w] admissionis [6] simul expellens, 'abire Morboniam' [7] [x] jusserat. In hunc postea deprecantem haud ultra [8] verba excanduit, et quidem totidem fere atque eadem. Nam, ut suspicione aliqua vel metu ad perniciem cujusquam compelleretur, tantum afuit,[9] ut, monentibus amicis, cavendum esse Metium Pomposianum,[10] quod vulgo crederetur ge-

tres Torr. Pal. tr. Casaub. Dun. Voss. Harlem. Cop. Periz. Cuj. et O. Oud. præter Medic. 1. item Edd. sæc. xv. Bon. Casaub. Schild. Pitisc. Burm. Oud. Ern. et seqq. Al. *post dominationem*.—4 Fouc. et Cort. *oblatrantemque*, a quibus, ut et a Vind. 2. exulat *etiam*. Præterea *can. hab.* Medic. 2. Vind. 1. Cuj. Harlem. aliique cum Edd. sæc. xv. Bon. Steph. pluribusque.—5 Torr. in aliquib. libb. videtur legisse *sibi*, sed nusquam reperit Burm. vel in scriptis vel editis. Marcil. majorem interpunct. posuit ante *Vitell.* Dein *dotavit* sine *que* habent Memm. Vind. 1. Cort. Polit. Dun. Fouc. Periz. Cop. Voss. Huls. et meliores Codd. Torr. ipso probante, item Edd. Rom.—6 *Amiss.* Vind. 1. *emiss.* Harlem. Periz. Edd. Rom. *missionis* Ven. 1. *expelles* Huls.—7 *Morboviam* Codd. Turneb. Pulm. Torr. Lips. Memm. Voss. Cuj. Fouc. Medic. 1. 2. Polit. Vind. 1. et Edd. quædam recentt. vel, divisis vocibus, *morbo viam* Dun. Edd. Med. pr. Ven. tr. Cald. *in Orboniam* Ms. Urs. Ed. Steph. *Morboniam viam* Vind. 2. in marg. *morbo viam*. Obsop. *Norboviam*. Cop. *abire morbo juss.* Barth. Adv. XLII. 3. conj. *Corvoniam*, Nic. Locns. Epiph. III. 8. *Caronium*, Marcil. et Jac. Gron. *Macariam*. Baumg. censuit legendum *εἰς κόρακας*, ex Xiphil. LXVI. 11.—8 *Non ultra* Polit. Vind. uterque, Cort. Cop. Cuj. Voss. Dun.—9 *Fuit* Huls. Statim *ut* deest Viterb. et ita Marcil. legi vult.—10 *Mettium Pompusian.* Memm. *Et Met. Pompus.* Medic. Cop. *Et Metianum* Vind. 1. *Mutium Pompus.* Ed. Camp. *Mutium* etiam Rom. sec. *Pompus.* Harlem. Voss. et plures cum Edd. Vett. *Pusanum* unus Turneb. *Pusianum* alter Cod. *Pompu-*

NOTÆ

nem, quod sequor, inquit Torrent. et recte; Muciano enim suadente, Roma philosophos expulit Vespasianus, relegato Demetrio, ut auctor est Xiphilinus.

[w] *Quidam ex officio*] Ex iis nempe clientibus, qui hoc erga ipsum officio fungebantur; unde colligere est et apud privatos, nedum apud Principem, receptam hanc admissionum consuetudinem, ut Gracchi et Drusi exemplis patet in Tiber. c. 46. &c. ubi de admissionibus.

[x] *Morboniam*] Legit Torrent. *Morboviam*, et probat. Videtur quasi nomen oppidi fictum a morbo: quo forsan ex more populi, quasi in malam crucem, amandabatur. Quomodo hodieque ei morbum imprecantur Itali, quem oderunt: Xiphilinus *ἐς κόρακας*, *ad corvos*.

nesin [y] habere imperatoriam, insuper Consulem fecerit,[1] spondens, quandoque beneficii memorem futurum. [15.] Non temere quis punitus insons reperietur,[2] nisi absente eo et ignaro, aut certe invito atque decepto. Helvidio [z] Prisco, qui et reversum se [3] ex Syria solus privato nomine 'Vespasianum' salutaverat, et in prætura omnibus edictis sine honore ac mentione ulla [4] transmiserat, non ante succensuit, quam altercationibus [a] insolentissimis pæne in ordinem redactus. Hunc quoque, quamvis relegatum primo, deinde et [5] interfici jussum, magni æstimavit servare quoquo modo, missis, qui percussores revocarent; et servasset, nisi, jam perisse, falso renuntiatum esset. Ceterum neque cæde cujusquam [6] unquam lætatus, justis suppliciis

sian. Fouc. Dein *volgo* Memm. ut et cap. 16.—1 *Fecit* Viterb. Periz. *speransque* Polit.—2 Hanc conjecturam Salm. admiserunt Scriv. Græv. Gron. Oud. Bip. Wolf. &c. Vulgo *reperitur*. Sed *reperiretur* Memm. Cop. Voss. Dun. Medic. Polit. Vind. Cort. Fouc. Tum *aut ign*. Cort.—3 *Et reversum se*, quod ex Ed. Casaub. min. Genev. 1616. recepit Scriv. Græv. Gron. Oud. Ern. Bip. &c. habent Medic. 1. 3. Polit. Cuj. *qui et reversus* Voss. Dun. *qui reversus ex* Periz. Harlem. Edd. Rom. Ven. Bon. Junt. Lugd. Ald. Arg. *qui reversum ex* Bas. Steph. Gryph. Col. Dol. Plant. Schild. *qui reversurum* Fouc. Ejecit Burm. *τὸ se*, dein conj. in Not. *qui et reversum ex S. s. ut privatum*, n. Harlem. *privata*.—4 *Ment*. *aliqua ulla* et *in ordine redactis* Vind. 1. Dein *Tunc quoque* libri Casaub. ipso probante, *nunc* Ed. Steph. *religat*. Medic. 1. Cop.—5 Deest *et* Vind. 1. duob. Pulm. Periz. Harlem. Edd. sæc. xv. et pluribus ad Bas. et Gryph. Postea *periisse jam* opt. Torr. *nunciatum* Edd. Bas. et seqq. etiam Schild. sed jam correxerat Scriv. cum Mss. fere O. *Perisse*, pro vulg. *periisse*, hic, ut alibi, rescripsit Oud. fide opt. Codd. Exc. Voss. omittunt *jam*, et cum Dun. *nunciatum* exhibent.—6 In Edd. Gryph. Plant. Scriv. Græv. est *cujusque*, nec varietatis quicquam enotavit e Medic. Gron. neque Voss. Sed in Pulm. Casaub. Burm. ac ceteris Oud. Mss. et Edd. Vett. est *cujusquam*. Desideratur *lætatus* in Memm. Dun. Medic. 2. a m. pr.

NOTÆ

[y] *Genesin*] Hoc est, nativitate a mathematicis inspecta, imperium promitti. Vide in Aug. c. 94. Pomposianus postmodum periit jussu Domitiani: in Domit. c. 10.

[z] *Helvidio*] Hic, ut Tacit. lib. iv. Histor. circa initium, ubi ejus origo et vita paucis attingitur, 'Quæstorius adhuc, a Pæto Thrasea (de quo lib. vi. c. 37.) gener dilectus, e moribus soceri nihil æque ac libertatem hausit; civis, senator, maritus, gener, amicus, cunctis vitæ officiis æquabilis, opum contemtor, recti pervicax, constans adversus metus,' &c. Meminit et hujus familiæ, ut sibi conjunctissimæ, Plinius lib. iv. epist. 21.

[a] *Altercationibus*] Meminit et Tacitus loco citato; cum de Imperio Vespasiani, et mittendis ad ipsum Legatis ageretur in Senatu: 'Isque præ-

illacrymavit etiam[7] et ingemuit. [16.] Sola est, in qua merito culpetur, pecuniæ cupiditas. Non enim contentus, omissa[8][b] sub Galba vectigalia revocasse, nova et gravia addidisse, auxisse tributa provinciis, nonnullis[9] et duplicasse; negotiationes[c] quoque, vel privato pudendas, propalam exercuit, coëmendo quædam tantum, ut pluris postea distraheret. Ne candidatis quidem honores, reisve,[10] tam innoxiis, quam nocentibus, absolutiones venditare cunctatus est. Creditur etiam procuratorum[d] rapacissimum quemque ad ampliora officia ex industria solitus promovere, quo locupletiores mox condemnaret: quibus quidem vulgo[1] 'pro spongiis'[e] dicebatur 'uti,' quod quasi et siccos madefaceret, et exprimeret humentes. Quidam natura cupidissimum tradunt, idque exprobratum ei a sene bubulco, qui, negata sibi gratuita libertate,[2] quam imperium adeptum suppliciter orabat, proclamaverit, 'Vulpem pilum mutare, non mores.'[3] Sunt contra, qui opinentur, ad ma-

3. Polit. Fouc. Cuj. Voss. Cop. Ed. Med. pr.—7 *Neque* vel *nec etiam* Medic. 2. Vind. 1. Cop. Voss. Fouc. *etiam ingem.* sine *et* Dun. Is. Voss. legebat: *cujusquam, quanquam justis s. i. neque non etiam ing.*—8 Fouc. Huls. Ed. Camp. *obmissa*, Polit. *commissa*. Duk. conj. *remissa*. Mox *et auxisse* Vind. uterque, Fonc. Cort. duo Burm. cum Edd. usque ad Casaub. excepta Steph.—9 *Nonnulla* Vind. 2. Cort. Tum *exerc. prop.* Edd. Rom. *quædam* abest a Dun. Cuj. Voss.—10 *Nec candidatus q. h. rei suæ tam* Memm. *ne* habent Medic. 3. Voss. Cop. Edd. Steph. Græv. Oud. &c. In ceteris *nec*, pro more. Medic. 3. *candidatus honoris*, et *honoris* quoque Camp. Dein *vendicare* Vind. Cort. Fonc. et *quemdam* Vind. 1.—1 *Quibus volgo* Voss. *spongeis* Medic. 1. 3. Mox *malefac.* Harlem. *et hum. exprim.* Periz. *tumentes* Fouc. Verba *quod*, &c. usque ad *humentes* desunt Vind. 1.—2 *Negatam sibi gratuitam libertatem* Memm. Medic. 3. Polit. Voss. *qua* Edd. Ven. 2. 3. Ald. Gryph. aliæque. Statim *Imperii* Ed. Rom. sec. et Periz. in quo *exoravit*. Medic. 2. 3. Voss. Cop. *ademptum*, Memm. *ademptum orabat*. Edd. Med. Ven. 1. *oravit*.—3 In Huls. *pilum, non minores pu-*

NOTÆ

cipuus ille dies magnæ offensæ initium, et magnæ gloriæ fuit.' Namque inter illum et Marcellum Eprium, quem, ut soceri sui Thraseæ delatorem, quondam accusaverat, acre super ea re jurgium fuit.

[b] *Omissa*] In Galba c. 15.

[c] *Negotiationes*] Ulpianus l. LII. ff. pro socio, 'Negotiationem sagariam' dixit, a sagis. Et Cicero lib. XVI. Epist. 'Negotiationem Asiaticam.' Gallice dicimus *Negoce*. Distrahere autem verbum jureconsultis usitatissimum pro singillatim vendere.

[d] *Procuratorum*] De procuratoribus Cæsaris, in Claud. cap. 12. et 24. in Oth. c. 7.

[e] *Pro spongiis*] Simile quid de Dio-

nubias[f] et rapinas necessitate compulsum,[g] summa ærarii fiscique[h] inopia: de qua testificatus sit initio statim principatus, professus, 'quadringenties[4] millies[i] opus esse, ut Respublica stare posset.' Quod et verisimilius videtur, quando et male partis optime usus est.[5] [17.] In omne hominum genus liberalissimus, explevit censum[k] Senatorum:[6] consulares inopes quingenis sestertiis[l] annuis sustentavit: plurimas per totum orbem civitates,[m] terræ motu aut incendio afflictas, restituit in melius. [18.] Ingenia et artes[7] vel maxime fovit: primus e fisco Latinis Græcisque rhetoribus annua centena[n] constituit: præstantes poëtas, necnon et artifices, Coæ Veneris,[8] [o] item Colossi[p] refec-

tare. Infra *necessitudine* Medic. 2. a m. pr. *testificatu* Cuj.—4 Correxit Budæus *quadragies*, probantib. Guj. Lips. Oud. Ern. al. Mox *et* ante *verisim.* deest Edd. postt. Schild. nec agnoscunt *et* post *quando* Harlem. Periz. et Edd. Vett. ad Bas. post. Gryph. Plant. et seqq.—5 Salm. Perizon. et Torr. putant hæc male disjuncta a superiorib. et novum caput incipiunt ab *Explevit.* Punctum etiam posuit Steph. post *liberalissimus*, licet cap. ordiatur ab *In omne*, et ita Bas. post. aliique, vel duo puncta.—6 Ita conjecerat Marcil. et cum Huls. Edd. Rom. rescripsit Oud. et seqq. pro vulg. *Senatorium.* Pro *restituit* Huls. *restauravit.*—7 *Artis* Huls. Dein *primo* Dun. *præstantis* Medic. 3. Polit. *necnon* deest Vind. 1. *et* Vind. 2. Cort.—8 Vulgo *et artif. coëmit*,

NOTÆ

nysio collegit Beroald. Dionysium amicis uti pro vasculis, quæ, dum plena sunt, evacuat, et abjicit vacua.

[f] *Manubias*] De his in Jul. c. 26.

[g] *Compulsum*] A Muciano, si Xiphilinum audias: dicit enim Mucianum tantæ undique corradendæ pecuniæ non auctorem modo, sed et adjutorem: derivata etiam in semet invidia. Cum in ore semper haberet, pecuniam esse nervum Principatus.

[h] *Ærarii fiscique*] Quomodo differant, in Aug. c. 40.

[i] *Quadringenties millies*] Budæus lib. III. de Asse, hoc supra fidem esse existimat, legitque *quadragies millies:* quæ summa circiter decuplo minor esset, quam 'quadringenties millies,' hoc est, 175000000.lib.

[k] *Explevit censum*] De censu Senatorum in Aug. c. 41.

[l] *Quingenis sestertiis*] 21875.lib. Neron. c. 10. Vitell. c. 7. in Tiber. c. 47. Et Hadrianus, apud Spartianum, Senatoribus, qui non vitio suo decoxerant patrimonium, subvenit.

[m] *Civitates*] Tres Cypri civitates, Vespasiano imperante, terræ motu concidisse scribit Eusebius, &c.

[n] *Annua centena*] Hoc est, 4375.lib. amplissimum, ut nunc vivitur, honorarium; sed pro ratione temporum illorum, judicio Casauboni, tenue. Nonne enim pudendum, inquit, Terpno Diodoroque citharœdis (infra c. 19.) pro una productione data ducenta, istis vero annua centena tantum statui? &c.

[o] *Coæ Veneris* [*Coëmit*] In Cujacii codice legit Casaub. *artifices cæmen-*

torem, insigni congiario [q] magnaque [9] mercede donavit: mechanico [r] quoque, grandes columnas exigua impensa perducturum in Capitolium pollicenti, præmium pro commento non mediocre obtulit, operam remisit, præfatus, 'Sineret se plebeculam [10] [s] pascere.' [19.] Ludis, per quos scena Marcelliani theatri [t] restituta dedicabatur, vetera quoque acroamata [1] [u] revocaverat. Apollinari [2] [v] tragœdo

item. Lips. conj. Cent. Alt. ad Belg. Ep. 53. *artifices scenæ*, probantib. Casaub. Gron. quo recepto, Oud. suasit *muneribus item*, vel audacius, *artifices ceteros; Veneris, item.* In Notis post. Lips. corr. *artif. comicos.* Ex vestigiis Memm. in quo *coeveneris* v. *coeveneril*, refinxit Græv. lectionem editam ab Ern. Bip. Baumg. probante Burm. *Coevenerit* dant Voss. Dun. *coemerit* Medic. tr. Cop. *coëgit* Ed. Ven. 1. *artif. cæmentarios* Cuj. Dein *Colosi rectorem* Vind. 1.—9 *Magnæque* Harlem. et *meccanico* Periz. *grandis* Polit. Medic. 3.—10 In Fonc. *plebis ulam*, et ascripsit Müll. conj. *plebis gulam.* Memm. Medic. 2. 3. Polit. Vind. 1. Cort. tres Burm. et Camp. habent *plebic.* Post *pascere* addunt *pane* Vind. 2. Cort. Pulm. uterque, Periz. Harlem. aliique cum Edd. Vett. ad Bas. usque.—1 *Acroem.* Medic. 2. Polit. *acramata* Harlem. *acromata* Vind. 2. Edd. Rom. Al. *achrom.* Dein *revocavit* Ed. Steph.—2 *Appellari* Memm. Me-

NOTÆ

tarios, nec probat; verbum enim coëmere pro mercede conducere, etiam alibi reperire est, ut 'Emtitius miles' apud Festum, et 'emere auxilia' apud Capitolinum. Legit Grævius cum Gronovio *Coæ Veneris.* Notissima est Venus Coa. De qua Plin. lib. xxxv. c. 10.

[p] *Colossi*] Is ille est Colossus, quem Zenodorus Neroni fecerat: in Neron. c. 31. 'qui dicatus Solis venerationi est, damnatis sceleribus illius Principis,' ut ait Plinius lib. xxxiv. cap. 7. Demto scilicet Neronis capite, et Solis substituto cum radiis. Martialis lib. Spectacul. Epig. 2. Iterum Commodus demi jussit caput Solis, ut suum reponeret. Exemtilia quippe statuarum apud Priscos capita, in Calig. c. 22. notatum.

[q] *Congiario*] Pro mercede quam privato dederit: quo sensu etiam in Julio c. 27.

[r] *Mechanico*] Machinarum ad libranda et movenda ponderosissima perito: qualis fuit celeberrimus ille Archimedes, qui gloriatus fertur, tum se terrarum orbem translaturum, si daretur alter, quo posset tormenta collocare.

[s] *Plebeculam*] Quæ scilicet illis occupata laboribus lucrum quærebat, quo vitam sustentaret. Vulgati Codices addunt *pane.*

[t] *Marcelliani theatri*] Ab Augusto exstructi. In Aug. c. 29.

[u] *Acroamata*] De his in Aug. cap. 74. Notat Beroaldus ex Lampridio, non solum ipsas voces et verba 'acroamata' dici, sed et ipsos acroamatum histriones enarratoresque: ait enim Lampridius, quod Alexander Romanus Imperator, nanos, et nanas, et moriones, et vocales exoletos, et omnia acroamata, et pantomimos populo donaverit.

[v] *Apollinari*] Torrent. legit in tribus libris *apellari*, ut forte *Apelli*

quadringenta,[3] [w] Terpno [3] [x] Diodoroque citharœdis ducena,[4] [y] nonnullis centena, quibus minimum, quadragena sestertia super plurimas coronas aureas dedit. Sed et convivabatur assidue, ac sæpius recta [5] [z] et dapsile,[a] ut macellarios adjuvaret.[b] Dabat sicut Saturnalibus [6] [c] viris apophoreta, ita per [7] Kalendas Martias [d] fœminis: et ta-

dic. Vind. Cort. Fouc. Cop. Huls. Ed. Rom. sec. *apellari* Polit. et tres Torr. unde facit Torr. *Apelli*. Mox *quadringenta* Mss. O. et Edd. ad Scriv. usque, qui *quadringena*, quod in contextu retinet Burm. Cf. Ern. ad h. l.—3 *Pterno* libb. Torr. *Tarpeio* Periz. Vind. Cort. Edd. sæc. xv. *Carpeio* Fouc. *Tarpeiosita* Harlem. unde conj. Burm. *Tarpeio, item Diod.* Dun. et Ed. Lugd. *Pterno*, Medic. 2. *Ptermodioroque*, et ita duobus vocibus Ed. Ven. 1. *Dioroque* Ed. Rom. sec. *Diodoroque Dorioque* Ven. 2. 3. *Pterino* Junt. Ald. Bas. Arg. Steph. Gryph. *Pretermo Dioreque* Cuj.—4 *Ducenta* Edd. sæc. xv. et aliæ paucæ cum Exc. Cuj. quæ mox præbent *min. quadringena*. Vind. 1. *milibus minum* pro *minimum*. Ab eodem et duob. Burm. cum Edd. Rom. abest *super*. Vind. 2. dat *insuper*. Item *aur. cor.* in Vind. 1.—5 Ita Memm. Medic. 3. Polit. et Mss. Froben. probantib. Torr. Lips. Casaub. et cum Bas. post. recipientib. Burm. Oud. et seqq. Vulgo *recte*. Dein *ac* pro *et* servant O. Mss. et Edd. præter Medic. Polit. Vind. 1. Edd. Jac. Gron. Oud. Bip. &c. *ac dapili* dedit J. F. Gron. ediditque Græv. et Ern. Ed. pr.—6 Hoc ord. voces exhibent Memm. Medic. Polit. duo Torr. tres Burm. Fouc. Dun. et Edd. Rom. Casaub. Schild. Oud. &c. In aliis *Sic. Sat. dab.*—7 Ita Medic. Polit. Vind. Fouc. Cort. Cop. Cuj. Voss. Tornac. Harlem. Periz. Edd. primæ, Bas. Burm. Oud. Ern. &c. *ita et per* Casaub. Schild. forte cum Memm. Dun. Ceterum

NOTÆ

legendum sit. Quo sane nomine sive eundem sive alium memorat Sueton. in Calig. c. 33.

[w] *Quadringenta*] 17500.lib.

[x] *Terpno*] De quo jam in Ner. cap. 20.

[y] *Ducena*] 8750.lib.

[z] *Recta* [*recte*] In Frobenii codice legitur *recta*, et in uno Ms. Torrentii. ' Cod. Salmas. *recta*. Domit. c. 7. ' revocata cœnarum rectarum consuetudine.' Sed geminus huic loco est alter, Aug. c. 74. 'Convivabatur et assidue, nec unquam nisi recta.'' *Græv.*

[a] *Dapsile*] Hoc est, abundanter. Δαψίλεια *abundantia* est, unde vox Latina 'dapsilis' jam dudum in usu. Plautus siquidem in Aulularia Act. I. sc. 3. 'Istas magnas factiones, animos, dotes, dapsiles, Clamores, imperia, eburata vehicula, pallas, purpuram, Nil moror; quæ in servitutem sumtibus redigunt viros.'

[b] *Macellarios adjuvaret*] Quibus nempe lucrandi occasionem præbebat; lautioribus enim conviviis augetur opsoniorum pretium, atque ideo juvantur macellarii, lucrum inde captantes.

[c] *Saturnalibus*] De hoc more in Aug. c. 75. et Claud. c. 5. De apophoretis in Calig. c. 55. Vide et Martialem lib. XIV. cui Apophoreta inditum nomen.

[d] *Kalendas Martias* [*Martii*] Temporibus Porphyrionis, matronarum dies ille festus erat, ut ipse testatur ad Horat. Od. 8. lib. III. 'Martiis cœlebs quid agam Kalendis,' &c. Quo loco Acron hunc diem 'Matronalia'

men ne sic quidem pristinæ[8] cupiditatis infamia caruit. Alexandrini 'Cybiosacten'[9] [e] eum vocare perseveraverunt,[10] cognomine unius e regibus suis turpissimarum sordium. Sed et in funere Favor[1] [f] archimimus[g] personam ejus[h] ferens, imitansque,[2] ut est mos, facta ac dicta vivi, interrogatis palam procuratoribus, 'quanti funus et pompa constaret?' ut audiit,[3] 'sestertio[4] centies,'[i] exclamavit, 'Cen-

restituit *Martias* Oud. auctorib. Vind. 2. Cort. Tornac. Fouc. Vulgo *ita et Kal. Martii.*—8 Memm. *pristina.* Paulo ante *nec sic* Fouc.—9 Sic Torr. Casaub. aliique ex Strab. lib. XVII. 1. 11. restituerunt. *Cibiosactem* Edd. Græv. Burm. *Cibiotantem* Mss. Torr. Pal. Peris. Cop. Harlem. Cuj. Voss. aliique, Edd. Rom. Sab. Bon. *Cibotantem* Dun. *Cibiotandem* Fouc. *Cybiotanten* Medic. 1. 3. Polit. *Cibiosantem* Memm. Huls. *Cibo tandem* Ven. 1. *Cibiotem* Cod. Urs. Ed. Steph. *Cibiotatem* Junt. Lugd. Ald. Bas. Gryph. Col. Plant. Scriv. *Cybiotatem* Dol. *Cibiratem* Bas. post.—10 *Perseveraverant* Edd. Rom. *ex reg.* Vind. 1.—1 Ita Memm. Medic. 1. 3. Polit. Vind. 1. Nonn. Pal. 1. 2. Edd. Pulm. Torr. Scriv. Burm. Oud. &c. astipulantib. Turneb. Adv. XXII. 16. Casaub. aliisque. Vulgo *Favo*, quod extat etiam in multis Codd. *Fano archiminio* Fouc. *archiminius* Edd. Rom.—2 *Jontansque* Memm. Mox *viri* pro *vivi* unus Torr. Medic. 2. Dun. Vind. 2. Cort. Voss. Fouc. Harlem. Peris. et Edd. Vett. fere ad Bas. Gryph. et seqq. *juri* Ven. 1.—3 *Audit* Medic. 1. 3.

NOTÆ

dictum scribit. Martial. Epig. 85. lib. V. 'Scis certe, puto, vestra jam venire Saturnalia, Martias Kalendas. Tunc reddam tibi, Galla, quod dedisti.' Et Ovid. III. Fastorum. Ait Festus: 'Martias Kalendas matronæ celebrant, quod eo die Junonis Lucinæ ædes coli cœpta sit.'

[e] *Cybiosacten*] Ita Casaubonus scripsit. Vulgati codices *Cibiotatem*, ut et Torrent. qui tamen in suis *Cibiotantem* reperit. Sed ex historiæ fide emendatum est. Nam ex Strab. lib. XVII. cum Ptolemæum Auletam, de quo in Jul. c. 11. e regno pepulissent Alexandrini, filiam ejus natu grandiorem, ex Dione dictam Berenicen, reginam constituerunt. Ei maritus ex Syria accersitus est quidam, ex Syriacorum regum stirpe oriundum se simulans. Hunc Dio Seleucum vocat; Strabo vero simpliciter Cybiosacten appellat, quem regina ob ignobilitatem, morumque sordes, et avaritiam ejecit, si Straboni fides; necavit vero, si Dionem audias. Inde factum verosimillime cognomen ab Alexandrinis, natura sua dicacissimis. Cybia enim sunt salsamenta ex Tritonibus, qui sunt pisces e magno Pelamidum genere, ex Plinio lib. XXXII. c. 11. Cybium quoque ibidem dicitur concisa pelamis, quæ eadem, si pusilla est, cordyla nuncupatur.

[f] *Favor* [*Favo*] Torrent. cum Pulmanno et Turnebo legit *Favor*, quasi desumto nomine ex omine popularis studii; quanquam in pluribus et melioribus libris legerit *Favo*.

[g] *Archimimus*] Vocabulum hoc nescio an alibi legatur; principem vero histrionem significat, nec a pantomimo differre Casaub. arbitratur.

[h] *Personam ejus*] Hujus etiam moris exemplum in divitum funeribus apud Halicarnass. lib. VII. Huc quoque trahit Casaub. quod Tiber. cap. 57.

[i] *Sestertio centies*] 437500.lib.

tum sibi sestertia [k] darent, ac se vel in Tiberim projicerent.' [20.] Statura fuit quadrata,[l] compactis firmisque membris, vultu veluti nitentis.[5] [m] De quo quidam urbanorum [n] non infacete: siquidem [6] petenti, 'ut et in se aliquid diceret:' 'Dicam,' inquit, 'cum ventrem exonerare desieris.' Valetudine prosperrima usus est, quamvis ad tuendam eam nihil amplius quam fauces ceteraque membra sibimet ad numerum [o] in sphæristerio [7] [p] defricaret, inediamque unius diei per singulos menses interponeret. [21.] Ordinem vitæ

Harlem. *audivit* Vind. 2. Periz. Edd. sæc. xv. præter Romanas et Ven. 1.—4 *Sestertium* Memm. et O. Mss. et Edd. Vett. vel *HS.* Nostrum excogitavit Gron. de Pec. Vet. IV. 6. recepitque Burm. Ern. Bip. &c. Meurs. rescribi jussit *sestertium millies.* Mox in Cod. Glar. *cum sibi sest.* Gron. præeunte Glar. cum Marcil. suasit, *centies sibi sestertium.*—5 Cop. et Fouc. *nitenti,* Dun. *nitidis,* Cuj. *nitidis de quidam.* Præbent *de quo* Memm. Medic. 1. 3. Polit. Vind. 2. Cort. Voss. Cop. Fouc. Ed. Steph. quos sequitur Oud. cum seqq. Ceteri *Unde quidam.* Item *urbaniorum* Memm.—6 Langius conj. *non infacete is quidem,* Burm. *non inf. ei petenti,* et cum eo τὸ *siquidem* abesse mallet Ern. *infacetus petenti* Corsend.—7 *Ad naturam in sparist.* Vind. 1. *peristerio* Vind. 2. Periz. Cort. Edd. Rom. *eristerio* Fouc. In aliis nonnullis *sphæriterio.*

NOTÆ

[k] *Centum sibi sestertia*] 4337.lib. Verba sunt Archimimi Favonis mores avaritiamque Vespasiani imitantis; sic enim loquebatur ex Vespasiani persona, tanquam vixisset, et procuratores suos, de sui funeris impensa interrogans, ubi audivisset tanti constiturum, *HS.* nempe *centies,* exclamasset: O mihi vel centesimam tantæ summæ partem date, et cadaver, quo volueritis, projicite! Qua in lectione longe plus salis esse videtur, quam in emendatione Schildii ex Gronovio legentis, *Centies sibi sestertium darent, et se, &c.* Quo tanto, inquit, dono putaret quamlibet ignominiam cadaveri suo oblatam abunde compensari, unde satis apparet amplam fuisse summam. Judicet lector.

[l] *Quadrata*] Optima, neque gracili, neque obesa. Corpus enim gracile infirmum, obesum, hebes est, inquit Celsus lib. II.

[m] *Vultu veluti nitentis*] Id est, contracto, qualis esse solet vel sub aliquo pondere nitentium, aut laboriose ventrem exonerantium. Vide Martial. Epig. 87. lib. IX. de Phœbo.

[n] *Quidam urbanorum*] Eorum qui festiviter jocantur. In Jul. c. 20. et 51.

[o] *Ad numerum*] Frictionem inter præcipua medicinæ auxilia retulit Asclepiades, auctore Plinio; sed eam pro cujusque viribus, non autem ullo numero definivit Cornelius Celsus lib. II. ubi reprehendit eos, qui ad numerum fricabantur, et quinquagies per infirmum corpus; robustum vero ducenties fricari posse contendit. Cum tamen aliter Vespasianus sentiret, forte quod numerum æquabilem crederet magis sanitati conducere.

[p] *In sphæristerio*] Thermarum membrum est, quo exercebantur pila. Erant enim in magnificis illis thermarum ædificiis cujusvis exercitationis

fere hunc [8] tenuit. In principatu maturius semper, ac de nocte evigilabat: [9] [q] dein [10] perlectis epistolis, officiorumque omnium breviariis,[r] amicos admittebat:[s] ac dum salutabatur, et calceabat [1] ipse sese, et amiciebat: postque decisa,[2] quæcumque obvenissent, negotia, gestationi, et inde quieti vacabat, accubante aliqua pallacarum,[t] quas in locum defunctæ [3] Cænidis [4] [u] plurimas constituerat:

Mox *mensamque* Cuj. pro *ined.*—8 *Hunc fere* Medic. Vind. 2. Huls. Cuj. Dun. Dein *maturus* Edd. Schild.—9 Mss. O. *vigilabat*, sed illud recipiendum docuerunt Græv. Casaub. Oud. Ern. et ita ediderunt cum Burm. Schild. Bip. &c. —10 Ita Memm. Medic. Polit. Vind. 2. Cort. Fonc. Dun. Voss. reposuitque Oud. pro *deinde*, ut semper. Tum *officiorum omniumque* Cop.—1 *Decalciabat* Harlem. Edd. Med. pr. Ven. tr. Cald. *camisiebat se ipse* Vind. 1. *se ipse* etiam Periz. et Edd. Rom. probante Oud. *ipse se* Medic. Polit. Vind. 2. Cort. Fonc. tres Burm. Edd. Med. Ven. Bon. Junt. *sese* omittit Huls. *ac amic.* habent Edd. Rom.—2 *Post dec.* sine *quæ* Vind. uterque, Fonc. Cort. Periz. Harlem. Cuj. et Edd. O. ante Scriv. præter Steph.—3 Sic Memm. Medic. Polit. Vind. Fonc. Cop. Vulgo *def. loc.* Paulo ante *palacar.* duo Torr. *palliatarum* Periz.

NOTÆ

loca. Plin. lib. v. Epist. 6. 'Apodyterio suppositum est sphæristerium, quod plura genera exercitationis pluresque circulos capit.'

[q] *De nocte evigilabat*] Idem omnino Aurelius in Vespas. 'Institutum uniforme omni imperio tenuit, vigilare de nocte, publicisque actibus absolutis, caros admittere.'

[r] *Breviariis*] Hoc est, libellis. De quibus in Ner. c. 52. Notat Beroald. brevem et breve masculino et neutro genere, dici quoque Latine in eadem significatione, quam 'brevem Apostolicum' vulgo nominant; sed hoc nonnisi posteriorum auctoritate Latinorum. Vopiscus in Aureliano: 'Breve nominum conscripsit.' Item: 'breve legit singulis, quorum nomina continebat.' Et Lampridius in Alexandro: 'Milites suos sic ubique scivit, ut in cubiculo haberet breves, et numerum, et tempora militantium.'

[s] *Amicos admittebat*] De admissionibus supra ad cap. 14. Martial. Epig. 8. lib. IV. 'Prima salutantes atque altera continet hora, Exercet raucos tertia causidicos.' Quo loco poëta integram diei dispositionem refert. Quod et Epig. 90. ejusdem libri, sed de rusticatione loquitur.

[t] *Pallacarum*] Hoc est, pellicum. Gellius lib. IV. c. 3. 'Pellicem autem appellatam, probrosamque habitam, quæ juncta consuetaque esset cum eo, in cujus manu, mancipioque alia matrimonii causa foret,' &c. Et infra: 'Pellex autem quasi Πάλλαξ, id est, quasi παλλακὶς, ut pleraque alia, ita hoc quoque vocabulum de Græco flexum est.' Attamen Marcellus Donatus pallacam a pellice distinguit, quod hæc marito uxorem habenti, illa cum cœlibe consuesceret. Qua tamen voce pro concubina simpliciter usus est Plinius lib. III. c. 10. de Campaspe Alexandri concubina Apelli donata. Vide et legem CXLIV. ff. De verborum significatione.

[u] *Cænidis*] Libertæ illius. De qua c. 3.

a secreto [v] in balineum tricliniumque [5] transibat. Nec ullo tempore facilior aut indulgentior traditur: eaque momenta [w] domestici ad aliquid petendum magno opere captabant. [22.] Et [6] super cœnam autem, et semper alias communissimus,[7] [x] multa joco transigebat. Erat enim dicacitatis plurimæ, et sic [8] scurrilis ac sordidæ, ut ne prætextatis [y] quidem verbis abstineret. Et tamen nonnulla ejus facetissima extant: in quibus et hæc.[9] Mes-

Harlem. Ed. Ven. 1. *pallacearum* Junt. Arg. *pallaciarum* Lugd. *pallatarum* Camp. *pellicarum* Vind. 2. Cort. *pallace* Polit. *paliatar.* Cald.—4 *Genidis* Medic. 1. 3. Vind. 2. Cort. Voss. Cop. *Gnidis* Fonc. *Cinedis* Periz. Mox *a secr.* præbent Tornac. Memm. Pal. tr. et Mss. O. Oud. præter Vind. 1. Periz. probantib. Græv. Grut. Burm. &c. Al. *ac secr.*—5 *Que* omittitur in Periz. a m. pr. Postea pro *momenta* Dun. *monum.* Fonc. *domestica.*—6 Græv. ejecit *τὸ et* in ult. Ed. Dein recepit cum Casaub. Grut. Burm. Bip. *et super aleas*, auctorib. Viterb. Pal. 1. Vind. utroque. Mallet tamen pro *aleas* legi *aleam*. In Pal. 2. Edd. Junt. Lugd. Arg. *super alias.* Abest *semper* a Medic. 1. Vulg. lect. defendunt Marcil. Oud. Wolf.—7 Hæc est lectio Viterb. probata Casaub. recepta Græv. Burm. Oud. Ern. Bip. seqq. accedente Pal. 1. In ceteris et Edd. Vulgg. *comissimus* vel *commissimus*, nisi quod unus Torr. Pulm. Harlem. Periz. Edd. sæc. xv. Bon. Lugd. Arg. Ald. dent *cum amicis*, nec displicebat Torr. In marg. Seb. Gryph. *super alias comessationes.* Ceterum *multo joco* Cop.—8 *Et si* Memm. Medic. 2. a m. pr. Voss. *et sord.* Medic. tr. Vind. 2.—9 Sic Memm. Dun. Fonc. et Mss. O. Burm. et Oud. præter Voss. item Edd. Rom. Bon. In reliquis *et hoc.* Mutavit Græv. cum Burm. Oud.

NOTÆ

[v] *A* [*ac*] *secreto*] In Tornacensi codice legit Torrentius *a secreto*, et magis probat.

[w] *Momenta*] Molles nempe fuere aditus tunc temporis.

[x] *Communissimus* [*comissimus*] Beroaldus notat in aliis legi *cum amicis*, quod et agnoscit Pulmannus, nec displicet Torrentio. Casaub. in Viterbiensi legit: *Super cœnam, et super aleas communissimus*, quod inter cœnandum alea plurimum uterentur. In Aug. c. 77. de hac loquendi ratione 'super cœnam:' et in Jul. cap. 87. de voce vero 'communissimus,' qua idem ferme significat, atque comissimus, in Claud. c. 21.

[y] *Prætextatis*] Hoc est, obscœnis, et impudicis. Macrobius lib. II. cap. 1. 'Excogitamus alacritatem lascivia carentem, &c. et hæc nobis sit literata lætitia, et docta cavillatio, vicem planipedis impudica et prætextata verba jacientis.' Gellius lib. IX. c. 10. Eodem sensu Juvenal. Sat. II. 'Sic prætextatos referunt Artaxata mores.' Festus vero aliter: 'Prætextatis,' inquit, 'nefas erat obscœno verbo uti, ideoque prætextatum appellabant sermonem, qui nihil obscœnitatis haberet.' Deinde addit: 'Prætextatum sermonem quidam putant dici, quod prætextatis nefas sit obscœno verbo uti; alii, quod nubentibus, depositis prætextis, a multitudine puerorum obscœna clamentur.' Priorem Festi sententiam, inquit doctissimus Dacerius, mutilator ineptus amplexus, quia scilicet falsa est.

trium Florum Consularem, admonitus ab eo, 'plaustra' [z] potius, quam 'plostra' dicenda, postero die [10] 'Flaurum' [a] salutavit. Expugnatus autem a quadam, quasi amore sui deperiret, cum perductæ [1 b] pro concubitu sestertia quadringenta [2 c] donasset; admonente dispensatore, quemadmodum summam rationibus vellet inferri, [3 d] 'Vespasiano,' inquit, 'adamato.' [23.] Utebatur et versibus Græcis tem-

et seqq. Statim *Mestr.* habent lib. Turneb. Memm. Cuj. Vind. Cort. Nonn. Edd. Med. pr. Sab. Cald. Græv. Burm. &c. Vulgo *Mensatrium*. Dun. *Maestrium*. Quidam *Metrium*. In Huls. *Florem*.—10 Hoc ordine Memm. Medic. Polit. Vind. Cort. tres Burm. et Edd. Rom. sec. Ven. 1. Gron. Oud. &c. Al. *die post*. Tum *amore suo* Memm. unus Torr. Pal. tr. Dun. et O. Burm. et Oud. cum Edd. ante Sab. item Cald. Junt. Lugd. Arg. Abest a duob. Torr. ipso probante.—1 Hanc lect. tuentur Memm. Viterb. Pal. 1. 2. Polit. Huls. Edd. Med. sec. Bon. Steph. man. doct. in ora Gryph. 1539. astipulantib. Torr. cum suis Mss. Lips. Duk. Marcil. Oud. Ern. in Exc. ad loc. &c. Burm. edidit *perducta* ex conjectura Casaub. sed mallet *perducta ei pro*. Vulgo *productæ*.—2 Ita duo Torr. Memm. Pal. 1. 2. Viterb. Medic. 3. Polit. Vind. 2. Fouc. Cort. Dun. Edd. Casaub. Schild. Gron. Oud. In ceteris, etiam Ern. Bip. Wolf. *quadraginta*. Dein *quoque admodum* Ed. Camp. Burm. vellet *in rationib.*—3 Vulgo *referri*. Illud cum Memm. duob. Torr. Medic. 2. 3. Vind. 2. Cort. sive Lys. et doct. man. ad marg. Gryph. dederunt Steph. Græv.

NOTÆ

[z] *Plaustra*] Unde 'Plostello adjungere mures' apud Horatium. Magnam syllabarum *au* et *o* affinitatem exemplis multis probat Casaub. Sic Claudius aliis, qui Ciceroni semper Clodius. Quod et Juvenalis Scholiastes ad Sat. VI. observat. Cotes pro cautes, origa pro auriga, &c.

[a] *Flaurum*] Vox Græca φλαῦρος *vilem ac frivolum* significat, unde lepos et jocus in Florum illum, qui grammatica hac observatiuncula Imperatorem argueret.

[b] *Cum perductæ* [*productæ*] Sic et Pithœi codicis emendatum. In optimis Torrentius, et in Viterb. Casaub. legunt *perductæ*. Quod ille probat, eo sensu quo in Julio cap. 49. ubi de perductoribus. Hic vero *perductæ* legendum censet, ut intelligatur ipsa mulier donasse Vespasiano, non contra; quo tantam summam a Principe ultra modum parco in ejusmodi voluptates effundendam non existimet. Id probare videtur titulus ille, sub quo rationibus pro more voluit summam hanc referri, 'Vespasiano' scilicet 'adamato.' Nam de tabulis accepti intelligendum est, in quibus, ut ait Asconius, et jam in Jul. c. 47. notatum est, 'Unusquisque domesticam rationem sibi totius vitæ suæ per dies singulos scribebat, ex quo appareret, quid quisque de rebus suis, quid vel de arte, fœnore, lucrove seposuisset quoque die,' &c.

[c] *Quadringenta*] 17500.l. Sic Torrentii codices, sic Tornacensis et Patavinus. Vulgati *quadraginta*, nempe 1750.lib.

[d] *Inferri* [*referri*] In duobus Mss. legit Torrent. *inferri*, et præfert; idem ex Salmasiano Schildius. Suis enim singula titulis in rationes referebant, ut quo nomine impensæ factæ fuissent, scirent. Titulum illum

pestive satis, ut de [4] quodam proceræ staturæ, improbiusque nato: [5] [e]

Μακρὰ βιβὰς, κραδάων δολιχόσκιον ἔγχος· [a]

et [f] de Cerulo [6] liberto, qui dives admodum ob subterfugiendum quandoque [7] jus fisci, [g] ingenuum se et Lachetem mutato nomine cœperat ferre, [8] [h] *ὦ Λάχης,* [i] *Λάχης, ἐπὰν ἀπο-*

[a] *Longe vadens, longiorisque umbræ hastam vibrans.*

Oud. Ern. Bip. Wolf. probantib. Duk. Guj. Schild. aliisque.—4 *Et de* Medic. Memm. Polit. Vind. 2. Cort. cum Edd. Bas. Gryph. Plant. Burm. Oud. Ern. Bip. Wolf. *ut de* Periz. Edd. Bon. Junt. Ald. Steph. Casaub. Schild. quod recepit Baumg. probante Oud. et ita videtur fuisse in Dun. *et ut de* Vind. 1. Voss. Harlem. Edd. sæc. xv.—5 Torr. putat scribend. *irato*, et ita in Viterb. ex correct. Voss. et marg. Periz. Conj. Lips. *pedato*, Heins. *mutoniato*, Rutgers. Var. II. 2. aliique *vasato*, Bernecc. *nasato*. Vulg. vindicant varieque exponunt Casaub. Marcil. Duk. Oud. Ern. &c. Mox in Ed. Lug. pro Græcis Latina leguntur.—6 Vulg. *et maxime de Cerylo*, sed *maxime* abest a Medic. Memm. Dun. Polit. Vind. Cort. Voss. Cuj. Pal. 3. trib. Torr. *Cerulo* etiam Torr. Pal. 3. et O. Oud. cum Edd. sæc. xv. Bon. Scriv. Burm. Oud. Ern. et seqq. nisi quod *Cærulo* Medic. 2. Voss. Memm. Ed. Bas. *Cærulo* Steph. *Cerillo* Pal. 1. *Icerulo* Pal. 2. Ceterum Ern. corr. *libertino*—7 Exulat *quandoque* a Vind. 1. *jus fisci* a Fouc. Mox *sese* Edd. Rom. *Lachotem* Camp. *Lacote* Rom. sec.—8 *Efferre* Edd. Gron. Burm. aliæque, sed illud testantur Codd.

NOTÆ

'Vespasiano adamato' caute jubet Princeps apponendum, ne forte contingeret, ut nepotina ejusmodi impensa ex tabulis aliquando vulgaretur.

[e] *Improbiusque nato*] Non video, inquit Torrentius, quo hæc verba spectent. Lego itaque, *improbiusque irato*, quod optime huic loco convenit. Versus enim est ex lib. VII. Iliad. de Ajace adversus Hectorem in pugnam procedente. Casaub. quoque legit *irato* in Viterb. sed ex correctione ipsius qui scripserat: prius enim aliter exaraverat, et, ut puto, *nato*: quæ vera lectio est, consentientibus Memm. Pithœi et Lislæi codd. significatque hominem male compositis inter se membris procerum, atque ideo deformem, cujus corpus quasi pertica umbram in longum projiceret. Aliis vox *ἔγχος*, id est, hasta, ansam præbuit suspicandi subesse obscœnitatem, et legendum *vasato*. Vide hunc locum fuse hoc sensu explicatum in editione Grævii.

[f] *Et* [*maxime*] Hanc in Viterb. vocem non legit Casaub. et ex sequenti loco huc intrusam arbitratur. Torrent. quoque a tribus codd. abesse testatur, in quibus etiam *Cerulo* legit, non *Cerylo*.

[g] *Jus fisci*] De quo in Ner. c. 32.

[h] *Ferre*] Sic in omnibus Mss. Torrent. in Vulgatis *efferre*.

[i] *Ὦ Λάχης*] Hæc verba, *ἐπὰν ἀποθάνῃς, αὖθις ἐξ ἀρχῆς ἔσῃ*, Menandri versum esse testatur Casaub. Reliqua vero quæ scripta sunt nomina, a Vespasiano fuisse addita. Quod vero spectat ad hujus loci sensum, patet libertum illum Ceryli nomine pro liberto habitum, et notum omnibus, voluisse dici Lachetem, fore arbitra-

θάνῃς, αὖθις ἐξαρχῆς ἔσῃ Κήρυλος.[b] 9 Maxime [10] tamen dicacitatem affectabat in deformibus lucris, ut invidiam aliqua cavillatione dilueret,[1] [k] transferretque ad sales. Quendam e caris ministris,[l] dispensationem [m] cuidam, quasi fratri,[n] petentem cum distulisset, ipsum candidatum [o] ad se vocavit; exactaque pecunia,[2] quantam is cum suffragatore [p]

[b] *O Laches, Laches, ubi mortuus fueris, statim ut ab initio diceris Cerylus.*

et Edd. Vett. probantib. ipso Burm. Oud. Ern. &c.—9 Ita legit Casaub. ex Menandr. vers. ap. Stob. Collect. Clerici p. 248. et, probante Oud. ediderunt Ern. Bip. et Wolf. Vulgo legitur *αὖθις ἐξ ὑπαρχῆς εἰρήσῃ* K. Corr. Torr. *αὖθις ἔσσῃ* K. et cum eo Marcil. *ἐξ ὑπαρ.* pro glossemate habuit. Erasm. ita emendavit: *Ὅταν δ' ἀποθάνῃς, αὖθις ἔσσῃ* K. Voss. *ἐξ ἀρχῆς*, vel *Ἐσαῦθις ἐξ ὑπαρχῆς ἔσσῃ.* In Memm. *ἐξαρχῆς εἴρσο*, unde Salm. ascripsit *ἔσῃ*, ut est in Cod. Urs. et edidit Steph. *εξαυχαρχης εισυγης* Medic. Voss. *ειροι* Medic. 2. *εἰρήσει* Edd. Junt. Ald.—10 In multis, etiam Burm. *Et max.* Omittunt *et* Memm. Medic. 2. 3. Dun. Vind. 1. Polit. Torr. Cop. Cuj. Voss. Edd. Bon. Steph. Casaub. Ern. Oud. aliæque. Dein vulgo *in def. luc. affect.* Alterum ord. præbent Memm. Medic. Dun. Cort. Cop. Cuj. Vind. 2. quos secuti Gron. Oud. et seqq.—1 *Deflueret* opt. Torr. Viterb. Pal. 1. 2. *dillueret* Pal. 3. *delueret* Medic. 3. Dein in eodem *salos* cum Huls. Pro *caris* jussit Casaub. scribi *Cæsaris*, ut in Viterb. Pal. 1. *Cæsari* Huls. Guj. notavit ad Ed. Leid. *Quodam, &c. petente.* Lips. delevit *ministris*, tanquam e glossa. Ceterum *fratrem* Harlem. Edd. Med. pr. Ven. tr. Cald.—2 *Exactamque pecuniam* Medic. 2. Dun. Vind. 1. Harlem. Edd. Camp. Med. pr. Cald. Mox *quantum* Ed.

NOTÆ

tum, ut, mutato nomine, notitia quoque conditionis occultaretur, sicque ejus hæredes vitarent jura, quæ in libertinorum bonis fisco debentur. In Ner. c. 32. &c.

[k] *Dilueret*] In optimo libro legit Torrent. *deflueret*, quod et in Viterb. notavit Casaub. Viderint acutiores, ait, nam in hoc genere sæpe veritas latet sub aliqua in speciem absurda scriptura.

[l] *Caris ministris*] Casaub. in Viterb. legit *e Cæsaris ministris.*

[m] *Dispensationem*] Quanti fuerint emolumenti hujusmodi dispensationes, vide in Oth. cap. 5. et Aug. cap. 66.

[n] *Quasi fratri*] Ut res foret impetrabilior.

[o] *Ipsum candidatum*] Hoc est, petitorem dispensationis: similitudine ducta a candidatis magistratuum petitoribus.

[p] *Cum suffragatore*] Hoc est, opitulatore suo, qui pro dispensatione, quam petebat, obtinenda, illi suffragabatur apud principem, suoque illum favore pacta mercede adjuvabat. 'Per Vespasianum igitur,' inquit Casaub. 'licitum fuit suffragiorum commercium: quod jus in imperio Romano non semper obtinuit. Julianus Imp. l. I. Si certum petatur de suffragiis,' lib. III. codic. Theod. leges Romanas hujusmodi contractus penitus ignorare affirmat. Extant et leges duæ Imp. Constantini, codice eod. de honorariis codicillis, quo om-

suo pepigerat, sine mora ordinavit. Interpellanti [q] mox ministro, 'Alium tibi,' [r] ait, 'quære fratrem: hic, quem tuum putas, meus est.' Mulionem [3] in itinere quodam suspicatus ad calceandas mulas [s] desiluisse, ut adeunti litigatori spatium moramque præberet, interrogavit, 'Quanti calceasset?' [t] pactusque [4] est lucri partem. Reprehendenti filio Tito, quod etiam urinæ vectigal [u] commentus esset, pecuniam ex prima pensione [5] admovit ad nares, sciscitans, 'num odore offenderetur;' [v] et illo negante, 'Atqui,' [6] inquit, 'e lotio est.' Nuntiantes legatos, [7] 'decretam ei pub-

Casanb. maj. operarum vitio. Deest Vind. 1. Dein *suffratore* Cuj.—3 *Mulionum* Huls. *molionem* Edd. Sab. Pro *quodam* Ed. Torr. *quondam*, atque sic voluit Boxh. In pluribus *desiliisse* v. *desilisse*. Item *ligatori* Medic. 2. Dun. Voss.—4 *Et pactus* Memm. *pactus* sine *que* Vind. 1. Cort. Harlem. Cop. Cuj. Voss. Edd. Sab. Cald. *pactus lucri* in duob. Torr. ceteris ejectis.—5 *Passione* Memm. *pansione* Voss. *ex patria pens.* Cop. Edd. Ven. 1. Med. pr. *admonuit* Vind. 1. et *sciscitatus* Vind. 2. Cort.—6 *Atquin* Memm. *atque* Vind. 2. *inquit* deest Huls.—7 Ita Mss. fere O. nisi quod *nuntiantis* ex more Memm. Medic.

NOTÆ

nis pecuniæ exactio pro suffragiis vetatur, per dictam Juliani legem, neque soluti fuit repetitio, neque non soluti petitio. Contrarium plane jus introducit Justinianus lib. IV. cod. titulo de suffragio: ea lex et stipulationem pecuniæ pro suffragio fecit licitam, et promissæ petitionem concedit. Id vero jus postea Tiberius Aug. sustulit: Novella CLXI.'

[q] *Interpellanti*] In memoriam forte revocanti promissam, aut saltem non negatam dispensationem.

[r] *Alium tibi*] Juv. Sat. V. 'vis, frater, ab ipsis Ilibus? o nummi, vobis hunc præstat honorem, Vos estis fratres.'

[s] *Calceandas mulas*] Soleis muniendas ferreis. Unde 'calceatus camelorum' apud Plinium lib. XI. cap. 45.

[t] *Quanti calceasset*] Hoc est, quantam pecuniam ei dedisset litigator, ut hoc prætextu principis adeundi tempus haberet.

[u] *Urinæ vectigal*] Quod forte penderent fullones, qui ea in tingendis pannis plurimum utebantur, ut sibi emissam in amphoras, quæ in angiportis et vicorum angulis erant ad hunc usum collocatæ, sumere liceret. Has amphoras Lucretius lib. IV. 'Dolia curta' appellat: 'Fusi sæpe lacum propter se ac Dolia curta Somno devincti credunt.' Reperio, inquit Casaubonus, etiam simile huic aliud vectigal a Vespasiano eodem excogitatum, e fimo equino impositum. Tzetzes narrat Chiliade prima. Haud scio qua fide, quove auctore. Tandem vero et urina et fimus et omnes sordes factæ in imperio Romano vectigales. Lege Cedrenum in Anastasio tributum Chrysargyrum describentem.

[v] *Odore offenderetur*] Inde Juven. Satir. XIV. 'lucri bonus est odor ex re Qualibet.' 'Ad judicium de metallis faciendum etiam olfactus adhibetur interdum, ut de poculis Darii no-

lice non mediocris summæ statuam colosseam,'[w] jussit, vel continuo ponerent, cavam manum[x] ostentans, et 'paratam basin' dicens. Ac ne in metu[8] quidem ac periculo mortis extremo abstinuit jocis. Nam cum inter cetera prodigia[9] Mausoleum[y] derepente[10] patuisset, et stella crinita in cœlo apparuisset; alterum ad Juniam[1] Calvinam[z] e gente Augusti pertinere, dicebat; alterum ad Parthorum regem,

1. *nuncianti legato* Vind. 1. Item Edd. Vett. præter Bas. Gryph. Plant. Casaub. Schild. in quibus *nuntiantibus legatis*, sed illud reposuerunt Græv. Gron. Burm. et seqq. Mox *vel* pro vulg. *ut* edidit Gron. cum Burm. Ern. Oud. &c. suffragantib. Memm. Pal. Cuj. Voss. Fouc. Periz. Harlem. et Mss. Pulm. et Oud. cum iisdem Edd. Vett. Oud. conj. legend. *nunciante legato, &c. jussit vel cont. ponerent*. Burm. Ern. et B. invitis libris, dederunt *ponere*, improbantib. Wolf. Baumg. In Vind. 1. *ponent*. Ceterum habent Cuj. Voss. *decretam Reipublicæ*, unde Lips. suasit *decretam Reipublicæ statuam*.—8 Cuj. *ac interim metu*. Dein Scriv. ejecit voc. *extremo*, eumque secutus Græv. adjuvantib. Voss. Dun. Medic. 1. a m. pr.—9 Ita Memm. Medic. Fouc. Vind. 2. opt. Torr. recepitque Oud. cum seqq. Al. *prodig. cet.* Post *Maus.* addunt vulg. *Cæsarum*, quod delevit Oud. cum Ern. Bip. &c. auctorib. opt. Torr. ipso probante, Memm. Medic. Dun. Polit. Vind. Cop. Cort. Voss. et Ed. Rom. sec.—10 *Repente* in aliquot Edd. Vett. in quibus Steph. Deest Ven. 1. Tum ordinem voc. cum Gron. mutavit Oud. et recentt. fide Memm. Medic. Vind. 2. Fouc. Cop. Al. *in cœlo crin.* Periz. non habet *in cœlo*, nisi in marg. Paulo ante *patuisset* Dun.—1 *Julium* Vind. 1. Edd. Pulm. Græv. aliæque

NOTÆ

tat Aristoteles de Miraculis auditis, quæ solo narium judicio cognoscebantur ænea essent, an ferrea: 'Ἐν τοῖς Δαρείου ποτηρίοις βατιάκας εἶναί τινας, ἃς εἰ μὴ τῇ ὀσμῇ ἄλλως οὐκ ἦν διαγνῶναι πότερόν εἰσι χαλκαῖ ἢ χρυσαῖ. Ergo etiam trapezitæ et nummularii in æstimanda pecunia hac ratione inter alias plures usi. Arrian. Dissertation. Epicteti lib. I. c. 20. ὁ ἀργυρογνώμων προσχρῆται κατὰ δοκιμασίαν τοῦ νομίσματος τῇ ὄψει, τῇ ἁφῇ, τῇ ὀσφρασίᾳ· τὰ τελευταῖα τῇ ἀκοῇ. Ad hunc morem videtur Vespasianus respexisse.' *Casaubon.*

[w] *Statuam colosseam*] Ad cap. 35. in Calig.

[x] *Cavam manum*] Quod avaritiæ signum duntaxat videtur fuisse, non vero allatenus respexisse quod de manu sic formata notatum est in Aug. cap. 91. Sic enim formatam manum porrigebat, ut innueret sibi dandam esse summam, qua constituta erat statua; manumque pecuniæ accipiendæ paratam basim esse. Quapropter continuo ponerent imperabat, pro statua summam, pro basi manum cavam fore innuens.

[y] *Mausoleum* [*Cæsarum*] In optimo libro non extat vox *Cæsarum*, quam necessariam esse non vult Torrentius, utpote cum unius Augusti Mausoleum esset: in Aug. Plin. lib. XXXVI. cap. 5. Idem prodigium in Ner. cap. 46.

[z] *Juniam Calvinam*] Sic in Manuscriptis omnibus legit Torrent. Vulgati habent *Juliam*. Tacit. lib. XIII. initio: 'Prima novo Principatu (Neronis scilicet) mors Julii Silani, Proconsulis Asiæ: quippe et Silanus D.

qui capillatus[a] esset. Prima quoque morbi accessione, 'Væ,'[2] inquit, 'puto, Deus fio.'[b] [24.] Consulatu suo[3] nono tentatus in Campania motiunculis levibus, protinusque[4] Urbe repetita, Cutilias[5] [c] ac Reatina rura,[d] ubi æstivare quotannis solebat, petiit.[6] Hic, cum super urgentem valetudinem creberrimo frigidæ aquæ usu etiam intestina[7] vitiasset, nec eo minus muneribus imperatoriis ex consuetudine fungeretur, ut etiam legationes audiret cubans, alvo repente usque ad defectionem soluta,[8] 'Imperatorem,' ait, 'stantem[e] mori oportere.' Dumque consurgit, ac nititur, inter manus sublevantium extinctus est VIIII.[9] Ka-

paucæ, contra Codd. Dein *a gente* Ed. Gryph. *de gente* Fouc.—2 Ita dederunt Ern. et Bip. e Memm. et Huls. astipulantib. Medic. 2. 3. Voss. Cop. Vulgo *ut, inquit, puto.* Gron. emendavit *Næ.* Græv. conj. *Vah*, Burm. *At.* In Cuj. *Ure, inq.* Cort. *vel*, Vind. 1. *nature, inquit, puto, Deus fiam.* Edd. Rom. *Ut puto, inq.*—3 Ern. delendum putat *suo*, repugnante Wolf. Tum *brevibus* pro *levibus* marg. Periz. Edd. Rom. *noticulis* Vind. 2. Cort.—4 Sic Memm. Medic. 2. 3. Polit. Vind. 2. Cop. Voss. Cuj. Fouc. Ed. Steph. recepit Oud. et seqq. Al. *ac protinus.*—5 *Cutillas* Cop. Voss. Medic. Polit. Dun. Periz. Edd. Junt. Lugd. *Cirtillas* Vind. 1. *Cicutillas* Vind. 2. Cort. *Curillas* Ed. Gron. *Circillas* Harlem. Edd. Ven. *Entillas* Edd. Rom. *Cutylias* Ald. Bas. Gryph. Col. Plant. Casaub. Schild. *Cotylas* libb. Torr. *Citillas* Fouc.—6 *Petit* Memm. Medic. 3. Polit. Cort. Mox *creberrimæ* Edd. Rom.—7 Ita Memm. Pal. tr. quatuor Burm. et O. Mss. Oud. cum Edd. sæc. XV. aliisque, ut reposuit Græv. quem secuti Burm. Oud. Ern. &c. Vulgo *et intest.* Dein *Imperatoris* Harlem. Fouc. Edd. Camp. Med. pr. Ven. 1. Cald. Junt. Lugd.—8 *Soluto* Vind. 2. Periz. Harlem. Huls. et Edd. Vett. præter Steph. Gryph. Plant. Casaub. seqq. Tum *oport. mori* Edd. Rom. *oporteret* Fouc.—9 Sic

NOTÆ

Augusti abnepos erat.' De quo in Claud. cap. 4. Cum autem hic per Juliam, Augusti filiam, Agrippæ conjugem, genus ab Augusto duceret, inde videtur quoque Juliæ nomen ductum, nisi codicum repugnaret auctoritas, et ratio ipsa. Quasi vero fœminæ gentis nomen servent, et non in aliam familiam transeant.

[a] *Qui capillatus*] Barbam et capillum nutrivisse barbaros, notatum ad cap. 5. in Calig.

[b] *Deus fio*] Jocus ex apotheosi imperatorum. Eodem sensu Nero cap. 33. boletum Deorum appellavit cibum, utpote quo necatus est Claudius.

[c] *Cutilias*] Sabinorum aquas fuisse notat Xiphilinus, et hodie dicitur *Lago di Contigliano.* In quo fluctuantem insulam testatur Plinius lib. II. c. 95. 'Et ad Cutilias aquas opaca sylva, quæ nunquam die ac noctu eodem loco visitur.' De earum aquarum usu Plinius lib. XXXI. c. 3. et Strabo frigidas et medicinales testatur: meminit et Macrob. lib. I. c. 7.

[d] *Reatina rura*] Reate urbs Sabinorum: hodie *Rieti.*

[e] *Stantem*] Ex Stoicorum disciplina, qui sic de sapiente suo. Senec. Epist. 81. 'O efficacem concionem!

lendas Jul.,† annum gerens[10] [f] ætatis sexagesimum ac nonum, superque mensem ac diem septimum. [25.] Convenit inter[g] omnes, tam certum eum[1] de sua suorumque genitura semper fuisse, ut post assiduas in se conjurationes ausus sit affirmare Senatui, 'aut filios sibi successuros,[2] aut neminem.' Dicitur etiam vidisse quondam per quietem stateram in[3] media parte vestibuli Palatinæ domus positam examine æquo; cum in altera lance Claudius et Nero starent, in altera ipse ac filii. Nec res fefellit: quando totidem annis,[h] parique temporis spatio, utrique imperaverunt.

opt. Torr. Codd. O. Casaub. et Grut. item Medic. Cop. Cuj. Dun. Edd. Steph. Casaub. et recentt. præter Scriv. et Græv. in quibus, ut in aliis Edd. et Mss. *VIII*.—10 *Agens* Memm. Polit. Vind. Cort. opt. Torr. Urs. Cop. Huls. Edd. Steph. Casaub. Schild. Ern. Bip. *Illud* cum cèteris Edd. tuentur Græv. Oud. Burm. Wolf. et Baumg. In Vind. 2. *ann. æt. agens.*—1 Deest *eum* Cop. Medic. 1. malletque deleri Burm.—2 *Successores* Memm. Medic. 3. Polit. Harlem. Edd. Med. Ven. Bon. Mox *se vidisse* Medic. 1. Cort. Fouc. ac Nonn. Harlem. Periz. Edd. sæc. xv. item Bon. Ven. Junt. Lugd. Arg. *quandam*. Cop. *quond. vid.*—3 Exulat *in* a Medic. 1. 3. opt. Torr. Vind. 1. Cop. Cort. Fouc. haud improbante Oud. Dein *cum altera* Medic. 2. a m. pr. opt. Torr. Harlem. Periz. Cuj. Edd. sæc. xv. In eodem Ms. Torr. præpositio post *starent* omittitur. Vind. 1. *et altera ipse*. Fouc. *ipse et filii*.

NOTÆ

quis post hanc dubitet se infestis ingerere mucronibus, et stans mori?' Et Epistol. 37. 'Recto tibi invictoque moriendum est.'

† A. U. C. 832.

[f] *Annum gerens*] Intellige mensem septimum ac diem septimum. Dio, ἔζησε δὲ ἔτη ἐννέα καὶ ἑξήκοντα καὶ μῆνας ὀκτώ. Imperasse autem scribit idem annos decem, sex diebus minus. At Clemens annos undecim, menses totidem, dies 22. Causam tantæ diversitatis discas ex iis quæ notat Xiphilinus, extremo Vespasiano. Mitto Theophilum, Epiphanium, alios. *Casaub.* Vide et c. 12. in Othon. et Vitell. c. 18.

[g] *Genitura*] Hoc est, genesi, seu themate nativitatis. De quo in Aug. c. 94.

[h] *Totidem annis*] Viginti scilicet octo. Nam Claudius 14. In Claud. c. 45. totidemque Nero, in Neron. c. 49. et cap. ult. notatum est. Vespas. vero 10. Titus 3. Domitianus 15. ut infra patebit. Statera enim illa significabat, trium Flaviorum annos pares fore Claudii et Neronis annis in imperio.

TITUS FLAVIUS[1] VESPASIANUS AUGUSTUS.

Titus,[a] cognomine paterno,[2] amor ac deliciæ[b] generis humani, (tantum illi ad promerendam omnium voluntatem vel ingenii, vel artis, vel fortunæ superfuit,[c] et, quod difficillimum est, in[3] imperio, quando privatus, atque etiam sub patre Principe, ne odio[d] quidem, nedum vituperatione

1 In Mss. simpliciter vel *Divus Titus*, *Cæsar*, vel *Titus*.—2 *Cog. pater* Cuj. unde conj. Burm. *cognominis patri*. Mox pro *fortunæ* Medic. 1. Cop. marg. Bas. Gryph. et al. *naturæ*.—3 Abest præpositio a Cop. Edd. Med. Ven. Cald. Dein Fouc. *utut odio*. Pro *nedum* Dun. Periz. Edd. Rom. Med. pr. Cald.

NOTÆ

[a] *Titus*] Cognomine paterno. Aurelius Victor. 'Titus vocabulo patris Vespasianus dictus.' Eutropius: 'Huic filius successit, qui et ipse Vespasianus est dictus.' Quod hic a Suetonio notatum est, ut fratres inter discrimen assignaret; alter enim a Domitilla matre, de qua in Vespas. c. 3. Domitianus appellatus est.

[b] *Amor ac deliciæ*] Idem de Tito Victor et Eutropius tradunt. Atque Augusti quidem et Galbæ nummis inscriptum legimus: SALVS. GENERIS. HVMANI. Alii quoque Conservatores, Restitutoresque sese orbis terrarum vocant, sed omnes omnium titulos Titus superat, qui, omni virtutum genere admirabilis, gentium consensu sic appellatus sit. *Torrentius*.

[c] *Superfuit*] Sabellicus notat verbum hoc circa Plinii et Suetonii tempora in hunc sensum usurpari, scilicet pro affluere et abundare. Vide Gellium lib. I. c. 22.

[d] *Ne odio*] Odio, ob cædes quas præfectus prætorio perpetravit; vituperatione, ob amores et libidinem. *Torr.*

publica caruit,)[4] natus est[e] tertio[5] Kalendas Januarias, insigni anno Caiana nece,[f] prope Septizonium,[6 g] sordidis ædibus, cubiculo vero perparvo et obscuro: nam manet adhuc et ostenditur. [2.] Educatus in aula cum Britannico simul, ac paribus disciplinis, et apud eosdem magistros[7] institutus. Quo quidem tempore, aiunt, metoposcopum,[h] a Narcisso, Claudii liberto, adhibitum, ut Britannicum inspiceret, constantissime affirmasse, illum quidem nullo modo, ceterum Titum, qui tunc[8] prope astabat, utique imperaturum. Erant autem adeo familiares,[9] ut de potione, qua Britannicus hausta periit,[i] Titus quoque juxta cubans[k] gustasse credatur, gravique morbo afflictatus[10 l]

necdum.—4 Ita interpunxit J. F. Gron. quem ceteri sequuntur. Olim post *caruit* interpungitur, et a vocib. *Natus est* novi Cap. initium habetur.—5 *IIII. Kal.* Memm. Pith. Pal. 3. Barth. *I. Kal.* Pal. 2. Dein *cæde* Vind. 1.—6 *Septiconium* Fouc. qui et *sordibus.* In Huls. *parvo,* Fouc. *perp. obsc.* abest *vero* a Vind. 1.—7 *Magistratus* Medic. 2. *magistratos* Cuj. Mox *Meioposcop.* Medic. 3. Ed. Camp. *Narcisco* Fouc.—8 Deest *tunc* opt. Torr. Periz. Edd. Rom. Ven. Bon. Paulo ante *ullo modo* Fouc.—9 In nonnullis Codd. Casaub. *erat a. a. familiaris.* Periz. et Edd. Rom. *ita familiares.* Pro *cubans* Lips. et Casaub. mallet *sedens,* ex Tac. Ann. XIII. 16.—10 *Afflictus* Me-

NOTÆ

[e] *Natus est*] Hinc patet Suetonii capita non accurate satis esse digesta: vox enim 'Titus' hujus verbi nominativus est: quæ sequuntur a voce 'tantum,' per parenthesim scripta sunt.

[f] *Caiana nece*] In Calig. c. 58. qui annus Urbis fuit 794. Christi vero circiter 49.

[g] *Prope Septizonium*] Si Septizonium tanto ante Vespasiani imperium Romæ fuit, quomodo Spartianum intelligimus, qui Severi imperatoris opus fuisse scribit, ad caput Appiæ viæ, non procul a Circo maximo, sub Palatio, regione 10. Urbis? Aut igitur collapsum restituit Severus, aut locum ea urbis regione fuisse dicemus hoc nomine, ubi postea Septizonium Severus exstruxerit. Quod si ita est, nominis etiam ratio in dubium veniet: siquidem sic appellatum volunt, quod septem sive zonis, sive cingulis (sic enim columnarum ordines vocant) opus illud assurrexerit. Sunt qui Septisolium vocare malint. Meminit ejus etiam Ammianus. *Torr.*

[h] *Metoposcopum*] Sic dicitur, qui ex facie divinationibus attendit. Hujusmodi hominum meminit et Plinius lib. XXXV. c. 10. Et Juven. Sat. VI. 'Et sortes ducet, frontemque manumque Præbebit Vati crebrum poppysma roganti.' Qui etiam physiognomi. Hi enim profitebantur, se ex facie hominum ac fronte, non mores tantum, sed futuros quoque eventus prævidere.

[i] *Periit*] In Nerone c. 33.

[k] *Cubans*] Sedens potius: sed gene-

diu. Quorum omnium mox[1] memor, statuam ei auream in Palatio posuit, et alteram ex ebore equestrem,[m] quæ Circensi pompa[n] hodieque[o] præfertur, dedicavit, prosecutusque est.[p] [3.] In puero statim corporis animique dotes exsplenduerunt, magisque ac magis[2][q] deinceps per ætatis gradus: forma egregia, et cui[3] non minus auctoritatis inesset, quam gratiæ, quanquam neque procera statura,[4] et ventre paulo projectiore; præcipuum robur, memoria singularis,[5][r] docilitas ad omnes fere tum belli, tum pacis artes. Armorum et equitandi peritissimus: Latine Græceque[6] vel in orando, vel in fingendis poëmatibus,[s] promtus et facilis,

dic. 2. Pulm. uterque, Torr. duo, Periz. Cop. Voss. Edd. sæc. xv. Bon. Junt. Lugd. Arg. Suspicatur Oud. excidisse verbum *sit*, vel simile.—1 Exulat *mox* a Fouc. Tum *hodie quoque* aliqui libb. Torr. Periz. Edd. Rom. Bas. Ald. Junt. Lugd. *profertur* Vind. 2. Cort. Medic. 2.—2 *Explend. magisque deinceps* Memm. Illud habent duo Torr. Cuj. Voss. Medic. 2. 3. Vind. 1. Cort. Edd. Scriv. &c. In prioribus *magis ac magis*. In Mss. Barth. item *magisque deinc.* Pro *statim* apud Vinc. Belnac. est *staturæ*.—3 Vind. 1. *ut cui*. Dein Guj. videtur legisse *quam neque*, corrigitque *quanquam* vel *quamvis*.—4 Medic. 1. *Stat. proc.* Medic. 3. Polit. *subjectiore*. Voces *præcip. rob.* transposuerunt post *proj.* Ern. et Oud. In vulgg. legebantur post *gratiæ:* et movend. sine libb. negant Wolf. Baumg.—5 *Memoriæ* opt. Torr. Memm. Medic. 1. 3. Polit. Voss. Vind. 1. Conj. Oud. *memoria et singularis docil.* Dein *fere ad omn.* Vind. 1. *omnis* Medic. 1. et *cum belli* Medic. 2.—6 Ita cum Græv. receperunt Ern. Oud. et seqq. auctorib. Memm. Cuj. Pal. 2. nisi quod in duob. ult. τὸ *in* non comparat. Vulgo *Latinæ Græcæque linguæ*. Sed *linguæ* omittit etiam opt. Torr. *Latinæ Græcæque linguæque* Pal. 3. *Lat. linguæ Græcæque* Fouc. Recepit Burm. conjecturam Lips. *Latina Græcaque lingua*, ut et Casaub.

NOTÆ

raliori verbo usus est in Claud. 32. et Aug. c. 64.

[l] *Afflictatus*] In duobus codd. legit Torrent. *afflictus*. Quomodo Horat. lib. I. Sat. 1. 'Aut aliquis casus lecto te affixit.'

[m] *Statuam .... equestrem*] Qua videbatur equo vectus Britannicus, de quarum honore statuarum in Vitell. c. 9.

[n] *Circensi pompa*] In Jul. ad c. 76.

[o] *Hodieque*] Sic Torrentius in tribus suis Mss. in Vulgatis *hodie quoque*.

[p] *Prosecutus est*] Secutus, sive comitatus est in ea pompa.

[q] *Magisque* [*magis*] *ac magis*] Torrent. in duobis libris *magisque ac magis*, et mox *statura procera*.

[r] *Memoria singularis*] In optimo lib. legitur *memoriæ*.

[s] *Fingendis poëmatibus*] Ad eum Plinius in præfatione Naturalis Historiæ: 'Quanto tu ore patris laudes tonas? quanto fratris amas? quantus in poëtica es? O magna fœcunditas animi!' De Domitiano idem studium, in Dom. c. 2. et 20.

ad extemporalitatem usque:[7] sed ne musicæ quidem rudis, ut qui cantaret et psalleret jucunde scienterque. E pluribus comperi, notis[8] [t] quoque excipere velocissime solitum, cum amanuensibus[u] suis per ludum jocumque certantem, imitarique[9] chirographa,[v] quæcumque vidisset, ac sæpe profiteri,[10] 'se maximum falsarium[w] esse potuisse.' [4.] Tribunus militum[x] et in Germania et in Britannia meruit, summa industriæ, nec minore modestiæ fama;[1] sicut apparet et statuarum et imaginum[2] ejus multitudine, ac titulis per utramque provinciam. Post stipendia[3] Foro operam dedit, honestam magis, quam assiduam. Eodemque tempore Arricidiam[4] Tertullam, patre Equite Roma-

legit ad Spart. Hadr. cap. 15. et Bernecc. in Ind.—7 Hæ voces *ad extemp. usque* non comparent in Medic. 1. Cuj. Dun. Vind. 1. neque in Edd. Sab. Cald. et allitæ sunt margini tantum Medic. 2. In Fouc. *usque* ab alia manu est, et supra *fingenda* dat. Huls. habet *usis* pro *usque.*—8 *Noctibus* Periz. a m. pr. Edd. Rom. Malit Burm. *notis quæque*. Pro *cum am.* suadet Guj. *cumque* seu *et cum*. In Medic. 1. *super lud.*—9 Sic Memm. Medic. 1. 2. Vind. 1. Edd. Rom. Græv. Burm. Oud. &c. Vulgo *imitari*. In Cuj. Voss. et marg. Periz. *certamen imitarique:* Fouc. Edd. Ven. Med. pr. *certamen imitari*. Ceterum *cyrogr.* Memm. Medic. 2. 3. Vind. 1. *quicumque* Ed. Camp.—10 Hoc ordine Memm. duo Torr. ipso probante, Medic. Polit. Dun. Edd. Steph. Casaub. Schild. Oud. Ern. &c. Al. *ac prof. sæpe*. Deest *se* in Memm. Dun. Vind. 1. et Edd. sæc. xv. Bon. In Voss. *ac se prof. m.* 'Excidisse videtur *se* post *esse*, ibique locandum: si tamen est necessarium.' *Oud.*—1 Ita ediderunt Casaub. Schild. Ern. Oud. et seqq. præeunte Torr. in Notis ex fragm. Vet. Cod. faventib. Periz. Edd. Rom. Bon. *summæ industriæ, n. m. modestia et fama* Memm. Medic. 1. 3. Cop. Voss. Ed. Ven. 1. In ceteris Mss. et Edd. *summa industria, n. m. modestia et f.*—2 Sic Medic. 2. Dun. Cuj. cum Edd. Steph. Scriv. Burm. Oud. Ern. et recentt. *apparet stat. et imag.* opt. Torr. Medic. 1. 3. Polit. Vind. 2. Cort. Cop. Edd. Casaub. Schild. al. *ex stat. et. im.* Pulm. uterque, Vind. 1. Ed. Bon. *e stat. et im.* Ed. Jac. Gron. *et stat.* ignorant Edd. Rom. Ven. 1. (quæ et *multitudinem*) Periz. *apparet ex imag. mult.* Ven. 2. 3. Junt. Lugd. Ald. Basil. Arg. Gryph. Dolet. Colin. Plant. *stat. ejus et im.* Fouc.—3 Cop. *plus stip.* Dein *eo denique temp.* Vind. 1. Cort.—4 *Adretidiam* Memm. *Adrecidiam* Medic. 1. 3. Cop. Barth. *Arecidiam* Fouc. Cort. *Arrecid.* Medic. 2. Voss. *Aricid.* Vind. 1. 2. Periz. Edd. Camp. Ven. 1. *Adreciam* Pal. 1. 2. Tum *Tertullam* dant Memm. Medic. 1. 3. Vind. 2. Fouc. Cort. Cop. Pal. 1. 2. duo Torr. ipso probante, et Edd. Casaub. Grut. Gron. Oud. Ern. Bip. &c. In reliquis *Tertullo* vel *Ter-*

NOTÆ

[t] *Notis*] De his jam in Galb. c. 5. et in Aug. c. 64.

[u] *Amanuensibus*] Servis a manu, quales dicimus *Secretaires* Gallice. In Jul. c. 74. in Ner. c. 44.

[v] *Chirographa*] In Jul. c. 17. et 24.

[w] *Falsarium*] De falsariis in Claud. c. 15. notatum.

[x] *Tribunus militum*] De ejus munere in Jul. c. 5.

no,[5] sed Præfecto quondam [y] prætorianarum cohortium, duxit uxorem: et in defunctæ [6] locum Marciam Furnillam splendidi generis; [z] cum qua, sublata filia, divortium fecit. Ex quæsturæ deinde honore † legioni [7] præpositus, Tarichæas [8] et Gamalam,[a] urbes Judææ validissimas,[9] in potestatem redegit; equo quadam acie sub feminibus [10] amisso, alteroque inscenso, cujus rector circa se [1] dimicans occubuerat. [5.] Galba mox tenente Rempublicam,[2] missus ad gratulandum, quaqua iret, convertit homines, quasi adoptionis gratia arcesseretur. Sed ubi turbari rursus cuncta sensit, rediit [b] ex itinere: aditoque [3] Paphiæ Veneris ora-

tulo.—5 *Eq. natam Rom.* Vind. 2. Cort. *eq. R. natam* Cop. Fonc. Tum *sed et præf.* Dun. Periz. Edd. Rom. *sed de præf.* Medic. 2. Voss. *quodam* Vind. 1. *prætorianorum* Medic. 2. *prætoriarum* Ed. Seb. Gryph. cum Fonc.—6 *Functæ* Dun. Dein *Martiam* Mss. et Edd. Vett. O. usque ad Pulm. *Furvillam* Medic. 3. Polit. Vind. 2. Cort. Fouc. Pal. et alii multi cum Edd. Bas. *Fulvillam* Urs. *Furmillam* Medic. 2. Dun. Cuj. Voss. *Flaviam* Edd. Sab. Cald. Med. sec. *Fulviam* duo Torr. Corsend. Vind. 1. Periz. Harlem. quod probat Patin. ex nummo, receperuntque Græv. Ern. Bip. cum ceteris Edd. Vett. usque ad Seb. Gryph. et Pulm. qui cum Pulm. receptam lect. dederunt. Lips. notavit in marg. Cod. *Furinillam.* Barth. Adv. XLIII. 1. ex Obsop. *Furnillam nuncupant* profert.—7 *Religionis* Memm. *religione* Voss. *regioni* Cop. Medic. 3. Paulo ante *ex equestr. deinde* Fouc.—8 *Thracias* Memm. Cop. Ed. Rom. *Trachias* Pal. 3. Dun. Voss. Ed. Steph. *Traciam* Fouc. *Tracias* Pal. 1. Camp. *Tharicias* Cuj. *Tracitis* Pal. 2. neque variant aliter Mss. Oud. Vulg. *Taricheam* est e correctione Hermol. Barbari ad Plin. Nat. Hist. II. 91. primusque dedit Ald. Sed *Taricheas* cum Cod. Urs. legendum statuerunt Oud. Ern. Ceterum *Gramalam* Cop.—9 Sic Memm. Dun. Fouc. Cop. Voss. Medic. Polit. Vind. 2. Cort. Vulgo *valid. Jud.* Ordinem mutavit Gron. cum Oud. et seqq.—10 *Femoribus* Fouc. Vind. 2. Cort. Mox *altero* Periz. et Edd. Rom. *accenso* Vind. 1. *ascenso* Cuj. Pro *rector* Heins. *vector* conjecit.—1 Vulgo *Contra se*, quod defendit Burm. Illud habent Memm. Medic. Polit. Vind. uterque, Cort. Barth. Adv. XLIII. 1. Cuj. Voss. Dun. Fouc. probantib. Lips. Oud. Ern.—2 *Rem præmissus* Cuj. Dein *accers.* Medic. 1. Vind. Cort. cum Vulgg. *accersir.* Nonn. *redit* Memm. Cop. Medic. 1. 3. Polit. et Torr. *rediitque* Edd. Med. pr. Sab. Cald.—3 *Additoq. Phaph.* Fouc. *pacifice Ven.*

NOTÆ

[y] *Præfecto quondam*] Quæ dignitas equestris ordinis summa erat, ut in Galb. c. 14. notatum.

[z] *Splendidi generis*] Furnilla enim gens consularis, Marcia autem longe adhuc illustrior, ut ex ipsa Cæsaris oratione. In Jul. c. 6.

† A. U. C. 820.

[a] *Tarichæas* [*Tarichæam*] *et Gamalam*] Illam suo ipse ductu cepit, hanc patre obsidente primus ingressus est. Vide Joseph. lib. III. c. 34. et lib. IV. c. 7.

[b] *Rediit*] Jam Corinthum in Achaia venerat, auctore Tacito lib. II. Histor. qui inter alias redeundi causas

culo, dum de navigatione consulit, etiam de imperii [4] spe [c] confirmatus est.† Cujus brevi compos, et ad perdomandam Judæam [5] relictus, novissima Hierosolymorum oppugnatione, XII. propugnatores totidem sagittarum confecit ictibus: cepitque eam [6] natali filiæ [d] suæ, tanto militum gaudio ac favore, ut in gratulatione Imperatorem [e] eum consalutaverint, et subinde decedentem provincia detinuerint, suppliciter, necnon et minaciter efflagitantes, 'aut [7] remaneret, aut secum omnes pariter abduceret.' Unde nata suspicio est, quasi desciscere [8] a patre, Orientisque regnum sibi vindicare tentasset. Quam suspicionem auxit, postquam Alexandriam petens, in consecrando apud Memphim bove Api [9] diadema gestavit: de more quidem [10]

Ed. Camp. quæ et *consuluit* cum reliquis Edd. sæc. XV. Bon. &c. item Vind. 1. Periz. Harlem. Pulm. uterque.—4 Burm. post *Imp.* excidisse putat *patris* vel *paterni*. Tum Ern. conj. scribend. *cujus brevi compos factus. Sed ad perd.* sive *comp. factus est. Ad perd.* improbantib. Oud. Wolf. Baumg. *perdomandum* Vind. 1.—5 *Judæorum* Periz. a m. pr. sed corr. in marg. Dein *XII.* pro vulg. *VII.* ediderunt Casaub. Græv. Gron. Oud. et seqq. auctoritate Mss. Pulm. Viterb. Memm. Medic. Polit. Vind. Cort. Obsop. Cuj. Cop. Periz. Dun. Fonc. Edd. sæc. XV. et Bon.—6 *Ea* Memm. et ita voluit Gnj. Mox *eum* deest Harl. In Vind. 1. *consalutaverunt*, Fonc. *decedente*, Medic. 1. 3. *detinuerunt*. Illa *et subinde, &c. detin.* desunt Vind. 2.—7 Ita Memm. Pulm. Medic. 2. 3. Polit. Vind. Cort. Periz. Fonc. Voss. aliique, et Edd. ante Seb. Gryph. suffragantib. Græv. Burm. Oud. et recentt. Vulg. *ut reman.* Supra *necnon minac.* omisso *et* Vind. 1. Mox *adduceret* Vind. 1. Periz. Edd. sæc. XV. Bon.—8 Hanc lect. testantur Memm. Polit. Vind. Fonc. Dun. Cort. Nonn. Cop. Periz. et Edd. O. ante Seb. Gryph. Al. *descisceret*, quod servant Gron. Casaub. et sequaces. *Sibi regnum* Polit. Medic. 3. Fouc.—9 *Apide* Polit. Medic. 3. Cod. Turneb. et Edd. Bas. Gryph. Plant. Casaub. Schild. Pitisc. probante Gron. *Apidis* Vind. 2. Cort.—10 Ita exhibuernnt Scriv. Græv. Gron. Burm. Oud. &c. uti dant Memm. Medic. 3. Polit. Vind. 2. Cop. *id quidem* Casaub. Schild. *is quidem* Steph. Bas. post. Alii *siquidem*. In Cop. Medic. 1. *prisco rituque rel.*

NOTÆ

hanc quoque affert. Fuere qui accensum desiderio 'Berenices reginæ vertisse iter crederent.' Plin. lib. v. c. 21. de insula Cypro loquens ait. Oppida in ea quindecim. Vide de hoc oraculo Tacit. II. Histor.

[c] *De imperii spe*] Tacit. ibidem, 'de navigatione primum consuluit,' &c.

[d] *Natali filiæ*] Qui fuit octavus Septembris, ut Joseph. lib. VI. c. 42. in ipso fine.

[e] *Imperatorem*] Non quidem patris instar, eodem scilicet modo, quo Cæsares, sed juxta veterem Reipubl. consuetudinem, de qua in Jul. c. 76. Sic enim re bene gesta, duces exercituum imperatores dicti sunt.

† A. U. C. 821.

rituque priscæ religionis; sed non deerant, qui secus[e] interpretarentur. Quare festinans in Italiam, cum Rhegium, dein[2] Puteolos, oneraria nave appulisset, Romam inde contendit expeditissimus; inopinantique patri, velut arguens rumorum de se temeritatem, 'Veni,' inquit, 'pater, veni.'[3] [6.] Neque ex eo destitit participem atque etiam tutorem imperii agere.[4] Triumphavit † cum patre,[f] censuramque[g] gessit una.‡ Eidem collega et in tribunicia potestate,§ et in septem consulatibus ‖ fuit. Receptaque ad se prope omnium officiorum cura, cum patris nomine et epistolas ipse dictaret, et edicta conscriberet, orationesque in Senatu recitaret[5] etiam Quæstoris vice,[h] præfecturam quoque prætorii suscepit, nunquam ad id tempus, nisi ab Equite[i] Romano administratam; egitque aliquanto[6] incivilius[k] et violentius. Siquidem suspectissimum quemque sibi, summissis, qui per theatra et castra quasi consensu ad pœnam deposcerent,[7] haud cunctanter oppressit. In

Supra *de morte* Fouc.—1 *Sequius* Memm. Voss. Ms. Turneb. probante Marcil. *secius* Polit. Corsend. et duo Burm. cum uno Torr. Edd. Med. pr. Ven. Casaub. Schild.—2 Sic Memm. Medic. 3. Polit. Vind. opt. Torr. Cort. Corsend. Fouc. Edd. Med. Ven. Bon. Lugd. quod prætulit Oud. cum aliis. Casauboni lect. *deinde* exhibent Nonn. Medic. 2, Periz. cum Edd. Rom. *dehinc de* Cuj. *dehinc Put*. Ed. Burm. *Puteolis* Vind. 1. Fouc. *de Puteolis* Dun.—3 Heins. et Græv. mallent: *Venio, inq. pat. venio.* Paulo ante pro *velut* Camp. *vel.* —4 Boxh. legi vult *habere*. Mox *unam* Cop. *a se* Cop. Huls. *ab se* Polit. probante Oud. *ad se* desunt Dun. per rasuram.—5 Verba *et edicta, &c. recitaret* non habet Huls. *edictas* Voss. Tum *prætoris susc.* Medic. 2. Dun. Voss. Vind. 1.—6 *Aliquando* Periz. Corsend. a m. pr. et Edd. sæc. XV. Ald. aliæque. Postea *consensum* Medic. 2. Vind. 1.—7 *Deposcerentur* Periz. Voss. Edd. Rom. Bas. Seb. Gryph. Plant. Col. al. Dein plenis literis *Aulum* expri-

NOTÆ

† A. U. C. 824.

[f] *Cum patre*] In Vespas. c. 8.

[g] *Censuramque*] Plin. lib. VII. c. 49. Cujus testimonium certissimum est. Hoc siquidem ipso tempore vivebat, et libros naturalis historiæ Tito dedicavit: de censuræ magistratu jam supra.

‡ A. U. C. 825.

§ A. U. C. 824.

‖ A. U. C. 823. 825. 827.—830. 832.

[h] *Quæstoris vice*] Ejus, qui candidatus principis dicebatur. De quo in August. c. 65.

[i] *Nisi ab Equite*] In Claud. c. 12. jam innuerat et Galb. c. 14.

[k] *Incivilius*] Arrogantius quam civem deceret. De civilitate in Tiber. c. 11.

his A. Cæcinam[1] consularem virum, vocatum[8] ad cœnam, ac vixdum triclinio egressum, confodi jussit: sane urgente discrimine, cum etiam chirographum ejus præparatæ apud milites concionis[9] [m] deprehendisset. Quibus rebus sicut in posterum securitati[10] satis cavit, ita ad præsens plurimum contraxit invidiæ: ut non temere quis tam adverso rumore,[1] magisque invitis omnibus, transierit ad principatum. [7.] Præter sævitiam suspecta[2] in eo etiam luxuria erat, quod ad mediam noctem comissationes[n] cum profusissimo quoque familiarium extenderet. Nec minus libido, propter exoletorum[3] et spadonum greges, propterque insignem reginæ Berenices[4] [o] amorem, cui etiam nup-

munt Mss. plerique et Edd. Vett. *Alienum Cecinnam* mallet Lips. *Cynnam* Vind. 1. *Cæcinnam* Edd. præter Ven. 1. Abest *virum* a Polit. Fouc. et quibusdam Torr. ipso probante.—8 *Vocavit* Edd. Casaub. 1610. Schild. *ac* deest Harlem. Mox *cyrog.* ut passim, Medic. 3. Vind. 1.—9 Ita pro vulg. *conjurationis* e Codd. rescribend. censuerunt Guj. Casaub. Duk. Periz. rescripserunt Ern. Oud. et seqq. cum Polit. Cop. Huls. et man. doct. ad marg. Gryph. *contionis* Memm. Medic. 3. *cunctionis* Medic. 1.—10 *Securitatis* Medic. 2. Vind. 1. Dein *traxit* Edd. Med. Ven. Bon.—1 *Adversa re* Viterb. Lisl. Medic. 1. 2. Dun. Vind. 1. Pal. 1. Voss. Cop. Cuj. Harlem. Huls. Edd. Med. Ven. Cald. Bon. Junt. Lugd. Arg. Ald. Steph. *averso* Vind. 2. Cort. Fouc. *adverso more* Medic. 3. *adversa* Ed. Camp. Barth. Adv. XLIII. 1. profert *adversa republ.* et ita corr. Is. Voss. Man. doct. in ora Steph. *adversorum ore.* Mox *magis quam* Vind. 2.—2 *Susceptam* man. doct. in Ed. Steph. et hanc lect. invenit in suis Barth. Tum Mss. plerique et Edd. Vett. aliæque *comess.* et *commess.* ut sæpius. Supra *etiam in eo* Vind. 1.—3 *Insoletorum* Medic. 2. a m. pr. Voss. Mox *propter insig.* Vind. uterque, Cort.—4 *Berenicis* Memm. Medic. 1. 3. Cop. In reliquis Mss. et Edd. Vett. item Casaub. Schild. Burm. *Beronices* vel *Beronicis*. Beroald. *Bernices*. Dein exulat *et* e

NOTÆ

[l] *Cæcinam*] Qui Vitellianarum dux partium, ad Vespasianum defecit apud Cremonam: in Vesp. c. 7. Causam Aurelius Victor dicit fuisse, suspicionem stupratæ ab eo reginæ Berenices.

[m] *Concionis* [*conjurationis*] Casaub. ex melioribus libris emendat *concionis*, quomodo et in Salmasiano scriptum testatur Schildius.

[n] *Comissationes*] De his jam in Vitell. c. 13.

[o] *Berenices* [*Beronices*] Scribe *Beronices*, et mox *Beronicen*: sic scripti cum Græcis consentientes Dione, Josepho, aliis. *Casaubon.* Hæc filia fuit Agrippæ magni, qui ex Aristobulo nepos Herodis magni. Despondetur Marco Alexandri Lysimachi filio: quo ante nuptias defuncto, collocatur Herodi patruo regi Chalcidis. Neque diu hujus quoque conjugii felicitate salva usa, et apud fratrem commorata, Cæsarem cum eo Paulum Apostolum audit, et ob familiaritatem nimiam cum fratre in-

tias pollicitus ferebatur. Suspecta et rapacitas; quod constabat, in cognitionibus [5] [p] patris nundinari præmiarique [q] solitum. Denique [6] propalam alium Neronem et opinabantur, et prædicabant. At illi ea fama pro bono cessit, conversaque est in maximas laudes, neque vitio ullo [7] reperto, et contra virtutibus summis. Convivia instituit jucunda magis, quam profusa. Amicos elegit, quibus etiam post eum Principes, ut et sibi et Reipublicæ necessariis, acquieverunt, [r] præcipueque sunt usi. [8] Berenicen statim ab Urbe

Medic. 1. 3. Polit. Vind. 2. Cort. Cop. Fouc.—5 Ita corrigit Torr. probantib. Lips. Casaub. Grut. et edendum curaverunt Oud. Ern. et recentt. In vulgatis *concionibus*, sed Vett. Edd. et Mss. O. *contionibus*, nisi quod in Regio Par. uno *evictionibus*, et Cod. Urs. *in negotiationibus patris n. prædarique solitum*. Dun. a m. pr. *primarique*. Heins. mallet *prædiari*. In singulari de h. l. libello conj. B. G. L. Boden. *cocionibus*. Habent *patriis* Edd. Bas. Gryph. Plant. Scriv. Græv. Burm.—6 *Deinde* Edd. Junt. Ald. Steph. Bas. Gryph. Plant. *et etiam præd.* Vind. 1. Periz. Harlem. et Edd. Vett. ante Bas. Pro *alium* Duk. et Ern. suadent *alterum*.—7 Sic opt. Torr. Medic. Polit. Vind. Dun. Fouc. Periz. Cop. Cuj. Edd. Rom. Oud. &c. Vulgo *ullo vitio*. Medic. 3. Polit. *illo*, Vind. 2. *nec*. Supra *est* deest Medic. 1. Mox *et* ante *reip.* non agnoscit Harlem.—8 Hæc correctio Torr. per Casaub. Gron. Burm. Oud. et seqq. recepta, firmatur e Memm. Pal. tr. Cop. Huls. Medic. Polit. Fouc.

NOTÆ

cesti suspicionem incurrit; quam a se depulsura, nubit Polemoni Ciliciæ regulo, cum circumcisionem ei et religionem patriam persuasisset: et offensa iterum hominis temulentia, ad Agrippam redit. In quo tempore, Florum pro gente sua frustra deprecata, post cum eodem Agrippa in vitæ discrimen venit, ac magnificentia munerum Vespasiano patri, forma Tito commendata, hunc auxiliis bello Judaico juvat, et Romam secuta, palam cum eo in Palatio habitat: cumque jam in conjugii erecta spem, populi indignatione, ea excidisset, post imperio potitum frustra tentat. Lucæ Act. c. 25. Joseph. Tacit. lib. II. Hist. Quintil. lib. IV. Inst. orat. c. 1. ubi causam pro ea se dixisse ait. Et Juven. Sat. VI. *Reinecc.*

[p] *Cognitionibus*] Omnes libri hac parte corrupti. In vulgatis *concionibus*, verum quæ ex illis rapina colligatur? Victor scribit 'jurgia sub patre venundata.' Unde affirmare non dubitem, inquit Torrent. *cognitionibus* esse legendum. Fulvius Ursinus legit in veteri codice: *quod constabat in negotiationibus patris nundinari prædarique solitum*.

[q] *Præmiarique*] Quæstum facere. Præmia enim dicebant utilitates quascumque et ipsa vitæ commoda. Lucret. lib. v. 'Qui talia nobis Pectore parta suo quæsitaque præmia liquit.' Et Tibull. lib. I. Eleg. 2. 'Nec sinit occurrat quisquam, qui corpora ferro Vulneret, aut rapta præmia veste petat.'

[r] *Acquieverunt*] Eodem sensu verbum hoc in Tiber. c. 56.

dimisit, invitus[9] invitam. Quosdam e gratissimis delicatorum,[s] quanquam tam artifices saltationis, ut mox scenam tenuerint,[t] non modo fovere prolixius, sed[10] spectare omnino in publico cœtu[1] supersedit. Nulli[2] civium quicquam ademit: abstinuit alieno, ut si quis unquam: ac ne concessas quidem ac solitas[3] collationes[u] recepit. Et tamen nemine ante se munificentia minor.[4] Amphitheatro dedicato, thermisque juxta celeriter[5][v] exstructis, munus[w] edidit apparatissimum largissimumque. Dedit et navale prœlium in veteri naumachia: ibidem[6] et gladiatores: atque uno die quinque millia[x] omne genus ferarum. [8.] Na-

Obsop. Vind. 2. Cort. Periz. Edd. Rom. Bon. et man. doct. in ora Ed. Gryph. Vulg. *præcipueque sumtam sibi Ber.* Beroald. affirmat legi in Mss. *præcipueque sunt visi*, et ita Tornac. *sumptum* Vind. 2. Abest *sunt* a Pitisc. Ed. Marcil. legit *acquieverunt*. *Præcipueque sponsam sibi B.* Eadem varietas hic in *Beren*. *Beron*. ac supra.—9 *Et invitus* Periz. Edd. Rom. Mox *gravissimis* Medic. 1. Ed. Seb. Gryph. *pronixius* unus Torr. Voss.—10 *Si* Vind. 1. *exspectare* Medic. 1. 3. Vind. Cort. Fouc. Pal. tr. Cop.—1 Ita Memm. Medic. Vind. Cort. Cuj. Fouc. Pal. tr. Cod. Lips. Edd. Med. Steph. Casaub. Schild. Ern. Bip. Wolf. et sic reliquit Oud. in contextu, sed in Addend. corr. *publ. in cœtu* cum Mss. Polit. Periz. et Edd. Rom. *in publico omni cœtu* Harlem. Edd. Ven. Junt. Lugd. Arg. Bas. Ald. Gryph. Al. *in publ. omnino cœtu*. Torr. ex uno Cod. *omn. in publ. sup.* ejecto *cœtu*, probantib. Lips. Burm. Ern. quo facit Lys. sive Cort. qui habet *ceu*.—2 Hic aliud Cap. esse debere, asserit Lips. Infra *ut si* suspectum habuit Duk. deleverit τὸ *ut* Ern.—3 *Et sol.* Fouc. *consolationes* Huls. Vind. 1. et *accepit* Vind. 2. Cort.—4 *Major* Medic. 3. Polit. Huls. Harlem. Periz. et Edd. Med. pr. Ven. Cald. quæ et carent τῷ *se*. Mox *termisq.* Fouc.—5 *Celebriter* Memm. Pal. tr. Cop. Periz. Cuj. Cop. Dun. cum Mss. O. Torr. Casaub. Lips. Oud. sed illud retinendum magno consensu docent VV. DD. In Fouc. *exstructas*.—6 Burm. conj. *itidem* vel *item*, repugnantib. Duk. et Oud. Tum *omnigenus* Memm. Barth.—

NOTÆ

[s] *Delicatorum*] 'Enervatos greges' vocat Victor. De iis in Vespas. ad c. 3.

[t] *Scenam tenuerint*] Hoc est, principem in saltando locum occuparint. Quo sensu Virgil. 'templumque tenebis.' Et Cicero, 'tenere Remp.' 1. de Orat. &c.

[u] *Collationes*] De his in Calig. c. 42. et Aug. c. 57.

[v] *Celeriter*] Torrent. in tribus Mss. legit *celebriter*, quam lectionem tamen non sequitur lib. Spect. epig. 2. Mart. 'Hic ubi miramur velocia munera, thermas.' Idem in suis omnibus Casaub.

[w] *Munus*] Id est, spectaculum: in Jul. c. 10. De apparatu quoque ibidem.

[x] *Quinque millia*] Sic et Eutropius, sed numerum auget Xiphilinus ad novem millia, inter quæ feras et pecudes annumerat, et grues ad pugnam productas narrat. Quod quia

tura autem benevolentissimus,[7] cum ex instituto Tiberii omnes dehinc Cæsares beneficia, a superioribus concessa Principibus, aliter rata[8] non haberent, quam si eadem[9] iisdem et ipsi dedissent, primus præterita[y] omnia uno confirmavit edicto; nec a se peti passus est. In ceteris vero desideriis hominum[10] obstinatissime tenuit, ne quem[1] sine spe dimitteret. Quin et admonentibus domesticis, 'quasi plura polliceretur, quam præstare posset:' 'Non oportere,' ait, 'quenquam a sermone Principis tristem discedere.' Atque etiam recordatus quondam super cœnam, quod nihil cuiquam toto[2] die præstitisset, memorabilem illam, meritoque laudatam[3] vocem edidit: 'Amici,[z] diem

7 Marcil, post hanc voc. plenam distinctionem poni voluit. Mss. tantum non O. et Edd. Vett. *beniv.* ut fere semper. *a* deest Harlem. Edd. Med. pr. Sab. Cald. *prioribus* Vind. 1.—8 Abest *rata* a Memm. Pulm. Torr. Grut. Burm. et Oud. Codd. item Dun. Fouc. et Edd. usque ad Ald. ejecitque Lips. Alteras partes tuentur Duk. Oud. et Burm.—9 *Easdem* Voss. Fouc. (in quo, ut in plerisque, *isdem*) *quasi easdem* Dun. *quasi eadem* Cuj. Mox *præterea* Harlem. Edd. Med. pr. Ven. Cald. *præcepta* Camp.—10 Vulgo *animum hominum*, unde Casaub. Schild. et al. dederunt *omnium hominum*, et ita Cuj. pro v. l. probante Marcil. Sed et hanc et illam ejecerunt Gron. Burm. Ern. et seqq. uti ex Cujac. monuerat Lips. astipulantib. Memm. Medic. Polit. Dun. Fouc. Vind. 2. Cort. Cop. Voss. Edd. Steph. Ald. Bas. post.—1 *Neque* Medic. duo, Vind. 1. *a monentib.* Huls. Tum *quempiam a s.* Vind. 2. Cort. Supra *demitt.* et mox *oporteret* Ed. ult. Schild.—2 *Tota* Medic. 3. Polit. Vind. 2. Cort. Cop. Fouc. Pro *præstitiss.* in Cuj. *præfodisset.*—3 *Laudandam* Harlem. Edd. Med. Ven. Cald. Bon. Junt. Lugd. Ald. Arg. Steph. *laudabilem* Periz. Edd. Rom. Dein Casaub. ex reliquis historicis legi voluit *Amici, hodie*

NOTÆ

nemo alius, ut inauditum emendavit Casaub. et pro *gruibus* substituit *Germanos*, quod Græca lingua fit unius adjectione literulæ, pro γέρανοι γερμανοί. Quod de captivis factitatum etiam constat. Sed quemadmodum et gallorum gallinaceorum, quin et coturnicum, inter spectacula commissiones, fortassis et gruum tunc fuerunt.

[y] *Primus præterita*] Titum in multis imitati sunt optimi plerique principes, ut de Nerva Plinius lib. x. Epist.

[z] *Amici*] Casaub. historicorum aliorum auctoritate addit *hodie*, quod tamen omisit Aurelius Victor: 'Amici,' ait, 'perdidimus diem.' Quidam intelligunt 'amici' in genitivo casu, ut sit sensus, novæ amicitiæ conciliandæ diem perdidisse. Quo sensu Scipio, ex Polybii præcepto, id præsertim attendebat, ut e foro nunquam discederet, nisi amicum sibi aliquem effecisset. Sed in vocandi casu sumtum verosimilius est, tum ex Victore, qui 'perdidimus' habet, tum ex Eutropio, apud quem, 'dixit amicis: hodie diem perdidi.'

perdidi.' Populum in primis universum [4] tanta per omnes occasiones comitate tractavit, ut, proposito [a] gladiatorio munere, 'non ad suum, sed ad spectantium arbitrium editurum se,' professus sit. Et plane ita fecit. Nam neque negavit quicquam petentibus; et ut, quæ vellent,[5] peterent, ultro adhortatus est. Quin et studium armaturæ Threcum [b] præ se ferens, sæpe cum populo et voce et gestu, ut fautor,[6] cavillatus est; [c] verum majestate salva, nec minus æquitate. Ne quid [7] popularitatis prætermitteret, nonnunquam in thermis suis, admissa plebe, lavit. Quædam sub eo fortuita ac tristia acciderunt: ut conflagratio Vesevi [8] [d] montis in Campania; et incendium Romæ, per triduum, totidemque noctes; item pestilentia, quanta

d. p.—4 Vind. 1. *univ. in pr.* Tum Medic. 3. Polit. *omnis.* Cuj. *comitante.*—5 *Ut neque vellent* Harlem. Antea *edidurum* Ed. Camp. Mox *Threcum* præbent Memm. Polit. Medic. 3. Lips. et Turneb. Codd. et sic pro alt. *Thrac.* edidere Schild. Pitisc. ante Oud. et recentt. Cf. Calig. cap. 35.—6 *Factor* opt. Cuj. *Favor* Dun. *et fautor* Ed. Camp. Glar. conj. *non ut f.* Ern. *utut f.* vel *in fautores.* Guj. deleta mallet *ut f.*—7 *Nec quid* Medic. 1. Dein *suis* deest Harlem. Edd. Med. Ven. Cald. Bon.—8 *Velbii* Memm. pro *Vesbii*, notante Salm. *Bebii* Dun. Medic. 2. a m. pr. Cuj. Voss. *Suebii* Medic. 1. 3. Cop. Huls. *Suevii* Fouc. *Vescii* Periz. *Vesbii* Polit. *Vesebii* duo Torr.

NOTÆ

[a] *Proposito*] Per edictum promisso, ut etiam alias.

[b] *Armaturæ Threcum*] Ii dicebantur parmularii: parma enim Threcibus armatura, et quemadmodum in Circo Venetum alii, Prasinum alii pannum præferebant, ut in Calig. c. 55. et Neron. c. 22. notatum est, ita in amphitheatro secutoribus alii, Threcibusve favebant. De quibus in Calig. c. 30. 32. 35. et 55.

[c] *Cavillatus est*] Hoc est, jocosa quadam vituperatione prosecutus est, sive jocose derisit. Festus enim 'cavillationem jocosam' appellat 'calumniationem.' Et Nonius 'cavillatur' pro 'jocatur' exponit. Quæ verba conjungit Cicero. Unde proba omnino Glareani emendatio, addentis particulam *non*; *non ut fautor, cavillatus est.* Hoc sensu, Titus licet faveret ipse Threcibus, tamen si quando non præstitissent ceteris, non ut fautor, hoc est, quasi ipse iis non favisset, cavillabatur.

[d] *Vesevi*] In duobus libris *Vesebii* et paulo post *Vesebio* legit Torrentius, et ad literarum *b* et *u* cognationem refert. Virgilius II. Georg. 'Vicina Vesevo Ora jugo.' Alii Vesuvium, alii Vesbium appellant. Notus mons Campaniæ ignivomus, oræ littoreæ vicinus. Hujus incendii meminit Plin. junior Epistola ad Tacitum, qua totam ejus narrat historiam, et Plinii historici mortem ob ejus propius visendi curiositatem.

non temere alias. In his [9] tot adversis ac talibus, non modo Principis solicitudinem, sed et parentis affectum unicum præstitit: nunc consolando per edicta, nunc opitulando, quatenus [10] suppeteret facultas. Curatores restituendæ Campaniæ [e] e consularium numero sorte duxit. Bona oppressorum in Vesevo,[1] quorum hæredes non extabant, restitutioni afflictarum civitatum [2] attribuit. Urbis incendio nihil, nisi sibi, publice [f] perisse testatus,[3] cuncta prætoriorum [g] suorum ornamenta operibus [4] ac templis destinavit; præposuitque complures ex equestri ordine, quo quæque maturius peragerentur. Medendæ valetudini, leniendisque morbis,[5] nullam divinam humanamque opem non adhibuit, inquisito omni [6] sacrificiorum [h] remediorumque genere. Inter adversa temporum et delatores [i] man-

Vesuvii Vind. 2. Cort. probante Marcil.—9 *Iis* Memm. Mox *sed parentis* Harlem. Periz. Edd. Med. Ven. Bon. *aff. unice* marg. Ant. Gryph. Lips. suadet *unici*. In Cod. Cort. est lacuna a voc. *affect.* usque ad Domit. cap. 2. voc. *paternis*.—10 In Huls. desunt *per ed. n. o. q.* Ante *consul.* abest præpositio a Medic. et Polit.—1 *Vesuvio* Memm. Vind. 2. Cort. *Vesevio* Dun. Periz. Voss. Medic. 2. *Vosebio* Medic. 1. cum duob. Torr. *Vesenio* Fouc. *Vesievio* Medic. 3. *Vesvio* Cop. quod malit Oud. hic et in Plinii vita, contracte pro *Vesuvio*.—2 *Civitatium* Memm. Medic. 1. 3. Edd. Oud. Wolf.—3 *Nihil publ. nisi perisse* Memm. Medic. 3. Polit. *perisse test. publ.* Medic. 2. Vind. uterque, *perisse test. est publ.* unus Torr. alius *nihil perisse test. est publ.* opt. *nihil publ. perisse test.* ceteris omissis, probante ipso Torr. *test. publ. periisse* Dun. *nihil publ. nisi sibi per. test.* Pal. 2. *publ. per. test.* Pal. 1. *perisse* vel *periisse test. est publ.* Pal. 3. Harlem. Periz. Pulm. et Edd. Vett. usque ad Ald. in qua etiam *per. test. publ.* sine *est*. Casaub. mallet *per. publ. est test.*—4 Conj. Guj. *publicis op.* Mox *proposueritque* Vind. 1. *que* exulat a Periz. Harlem. Edd. sæc. xv. Bon. Junt. Lugd. Arg. Pro *destinavit* Cop. *ordinavit*. Vind. 1. *plures*.—5 *Moribus* Fouc. Edd. Ven. 2. 3. Junt. Lugd. Arg. Paulo ante *quoque mat.* Cuj. *medendum* Huls.—6 Sic ex Tornac. et Torr. monitu edidit Scriv. et seqq. suffragantib. Medic. Dun. Polit. Cuj. Cop. Huls. Vulg.

NOTÆ

[e] *Restituendæ Campaniæ*] Conflagratione Vesevi afflictæ; ignis enim late grassatus fuerat.

[f] *Nihil, nisi sibi, publice*] Transponit, membranarum auctoritate, Casaub. vocem 'publice,' et jungit eam cum verbo 'testatus.' Torrent. inquit, variant codices Mss. Unus sic habet: *Urbis incendio nihil perisse testatus est publice.* Alter sic: *Nihil nisi sibi perisse testatus est publice.* Optimus sic: *urbis incendio nihil publice perisse testatus, &c.*

[g] *Prætoriorum*] Villæ sunt magnificæ. De quibus in Aug. c. 72.

[h] *Omni* [*omnium*] *sacrificiorum*] Torrentius præfert Tornacensis codicis lectionem, *Omni sacrificiorum genere.*

[i] *Delatores*] De his jam supra sæpe.

datoresque[7] [k] erant, ex licentia veteri. Hos assidue in Foro flagellis ac fustibus cæsos, ac novissime traductos [l] per Amphitheatri arenam, partim subjici,[8] [m] ac venire imperavit, partim in asperrimas[9] insularum [n] avehi. Utque etiam similia quandoque ausuros perpetuo coërceret, vetuit, inter cetera, de eadem re pluribus legibus [o] agi, quærive de cujusquam[10] defunctorum statu,[p] ultra certos annos. [9.] Pontificatum maximum ideo se professus accipere, ut puras servaret[1] [q] manus, fidem præstitit: nec auctor posthac cu-

omnium. In Edd. Sab. Cald. *remediumque.*—7 *Amendatoresque* Memm. Obsop. *amandatoresque* Turneb. Polit. Barth. et alii, *amandoresque* Voss. Dun. Medic. 2. Postea *novissimos tr. p. A. aream* Vind. 1.—8 *Subici* Memm. et plerique Mss. Post hanc voc. vulg. addunt *in servos*, quod in *in servis* Ern. mutare voluit. Sed ejecit Gron. eumque secuti Oud. et Wolf. auctoribus Memm. Medic. 2. a m. pr. Cop. Cuj. probante Lips. Uncinis incluserunt Bip. Conj. Græv. cum Heins. *hastæ partim subjici*, Torr. *ac venire*, Lips. *subj. aut ven.* In Vind. 2. *ven.. in servos.* Omnia a *partim* ad *imperavit* exulant a contextu Medic. 3. sed in marg. *part. sub. ac ven. imp.*—9 Sic Memm. Medic. Polit. Vind. 2. Dun. Cop. Huls. cum Edd. Ald. Steph. Gryph. Col. Dol. Græv. Burm. Casaub. Gron. Oud. et recentt. quod Scriv. aliique ex nonnullis Mss. et Edd. Vett. mutarunt in *asperrima.* Vind. 1. *asperrima insula*, marg. Gryph. *asperrimas insulas.* Dein *advehi* Vind. Periz. Fouc. Harlem. et Edd. sæc. xv. Bon. Junt. Lugd.—10 *Cujusdam* Edd. Græv. Schild.—1 *Servasset* Memm.

NOTÆ

[k] *Mandatoresque*] Hi sunt, qui delatores subornant ad accusandum: sic Callistratus l. II. ff. de jure fisci: 'Divus Pius Cæcilio Maximo rescripsit, constitutionem patris sui, qua compelleretur delator edere mandatorem, ac nisi edidisset, ut in vincula deduceretur, eo pertinere, non ut delator pœna subduceretur, si mandatorem haberet, sed ut mandator quoque, perinde atque si ipse detulisset, puniretur.'

[l] *Traductos*] Ignominiose circumductos. De hoc verbo vide Martialem Epigr. 4. lib. Spect. et Epig. 77. lib. VI.

[m] *Subjici* [*in servos*] Sub hasta venire. Quo sensu Juven. Sat. III. 'Et præbere caput domina venale sub hasta.'

[n] *Asperrimas insularum*] In quas rei mittebantur. Qua de re in Aug. c. 65. ubi de Juliis.

[o] *Pluribus legibus*] Si enim unius legis formula non succederet, aliam adhibebant, sicque vitari vix poterat illorum vafrities. Quod ne fieret, vetuit. De formulis in Claud. c. 14. et Vitell. c. 7.

[p] *Statu*] Hoc est, liber an servus, ingenuus an libertus extitisset. Hinc enim frequenter delatorum calumniæ propter jura dominorum et patronorum. Vide tit. ff. et cod. Ne de statu defunctorum post quinquennium quæratur.

[q] *Puras servaret*] A sanguine et cæde, quomodo Pontificem decet, ut

jusquam necis, nec conscius, quamvis interdum ulciscendi causa non deesset; sed 'periturum se potius, quam perditurum,'[2] adjurans. Duos patricii generis convictos[3] in affectatione imperii, nihil amplius, quam ut desisterent, monuit,[4] docens, 'principatum fato dari;' si quid[5] præterea desiderarent, promittens se tributurum: et confestim quidem ad alterius matrem, quæ procul aberat, cursores suos misit,[6] qui anxiæ salvum filium nuntiarent. Ceterum ipsos non solum familiari cœnæ adhibuit, sed et[7] insequenti die, gladiatorum spectaculo, circa se ex industria collocatis, oblata sibi ferramenta[8] pugnantium[r] inspicien-

Medic. 3. Polit. Huls. *ut pluras servasset* Voss. Tum *posthac* Vind. 2. *cujusque* Edd. Med. Sab. Cald. *cujusdam* Schild. Sed *cuiquam* Dun. Periz. et Edd. Rom. quod probant Burm. et Ern.—2 *Puniturum* Vind. 2. Medic. 2. Periz. Cuj. Fouc. (qui et *adjuratis*) Dun. cum aliis Pulm. Torr. et Edd. sæc. xv. Junt. Lugd. Arg. Ald. Steph. Suasit Guj. *quam quenquam perdit*. Paulo ante *se* deest Cop.—3 *Convinctos* Vind. 1. Edd. Rom. *conjunctos* Fouc. *in aff.* tantum in Voss. marg. comparent: *Affectione* Periz. a m. pr. Edd. sæc. xv. præter Rom.—4 *Admonuit* Periz. Ed. Rom. sec. Statim *docens* edidit Oud. cum Ern. Bip. secutus Medic. Polit. Vind. Cop. Huls. item Dun. Fouc. quod nec displicuit Burm. Al. *dicens*, quod retinuit Wolf.—5 *Si quod* Memm. Medic. 2. 3. Dun. Polit. Cop. Periz. Edd. Camp. Med. Ven. Bon. Junt. Lugd. Arg. Ald. *si qua* Fouc. *desiderent* Edd. Schild. postt.—6 *Miserat* Camp. Mox voc. ordinem invertit Oud. et seqq. fide Medic. Polit. Vind. Fouc. Dun. Vulg. *fil. salv.*—7 Delent *τὸ et* Oud. et Wolf. cum Medic. 1. 3. Polit. Vind. 2. Cop. Periz. Fouc. Edd. Rom. In quibusdam *in seq.* divisim, ut alibi.—8 Ita dant Memm. Viterb. Pal. tr. Cuj. Barth. Fouc. Cop. Medic. 1. 3. Polit. Vind. uterque, Obsop. Glar. Fouc. quod probant recipiuntque Græv. Buch. Barth. Oud. Ern. in Excurs. ad loc. et seqq. Vulg. *ornamenta*, quod servant ceteri Codd. et propugnant multi, in quibus Duk. ad

NOTÆ

M. Anton. petiisse fertur, ne quis principatus sui tempore senator occideretur. Eodem sensu Horat. lib. I. Sat. 'At bene si quis Et vixit puris manibus.' Et Ode 23. lib. III. 'Immunis aram si tetigit manus.' Et Ovid. 'Non bene cœlestes impia dextra colit.'

[r] *Ferramenta* [*ornamenta*] *pugnantium*] Aurelius Victor, 'petitoque ex industria mirmillonum, quorum pugnæ visebantur, gladio, quasi ad explorandam aciem uni atque alteri commiserit,' &c. Unde patet, ornamenta pugnantium fuisse arma, et quicquid ad personam, quam gerebant, conveniebat. Sen. Epist. 48. 'quæ porrigant tela, quemadmodum illos subornent.' Hoc est, instruant omnibus necessariis. In codice tamen Viterb. et Cujaciano *ferramenta* scriptum, non *ornamenta*, inquit Casaub.

da porrexit. Dicitur etiam, cognita utriusque genitura,[9] 'imminere ambobus periculum,' affirmasse: 'verum quandoque, et ab alio:' [s] sicut evenit. Fratrem, insidiari sibi non desinentem, sed pæne ex professo solicitantem exercitus,[10] meditantem fugam, nec occidere, neque seponere, ac ne in minore[1] quidem honore habere sustinuit: sed, ut a primo imperii die, consortem successoremque testari perseveravit; nonnunquam secreto precibus et lacrymis[2] orans, 'ut tandem mutuo erga se animo vellet esse.' [10.] Inter hæc morte præventus est, majore hominum damno, quam suo. Spectaculis absolutis, in quorum fine populo coram ubertim fleverat, Sabinos petit aliquanto tristior, quod sacrificanti hostia aufugerat,[3] [t] quodque tempestate serena [u] tonuerat. Deinde ad primam statim man-

Liv. IX. 40. Torr. Casaub. Burm. *arma* est in marg. Rovil. et Frellon.—9 *Natura* Cop. Mox *verum* rescripsit Casaub. ex opt. Torr. Memm. aliisque, quem secuti sunt Schild. Gron. Pitisc. Wolf. confirmantib. Pal. duob. Medic. 3. suffragante Oud. *venturum* reliqui cum Bas. Gryph. et seqq. etiam Burm. Oud. Bip. &c. Conj. Duk. *et vent. quandoque, sed ab alio.* In Cod. Urs. *vent. quoque, sed ab alio*, probante Ern. sed conjiciente *venturumque quandoque, sed, &c.* Habent *vent. quoque* Pal. 3. a m. pr. Fouc. Peris. Vind. 2. Corsend. et Edd. Vett. quod malit Grut. *event. quoque* placet Burm. 'Omnino si staret *venturum*, legendum esset *sed v. at ab alio.*' Baumg.—10 *Exercitum* Vind. 1. *meditantemque* Cod. Urs. Dein *neque sec.* Medic. Vind. 2. Voss. Edd. Torr. qui sic semper solet ante vocalem, et Gron. *sepon. se* Vind. 1. *se pon. et* Fouc.—1 *Ne imminuere* Medic. 2. Dun. (in quibus deest *habere*) Voss. *ne imminere* Cuj. *minori* Vind. 2.—2 Hoc ord. Memm. Medic. Polit. Vind. 2. Cop. Vulg. *lacr. et prec.* Supra *ut primo* Fouc. omisso *a.* In fine *esset* Cop.—3 *Afug.* unus Torr. Inferius *prim. stat. ad mane.* Edd. Sab. Beroald. Cald. Pro *inde*

NOTÆ

[s] *Et ab alio*] Imperatore scilicet.

[t] *Hostia aufugerat*] De tali omine in Jul. c. 59. et Galb. c. 18.

[u] *Tempestate serena*] Idem in Aug. c. 95. Apud Virgilium VIII. Æneid. 'Iterum atque iterum fragor intonat ingens.' Quod tamen mali ominis non semper fuit, si verbi gratia a parte sinistra tonaret, Virg. IX. Æneid. 'Audiit et cœli genitor de parte serena Intonuit lævum.' Sive quod, ut ait in hunc locum Servius, quæ nobis a parte sinistra sunt intuentibus cœlum, ab ipsius cœli parte dextra sint, ac ideo fausta; sive quod alii aliter observarent signa, ut de Græcis ac barbaris Cicero testatur lib. de Divinatione. Ut ut est, nunquam id sine prodigio, cum naturaliter ne fieri quidem posse crederent. 'Nam cœlo nulla sereno Nec leviter densis mittuntur nubibus unquam:' Lucretius lib. VI. ac paulo post: 'Denique cur nunquam cœlo jacit undique pu-

sionem[v] febrim nactus, cum inde lectica transferretur, suspexisse dicitur dimotis plagulis[4] [w] cœlum, multumque conquestus, 'eripi sibi vitam immerenti. Neque enim exstare ullum suum factum[5] pœnitendum, excepto duntaxat uno.' Id quale fuerit, neque ipse tunc prodidit, neque cuiquam facile succurrat.[6] Quidam opinantur,[x] consuetudinem recordatum, quam cum fratris uxore habuerit.[7] Sed nullam habuisse, persancte Domitia jurabat: haud negatura, si qua omnino fuisset; immo etiam gloriatura, quod illi promtissimum erat in omnibus probris. [11.] Excessit[y] in eadem, qua pater, villa, Idibus[8] Septembris, post biennium ac menses duos, diesque viginti, quam successerat patri, altero et quadragesimo ætatis anno.† Quod ut palam factum est, non secus atque in domestico luctu mœ-

Edd. Rom. *deinde.*—4 Sic emendarunt Sab. et Beroald. et admiserunt Bas. Ald. Steph. et recentt. cum in plerisque Mss. et in his Turneb. Pith. Barth. Memm. Medic. 3. Pal. 2. atque Edd. Vett. sit *pallulis* vel *palulis.* In Polit. *pilulis*, Medic. 1. Vind. Pal. duob. Viterb. Nonn. Cop. Fouc. *paludamentis.* Medic. 2. Voss. Cuj. Lisl. Dun. *paludibus*, in aliis Lisl. et Dun. pro v. l. *pellibus.* Heins. conj. *valvulis*, Oud. *palliolis.* Ceterum *in cœlum* Vind. 1.—5 *Fact. suum* Medic. 1. et *pœnitendo* Voss. In Fouc. Vind. 2. *non ipse t. pr. nec cuiq.* nisi quod *tum* est in Vind. 2.—6 Sic Memm. Medic. 1. 3. Polit. Cuj. et e conject. correxerat jam Scriv. quam lect. amplexi sunt Græv. Gron. Burm. Oud. seqq. In reliquis *succurrit.*—7 *Record. q. c. ux. fr.* Huls. *habuit* Vind. 1.—8 *Idus* Medicei, *Ydus* Vind. 1. Mox in Fouc. *duos* additum al. manu. Deest *patri* Edd. Rom. Med. sec. Ven. Cald. Bon. Junt. Arg. Ald. Steph. neque admodum necessarium putat Burm. Dein *publico* Medic. 3. *nec secus* Periz.—

NOTÆ

ro Jupiter in terras fulmen?' Cujus rei causam tamen reddit Seneca in Quæst. Naturalibus.

[v] *Mansionem*] Quo primum loco standum fuit, sive pernoctandum.

[w] *Dimotis plagulis*] Lislæi codd. pars *pellibus*, pars *paludibus.* Pithœi *pallulis.* Viterb. *paludamentis.* Omnia mendosa. Vide Nonium in 'Plagæ.' *Casaub.* Sunt enim ex Nonio 'plagæ,' unde plagulæ, 'grande tegmen linteum, quam lecticariam sindonem dicimus.'

[x] *Quidam opinantur*] Dio vero id quosdam existimasse refert, quod fratrem sibi tam manifesto insidiantem non interemisset, quibus accedere se affirmat.

[y] *Excessit*] Philostratus, in vita Apollonii, tradit monitum ab Apollonio, ut ab his sibi caveret, qui essent sibi proximiores. Extinctum veneno leporis marini, sunt qui narrent. Dio autem periisse ait, conjectum in arcam ligneam nive oppletam. Plutarchus in balneo extinctum.

† A. U. C. 834.

rentibus publice cunctis, Senatus, prius quam edicto convocaretur, ad Curiam concurrit,[9] [z] obseratisque adhuc foribus; deinde apertis, tantas mortuo gratias egit, laudesque congessit, quantas ne vivo [10] quidem unquam atque præsenti.

9 'Hæc, mutata interpunctione, superioribus addidi, quo pertinent, cum in omnibus Edd. interpunctum invenissem post *concurrit*.' Baumg. Ita etiam distinguendum monuit Lips. Ceterum *concurrit* præbent Memm. Medic. Polit. Nonn. Pal. duo Torr. Fouc. Edd. Med. Ven. Cald. Bon. Ald. Junt. Lugd. Steph. et al. probantib. Grut. Bernecc. &c. Al. *cucurrit*.—10 Ita Memm. Medic. Dun. Polit. Vind. Voss. Fouc. (in quo supra *obsecratisque*) Edd. Casaub. Schild. Gron. Pitisc. Oud. Ern. Bip. Wolf. et sic ex Eutropio corr. Torr. probante Scriv. Al. *gratias egit laudesque, quantas cong. ne vivo*, quod servant Græv. et Burm. *quantas ne cong.* Cuj. *nec* Voss. Fouc. in quo *quidem* ab al. m. scriptum.

NOTÆ

[z] *Concurrit* [*cucurrit*] Mss. duo Torrent. *concurrit*, ut in Oth. c. 8. quod haud dubie rectius est, inquit Berneggerus: nam cucurrisse senatores quis credat? concurrere autem, ut et confluere, Romane loquentes de iis usurpant, qui, βάδην eundo, conveniunt frequentes. Sed qua ratione Eutropium explicuerit? qui lib. VII. ait, 'Senatus, obitu ipsius circa vesperam nuntiato, nocte irrupit in curiam; et tantas ei mortuo laudes gratiasque congessit,' &c.

T. FLAV. DOMITIANUS AUGUSTUS.

DOMITIANUS[1] natus est nono Kalendas Novembris, patre Consule[a] designato, inituroque mense insequenti honorem, regione urbis sexta, ad Malum[b] Punicum, domo, quam postea in templum gentis Flaviæ convertit. Pubertatis ac primæ adolescentiæ tempus[2] tanta inopia[3] tantaque infamia gessisse fertur, ut nullum argenteum vas[4] in

1 *Domit. Cæsar natus* Huls. Dein *VIII. Kal. Nov.* Fonc. Mox pro *inituroque* Huls. *in utroque*.—2 Sic Memm. Medic. 1. 3. Polit. Dun. Cop. Vind. 2. Fonc. cum aliis et Edd. Bas. Gryph. Col. Dol. Plant. Casaub. Schild. et pluribus, item Oud. Bip. Wolf. &c. In reliquis *tempora*, quod probavit Lips. —3 In Vind. 1. desiderantur *tanta inop.* Tum *infantia* Ed. Cald. Marcil. et Wolf. defendunt *gessisse* contra Casaub. et Ern. corrigentes *egisse*.—4 Hoc ord. Medic. Polit. Vind. 2. Dun. Fonc. Cop. pro vulg. *vas arg.* recepitque

NOTÆ

[a] *Patre Consule*] Illum consulatum intellige, quem per duos novissimos anni menses gessit, in Vesp. c. 4. anno ab U. C. 804. Christi 54. circiter. De Domitiani moribus agit Martialis pluribus in locis.

[b] *Ad Malum*] Id vico nomen, qui in urbis regione sexta. 'De quo præfatione operis sui Valerius Flaccus: 'Ille tibi cultusque Deum, delubraque genti Instituet:' loquitur enim de Domitiano, non de Tito, ut quidam viri docti credidere: quamvis enim Titus patrem Vespasianum consecravit, non idcirco Domitianus excluditur, qui et ipse templi, de quo agimus, dedicatione divinos parenti suo honores instituit. Quo referendum etiam illud Martialis lib. IX. 'Addita quid Latio Flavia templa polo?' Nam 'Latium polum' appellat eam veluti poli partem, cui Latinorum Romanorumque Dii transcripti fuerant, eosque inter Vespasianus. At Beroald. *foro* pro *polo* legit.' *Torrent.*

usu haberet: satisque constat, Clodium Pollionem, prætorium virum,[5] in quem est poëma Neronis, quod inscribitur 'Luscio,'[c] chirographum ejus conservasse, et nonnunquam protulisse, noctem sibi pollicentis:[6][d] nec defuerunt, qui affirmarent, corruptum Domitianum et[7] a Nerva, successore mox suo. Bello Vitelliano confugit in Capitolium[8] cum patruo Sabino,[e] ac parte præsentium copiarum: sed irrumpentibus adversariis, et ardente templo, apud ædituum clam pernoctavit: ac mane Isiaci[f] celatus habitu, interque[9] sacrificulos vanæ superstitionis, cum se trans[10] Tiberim[g]

Oud. et recentt. Mox cum Lips. Burm. Marcil. et Oud. malit Baumg. *constet*. Müll. conj. *constaret*. Ceterum vulgo ponitur major distinctio post *haberet*, sed monente Marcil. minorem interpunctionem restituerunt Ern. Oud. in Not. et seqq.—5 Torr. abesse mallet *τὸ virum*. Dein *Lutio* Viterb. Pal. 1. Beroald. scribend. autumat *Lusio*. Baumg. conj. *Lusco*. Ern. censet *ejus* posse elegantius abesse, improbante Wolf.—6 *Pollicenti* Medic. Vind. 1. Fouc. Cop. Cuj. Voss. Edd. Ven. 1. Cald. cum O. Torr. qui inde effinxit *policiti*, et mox *Domitianum* deletum mallet.—7 Copula excidit ex Edd. Casaub. Schild. item Vind. 2. *etiam N.* Cuj. *mox succ.* in Vind. 1.—8 *Capitolio* Ed. Camp. Dein *cum* deest Cop. *interrumpentib.* habent Edd. Schild.—9 *Inter* sine *que* voluit Torr. ex duob. Codd. et sic Pal. 3. Edd. Rom. Casaub. Schild. nec quicquam varietatis annotatum e Memm. Dun. *uterque* Pal. 2. in quo mox *variæ sup.* cum Memm. Medic. 3. Pal. 1. Cop. Voss. Fouc. probatque Turneb. Adv. XXII. 16. Jac. Gron. legi malit *Phariæ*, quod Heins. etiam venit in mentem, vel *nefariæ*. Grut. binas has voc. suspectas habuit. Supra *Isici* Dun.—10 *Se ad trans.* Ed. Camp. Tum *ut a scr.* Bon. *non potuerint* Fouc.—1 Vulg.

NOTÆ

[c] *Luscio*] Lusciosi sunt, qui propter vitium oculorum parum vident. In alios quosdam instar Pollionis illius molles scripserat Nero, ut de Afranio et Quintiano auctor est etiam Tacitus lib. XV. Ann. et innuit Sat. IV. Juvenalis, 'Improbior Satiram scribente cinædo.' Quod molles ipse mollior exagitaret.

[d] *Pollicentis*] Sic omnino scribendum. *Policenti* tamen habent Mss. nostri omnes. Ut *policiti* legendum esse merito quis suspicetur. *Torrent.*

[e] *Cum patruo Sabino*] Vide cap. 15. in Vitell.

[f] *Isiaci*] Tacit. lib. III. Histor. 'Domitianus, prima irruptione apud æditRuum occultatus, solertia liberti, lineo amictu turbæ sacricolarum immixtus ignoratusque, apud Cornelium Primum, paternum clientem, juxta Velabrum, delituit.' Lineum dicit habitum, quem Suetonius Isiacum. Inde illi sacrificuli linigeri dicti, ut in Tib. 36. et Oth. c. 12. notatum. Eodem modo evasisse quondam M. Volusium Ædilem plebis testatur Appianus lib. IV. Bell. Civil.

[g] *Trans Tiberim*] Dissentit Suetonius a Tacito, qui apud Velabrum delituisse dicit, nisi inde Transtiberinam regionem petiisse suspiceris.

ad condiscipuli sui matrem comite uno contulisset, ita latuit, ut scrutantibus, qui vestigia subsecuti erant, deprehendi non potuerit. Post victoriam [h] demum progressus, et Cæsar consalutatus, honorem præturæ urbanæ cum [i] consulari [1] potestate suscepit titulo tenus: nam [2] jurisdictionem ad collegam proximum transtulit. Ceterum omnem vim dominationis tam licenter [3] exercuit, ut jam tum, qualis futurus esset, ostenderet. Ne exequar singula, contrectatis [4] multorum uxoribus, Domitiam Longinam, Ælio Lamiæ [k] nuptam, etiam in [5] matrimonium abduxit: atque uno die super viginti [l] officia urbana aut peregrina distribuit; 'mirari se,' Vespasiano dictitante, [6] 'quod successorem [m] non et sibi mitteret.' [2.] Expeditionem [n] quoque in Galliam [7] Ger-

urb. cum cons. quod restituit Ern. cum Bip. sed mallent abesse *cum* Torr. et Baumg. delevitque Burm. cum Gronov. Oud. Wolf. faventibus Memm. Polit. Cop. Periz. Harlem. duob. Torr. Ed. Rom. sec. Supra *inde* pro *demum* Fouc. —2 Hæc Jac. Gron. est emendatio, ab Ern. Bip. Wolf. recepta. J. F. Gron. conj. *cum j. a. c. p. transtulisset*, probante Burm. sed tunc debuisse auctorem scripsisse *transferret*, docuerunt Ern. et Oud. Hic quoque suadet *quoniam*. In Cuj. *quia jur.*—3 Periz. *scienter*. Postea *tum* exulat a Medic. 1. *jam cum* Cuj. Pro *ne* Memm. Medic. 1. 3. Polit. Vind. 2. quatuor Codd. Burm. et Edd. sæc. XV. aliæque *nec.*—4 *Contract.* Memm. Vind. 1. Tum *Dom. et Long.* Fouc. *Helio* Vind. 2. ac *Lamiæ* Vind. 1. Ed. Camp. Ex Xiphil. LXVI. 3. format Pitisc. *Lamio.*—5 *Et in* Vind. 2. Dein *adduxit* Vind. 1. Periz. a m. pr. Huls. et Edd. Rom. *offic. urb.* dant Medic. Polit. Dun. Vind. 2. Cop. Cuj. Voss. Fouc. Edd. Oud. Ern. &c. pro vulg. *urb. off.* Statim *aut* testantur Mss. Burm. et Oud. O. item Dun. Nonn. et Edd. Rom. Scriv. Gron. Burm. Oud. &c. In aliis *atque.*—6 *Dictante* Cop. Medic. 1. 3. Vind. 2. Edd. sæc. XV. Bon. aliæque.—7 *Ne in Gallia* Memm. Dein *Germanicumque* Vind. 2.

NOTÆ

[h] *Post victoriam*] Tacit. in fine lib. III. Histor. 'Domitianum, postquam nihil hostile metuebatur, ad duces partium progressum, et Cæsarem consalutatum, miles frequens, atque erat in armis, in paternos penates deduxit.' Imperatoris filius, aut imperii successor, seu imperator designatus, Cæsar dicitur.

[i] *Præturæ urbanæ*] De Prætore Urbano, et peregrino in Jul. c. 14.

[k] *Ælio Lamiæ*] Quem postea interfecit inf. c. 10. De quo Juven. Sat. IV. 'Hoc nocuit Lamiarum cæde madenti.'

[l] *Super viginti*] Hoc est, munera, quæ vel in Urbe, vel in provinciis exercerentur.

[m] *Quod successorem*] Xiphilinus, ex Dione, Vespasianum gratias egisse scribit Domitiano filio per literas, quod se adhuc sineret imperare. De Domitiani vero ambitione Tacit. extremo lib. IV. Historiar. *Torrent.*

[n] *Expeditionem*] Quam fuse describit Joseph. lib. VII. de Bell. Jud.

maniasque, neque necessariam, et dissuadentibus [o] paternis amicis, inchoavit, tantum ut fratri [p] se et operibus [8] et dignatione adæquaret. Ob hæc correptus, quo magis et [9] ætatis et conditionis [q] admoneretur, habitabat cum patre una,[10] sellamque ejus ac fratris, quoties prodirent, lectica sequebatur: [r] ac triumphum utriusque Judaicum equo albo [s] comitatus est. In sex [1] consulatibus nonnisi unum ordinarium [t] gessit, eumque cedente et suffragante fratre. Simulavit [u] et ipse [2] mire modestiam; inprimisque poëticæ [3] studium, tam insuetum antea sibi, quam postea spretum et abjectum: recitavitque etiam publice. Nec tamen eo se-

Germaniamque Fouc. Pro *dissuad.* Ed. Steph. *diffundentib.* Cnj. *neque dissuad.* Item *incohavit* rursus Vind. 2. Periz.—8 *Opibus* Memm. Polit. Voss. Proxime *indignatione* sine *et* Polit. Medic. 3. *a dign.* Medic. 1. a m. pr. *ob hoc* Vind. uterque, Nonn. Fouc. Torr. et *correctus* Harlem. Huls. Fouc. Vind. 1. Periz. cum Edd. Rom. Ven. Junt. Lugd. Ald. Steph.—9 Sic edidit Oud. cum seqq. fide Mss. suorum, Pulm. Periz. Voss. Harlem. Huls. et Edd. primarum: accedit et Dun. Vulgo deest *et*.—10 *Unam* Memm. Tum *quotiens* Fouc. *prodiret* Periz. Vind. 2. Cort. Edd. Rom. *est* non comparet in Vind. 1.—1 *Quis ex c.* Memm. *qui sex* Polit. Voss. Conj. Burm. *quin ex sex.* In Fouc. *jus ex c.* Postea *ac suff.* Medic. 1. 3. Cop. Periz.—2 *Et ipse* desunt Vind. 2. Cort. seu Lys. et aliena putat Ern. sic corrigens: *sim. inde mod.* vel *sim. inde mire mod.* Oud. excidisse verbum autumat, ac legend. *præ se tulit.* Sed vulg. vindicant Wolf. et Baumg. Ceterum *etiam ipse* habet Periz. et *inire* pro *mire* Pal. 1. Fouc. aliique cum Edd. Ven. Bon. Junt. Lugd. Ald. Arg.—3 *In primis, poëticaque* Cnj. Infra *recitavit etiam* Harlem. *setius* Memm. Medic.

NOTÆ

c. 23. Ducibus classico et civili rebellaverant Germani, quos subegit Domitianus admodum adolescens. Vide et Tacitum lib. IV. Histor.

[o] *Dissuadentibus*] Muciano præsertim: et dissuadendi rationes refert Tacitus lib. IV. Histor. circa finem.

[p] *Ut fratri*] Tradit ibidem Tacitus, venisse Domitianum in suspicionem missi ad Cerealem ducem Romanum, cujus virtute fusi hostes fuerant, nuntii, qui fidem ejus tentaret, an præsenti sibi exercitus imperiumque traditurus foret.

[q] *Conditionis*] Adhuc privatæ.

[r] *Lectica sequebatur*] Singularis est hic locus, unde colligitur lectica digniorem fuisse sellam. Vide Lipsium Elect. lib. I. c. 19.

[s] *Equo albo*] Qualem dixit equum funalem in Tib. c. 6.

[t] *Ordinarium*] Hoc est, non suffectum in alterius locum per anni decursum: plures enim ab imperatoribus Consules eodem anno creati, quod, nisi mortis causa, stante Republica non fiebat: In Jul. cap. 76.

[u] *Simulavit*] Tacitus ibidem, 'Simul simplicitatis imagine in altitudinem conditus, studiumque literarum, et amorem carminum simulans,' &c.

cius, cum Vologesus[4] [v] Parthorum rex auxilia adversus Alanos,[w] ducemque alterum ex Vespasiani liberis, depoposcisset,[5] omni ope contendit, ut ipse potissimum mitteretur. Et quia discussa res est,[6] alios Orientis reges, ut idem postularent, donis ac pollicitationibus solicitare tentavit. Patre defuncto, diu cunctatus, an duplum donativum[x] militi offerret,[7] nunquam jactare dubitavit, 'relictum se participem[8] [y] imperii, sed fraudem testamento adhibitam.' Neque cessavit ex eo insidias struere[9] fratri clam palamque: quoad correptum gravi valetudine, prius quam plane efflaret[10] animam, pro mortuo deseri jussit: defunctumque nullo, præterquam consecrationis, honore dignatus, sæpe etiam[1] carpsit obliquis orationibus[z] et edictis. [3.] Inter initia[2] [a] principatus, quotidie secretum

serius Ed. Camp.—4 Iterum scripsit Oud. *Vologæsus*, ut supra in Ner. Cap. ult. Vesp. Cap. 6. ex Medic. 1. 3. Huls. *Vologeses* Ed. Bas. *cum* non habet Voss.—5 *Depoposcissent* Fonc. Dein *om ope* Ed. Camp.—6 *Est* deleri jussit Torr. Legit Heins. *res esset*.—7 Sic exhibuerunt Casaub. Græv. in pr. Ed. Jac. Gron. Oud. Ern. et seqq. probantib. Torr. Scriv. Lips. et astipulantib. Memm. Medic. Dun. Polit. Vind. Cort. Cop. Cuj. Voss. Huls. cum uno Torr. Fonc. Al. *donaret*.—8 Sic primus emendavit e Mss. Turneb. Adv. v. 10. et postea in libb. Urs. Nonn. Memm. Corsend. Medic. Dun. Polit. Vind. 2. Cort. Voss. Periz. duob. Torr. aliisque, cum Edd. Rom. hæc lectio inventa est, quam receperunt Pulm. Torr. Casaub. Schild. Burm. Oud. &c. Vulg. *principem*, quod defendit Ern. in Excurs. ad h. l.—9 *Vim struere* Fonc. qui et *propalamque*. In Memm. Medic. 1. 2. Cuj. Voss. *palam* sine *que*, et sic dederunt Gron. et Græv. in ult. Ed. Dein *quod* Vind. 1. *correctum* Ed. Camp.—10 *Afflaret* Memm. *pæne effl*. Huls. Mox *deferri* Vind. 2. a m. pr. *defunctum nullum* Ed. Ven. 1.—1 *Dignitatis sacræ etiam* Medic. 3. *dign. est* Vind. 2. Cort. In fine Cap. *dictis* mallet Heins.—2 Lips. jungit *Inter init. pr.* præcedenti Cap. et novum incipit a *quotid. secr.* Petav. e Ms. legit *inter vitia*, et ita

NOTÆ

[v] *Vologesus*] De quo in Vespas. c. 6.

[w] *Alanos*] Populi sunt Sarmatiæ Europææ, haud procul a Mæotica palude incolentes, Roxolanis finitimi, qui nunc *Lithuani* dici putantur, &c. Ferrarius.

[x] *Duplum donativum*] Ejus scilicet, quod frater dederat. De donativis supra sæpe in Jul. c. 27. Mallem, inquit Torrent. ut in uno cod. *offerret*.

[y] *Participem*] Sic Torrentii duo codices. Vulgati habebant *Principem*.

[z] *Obliquis orationibus*] Hoc est, ambiguis.

[a] *Inter initia*] In Salmasiano codice legit Schildius *vitia*, longe propius ad Aurelii Victoris mentem, qui definitum illis nugis imperii tempus nullum ascribit. Et Xiphil. non tantum post, sed et ante adeptum imperium id in Albano factitasse, auctor est.

sibi horarum [3] [b] sumere solebat; nec quicquam amplius, quam muscas captare, ac stylo præacuto [4] configere: ut cuidam interroganti, essetne quis intus cum Cæsare, non absurde responsum sit a Vibio Crispo:[c] 'Ne musca [5] quidem.' Deinde uxorem Domitiam, ex qua in secundo suo consulatu [6] filium tulerat,[d] alteroque anno consalutaverat ut Augustam,[e] eandem, Paridis histrionis amore deperdi-

in uno Regio Par. invenit Casaub. et Oud. in Medic. 1. 3.—3 Ita legitur in Memm. Medic. Viterb. Reg. Par. Pith. Polit. Cop. Fouc. Pal. tr. et edi curarunt Oud. Ern. Bip. et al. Vulg. *horarium*, quod revocandum existimat Wolf. Putat Casaub. numeri notam hic excidisse, legitque *sibi horarum III. sum.* probante Græv. Conj. Is. Voss. ad Catull. p. 276. *lararium*. Alii, teste Torr. legunt *solarium*.—4 Dun. *peracuto*. Tum *intro* Vind. 1. *Fubio Cr.* Fouc. *Cerspo* Ed. Camp.—5 *Muscam* Memm. Polit. *ne m.* Huls. Mox vulg. post *ux.* addunt *suam*, sed pronomen non agnoscunt Memm. Medic. Polit. Dun. Cop. Huls. Voss. ideo proscribit Casaub. eumque secuti Schild. Gron. Græv. Burm. et seqq.—6 Corr. Græv. *VIII. suo cons.* Dein habet Memm. *alteroque anno consulatu filium Augustam eandem*, et ascriptum marg. *deest aliquid*. Lips. e Ms. profert *alteroque anno consulatus filiam*, et ita Cuj. Voss. Medic. 2. a m. pr. nisi quod in his est *filium et Aug.* Inde Græv. scribend. conj. *alteroque anno ab hoc consulatu filiam: Augustam eandem, &c.* Lips. *alteroque anno a consulatu filiam, Aug. eand.* Ern. totum loc. sic emendavit: *ex qua in secundo consulatu filium tulerat, alteroque anno suo consalutaverat Augustam.* Oud. sic: *ex qua in secundo suo consulatu filiam tulerat, alteroque anno filium, ac consalutaverat Augustam, eandem, &c.* cujus emendationi favent Wolf. et Baumg. Quicquid sit, τὸ *ut* delendum esse consentiunt omnes. *Eandem* con-

NOTÆ

[b] *Secretum sibi horarum* [*horarium*] Casaub. in Viterb. et Pithœi codd. legit *horarum*: unde suspicatur deesse numeri notam, et plures horas ridiculæ huic impendisse voluptati. Qua admissa lectione simul cum Salmasiana, potuerit hic locus intelligi de eadem illa solitudine, quam illi in Paneg. exprobrat Plinius. Alii *solarium* legunt; partem domus intellige, de qua in Claud. c. 10. et in Ner. c. 16. Hoc scilicet hominis atra bile vexati indicium esse, longe ante Domitiani vitam dixerat Hippocrates.

[c] *Vibio Crispo*] De hoc sic Quintilianus x. 1. 'Vibius Crispus compositus, et jucundus, et delectationi natus, privatis tamen causis, quam publicis melior.' Similem ejus jocum de Vitellio refert Xiphil. Cum enim contracto in Vitellii conviviis morbo, per plures dies ea intermisisset, ac nonnulli interea comessando periissent, se quoque, nisi ægrotasset, omnino periturum fuisse dixit. Pulchre igitur Juvenalis Sat. IV. 81. 'Venit et Crispi jucunda senectus, Cujus erant mores, qualis facundia, mite Ingenium.' Tacitus tamen Hist. lib. II. et IV. ut delatorem notat. Quod eum fortassis fidentiorem fecit. Verum fides penes auctorem sit. *Torrent.*

[d] *Filium tulerat*] Hunc consecratum probat nummus hic a Torrentio prolatus. In quo videtur infans nudus inter astra collocatus cum inscriptione, &c. Martial. lib. IV. epig. 3.

[e] *Augustam*] Quo titulo non Impe-

tam, repudiavit; intraque breve tempus, impatiens discidii,[7] quasi efflagitante populo, reduxit.[f] Circa administrationem autem[8] imperii aliquamdiu se varium præstitit, mixturaque[9] æquabili vitiorum atque virtutum: donec virtutes quoque in vitia deflexit: quantum conjectare licet, super[g] ingenii naturam, inopia rapax, metu sævus. [4.] Spectacula assidue magnifica[10] et sumtuosa edidit, non in Amphitheatro modo, verum et in[1] Circo: ubi, præter solennes[h] bigarum quadrigarumque cursus, prælium etiam duplex, equestre ac pedestre, commisit: at in Amphitheatro navale[i] quoque: nam venationes[2] gladiatoresque, et noctibus ad lychnuchos:[k] nec virorum modo

tra Torr. et Ern. defendunt Gron. Burm. Oud. Wolf.—7 Ita Memm. Medic. Al. *dissidii*. Supra *amoris* Cuj. Tum *quasi se effl*. Ed. Camp.—8 Vulgo abest *autem*, et abjecit Burm. sed tuentur Memm. Medic. Dun. Vind. 2. Cort. Cuj. Voss. cum Edd. Scriv. Gron. Græv. Ern. Oud. et recentt.—9 Sic cum Lips. edidit Wolf. Vulg. *mixtura quoque æq*. Delevit *quoque* Ern. et Bip. præeunte Torr. e duob. Codd. Placuit Oud. conjectura Burm. *mixt. prope æq*. Ceterum *æquab*. e Pulm. suisque Mss. et Edd. Rom. Ven. 1. Steph. edidit Casaub. cum seqq. præter Pitisc. qui exhibet cum aliis *inæquab*. In Vind. Cort. *æquali*.—10 Hoc ord. Memm. Medic. 1. 3. Polit. cum duob. Burm. Al. *magn. ass*. Periz. *assidue et sumptuose ed. non Amph*. Voss. *assidua* a m. pr. *sumptuose* etiam Edd. Rom. *non Amph*. Vind. 1.—1 *Etiam in* Vind. 2. Tum *etiam dupl*. Memm. Medic. 1. 3. Polit. Vind. 2. Fouc. Vulg. inverso ord. *dupl. etiam*. Mox *at in* receperunt Græv. Gron. Burm. et seqq. auctoritate Memm. Medic. Polit. Voss. Dun. *ac* Vind. Cort. Harlem. Periz. Edd. sæc. xv. Bon. Lugd. In ceteris *atque*. In Fouc. verba *ac pedestre* al. m. scripta.—2 *Venatores* Vind. 1. Nonn. Mox *lychnos* duo Casaub. Vind. uterque, Cort. sive Lys. Harlem. Periz. Cuj. et Edd. sæc. xv. Bon. Junt. Lugd. Arg. quod restituerunt Ern. Bip. *lichinos* Camp. *lychinnos* Fouc. Sed *lychnuchos* testan-

NOTÆ

ratorum duntaxat uxores a Livia, sed et eorundem filiæ, sorores, nurus, ipsæ quoque socrus appellatæ, ut probant inscriptiones.

[f] *Reduxit*] Id quoque probant nummi tum Imperatoris, tum Domitiæ nomine signati, cum inscriptione, CONCORDIA AVGVSTI. Paridem, teste Xiphilino, occidit Domitianus. Celebris fuit histrio, de quo Juven. 'Utque magis stupeas, ludos Paridemque reliquit.' Item: 'Quod non dant proceres, dabit histrio.'

[g] *Super*] Hoc est, præter morum indolem. Nempe ingenitam Domit. rapacitatem et crudelitatem augebant egestas et timor.

[h] *Solennes*] Quales omnino Circenses. Vide Martial. lib. Spect. et alibi passim.

[i] *Navale*] Auctor est Xiphilinus, in Tito, in amphitheatrum aqua repentina repletum inductos equos, tauros, aliaque animalia, &c. Mart. epig. 26. et 28. lib. Spect.

[k] *Lychnuchos*] Torrentius in duobus

pugnas, sed et fœminarum.[1] Præterea quæstoriis[3] [m] muneribus, quæ olim omissa revocaverat, ita semper interfuit, ut populo potestatem faceret, bina paria e suo ludo[n] postulandi,[o] eaque[4] novissima aulico apparatu[p] induceret. Ac per omne gladiatorum[5] spectaculum ante pedes ei stabat puerulus coccinatus, parvo portentosoque[6] capite, cum quo plurimum fabulabatur,[7] nonnunquam serio. Auditus est certe, dum ex eo quærit,[8] 'ecquid sciret, cur sibi[9] visum esset, ordinatione proxima Ægypto præficere[10] Mæcium Rufum.' Edidit navales[1] pugnas pæne justarum[q]

tur ceteri atque optimi Codd. cum Egnat. Ald. Steph. Pulm. Torr. et recentt. Cf. Cæs. Cap. 37.—3 *Quæstoris* Dun. Paulo ante *sed fœm.* Cop. Dein *obmissa* Huls. *revocarent* Memm. unde edidit Græv. *revocarat.* Postea *ex suo* Vind. 2. Caret præpositione Cuj.—4 Sic dedit Oud. cum Voss. *ea quæ* Cop. Medic. 1. 3. Polit. Vind. 2. Cort. Vulg. *quæ.* Statim *novissimo* Medic. 1. *novissime* Bas. alt. *introduc.* Medic. 2. *interduc.* Dun.—5 *Gladiatorium* Voss. a m. pr. Mox *ei* præbent Memm. Medic. 1. 2. Cuj. Voss. Edd. Scriv. Græv. Burm. Oud. &c. Al. *ejus.* In Fouc. *puer coconcinatus.*—6 Hunc ord. restituit Oud. cum Memm. Medic. 1. 2. Vind. Dun. Cort. uno Torr. Cuj. Cop. (qui et *portensoque*) Fouc. et Edd. Steph. Casaub. Schild. Vulg. *port. parvoque.* unde conj. Ern. *pravoque.* Ceterum *portentuoso* est in Vind. 2. Cort. Periz. Edd. sæc. xv. et plerisque Vett. præter Ald. Steph. Pulm. &c. Pro *capite* Fouc. *capillo.*—7 *Confab.* Periz. a m. pr. *fabulari* duo Torr. *fabulatur* Edd. Med. pr. Sab. Cald.—8 Mallet Ern. ut Latinius, *cum ex eo quæreret.* Dein *Et quid sc.* Memm. Medic. 2. Vind. Fouc. Pal. tr. Harlem. Huls. cum Edd. sæc. xv. præter Rom. sec. pluresque. In Medic. 1. 3. Polit. Cort. *et qui*, unde conj. Oud. *ecquis.*—9 Sic Turneb. Adv. xxii. 16. placuit, cum Pulm. Torr. et seqq. ut est in Memm. Corsend. Medic. 3. Polit. Vind. 2. in marg. Pal. 2. *et cur.* Cort. *qui sibi* Voss. *et quod s.* Cod. Urs. *quid s.* Medic. 1. 2. Dun. Vind. Pal. 3. Cop. Periz. Cuj. Edd. Rom. Steph. quod arrisit Marcil. In ceteris *et quid s.* nisi quod *et ecquid s.* marg. Gryph. et ita placuit Torr.—10 *Præficeret* Medic. 1. 2. Vind. 1. Harlem. Periz. Edd. Med. pr. Ven. tr. Pro *Mæcium* Medic. 1. 3. *Mettium*, Voss. *Tetium*, Vind. 2. *Mertium*, Cort. *Mestium*, Dun. *Ætium*, Cuj. et Edd. Rom. *Ethium.* Dein *Ruffum* Vett. O. præter Ald. Steph. Bas. &c.—1 *Venales*

NOTÆ

libris legit *lychnos.* In Jul. c. 24. nocturnos ejusmodi ludos in Calig. c. 18.

[l] *Fœminarum*] Martial. epig. 6. lib. Spect. 'Belliger invictis quod Mars tibi sævit in armis, Non satis est, Cæsar, sævit et ipsa Venus.'

[m] *Quæstoriis*] Spectaculis, quæ impensa Quæstorum ederentur: in Claud. c. 24.

[n] *E suo ludo*] Hoc est, e sua gladiatorum familia.

[o] *Postulandi*] Martial. epig. 20. ibid. 'Dum peteret pars hæc Myrinum, pars illa Triumphum, Promisit pariter Cæsar utraque manu.'

[p] *Aulico apparatu*] Non qualis præbetur a lanistis, sed qualis aulam decebat.

[q] *Justarum*] Quales etiam Claudius

classium, effosso et circumstructo[2] [r] juxta Tiberim lacu: atque inter maximos[s] imbres[3] perspectavit. Fecit et ludos sæculares,† [t] computata[u] ratione temporum ab anno,[4] non quo Claudius proxime, sed quo olim Augustus[5] ediderat. In his, Circensium die, quo facilius centum missus[v]

Fouc. et *instar class.* Vind. 1. *e fosso* Fouc. *effossoque et* Camp. Ed.—2 *Circumducto* marg. unius Cod. Torr. Edd. Ven. 1. Bas. Junt. Lugd. Ald. Arg. Gryph. Plant. quod defendit Marcil. *circumscripto* Huls. Emendavit Casaub. cum seqq.—3 Ita emendavit Beroald. cum in Vett. Edd. legeretur *in thermis* vel *termis imbres*, ut et in Huls. Voss. Cuj. Statim *perspec.* conj. et edidit Torr. quod occupatum jam erat a Steph. e Memm. et secuti sunt Casaub. Gron. Burm. et seqq. Confirmant Mss. Urs. Polit. Vind. 2. Cort. In reliquis *prospect.*—4 Memm. Medic. 3. Polit. *ad annum*, placetque Ond. Tum *proximo* Harlem. Edd. Med. Ven. Cald. Junt. Lugd. Arg. *proxime Claud.* Fouc. *quo* exulat ab Edd. Gryph. Plant. Torr.—5 *Aug. olim* Vind. 1. Dein

NOTÆ

in Claud. c. 21. in Fucino lacu; quas Domitiani naumachiæ postponit Martial. epig. 28. ibid. 'Fucinus et pigri taceantur stagna Neronis: Hanc norint unam sæcula naumachiam.'

[r] *Circumstructo*] Sic ex Viterb. codic. Casaub. sic in suis omnibus Torrent. Alii habent *circumducto*, male. Tacit. enim Annal. XII. 'Structo cis Tiberim stagno.' De sedilibus nempe in ambitum ad spectandi commoditatem exstructis intelligitur. In Aug. c. 43.

[s] *Inter maximos*] Martial. lib. IV. epig. 3. 'Aspice quam densum tacitarum vellus aquarum Defluat in vultus Cæsaris, inque sinus. Indulget tamen ille Jovi, nec vertice moto, Concretas pigro frigore ridet aquas.'

† A. U. C. 841.

[t] *Sæculares*] De quibus in Aug. c. 31.

[u] *Computata*] Hos ludos sæculares exhibuit Domitianus anno 14. sui consulatus, cum ejus collega esset L. Minutius Ruffus, testantibus pluribus nummis antiquis, et Censorino de Die Natali c. 17. ex emendatione virorum doctorum; vulgo enim male legebatur consulatu 15. hos ludos fuisse celebratos: fuit is annus U. C. secundum Censorinum 841. Augustus vero ludos sæculares celebravit A. U. C. 737. ut intercesserint anni centum et quatuor. Deerant quidem justo sæculo sex anni; singulis enim centum decem annis hi ludi instaurabantur, auctore Horatio in carmine sæculari, et commentariis XV-virorum, nec non edictis Augusti. Domitianus tamen, magis ingenio suo obsequens et libidini hos sæculares ludos edendi, quam accuratum calculum Chronologorum sequens, quia centesimum annum excesserat intervallum illud temporis, quo Augustus eos celebraverat, ad illum Augusti annum temporum rationem computavit. Inter ludos vero, quos Claudius ediderat, et hos a Domitiano datos, interjecti erant anni quadraginta. *Græv.*

[v] *Centum missus*] Cum 25. tantum peragi solerent, et septenis quidem singuli spatiis, Domitianus centum, sed quinis tantum spatiis, exhibuit, ut egregie explicat Beroaldus: adde (si lubet) Servium in illud Virgilii lib.

peragerentur,[6] singulos a septenis spatiis ad quina corripuit.[w] /Instituit et quinquennale[x] certamen Capitolino Jovi triplex, musicum, equestre, gymnicum, et aliquanto plurium,[7] quam nunc est, coronarum.[8] [y] Certabant enim et[9] prosa oratione Græce Latineque: ac præter citharœdos chorocitharistæ[z] quoque et psilocitharistæ:[10] [a] in stadio vero cursu etiam virgines.[1] [b] Certamini præsedit[c] cre-

his tantum in marg. Periz. et deest Ed. Rom. sec.—6 *Perageretur* Harlem. In Fouc. *facilius* al. m. script. Mox *corrupit* Cort. *et Capit.* Medic. 3. *Jovi triplic* Huls.—7 *Plurimum* Memm. sed correct. Ed. Camp. *aliquantum* Medic. 2. Dun. Cuj. Urs.—8 Ita conj. Torr. et reddiderunt Steph. Bas. tert. Schild. Pitisc. Oud. Ern. &c. probante etiam Lips. cum Duk. confirmantib. Cod. Urs. Vind. 2. Dun. Cort. seu Lys. Al. *coronatorum*, quod retinuit Burm. —9 Sic Memm. Medic. Polit. Vind. 2. Cort. Cop. Huls. Dun. et rescripserunt Oud. Ern. et seqq. suffragante Duk. Vulg. *etiam et*. Ed. Burm. *etiam pr.* omisso *et*. In Cuj. *certabantur enim*. Heins. conj. *cert. etiam vorsa et prosa*.—10 Hæc est lectio Mss. fere O. nisi quod in uno et altero *phil.* vel *psid.* probatque Turneb. Adv. XXI. 16. item Edd. Steph. Casaub. Schild. Burm. et recentt. Habent *psallocith.* Sab. Bon. Junt. Lugd. Arg. Ald. Bas. Gryph. Dol. cum paucis Mss. et tuetur Torr. In Fouc. scribitur *cycharœdos chorocycharistæ q. et philocycharistæ*.—1 Ita emendavit locum Lips. ad Tac.

NOTÆ

III. Georgic. 'Centum quadrijuges agitabo ad flumina currus.' De septenis spatiis noti Propertii versus lib. II. eleg. 25. 'Aut prius infecto deposcit præmia cursu, Septima quam metam triverit ante rota?' De missibus in Claud. c. 21.

[w] *Corripuit*] Hoc est, contraxit, seu reduxit, quo sensu etiam alibi hoc verbo utitur.

[x] *Quinquennale*] Uti et Nero c. 12. Sed Domitiani certamen, quod ab eo annus magnus, seu lustrum, (ut Censorin. tradit,) observari cœperit, usque ad Constantini tempora duravit. Adde Plinium lib. IV. Epistol. 22. quæque ad Aug. notavimus cap. 98. ad Claud. cap. 12. ad Calig. cap. 20. *Torrent.* Vide in Aug. cap. 59. et 98. in Neron. c. 12. Calig. 20.

[y] *Coronarum*] Sic scribo, inquit Torrentius, etiam adversus libros omnes quos viderim. Sic 'ampliare numerum palmarum,' Ner. cap. 22. Alii *coronatorum*.

[z] *Chorocitharistæ*] Citharistæ plures, citharam simul in choro pulsantes.

[a] *Psilocitharistæ*] Turnebus lib. XX. Advers. c. 16. sed quinam sint, inquit, eo in loco apud Tranquillum *psallocitharistæ*, quæri video. Ego vero locum esse corruptum audacter affirmare ausim, legendumque *psilocitharistæ*. Sic autem vocantur, qui solo nudoque citharæ cantu psallunt, sua ipsi voce non accinentes, nec in choro canentes. Nam citharœdi etiam ad fides canunt, Chorocitharistæ plures una fidibus modulate concinunt. Atque horum verborum discrimina esse arbitror. De psilocitharistis et arte psilocitharistica Athenæus lib. XIV.

[b] *Etiam virgines*] Puellæ nempe certaverunt quoque cursu. Sic juxta

pidatus, purpureaque amictus toga Græcanica,[2] [d] capite gestans coronam auream cum effigie[3] [e] Jovis ac Junonis Minervæque; assidentibus Diali sacerdote,[f] et collegio Flavialium,[4] [g] pari habitu: nisi quod illorum coronis

Ann. XIV. 21. uti edidere Casaub. Schild. Ern. Oud. &c. eamque lect. firmant Memm. Dun. Vind. 2. et alleverat man. doct. ad oram Ed. Gryph. 1539. probante quoque Duk. In ceteris Codd. et Edd. Vett. *virginis certamini*, sed in Steph. distinguitur post *virginis*. Turneb. Adv. v. 10. corr. *virginum cert.* quod in textum recepere Pulm. Torr. Scriv. Gron. Græv. sed Torr. mallet *cursu virginum* sine *etiam*. Burm. ita distinguendum putat: *cursu. Virginis etiam cert. &c.* Fouc. dat *cursum etiam virginis certamine*, et *certamine* etiam Huls. Medic. 3. Polit. Cort. Huls. Ceterum in Lips. correctione erat *et virg.* quomodo et Vind. 1.—2 Sic Memm. Dun. Pal. 3. Medic. Polit. Vind. 2. Cort. Periz. Cop. Edd. Rom. sec. Ven. 1. Steph. Plant. Scriv. Gron. Burm. Oud. Ern. et seqq. probantib. præter plerosque Interpr. Lips. ad Tac. Ann. XIV. 21. Salm. ad Tertull. Pall. p. 126. et Ferrar. de Re Vest. II. 11. *Gercanica* Pal. 2. *Græcanicaque* Voss. Conj. Casaub. *Hermionica*, vel acquiescat in lect. nostr. *Germanicam* marg. Periz. et Edd. Vett. plurimæ, quod placuit Marcil. et Bimardo ad Murat. Inscript. t. I. p. 16. *Germanica* Pal. 1. et plures Torr. et ita legit Beroald. *toga vieta* Vind. 1. Ceterum plures distinguunt post *toga*.—3 *Effigia* Huls. Dein *assistentib.* Vind. 1. *Diale* Memm. *sacerdoti* Harlem.—4 *Flavium* Voss. Tum *quod* deest Harlem. In Vind. 1. *ipe. etiam*

NOTÆ

Lipsium ad XVI. Ann. Taciti. Vulgati legebant *virginis*, facili, ut patet, et obvio errore.

[c] *Præsedit*] Hoc est, toti quinquennali huic agoni præfuit, ritu Græco, quod ejusmodi certamina Græcæ forent inventionis.

[d] *Græcanica* [*Germanica*] Sic in omnibus codicibus legunt Torrent. et Casaub. sed Beroaldus legi *Græcanica* in quibusdam testatur. Et ita scribit Sabellicus, quod probant omnes, quamquam ægre. Lipsius enim ait malle se *chlamyde* quam *toga*, cujus nullus apud Græcos usus: et certe Neronis Græco habitu vestiti 'chlamydem' dixit Suetonius in Ner. cap. 25. Salmasius existimat togam Græcanicam dici, quo sensu pallium Romanum diceretur. Id enim discriminis est, quod toga rotunda, quadratum vero foret pallium. Hoc Græcorum, illa vero Romanorum, ut in Julio notatum est. Casaub. *Hermionica* proponit, propter purpuram Hermionicam præstantissimam, cujus meminit in Alexandro Plutarchus. Verum quia Domitianus Germanici nomine tantopere delectatus fertur, nescio an *Germanica* germana sit lectio, aut saltem *Germanicam*, interposita ante virgula, ut ad coronam de Germanis relatam referas.

[e] *Cum effigie*] Hi sunt Dii Capitolini, quorum in honorem ludi celebrabantur.

[f] *Sacerdote*] Jovis scilicet, seu Flamine Diali. Omnes assidebant eodem quo ipse princeps habitu, exceptis coronarum imaginibus.

[g] *Flavialium*] Sacerdotum scilicet Flaviæ genti institutorum, quemadmodum Augustæ Augustales. In Aug. Martial. lib. IX. Epig. 4. et 35. 'Jupiter Idæi risit mendacia busti, Dum videt Augusti Flavia templa poli.'

inerat et ipsius imago. Celebrabat et in Albano quotannis Quinquatria[h] Minervæ,[i] cui collegium instituerat,[5] ex quo sorte ducti magisterio[k] fungerentur, ederentque[6] eximias venationes[7] et scenicos ludos, superque oratorum ac poëtarum certamina. Congiarium populo nummorum trecenorum[8] [l] ter dedit: atque inter spectacula muneris[m] largissimum epulum.[9] Septimontiali[n] sacro quidem, Senatui[10]

im. Celebrat.—5 Edd. Schild. *constituerat*, Harlem. *institerat*. Statim *forte d.* Fouc.—6 Acquiescit Baumg. in hac emendatione Torr. Casaub. Duk. Lips. Oud. Ern. ut Schild. aliique jam edidere. Habent *redderentque* omnes scripti et Edd. Vett. et tuentur Gron. Græv. Burm.—7 *Venerationes* Harlem. Periz. Edd. Rom. Ven. Postea *super quæ* Camp. et *congiarum* Cuj.—8 Ita Memm. Dun. Medic. 2. 3. Vind. 1. ac meliores libb. Torr. item Edd. Casaub. Schild. Ern. Oud. Bip. aliæque. Vulg. *trecentorum*. Fouc. *trecentum dat.*—9 *Epopulum* Memm. Supra *in spect.* Medic. 1.—10 Vulgo *Sept. sacrorum quidem die*, sed *die* abest ab O. Mss. et Edd. Sab. priorib. ideo Torr. cum seqq. ejecit, et *sacro* ex uno Ms. reposuit, quod Casaub. Schild. et recentt. in contextum admiserunt. Conj. etiam idem Torr. *quondam* pro *quidem*, haud improbante Duk. In Dun. Vind. 1. *Septimontialis sacrorum*, Polit. *S. sacro senatui quidem.* Restituit Turneb. Adv. v. 10. *Sept. die Senatui et Equiti panaria, plebi sportellas c. o. distribuit*, Ern. *Sept. sacro, primo quidem die, Sen.* Oud. *Sept. sacro, primoque die*, Guj. *Sept. quidem sacro, Sen.* Jac. Gron. *epulum Sept. sacro; cum quidem Sen.* 'Ceterum *quidem* positum malim post *Senatui*, ut exprimat Gr.

NOTÆ

[h] *Quinquatria*] De hoc in honorem Minervæ festo, supra dictum est.

[i] *Minervæ*] Cujus filius dici et haberi volebat. Mart. lib. IX. Epig. 4. 'Pallada prætereo, res agit illa tuas.' Epig. 10. lib. VI. 'Dic, precor, o nostri dic conscia virgo Tonantis.' Similem Caligulæ insaniam notare est in Calig. ubi dicitur Lunam in amplexus invitasse.

[k] *Magisterio*] Vel collegii, vel festivitatis.

[l] *Trecenorum*] 13.l. 2.s. 6.d.

[m] *Muneris*] Gladiatorii scilicet, dedit epulum populo sedenti.

[n] *Septimontiali*] Dictio *die* abest ab omnibus nostris Mss. ex quibus etiam unus *sacro*, non *sacrorum*, habet, lego igitur *Septimontiali sacro quidem.* Nisi quis *quondam* pro *quidem* malit. Nam hæ dictiones et cognatæ sunt, et una atque altera sæpe litera notabantur. Varro autem lib. v. de Lingua Latin. 'Septimontium' diem ipsum vocat, quo id sacrum celebrabatur, dictum (ut inquit) 'ab his septem montibus in quis sita Urbs est.' Idem ferme Festus. Turneb. vero Advers. v. totum hunc locum sic restituit: *Septimontiali die Senatui et Equiti panaria, plebi sportellas cum opsoniis distribuit.* Verum Turneb. (quod pace tanti viri dixerim) illi excellenti suo ingenio nimium indulsit. Nostra emendatio securior, ac modestior est; et quæ sequuntur melius cohærent. 'Panaria' autem, tanquam capaciora, atque honestiora, Equiti et Senatui data, ut 'sportellæ' plebi. Similis locus Calig. c. 18. 'panaria cum opsonio viritim divisit.' *Torrent.* Vide et Festum in verbo 'Sep-

Equitique panariis, plebei [1] sportellis cum opsonio distributis, initium vescendi primus fecit: dieque proximo omne genus rerum [2] missilia sparsit: et quia pars major intra popularia [o] deciderat, quinquagenas tesseras [p] in singulos cuneos equestris ac senatorii ordinis pronuntiavit. [5.] Plurima et amplissima opera [q] incendio absumta restituit: in quis [3] et Capitolium,[r] quod rursus arserat: sed omnia sub titulo tantum suo, ac sine ulla pristini auctoris memoria. Novam [s] autem excitavit ædem in Capitolio Custodi Jovi,

μὲν...δὲ, in disjungendis membris *Sen. Equitique*, et *plebei*.' Baumg.—1 Sic Memm. Medic. Vind. 1. Dun. Huls. Voss. Edd. Ven. 1. Steph. Casaub. et aliæ novitiæ. In reliquis Mss. et libb. impr. Vett. *plebeis*. Pleræque distinguunt: *plebeis, sportellis, cum*.—2 Deest *rerum* Periz. Harlem. a m. sec. ejecitque Casaub. cum Schild. faventib. Oud. Duk. Malit Burm. *omnium rerum miss.* ut in Claud. Cap. 11. Pro *intra* mox *inter* unus Torr. Medic. 1. *equestres* Harlem. Edd. sæc. xv. Bon.—3 *Quibus* Vind. 1. Fonc. In multis *queis*, sed mutavit Burm. cum Vett. Edd. et Mss. Infra *actoris* Huls. et *nonam* Harlem.

NOTÆ

timontio.' Romani autem, ob inclusum pomœriis septimum collem, primum celebravere Septimontium.

[o] *Intra popularia*] Liber unus *inter*. Vide quæ notavi Ner. c. 11. et Calig. cap. 26. Observandum vero obiter, quod et Senatorum loca cuneis distinguebantur. Quod etiam ex Virgilio animadvertere est, II. Georg. 'Hunc plausus hiantem Per cuneos (geminatur enim) plebisque patrumque Corripuit.' *Torrent.*

[p] *Tesseras*] Quibus varia inscripta erant præmia, ei tradi solita, qui sparsas rapere poterat. In Aug. cap. 41.

[q] *Opera*] De his Martialis Epig. 4. lib. IX. 'Quantum jam Superis, Cæsar, cœloque dedisti, Si repetas, et si creditor esse velis; Grandis in æthereo licet auctio fiat Olympo, Coganturque Dei vendere quicquid habent,' &c. ubi ædificia illa enumerat poëta.

[r] *Capitolium*] Capitolium ter arsisse apud historicos observavimus: semel Scipione et Norbano consulibus per bella civ. Mariana, iterum Vitelliano bello, tertio una cum Vespasiani interitu inflammatum incensumque est, et tunc a Domitiano refectum fuit magnificentius, elegantiusque, quam antea fuisset; cujus impensam duodecim millia talentorum excessisse autumat Plutarchus. *Beroald.* Nostræ monetæ foret hæc summa juxta computationem c. 4. in Jul. 13000000.lib.

[s] *Novam*] Quo loco apud æditaum, de quo supra c. 1. occultatus fuerat Tacit. III. Histor. 'Ac potiente rerum patre, disjecto æditui contubernio, modicum sacellum Jovi conservatori aramque posuit, casusque suos in marmore expressit: mox imperium adeptus Jovi custodi templum ingens seque in sinu Dei sacravit.'

et Forum,[4] quod[t] nunc 'Nervæ' vocatur: item Flaviæ templum gentis, et stadium, et Odeum,[5][u] et naumachiam;[v] e cujus postea[w] lapide maximus Circus,[x] deustis[6] utrimque lateribus, exstructus est. [6.] Expeditiones partim sponte suscepit, partim necessario;[7] sponte, in Cattos: necessario, unam in Sarmatas, legione cum Legato simul cæsa; in Dacos[8] duas, primam Oppio Sabino consulari oppresso, secundam Cornelio Fusco,[y] Præfecto cohortium prætorianarum, cui belli summam commiserat. De Cattis[9] Da-

—4 *Custodivit et Forum* Cuj. Dun. *custodium et F.* Voss.—5 *Odium* Memm. Dun. *exmetodium* vel *exmethodium* habent Medic. 1. 3. Polit. Vind. Cort. duo Palm. Huls. Fouc. Edd. Rom. Med. pr. In ceteris Mss. et Edd. Ven. Bon. Junt. Lugd. Arg. Ald. *et methodium* vel *metodium*, nisi quod in Cuj. sit *ex alium*. Sab. legit *Hesitium*.—6 *Decisis* Lys. sive Cort. et margo Vind. 2. quod præfert Ern. in Excurs. ad h. l. improbantib. Oud. Wolf. Paulo ante *ex cujus* Vind. 2. Pro *Circus* Fouc. *ortus*.—7 In Dun. et Cuj. *necessario. Consul duas*, omissis mediis. Tum *Cathos* Memm. *Catthos* Medic. 1. 3. *Coatas* Vind. 1. *Carthos* Vind. 2. Cort. Polit. Ed. Camp. *Cathdos* Huls. *Chachos* Harlem. Ed. Ven. 1. *Dacos* Periz. Ed. Rom. sec. *Dachos* Fouc.—8 *In Dacis* Edd. Rom. *Dachos* Harlem. Dein *Appio* censuit legend. Casaub. ex Eutrop. VII. 15. cum Harlem. Periz. et Edd. primis, et ediderunt Græv. Schild. assentiente Pag. ad Fast. In alteras partes eunt Noris. et Oud. suffragantib. reliquis Codd.—9 *Catis* Memm. *Cartis* Medic. 3. *Carthis* Polit. Vind. 2. Edd. Rom. *Cathdis* Huls. *Cathis* Vind. 1. Periz. *Cadis* Fouc. *chachis* Harlem. Cu-

NOTÆ

[t] *Forum, quod*] Transitorium primo vocatum fuisse, patet ex ædificiorum illorum enumeratione apud Eutropium: 'Romæ quoque multa opera fecit, in his Capitolium et forum transitorium, odeum, porticus, Iseum, Serapeum ac stadium.' Ubi hodie sancti Adriani templum. Non omnino absolutum a Domitiano, Spartianus, ni fallor, auctor est: unde exeso et deleto ejus nomine, optimo Imperatori Nervæ inscriptum est; cujus postea columnas ad exstruendum D. Petri templum adhibitas a Constant. fuisse autumant. Vide Jacobum Laurum, in antiquæ Urbis splendore.

[u] *Odeum*] Est locus in theatro, atque etiam extra theatrum, musicorum choris et poëtarum recitationibus serviens, ad imitationem Græcorum. Athenis enim theatri instar odeum fuisse, Pausanias in Atticis, et Plutarchus in Pericle tradunt. Vide Hesychium in hac voce ᾠδεῖον: Locus, inquit, in quo rhapsodorum commissiones fiebant, prinsquam theatrum esset constructum.

[v] *Naumachiam*] Locum navali pugnæ accommodatum.

[w] *E cujus postea*] Dirutum funditus illud ædificium non fuisse, ex eo probabile videtur, quod Jacobus Laurus nonnulla ejus superesse vestigia referat, ex quibus etiam colligatur quantæ fuerit amplitudinis hæc naumachia, quam ad Tiberim usque excurrisse arbitratur.

cisque,[8] post varia prælia, duplicem triumphum egit. De Sarmatis lauream [a] modo Capitolino Jovi retulit. Bellum civile, motum a L. Antonio, superioris Germaniæ Præside, confecit absens, felicitate mira, cum ipsa dimicationis hora resolutus repente Rhenus transituras [10] ad Antonium copias barbarorum inhibuisset. De qua victoria præsagiis [b] prius, quam nuntiis, comperit. Siquidem ipso, quo dimicatum erat,[1] die, statuam ejus Romæ insignis aquila circumplexa pennis,[2] clangores lætissimos

chis Dachisque Ed. Ven. 1.—10 *Transiturus* Edd. Schild. Tum *barb. cop.* Fouc. Mox vulg. *prius præsag.* Mutavit ordinem Oud. cum Memm. Polit. Medic. 3. Vind. 2. Cort. Fouc. Huls. Edd. Casaub. Schild. Item *compererit* Fouc.—1 *Ipsum quo dimicandum* Fouc. *dimicandum* etiam præbent Polit. Medic. 1. 3. Cop. Dein *erat*, pro vulg. *est*, recepit Oud. et seqq. cum Casaub. et Schild. auctorib. Memm. Cop. Polit. Dun. Medic. 1. 3. Vind. 2. Cort. Fouc. et man. doct. in ora Ed. Steph.—2 *Pinnis* Memm. Tum *ejus quoque* Mss. multi et Edd. ante Scriv. *quoque apport. ejus* Medicei, Dun. Polit. *providisse*

NOTÆ

[x] *Maximus Circus*] Erat inter Aventinum et Palatinum montes: de eo in Aug. Tandem ex parte collapsum, utpote antiquissimum, et jam inde a Romulo destinatum, et a Tarquinio Prisco exstructum restituit et ampliavit Trajanus: de quo multa Plinius in Panegyrico.

[y] *Cornelio Fusco*] Juvenal. Sat. IV. 'Et qui vulturibus servabat viscera Dacis, Fuscus marmorea meditatus prælia villa.' Insigne ejus epitaphium apud Martial. lib. VI. Epig. 76. 'Ille sacri lateris custos, Martisque togati, Credita cui summi castra fuere ducis, Hic situs est Fuscus,' &c.

[z] *De Cattis Dacisque*] DACICUM et GERMANICUM cognomina ex devictis gentibus reportasse, testis Juvenal. 'Cum lance beata Dacicus, et lato splendet Germanicus auro.' Et tamen nullus nummus extat, nullum monumentum, in quo Dacici cognomen sit. At GERMANICUS sæpissime in ejus nummis legitur: quod cognomen non habet, nisi jam Consul decies: sane in XI. et XIV. consulatu nummi habent tropæum, cum inscriptione, GERMANIA CAPTA. *Joseph. Scaliger.*

[a] *Lauream*] Quæ minor est triumpho: in Nerone cap. 13. Idem de Nerva, post devictas a Trajano Pannonias, Plinius in panegyrico: et Plinius alter lib. XV. cap. ultim. de lauro loquens: 'Fasces,' inquit, 'Imperatorum decorat, ex hinc in gremio Jovis Capitolini deponitur, quoties lætitiam nova victoria attulit.'

[b] *Præsagiis*] Hujus celeritatis, quam fama præternotat, aliud exemplum in Nerone c. 1. et Plutarch. in Æmilio plura. Hinc et propter victos Cattos GERMANICUS dici tantopere amavit. Statius: 'Quæque tuas laurus volucri, Germanice, cursu Fama vehit progressa diem, tardumque sub astris Arcada, et in medio linquit Thaumantida cœlo.'

edidit: pauloque post, occisum Antonium,[c] adeo vulgatum est, ut caput quoque ejus apportatum vidisse se, plerique contenderent. [7.] Multa[3] etiam in communi rerum usu novavit. Sportulas publicas[d] sustulit, revocata rectarum cœnarum[4] consuetudine. Duas Circensibus gregum[5] factiones aurati[6] purpureique panni ad quatuor pristinas addidit. Interdixit histrionibus scenam,[e] intra domum quidem exercendi artem jure concesso. Castrari mares[f] vetuit. Spadonum, qui residui apud mangones[g] erant, pretia moderatus est. Ad sum-

sepelirique Medic. 1. 3. *indiscos sepelirique* Polit. Supra *divulgat.* Fouc.—3 *Multum* Edd. Ven. Mox *in communes rerum usus* Medic. 1. 3. Polit. Vind. 2. Cort. Cop. Fouc. Huls. Edd. Rom. (quæ *communis.*) In Vind. 1. et Ed. Camp. *usus rerum;* Vind. 2. Cort. Periz. Ed. Rom. sec. *renovavit*, unde conj. Oud. scribend. simpliciter *in communes usus novavit.* Edd. Schild. et al. *notavit.*—4 Sic Memm. Medic. Polit. Vind. 2. Cop. Harlem. Fouc. Al. *cœn. rect.* Abest *rectarum* a Vind. 1. Etiam *evocata* habet Harlem.—5 *Grecum* vel *Græcum* Medic. 1. Polit. Vind. 1. Cort. Cop. Harlem. et aliquot Pulm. cum Edd. Med. pr. Ven. Cald. Lugd. *Græcorum* Vind. 2. marg. Periz. et Edd. Rom. *equorum* Periz. a m. pr.—6 *Aureati* Vind. 2. Cort. Cop. Huls. *purpuratique* Vind. 1. Mox *cœnam* Medic. duo, Cop. Heins. mallet *scena.* Postea *conces-*

NOTÆ

[c] *Occisum Antonium*] Lucius Antonius Saturninus dicebatur, in quem invehitur Martial. lib. IV. Epig. 11. 'Dum nimium vano tumefactus nomine gaudes, Et Saturninum te pudet esse, miser,' &c.

[d] *Sportulas publicas*] Sub Nerone (ut Suetonii verbis utar cap. 16.) 'publicæ cœnæ ad sportulas redactæ.' Publicas igitur hic sportulas intelligo, quæ loco publicæ cœnæ dabantur. Quas Domitianus sustulit, revocata cœnarum rectarum consuetudine. Sportæ autem, unde sportulæ et sportellæ, calathi erant viminei, quibus ad rem penuariam utebantur. Ulpianus l. III. de penu legata. Hinc dictæ sportulæ, quæ pro salutationis officio clientibus erogabantur, sive id opsonii aliquid, sive stipes, aut quadrantes essent, ut facete Martialis lib. III. Epig. 7. 'Centum miselli jam valete quadrantes, Anteambulonis congiarium lassi.' Ac sæpe alias, et Papinius Silv. libris. Sed et Cyprian. epist. 34. 'sportulas' vocat, quæ Christianorum consuetudine sacerdotibus distribuebantur, &c. *Torr.*

[e] *Scenam*] In Ner. c. 16.

[f] *Castrari mares*] Hoc nomine laudatus est ab Ammiano, aliisque, quamvis id in fratris potius, qui exsectos amaverat, contumeliam, quam veræ gloriæ probibitum, diserte habeatur in Dionis epitome. Martialis et Statius suo more hoc edictum multis laudibus extollunt. Vide Martial. epig. 60. lib. II. epig. 2. lib. VI. epig. 7. lib. IX. et l. XXVII. § 28. ff. ad legem Aquiliam.

[g] *Mangones*] Qui negotiationem servorum exercent. Martial. epig. 7.

mam quondam [7] ubertatem vini, frumenti vero inopiam, existimans nimio vinearum studio negligi [8] arva, edixit, ne quis in Italia novellaret,[h] utque in provinciis vineta succiderentur, relicta, ubi plurimum, dimidia parte: nec exequi rem perseveravit.[i] Quædam ex maximis officiis inter libertinos Equitesque [9] Romanos communicavit. Geminari [k] legionum castra prohibuit: nec plus quam mille nummos [l] a quoquam [10] ad signa deponi; [m] quod L. Anto-

sam Vind. 1.—7 Græv. e Memm. recepit *quandam*. Duk. corr. *ac summa quondam ubertate v. f. v. inopia*, quod non displicuit Ern.—8 *Neglegi* Voss. *neglecti* Harlem. Ed. Ven. 1. Desunt *in prov.* Medic. duob. Polit. Vind. 2. Cort. Cop. Huls. *urbi* Vind. 1. *perseveraverit* Fouc. exhibet.—9 Ita emendavit Casaub. cum Lips. e Mss. in quibus Memm. Medic. 1. 3. Dun. Vind. 2. Cort. Cop. Fouc. unus Torr. et ita notavit man. doct. ad or. Gryph. 1539. Receperunt Græv. Ed. pr. Burm. Oud. Ern. et seqq. probante etiam Duk. Vulg. *militesque*, quod præferret Torr. amota dictione *Romanos*. Exc. Voss. *inter libertos* dant.—10 *Quoque* Cort. Dein *apud* exulat a Cuj. In Cop. Medic. 1.

NOTÆ

lib. IX. 'Non puer avari sectus arte mangonis.'

[h] *Novellaret*] Hoc est, novellas vites pangeret. Virgil. Eclog. III. vers. 11. 'Atque mala vites incidere falce novellas.' Novellum palinum dicit Columella. Inde factum videtur, ut ab aliis quoque Imperatoribus promiscue concessum non fuerit jus vitis instituendæ, ut Vopiscus in Probo innuit, cum Gallis omnibus et Hispanis id permissum notat. Quod prohibitum forte etiam propter seditiones e temulentia ortas, ut de Asiaticis l. VI. in vita Apollonii auctor est Philostratus, qui, audito Domitiani de vitibus edicto, 'At hic,' inquit, 'præclarus imperator, qui mares castrari vetuit, terram eunucham fecit.'

[i] *Perseveravit*] Legis enim immunitatem pro Asiaticis obtinuit Scopelianus sophista, qui hac de causa totius Asiæ nomine legationem obierat. Philostratus.

[k] *Geminari*] Puto, inquit Casaubonus, geminari castra dici, non ut censent interpretes, cum ex veteri more pro occasione fierent majora et minora: sed cum duæ legiones coëunt in unum locum, et castra una: quod semper experientia docuit esse periculosum, fere enim 'secuta exercitus seditio, qui plerumque contemplatus frequentiam suam a disciplina desciscit,' ait Velleius verissime: et Dio lib. XLIX. Ideo seditionem parantes, aquilas, signa, castra jungebant, ut de legionibus Germanicis narrat Tacit. lib. I. Confirmant hanc interpretationem quæ statim sequuntur de occasione legis hujus ferendæ.

[l] *Mille nummos*] 43.1. 15.s.

[m] *Ad signa deponi*] Morem hunc dilucide exponit Vegetius lib. II. c. 20. 'Divinitus institutum est, cum milites publica sustinerentur annona, ex donativo, quod consequebantur, pars dimidia ipsis servaretur, ne inutiliter se absumerent, et depositi memores signa non desererent.'

nius apud duarum legionum hyberna, res novas moliens, fiduciam cepisse etiam ex depositorum summa videbatur. Addidit et quartum stipendium militi,[1] aureos ternos.[n] [8.] Jus diligenter et industrie dixit, plerumque et in Foro pro tribunali extra ordinem.[2] Ambitiosas[o] Centum virorum sententias rescidit. Recuperatores,[3] [p] ne se perfuso-

Vind. 2. Cort. *depositarum*, Medic. 3. *depositurum*.—1 Placet Torr. *militare*. Dein scribit Casaub. *ad aureos ternos*, vel *aureis ternis*, ut docuit pridem Lips. in Elect. I. 2. probante Torr. Suadet Guj. *aureum in ternos*, Salm. ad Vopisc. Prob. Cap. 4. *in aureos ternos*. Habet Fouc. *trinos*, Pal. 2. *sesternos*. Ceterum voces *aur. tern.* a glossatore esse putat Ern. reclamantib. Oud. Wolf. aliisque.—2 Ita distinguendum monuit Burm. cum Duk. quos secuti Ern. Oud. &c. et sic præbet Dun. Vulg. *dixit. Plerumque, &c. ordinem ambit.* In Ed. Ven. 1. *contra ord.*—3 *Reciperat.* Memm. Medic. 2. Vind. 1. ut et alibi. Proxime in vulgg. Edd. legitur *ne se semper persuasoriis*, sed abest τὸ *semper* a Memm. Cuj. Voss. Medic. Dun. Vind. Turneb. Adv. v. 10. Pulm. Torr. ipso probante, Cort. seu Lys. (in quo etiam *se* desideratur, ut in Vind. 2. Fouc. Edd. Rom.) Voss. Pal. 2. 3. Edd. Steph. Casaub. Schild. Gron. Ern. Oud. et seqq. Revocavit Burm. conjiciens tamen *ne se temere perf.* Dein *perfusoriis* correxit Cujac. ad Pandect. l. XIII. tit. de Excusat. probantib. Lips. Casaub.

NOTÆ

[n] *Addidit .... aureos ternos*] Prorsus mendosa lectio, etsi ita habetur in omnibus Mss. sed scribendum *ad aureos ternos*, vel *aureis ternis*, ut docuit pridem Lipsius in Electis suis, ubi de stipendii militaris modo disputat docte, et acute. Extitit tamen nuper vir eruditus, qui Lipsii sententiam labefactare conaretur, et quidem rationibus non sane levibus, itaque de tota re ad sextum Polybii, Deo propitio, accurate sumus dicturi. *Casaub.* Fuse etiam de hoc loco Salmasius. *Addidit....aureos ternos.* H. e. tres annuos aureos addidit veteri stipendio Domitianus. A C. Julii Cæsaris temporibus, qui stipendium duplicaverat, quotannis acceperant novem aureos. Domitianus autem tres addidit aureos, ut duodecim annuos acciperent. Stipendium est hoc loco una annui stipendii pensio; sive quarta pars stipendii annui, sive tres aurei, sicut aurei novem erant tria stipendia. Sic hunc locum recte exposuerunt duo viri excellentes, Hermannus Rhabodus Schelius, in dissertationibus pulcherrimis, quas addidit Polybio et Hygino de castrametatione Romanorum, cap. 3. de stipendio militari, et J. F. Gronov. lib. III. de pecunia veteri c. 2. ubi doctissime refutarunt aliorum de hoc loco vexatissimo sententiam, suamque multis certisque rationibus firmarunt. *Grævius.*

[o] *Ambitiosas*] Hoc est, pro irritis et nullis habuit sententias per ambitionem seu favorem latas. Ulpianus l. IV. ff. De decretis ab ordine faciendis: 'Ambitiosa decreta decurionum rescindi debent, sive aliquem debitorem dimiserint, sive largiti sunt.' De centumviris in Aug. c. 36. et Vesp. c. 10.

[p] *Recuperatores*] De his in Ner. c. 17.

riis assertionibus[q] accommodarent, identidem admonuit. Nummarios judices[r] cum suo quemque consilio[s] notavit.[4] Auctor et Tribunis plebis fuit, Ædilem sordidum[t] repetundarum accusandi, judicesque in eum a Senatu petendi. Magistratibus quoque urbicis, provinciarumque præsidibus coërcendis tantum curæ adhibuit, ut neque modestiores[5] unquam, neque justiores extiterint: e quibus ple-

Turneb. Burm. Ern. Oud. et omnibus fere, præter Marcil. et J. F. Gron. suffragantib. Memm. Pal. 2. 3. Dun. Polit. Voss. Turneb. *perfuncteriis* quidam Codd. Casaub. quod arrisit Is. Voss. *recuperatoriis* Ed. Camp. Statim *accommodaret* Fonc.—4 *Vocavit* Fonc. Dein Ms. Torr. dedit *auctor et T. P. R. C. L. fuit*, sub quibus literis Marcil. tria tribunorum nomina delitescere putat, sed Casaub. ex Memm. et aliis Codd. vitiose scriptum pro *T. R. P. L.* docuit. In Ed. Camp. *Tr. Pl.* Fonc. *et tunc plus fuit.*—5 Cort. *moderatiores.* Mox

NOTÆ

[q] *Assertionibus*] Assertor vindex est alienæ libertatis. Publice autem licet cuivis eum, qui status controversiam patitur, manu asserere: libertas enim publicam tutelam meretur: l. II. ff. ne de statu def. &c. Nec vero potest quisquam, nisi dato assertore, de libertate litigare: l. I. cod. Theod. de lib. caus. ne adversus dominum forte consistat, &c. Cujacius lib. V. sentent. Paul. tit. I. Idem ad l. XIII. ff. de excusationibus. '*Perfusoriis assertionibus*, sic in duobus vetustissimis libris legi, non *persuasoriis*. Perfusoriæ assertiones dicuntur ter quaterve dicis causa repetitæ assertiones in liberalibus causis.' *Cujacius.* 'Olim qui in libertatem vindicabantur, cum servi essent, nec pro se judicio liberali expetiri possent, assertorem quærebant. In causis igitur liberalibus monuit Recuperatores, ne, tametsi favorabilis libertas est, sequerentur in judicio assertiones vel prece, vel pretio, vel persuasione eblanditas contra jus dominorum. Jurisconsultorum tamen princeps Cujacius *perfusoriis* legendum censet; et ut legit, in antiquissimo libro reperi, pudetque dissentire.' *Turnebus.*

[r] *Nummarios judices*] Ii sunt, qui pecunia corrupti judicabant. Cicero pro Cluentio: 'Varia judicum genera, nummarii pauci, sed omnes irati.' Et V. Verr. 'Et quod judicium Romæ tam dissolutum, tam perditum, tam nummarium fore putasti?' Et Seneca lib. de Benef. c. 9. Quo sensu hic accipi dubium non est, propter infamiam qua notati sunt. Alio sensu l. ult. ff. ne de statu def. &c. 'quæstionem nummariam' dixit, nempe eam ubi agitur de pecunia.

[s] *Consilio*] Interpretare consiliarios, qui judicibus assidebant.

[t] *Ædilem sordidum*] Hoc est, in exercendo munere pecunia corruptum. Sic enim apud jureconsultos sordidi vel judices, vel etiam tutores, dicuntur, qui pecunia corrupti, suo non funguntur officio et sordide se gerunt: l. IX. § 3. ff. de receptis, &c. 'Sunt et alii, qui non coguntur sententiam dicere, ut puta si sordes aut turpitudo arbitri manifesta sit:' et l. III. ff. de suspectis tutoribus.

rosque post illum reos omnium criminum vidimus. Suscepta morum correctione,[u] licentiam theatralem promiscue[v] in Equite spectandi inhibuit.[6] Scripta famosa,[w] vulgoque edita,[7] quibus primores viri ac fœminæ notabantur, abolevit, non sine auctorum ignominia. Quæstorium virum, quod gesticulandi[x] saltandique studio teneretur, movit Senatu.[8] Probrosis[y] fœminis lecticæ usum ademit, jusque capiendi legata[z] hæreditatesque. Equitem Romanum, ob reductam in matrimonium uxorem, cui dimissæ[a] adulterii crimen intenderat, erasit judicum albo. Quosdam ex utroque ordine lege Scantinia[9][b] condemnavit.

correptione morum Memm. Cop. Huls. Cuj. *morum* quoque postponunt Medic. Vind. 2. Fouc. quos sequitur Gron.—6 *Prohibuit* Huls. Vind. Cort. Antea *in æquitate* Harlem. Periz. Edd. Rom. Med. pr. Cald. *in æquitati* Ven. 1. *iniquitate* Ven. 2. 3. Junt. Arg. *in iniquitate* Lugd. *promiscua iniq.* alios legisse docet nota Beroaldi, qui *in Equite* restituit. Sab. legit *prom. et inquiete.*—7 Memm. *edicta.* Dein *vocabantur* Fouc. *salutandique* Edd. Med. pr. Sab. Cald. Item *primares* Edd. Schild. postt.—8 *A Sen.* Cort. sive Lys. Pro *reductam* Cop. *relictam.* Ed. Ant. Gryph. *demissæ.*—9 *Cantinia* Memm. Medic. 3. Polit. Vind. 2. Cort. *Catinia* Dun. Medic. duo, Vind. 1. Fouc. Cop. Periz. Huls. Harlem. cum Edd. primis. *Scantinia* exhibent Edd. Sab. Cald.

NOTÆ

[u] *Correctione*] Sic et Tib. c. 42. Quin et consulatum in annos decem et perpetuam sumsit censuram. Unde Martial. lib. VI. epig. 4. 'Censor maxime, principumque princeps.' Contra vero Juven. Sat. IV. 'Et tamen alter Si fecisset idem, caderet sub judice morum.'

[v] *Promiscue*] Id est, in equestribus, sive equitum cuneis, ut ego interpretor. Quod qui non intellexere, locum varie corruperunt. Nam et *promiscua iniquitate* et *promiscue in æquitate* legitur. Sabellicus vero *promiscue et inquiete*, si Diis placet. Vide Ner. c. 11. *Torr.* Mart. epig. 8. lib. V. 'Edictum domini Deique nostri, Quo subsellia certiora fiunt, Et puros Eques ordines recepit.'

[w] *Scripta famosa*] Vide Aug. c. 55.

[x] *Gesticulandi*] Quod histrionum est: in Ner. c. 42.

[y] *Probrosis*] Quas 'famosas' vocat in Tiber. c. 35.

[z] *Jusque capiendi legata*] Huic legi fraudem fieri conqueritur Juven. Sat. I. 'Cum leno accipiat mœchi bona, si capiendi Jus nullum uxori.' Lenonem adulteræ maritum vocans, cui legabat mœchus, quod uxori legare vetabatur. *Torrent.*

[a] *Cui dimissæ*] 'Lex,' inquit Ulpianus, 'mariti lenocinium coërcet, qui deprehensam in adulterio uxorem retinuit.' Atque hic dimiserat quidem, sed cum eam mox reduxisset, videri poterat non dimisisse. Vide l. XXIX. de Adulteriis. *Torrent.*

[b] *Lege Scantinia* [*Scat.*] In impudicos lata. Vide in Aug. c. 34. et Juven.

Incesta Vestalium virginum, a patre quoque suo [10] et fratre neglecta, varie ac severe coërcuit: priora, capitali supplicio; posteriora,[c] more veteri.[d] Nam cum Ocellatis [1] sororibus, item Varronillæ,[2] liberum mortis permisisset arbitrium, corruptoresque earum relegasset: mox Corneliam, maximam virginem,[3][e] absolutam olim, dehinc [4] longo intervallo repetitam,[f] atque convictam, defodi imperavit;[5]

Ald. Steph. Casaub. Græv. Gron. Burm. Ern. Oud. &c. *Scatinia* præferunt Pulm. Scriv. aliique.—10 Sic Medic. Polit. Vind. 2. Dun. et plures, cum Edd. Scriv. et seqq. præter Burm. qui reddidit lect. Vett. Edd. *suo quoque.*—1 Memm. Huls. Voss. Dun. Periz. Cop. aliique et Edd. Vett. *oculatis* vel *occulatis*. Medic. 1. Vind. 2. a m. pr. *oculati*, Cort. *occulati*, Polit. *osculati*, Fouc. *osculatis*, et ita Medic. 2. 3. Cuj. suprascr. *s*. Ed. Camp. *occultati*, Periz. a m. pr. *occultatis*. In Ed. Mediol. sec. expresserat *ocelatis* Beroald. et hinc in Bon. *occllat.*—2 Ita Mss. optimæ fidei. In nonnullis *Varonillæ*. Cuj. *Varronila et*. Tum *earum* deest Fouc. In Huls. *relegisset.*—3 Hoc ord. Medic. 1. 3. Polit. Vind. 2. et aliquot Torr. quare prætulit Oud. Al. *virg. max.* et in multis, etiam Burm. majuscula excusum litera *Max.* quasi pro nomine.—4 *Dein* Memm. Vind. 1. et Voss. (sed sine *olim*) *deinde* Medic. 1. 3. Polit. Vind. 2. Cort. Cop. Fouc. Mox legend. putat Duk. *repet. neque conv.* probante Oud. sed repugnante Baumg.—5 *Effodi impetravit* Vind. 1. *virginis* pro *virgis* habent Medic. 2. Dun. Fouc. Cop. Cuj. et Edd. sæc. xv. exceptis Ro-

NOTÆ

Sat. II. 'Quod si vexantur leges ac jura, citari Ante omnes debet Scatinia.' Ad quem locum vide Joannem Britannicum. Meminit et Cœlius apud Ciceronem epistola 12. lib. VIII. ad Famil. Hanc existimat Paulus Manutius a Caio Scatinio Tribuno plebis latam in eos, qui vel alienam solicitarent, aut suam prostituerent pudicitiam; sed ab initio pœna fuit tantum pecuniaria.

[c] *Posteriora*] Incesta Vestalium fratre imperante commissa intelligo: aut 'priora' intellige quæ prima vice commissa, 'posteriora,' quæ sæpius atque iterum.

[d] *More veteri*] Festus: 'Probrum virginis Vestalis, ut capite puniretur; vir, qui eam incestavisset, verberibus necaretur: lex fixa in atrio Libertatis cum multis aliis legibus incendio consumta est, ut ait M. Cato in ea oratione quæ de auguribus inscribitur. Adjicit quoque virgines Vestales sacerdotio exauctoratas, quæ incesti damnatæ, vivæ defossæ sunt, quod sacra Vestæ matris polluissent, nec tamen, licet nocentes, extra urbem obruebantur: sed in campo proxime portam Collinam, qui sceleratus appellatur.' Juvenal. Sat. IV. 'Minime corruptor et idem Incestus, cum quo nuper vittata jacebat, Sanguine adhuc vivo terram subitura, sacerdos.'

[e] *Corneliam max. virg.*] 'Maximam' cognomen fuisse quidam contendunt, unde Plinius lib. IV. epistola 11. ubi sermo de hac ipsa Cornelia: 'Cum Corneliam Maximillam,' &c. Alii intelligunt de Vestali maxima, quæ aliis præesset, qualis apud nos abbatissa.

[f] *Repetitam*] Dubitat loco citato

stupratoresque virgis in Comitio ad necem cædi, excepto prætorio viro,[g] cui, dubia etiam tum[6] causa, et incertis quæstionibus atque tormentis, de semet professo exilium indulsit. Ac ne qua religio Deum impune contaminaretur, monumentum, quod libertus ejus e lapidibus, templo[7] Capitolini Jovis destinatis, filio exstruxerat,[8] diruit per milites, ossaque[h] et reliquias, quæ inerant, mari mersit. [9.] Inter initia usque adeo ab omni cæde abhorrebat, ut, absente adhuc patre, recordatus Virgilii versum,

Impia quam[i] cæsis gens est epulata juvencis,

edicere destinarit,[9] 'ne boves immolarentur.' Cupiditatis quoque atque avaritiæ vix suspicionem ullam, aut privatus unquam, aut Princeps aliquamdiu, dedit; immo e diverso[10] magna sæpe non abstinentiæ modo, sed etiam liberalitatis, experimenta.[1] Omnes circa se[k] largissime prosecutus, nihil prius aut acrius monuit, quam ne quid sordide[l] facerent.

manis.—6 Sic in Mss. Pulm. Burm. et Oud. item Dun. cum Edd. sæc. xv. aliisque, et restituit Burm. et recentt. Scriv. defendit vulg. *etiam num.* In Bas. Gryph. Ald. Steph. Col. Dol. Plant. et al. *etiam nunc.* Mox *exil. indixit* Vind. 1.—7 *Templo* deest Huls. Dein *destinatus* Ed. Rom. sec. Paulo ante *monim.* Memm. Medic. 1. 3. et Edd. aliquot.—8 Ita Memm. Medic. Dun. Vind. Cort. Voss. et pro vulg. *construx.* reposuere Gron. Oud. et seqq.—9 *Destinavit* Memm. Ed. Camp. unde corr. Salm. *destinarit*, et recepere Gron. Burm. Oud. Ern. &c. cum Medic. 1. 3. Fouc. Ed. Rom. sec. Vulg. *destinaverit.* Tum *suspectionem* Cuj. Harlem. Ed. Ven. 1.—10 Ern. damnat *e div.* pro glossa, et uncinis incluserunt Bip. Exulat *e* a Memm. Statim *magna* ex Memm. edidere Græv. Ed. pr. Ern. Oud. et seqq. suffragante Burm. Vulg. *magnæ.* In Vind. 2. Cort. *magno.*—1 *Experimento* Cop. Huls. Medic. 1. 3. Vind. 1. *omnis* Medic. 1. Fouc. qui et *erga* pro *circa.* Dein *sibi prius* in Medic. 1. Vind. 1. in quo etiam *sub his q.* sicut *his* in Mss. plerisque et Edd. Vett.

NOTÆ

Plinius: 'Donec ad supplicium, nescio an innocens, certe tanquam nocens, ducta est.' Quæ ut immanitatis indicia de Domitiano narrat.

[g] *Prætorio viro*] Quem Valerium Licinianum ibidem vocat Plinius. Nocens non fuit, sed confessum quidam suspicati sunt, ut pœnas graviores effugeret.

[h] *Ossaque*] Vide in Aug. ad c. 100.

[i] *Impia quam*] Versus II. Georg. in fine, ad quem Servius ait: 'Arati est hoc, qui dicit, quod majores bovem comesse nefas putabant.' Ælianus lib. v. Histor. Animalium auctor est, legem Athenis fuisse, qua boum vetaretur immolatio. Vide et Plin. lib. VIII. c. 45.

[k] *Circa se*] Eadem loquendi ratio in Calig. c. 27.

[l] *Sordide*] Avare, aut sordidi lucri cupiditate.

Relictas sibi hæreditates ab iis, quibus liberi erant, non recepit.[m] Legatum etiam ex testamento Rusci[2] Cæpionis, qui caverat, 'ut quotannis ingredientibus Curiam Senatoribus[3] certam summam viritim præstaret hæres suus,' irritum fecit. Reos, qui ante quinquennium proximum apud ærarium[4] pependissent,[n] universos discrimine liberavit; nec repeti, nisi intra annum, eaque conditione, permisit, ut accusatori, qui[5] causam non teneret,[o] exilium pœna esset. Scribas[p] quæstorios, negotiantes ex consuetudine, sed contra Clodiam legem, venia in præteritum donavit. Subsiciva,[6][q] quæ, divisis per veteranos agris, carptim superfuerunt, veteribus possessoribus, ut[7] usucapta,[r] concessit. Fiscales[s] calumnias magna calumniantium pœna repres-

qui lib. Cop.—2 Sic Memm. Pal. 1. 2. Lisl. et O. Codd. Burm. et Oud. uno excepto, cum Edd. Vett. præter Bon. Bas. Gryph. Plant. et seqq. item Oud. Ern. Bip. &c. in quibus *Ruscii*. Torr. ex vet. nummo mallet *Rustii*, quo faciunt Viterb. Pal. 3. Fouc. *Rusti* exhibentes, faventib. Burm. Baumg. *Rustici* Vind. 1.—3 *Cur. Sen.* desunt Huls. Tum *viri præst.* Ed. Camp. et *reos autem qui* Fouc.—4 *Ær. apud* in Mss. aliquot Casaub. Cuj. Voss. Dun. quod recepere Scriv. et Græv. Mox *crimine lib.* marg. Ed. Gryph.—5 *Quia* Fouc. Postea *quæstores* Huls. *in perpetuum* Viterb. Fouc.—6 Sic Memm. Polit. Periz. et alii cum Edd. Vett. et prætulit Wolf. cum Oud. *subseciva* Pulm. Torr. Casaub. Schild. Burm. Ern. &c. *subscisiva* Steph. *subcisina* Medic. 1. *subsicina* Cop. Vind. Cort. Ed. Camp. In Fouc. notatum *sucina* l. *licina*. Dein Cuj. *diversis perseverans*.—7 Conj. Burm. *utut usuc.* Paulo ante *veteribus* Harlem. deest, et mallet abesse Oud. vel legi ex sententia Ern. *superfuerant*. Habet

NOTÆ

[m] *Non recepit*] Vide in Calig. c. 38.

[n] *Pependissent*] Quid sit, in Claud. c. 9. sed quia hic de reis est sermo, intelligendum potius cum Casaub. ex Ranchino jurecons. de iis quorum nomina ab accusatoribus delata pro more fuerant apud ærarium inter acta magistratuum, et neque absoluti, neque damnati erant, quod et pendere dicimus.

[o] *Non teneret*] Non obtineret scilicet rei damnationem.

[p] *Scribas*] Qualis fuerat Vespasiani socer, de quo Vesp. c. 3. Quæ autem lex Clodia ipsos negotiari prohibuisset, ignoratur, nisi eadem illa lex Clodia, de qua in Claud. c. 19.

[q] *Subsiciva* [*Subseciva*] Sic ex melioribus codd. Torr. Alii *subsiciva*. Cicero I. de Legibus: 'subseciva tempora,' quæ veluti subscisa, seu subtracta sunt rebus necessariis. Intellige de iis agrorum partibus, quæ divisis illis inter veteranos supererant.

[r] *Usucapta*] Nempe per continuam possessionem biennii dominio acquisito, ex lege XII. tabul.

[s] *Fiscales*] Quibus afficiebantur cives a delatoribus in utilitatem fisci, ut Principi faverent.

sit: ferebaturque vox ejus: 'Princeps, qui delatores non castigat, irritat.' [10.] Sed neque in[8] clementiæ, neque in abstinentiæ tenore permansit: et tamen aliquanto celerius ad sævitiam descivit, quam ad cupiditatem. Discipulum Paridis pantomimi impuberem[9] [t] adhuc, et cum[10] maxime ægrum, quod arte formaque non absimilis magistro videbatur, occidit: item[1] Hermogenem Tarsensem, propter quasdam in historia figuras; librariis etiam, qui eam descripserant, cruci fixis. Patremfamilias, quod 'Threcem[2] [u] mirmilloni parem, munerario[v] imparem' dixerat, detractum spectaculis[3] in arenam, canibus[w] objecit, cum hoc

Fonc. *vet. prioribus poss.* Mox *vox* exulat a Cuj. Dun.—8 *In* non agnoscunt Huls. Voss.—9 Ita ex emendatione Torr. cui accedit Barth. Adv. LIV. 2. edidit Casaub. et seqq. præter Græv. et hanc lect. testantur Memm. Dun. Reliqui Mss. Edd. Rom. Ven. 1. Med. pr. Bon. &c. præbent *puberem.* Edd. Med. sec. Sab. Cald. et marg. Gryph. *pauperem.* Vind. 2. Cort. *adhuc pub.*—10 Sic Memm. Medic. Dun. Voss. Edd. Scriv. Burm. Oud. &c. *tunc max.* Cort. Fouc. *etiam tum* Polit. Harlem. Periz. Cuj. et Edd. ante Casaub. qui *et tum* rescripsit cum multis seqq. Conj. Oud. *et tum cum max.*—1 Abest *item* a Dun. Tum *historiam* Voss. *libraris* Memm. *librarios, &c. cruci affixit* duo Torr. *crucifixis* una voce Mss. et Edd. plures. Græv. suasit *cruci affixis.* Supra *eas* Edd. Rom.—2 Ita Memm. uterque Palm. Medic. 1. 3. Dun. Polit. Vind. 2. Cort. Cop. Barth. probante Oud. et seqq. Vulg. *Thracem.* Cf. Calig. Cap. 35. *Trecem* Fonc. *Træzem* Periz. a m. pr. Ed. Rom. sec. *Cretem* Camp. quæ et *numerario* cum Periz. Edd. Ven. tr. *retiario imparem* Cod. Urs.—3 Vulg. *e*

NOTÆ

[t] *Impuberem*] Alii legunt *puberem*, male. Sensus enim est, teneram discipuli ætatem non obstitisse, quominus periret in odium magistri Paridis, scilicet Domitiæ adulteri. De quo supra.

[u] *Threcem*] Nomina sunt variarum inter gladiatores factionum; id autem quasi in se oblique dictum interpretatus est Domitianus, quod mirmillonibus faveret in odium fratris, qui Threcibus. In Tito c. 8.

[v] *Munerario*] Hoc est, Domitiano. Munerarius ille est, qui vel sua impensa ludos edit, vel editis præest. Cujus vocabuli auctorem citat Augustum Quintilianus lib. VIII. cap. 3. Qualem Florus lib. III. c. 20. 'muneratorem' appellat, de Spartaco loquens: 'Quasi plane expiaturus omne dedecus, si de gladiatore munerator fuisses.' Sed quod amarius est, significat quoque lanistam gladiatores ad munera elocantem. Sensus est, mirmilloni quidem, quamvis favore principis adjuto, parem esse Threcem, at vero ipsi Domitiano imparem; quia scilicet jugulandus erat. Hinc impietas, ad quam alludit Plinius in Panegyrico: 'Jam quam libera spectantium studia, quam securus favor, nemini impietas, ut solebat, objecta: quod odisset gladiatorem, nemo spectator spectaculum factus miseras voluptates unco et ignibus expiavit.'

titulo: 'Impie locutus parmularius.'[4 x] Complures Senatores, in his aliquot consulares, interemit: ex quibus Civicum Cerialem[5 y] in ipso Asiæ Proconsulatu; Salvidienum[z] Orfitum, Acilium Glabrionem in[6] exilio, quasi molitores[7] novarum rerum: ceteros levissima quemque de causa: Ælium Lamiam,[8 a] ob suspiciosos quidem, verum et veteres et innoxios jocos; quod post abductam[9] uxorem laudanti vocem suam, εὐτακτῶ[10 b] dixerat; quodque Tito,[1]

spect. quod defendit Burm. sed præpositionem ignorant Memm. Medic. 1. 3. Polit. Vind. 2. Cort. Nonn. quare eam ejecerunt Græv. Gron. Oud. al. *ex sp.* Corsend. *a sp.* Turneb. Dein *in arena* Vind. 2. Cort. *objecerit* Fouc.—4 *Palmular.* Vind. 2. Cort. Huls. Infra *in iis* Memm. *injuste* Medic. duo.—5 Recepit Baumg. emendationem Torr. et Guj. pro vulg. *Civicam Cerealem.* Oud. propugnat *Civicum* e Tac. Agric. Cap. 42. *Cerealem* Medic. duo, *Terealem* Vind. 2. Cort. Ed. Camp. *Cinicam Corealem* Fouc. *Cinicum* Corsend.—6 Ita, jubente Torr. reddiderunt Ern. Bip. Wolf. probantib. Burm. Duk. Oud. Vulgo *in* non comparet. Paulo ante *Orficum* Fouc. Harlem. Edd. Ven. 1. Junt. Ald. Lugd. Gryph. Bas. Pro *Acilium* dant Exc. Cuj. *et civium.* Fouc. *Glabronem.*—7 Dun. et Cuj. *motores.* Statim *rer. nov.* Cuj. Medic. Vind. uterque. In Cop. *novissima quemque.* Fouc. inverso ord. *quemq. lev.*—8 *Acilium Lamium* Periz. Ed. Rom. sec. *Acilium Laminam* Camp. *Helium* Vind. 2. Cort. *Laniam* Medic. 1. 3. Pro *jocos* Cop. habet *suos.*—9 *Adductam* Memm. Medic. 1. 3. Dun. Polit. Vind. 1. Cop. Harlem, Periz. et Edd. sæc. XV. præter Beroaldi, qui correxit. Pro *vocem* legit Aur. August. *vicem.*—10 Hanc correctionem J. F. Gron. explicantis *venere abstineo*, receperunt Oud. Ern. Bip. et Wolf. quos secutus Baumg. probantib. Periz. ad Æl. V. H. III. 30. Burm. quam dudum eruerat Scalig. sed cum Marcil. et Salm. ad Tab. Ceb. aliter exposuerat. In vulgatis *heu taceo.* Verum *eutacto* exhibent Memm. Medic. 3. Vind. uterque, Cort. Turon. Pal. tr. Cop. Harlem. Voss. Viterb. Pith. et

NOTÆ

[w] *Canibus*] Non in spectaculis modo, sed ne in privatis quidem conviviis, tutum favere alii factioni quam principis. Mart. lib. X. Epig. 48. 'De Prasino conviva meus Venetoque loquatur; Nec facient quenquam pocula nostra reum.'

[x] *Parmularius*] Sic dicebatur, qui Threcibus faveret: in Tito cap. 8. iis enim gladiatoribus erat parma inter arma. Unde Martial. Apophor. Epig. 213. adulatorie semper in Domitianum: 'Hæc, quæ sæpe solet vinci, quæ vincere raro, Parma tibi scutum pumilionis erat.'

[y] *Civicum Cerialem* [*Civicam Cerealem*] Torrent. emendat *Civicum Cerialem* ex lapidibus, et veteribus denariis. Attamen apud Tacitum in Agricola sub finem 'Civica' dicitur.

[z] *Salvidienum, &c.*] Orfiti meminit Philostratus, Acilii Dionis compendium, et Juvenal. Sat. IV. Xiph. Glabrionem Christianum fuisse indicat. Consulatum vero gessit cum Ulpio Trajano, imperii Domitiani anno decimo. Legendum etiam aperte *Glabrionem in exilio.* Torrent.

[a] *Ælium Lamiam*] Cujus uxorem abduxit, c. 1.

[b] *Εὐτακτῶ* [*heu taceo*] In Viterb. et Pithœi codd. et tribus Regiis Ca-

hortanti se ad alterum matrimonium, responderat, *μὴ καὶ σὺ*[c] *γαμῆσαι θέλεις*; Salvium[2] Cocceianum, quod Othonis Imperatoris, patrui sui, diem natalem celebraverat: Metium[3] Pomposianum,[d] quod habere imperatoriam genesin vulgo ferebatur, et quod depictum orbem terræ in membrana,[4] concionesque regum ac ducum[5] ex Tito Livio circumferret, quodque servis nomina Magonis et Hannibalis[e] indidisset: Sallustium Lucullum, Britanniæ Legatum, quod lanceas novæ formæ appellari 'Luculleas' passus esset:

Regii Par. tres, Edd. Med. pr. Ven. 1. Cald. *eutaceo* Medic. duo, Ed. Camp. unde conj. Guj. *En taceo.* Fouc. *heu tacto.* Lisl. et Cuj. *ἐν ταυτῷ*, quod script. putat Casaub. pro *ἐν σαυτῷ*, suppleto *ἔχε*.—1 *Cito* Fouc. Tum *μὴ* deest Edd. Ven. 2. 3. Junt. Arg. *γαμησείης* Polit. In Lugd. omissis Græcis, erat, *cui et tu mihi uxorem vis abducere*.—2 *Salvum* Vind. Cort. Periz. Edd. Rom. *Occeanum* Vind. 1. Fouc. *Salvum Cocceanum* Ven. Bas. Pro *patrui* Fouc. *vitrici*.—3 *Mettium* Memm. Cop. Medic. 1. 3. Barth. Dein *quod herere Imp.* Ed. Camp. *genesi* Fouc.—4 Hæc lectio Scriv. debetur, quam amplexi sunt Oud. Ern. et seqq. In Mss. O. et Edd. priorib. *membranas*, quod revocavit Burm. in nonnullis etiam, ut in Steph. *membranis*. Oud. quoque conj. *in membrana secum*.—5 Verba *ac duc.* non habet Fouc. Mox *indid. Sall.* desunt Huls. *Salust. Lucu-*

NOTÆ

saub. legit *eutacto* et *tutacto*. Quod et per literas a Scaligero accepisse se ait. Sic autem acutissimus Scaliger: 'Placet *eutacto*, ut erat in optimo Turonensi codice, vel *εὐτακτῷ*, ut in quibusdam. Acer et mordax jocus, *οὐκ ᾄδω μὲν, ἀλλὰ τοὺς ᾄδοντας εὐτακτῶ*. Proverbium etiam inter Gallos jactitatum, *Je ne chante point, mais j'accorde*. Nam non potiebatur uxore sua, ut Domitianus: sed stuprum dissimulando, pacem inter se et uxorem et imperatorem nutriebat. Εὐτακτεῖν cum accusativo satis frequens: et ita semper Georgius Codinus. *Heu taceo*, quod vulgo legitur, ineptum est,' &c. Quibus vocibus existimabat tamen Casaubonus notatam fuisse tyrannidem principis, qui omnia in suo genere pulchra et excellentia possessoribus eriperet. Unde necessitas incumbebat sua bona dissimulandi celandique. Sic esse exponendum docent illa verba, 'laudanti vocem suam,' ad quæ parum attendisse interpretes videntur. Similes sententiæ multæ apud poëtas. Tibullus, postquam laudasset puellam suam, subjicit, 'Nil opus invidia est: procul absit gloria volgi: Qui sapit, in tacito gaudeat ille sinu.' Ita Casaub. Acutissima quoque mihi videtur Gronovii interpretatio, quam vide.

[c] *Μὴ καὶ σὺ, κ. τ. λ.*] *Numquid et tu vis uxorem ducere?* Jocus, ut patet, in Domitianum, quasi diceret Tito, an tibi quoque opus est uxore? quam, ut frater tuus, abducas, ubi illam duxero.

[d] *Pomposianum*] De quo in Vespas. c. 14. idem dicitur.

[e] *Magonis et Hannibalis*] Nomina sunt Carthaginensium ducum bellis Punicis celeberrimorum, et nomini Romano infensissimorum. De Torquato Silano idem apud Tacit. Ann. xv.

Junium Rusticum, quod Pæti Thraseæ[6][f] et Helvidii Prisci laudes edidisset, appellassetque[7] eos 'sanctissimos viros;' cujus criminis occasione philosophos[g] omnes Urbe Italiaque summovit. Occidit et Helvidium filium, quasi[8] scenico exodio[h] sub persona Paridis et Œnones[i] divortium suum cum uxore taxasset:[9] Flavium Sabinum, alterum e patruelibus,[k] quod eum, comitiorum consularium[10] die destinatum, perperam præco non 'Consulem' ad populum, sed 'Imperatorem' pronuntiasset. Verum aliquanto post civilis belli[l] victoriam sævior, plerosque[m] partis adversæ, dum etiam latentes conscios investigat,[1] novo quæstionis genere[n] distorsit, immisso per obscœna igne: nonnullis et

lum et *Luculeas* quidam Codd. Burm. et Edd. Ven.—6 *Petitus thea sed et* Fouc. *petitus* quoque exhibent Cop. Medic. 1. 3. Vind. 1. *Elvidi* vel *Elvidii* Memm. Medic. 1. et plerique Mss. et Edd. Vett. ac mox *Elvidium.* Exulat *Prisci* ab Edd. Rom.—7 Sic edidere Steph. Grut. Casaub. Scriv. Burm. et recentt. astipulantib. Medic. Pal. Dun. Polit. Vind. Cort. et duobus Torr. Al. *appellaretque,* nisi quod *appellarentque* est in Edd. Rom. Ven. 1. Caret Fouc. τῷ *eos* et τῷ *filium.* In eodem est *omnis.*—8 Vulg. *quod quasi,* sed *quod* delevit Græv. auctoritate Memm. probantib. Ern. Oud. cum Polit. utroque Vind. et Cort. sive Lys. præeunte Torr. *exordio* dant duo Torr. Periz. Edd. Rom.—9 Ita reposuit Casaub. ex suis Mss. et Ed. Steph. confirmantib. Pal. 1. 2. Dun. Medic. Vind. Cort. Voss. aliisque. Vulg. *tractasset,* quod defendit Marcil. Mox *ex patr.* Vind. 1.—10 *Eorum com. consularibus* Medic. 2. Dun. *die in destinato* Fouc. qui et infra *aversæ.*—1 Ita ex Ed. Steph. dederunt Græv. Burm. Oud. Ern. &c. probante Jac. Gron. Vulg. *dudum etiam l. c. investigato.* Sed *dum* præbent Memm. Medic. 3. Polit. Pal. 2. in quibus etiam *latentis.* Pal. 1. *dudum etiam et lat.* Servant *investigato* Mss. O. et Edd. Vett. Torr. deleri voluit *conscios,* et *investigatos* legi. Casaub. conj. *per cons. investigatos,* Burm. *dudum etiam l. c. sed investigatos,* Marcil. *dudum e. l. c. investigatos,* cui favit etiam

NOTÆ

[f] *Pæti Thraseæ*] De quibus fuse Tacitus.

[g] *Philosophos*] Inter quos Epictetus expulsus fuit, teste Gellio xv. c. 11. Vide et Philostratum in vita Apollonii lib. vii. cap. 17. quosdam etiam occisos testatur Xiphilin.

[h] *Scenico exodio*] Vide in Tiber. ad c. 45.

[i] *Paridis et Œnones*] Quorum amores satis noti ex Ovidio et aliis.

[k] *E patruelibus*] Qui sunt nempe duorum fratrum filii.

[l] *Civilis belli*] Ejus verosimiliter, quod ab Antonio Saturnino motum erat, de quo supra c. 6.

[m] *Plerosque*] Implicitam hanc lectionem sic emendat Casaubon. *latentes per conscios investigatos, novo, &c.* ut sit sensus, eos, qui latebant per conscios, nempe qui ejusdem criminis essent participes, investigatos esse, et repertos.

[n] *Novo quæstionis genere*] Quod vi-

manus amputavit. Satisque constat, duos solos e notioribus[2] venia donatos, Tribunum[3] laticlavium,[o] et Centurionem: qui se, quo facilius expertes culpæ ostenderent, impudicos[p] probaverant; et ob id neque[4] apud ducem, neque apud milites, ullius momenti esse potuisse. [11.] Erat autem non solum magnæ, sed etiam[5] callidæ inopinatæque sævitiæ. Actorem[6] summarum,[q] pridie quam cruci figeret,[7] in cubiculum vocavit, assidere in toro[r] juxta coëgit, securum[8] hilaremque dimisit, partibus[s] etiam de cœna

Oud.—2 Corruptum putat Ern. *notiorib.* Fouc. *ex not.* Medic. 2. a m. pr. Cuj. Voss. Dun. *remotioribus.* Lips. conj. *notorib.* Paulo ante *duo* Edd. Ven. 2. Lugd.—3 *Tribunos* Medic. 1. 2. Dun. Voss. Fouc. Dein *laticlavum* Periz. Harlem. Vind. 1. Edd. Rom. Ven. et *expertos* Medic. 3. *expertis* Periz. Edd. Rom.—4 *Et neque ob id, neque* Harlem. Tum vulg. *nec apud*, sed Oud. restituit *neque*, cum Torr. Gron. et Edd. Rom. fide Medic. Polit. Voss. Vind. 2. Cort. Periz. Harlem. item Fouc. Pro *ducem* Voss. *judicem.*—5 Sic Memm. (qui et *calidæ*) Medic. Vind. tres Burm. et Edd. Rom. Ante Oud. edebatur *et cal.*—6 Ita legendum docuit Salm. et post eum magno consensu Torr. Urs. Reines. Guj. Barth. Duk. aliique: ideo in contextum admiserunt Oud. Ern. Bip. et seqq. faventibus duob. vel trib. Codd. Reliqui cum vulg. *auctorem* exhibent.—7 *Suffigeret* Græv. Ed. pr. In Edd. Vett. præter Steph. una voce editur *crucifig.* Mox *in throno* Huls. Fouc. Hæc desunt in Cop. Aurelius ad Tac. Ann. I. p. 33. legit *assid. ut locutoro juxta.*—8 *Secum* Edd. Ven. 2. 3.

NOTÆ

detur innuere Juvenal. Sat. x. 'Necat hic ferro, secat ille cruentis Verberibus.'

[o] *Laticlavium*] Vide in Oth. c. 10. et Aug. 38. et 40.

[p] *Impudicos*] In Ner. c. 29. Tacit. lib. XI. Annal. sub finem: 'Cæsoninus vitiis protectus est, tanquam, in illo fœdissimo cœtu, passus muliebria.' Quod nempe ab illis metuendum nihil in bellis civilibus esset, qui hoc se ignaviæ genere fœdavissent.

[q] *Actorem* [*auctorem*] *summarum*] In Lislæi codice legit Casaub. *actorem*, qua ratione emendandum contendit Torrent. l. I. § ult. ff. de servo corrupto. 'Is quoque deteriorem facit, &c. vel si actori suasit verbis, sive pretio, ut rationes dominicas intercideret, adulteraret, vel etiam ut rationem sibi commissam turbaret.' 'Agentes in rebus' etiam frequenter nominantur in constitutionibus principum. In lege IX. cod. 'ubi causæ fiscales,' &c. agitur de actore rerum privatarum principis. Gallice ille actor summarum dici possit *Contrôleur general.*

[r] *Assidere in toro*] In cubiculo: non ad discumbendum modo, sed et ad quiescendum torus erat. Magni autem honoris est coram principe sedere.

[s] *Partibus*] Quod in more fuit erga illos quos honore afficiebant principes, ut nempe de cœna quasdam partes ad illos mitterent. Quod et Plinius innuit in Panegyrico: 'Quid enim tam infidum mare, quam blanditiæ principum illorum?' Et Ma-

dignatus est. Arretinum[9] Clementem consularem, unum e familiaribus et emissariis suis, capitis condemnaturus, in eadem, vel etiam in[10] majore gratia habuit, quoad novissime simul gestanti, conspecto delatore ejus, 'Vis,' inquit, 'hunc nequissimum servum[1] cras audiamus?' Et quo contemtius abuteretur patientia hominum, nunquam tristiorem sententiam sine præfatione clementiæ pronuntiavit: ut non[2] aliud jam certius atrocis exitus signum esset, quam Principis lenitas. Quosdam majestatis reos in Curiam induxerat: et cum prædixisset, 'experturum[3] se illa die, quam carus Senatui esset,' facile perfecerat, ut etiam more majorum[t] puniendi condemnarentur: deinde, atrocitate pœnæ conterritus, ad leniendam invidiam intercessit, his verbis: neque enim[4] ab re fuerit ipsa cognoscere: 'Permittite, Patres Conscripti, a pietate vestra impetrari, quod scio me difficulter impetraturum, ut damnatis liberum mortis arbitrium indulgeatis. Nam et parcetis oculis[u] vestris, et intelligent me omnes Senatui interfuisse.' [12.] Exhaustus[5] operum ac

—9 Ita Memm. Medic. 1. 2. Vind. 2. Polit. probante Græv. item Edd. Gron. Burm. Oud. &c. Olim edebatur *Aretinum*. Medic. 3. Cort. Pal. 2. *Arrentinum*. Torr. et Urs. mallent ex Inscript. *Arricinum*, Burm. *Arrecinum*, et ita extat in Dun. Tum *unum* pro vulg. *virum* reposuit Oud. auctorib. Memm. Polit. Vind. Cort. Barth. Voss. Pal. 2. Dun. et Edd. Rom. ibique minorem distinct. posuit, monente Burm.—10 Abest *in* a Memm. Medic. 1. 3. Polit. Vind. Cort. Cop. aliisque. Marcil. conj. scribend. *gestantis consp. delatori*. Alii legunt *gustanti*, teste Beroaldo.—1 *Servum* desideratur in Ed. Steph. Dein *et cum cont*. Cuj. Medic. 2. a m. pr. *contentius* Periz. Edd. Camp. Ven. 1. Junt. aliæque paucæ, item Græv. ult. *contentus* Harlem.—2 *Et non* Memm. Mox *principi* Vind. 2. *levitas* Vind. 1. Fouc. 'Miror, ad unum omnes editores tolerasse merum vitium, *principii lenitas*. Restitui lectionem, de cujus veritate nescio an dubitari nequeat.' *Baumg*.—3 *Expertum* Cop. *experiturum* Cuj. Dun. Voss. Tum *maj. more* Periz. Edd. Rom. Pro *intercessit* Cuj. *intervenit*. Supra *fac. præceperat* Harlem.—4 *Neque omni ab* Fouc. Mox *difficiliter* Dun. Ed. Camp. In fine *intelligetis* Medic. 2. a m. pr. Cuj. cum Dun. et Voss. in quibus etiam *infuisse*.—5 Habent *exhaustis* Medic. 1. 2. Cort. Harlem. Ed.

NOTÆ

mertinus in panegyrico ad Julianum: 'Quis nescit aliorum imperatorum hilarem diritatem, cachinnantem sævitiam, a quibus ingens crudelitas figmento lætitiæ tegebatur?'

[t] *More majorum*] In Ner. c. 49.

[u] *Parcetis oculis*] Tacitus tamen, 'præcipua sub Domitiano miseriarum pars erat, videre et aspici.'

munerum impensis, stipendioque,[v] quod adjecerat, tentavit quidem, ad relevandos castrenses sumtus, militum numerum deminuere: sed cum et [6] obnoxium se barbaris per hoc animadverteret, neque eo secius [7] in explicandis oneribus hæreret, nihil pensi habuit, quin prædaretur omni modo. Bona vivorum ac [8] mortuorum usquequaque, quolibet et accusatore et crimine, corripiebantur. Satis erat, objici qualecumque factum dictumve [9] [w] adversus majestatem Principis. Confiscabantur alienissimæ hæreditates, vel uno existente,[10] qui diceret, audisse se ex defuncto, cum viveret, 'hæredem sibi Cæsarem esse.' Præter ceteros Judaicus fiscus[x] acerbissime actus est:[1] ad quem deferebantur, qui vel improfessi[2] Judaicam viverent vitam,

Camp. Dein *revelandos* Huls. et *num. mil.* Medic. Polit. Dun. Vind. *demin.* edidit Oud. et seqq. cum Memm. Medic. 1. 3. et Burm. Al. *dimin.*—6 Sic Memm. Pal. tr. Medic. Vind. 2. Cort. et Mss. Torr. probante ipso cum Grut. item Edd. Steph. Gron. Burm. Oud. Ern. &c. et man. doct. ad marg. Gryph. In aliis deest *et.*—7 Memm. *setius*, ut semper, *serius* Fouc. Harlem. et Edd. pp. Mox *oneribus omnibus hær.* dant Bon. Lugd. Junt. Arg. Steph. Bas. Gryph. Plant. Casaub. Schild. &c. sed *omnibus* minime agnoscunt Memm. Medic. Dun. Vind. 1. Periz. ideo ejecerunt Gron. Burm. Oud. et recc. Præiverat doct. man. ad marg. Gryph. Contra *onerib.* exulat e Vind. 2. Cort. Ed. Camp. in qua *haberet* cum Cort. *honorib.* Vind. 1. *onerib. omnib. habere* Harlem. Edd. Ven. 2. 3. Cald. *hærere* Cuj. Dun. Ed. Scriv. Dein *impensi* Vind. 1.—8 Ita Memm. Medic. duo, Vind. 1. Fouc. aliique cum Edd. priscis, Gron. Burm. Oud. &c. In ceteris *et m.* Huls. Edd. Sab. habent *virorum.* Tum *et accusati et accusatores cr.* Medic. 2. Dun. Cuj. cum utroque Palm. *accusati ut et accusatores* Cuj.—9 E Mss. Torr. *dictumve* pro vulg. *dictumque* exhibuerunt Ern. Oud. eorumque sequaces. Statim *adversus* iidem cum Burm. dedere, auctoritate Vind. utriusque, Cort. Harlem. Dun. Fouc. et Edd. Vett. *adversum* retinet Wolf. et al.—10 Hoc ord. præbent Memm. Medic. Dun. Polit. Fouc. Vind. et Mss. Torr. *exs. uno* Edd. ante Gron. et Oud. Paulo ante *confitebatur* Huls.—1 *Exactus est* marg. Ed. Gryph. quæ lectio, si aliis Codd. confirmaretur, non displiceret Burm.—2 Ita corr. J. F. Gron. et edi curarunt Burm. Ern. Oud. et seqq. accedente Cuj. cum doct. man. in ora Gryph. probante Barth. Adv. LIV. 2. Corr. Goes. *qui impr. velut Jud.* Memm.

NOTÆ

[v] *Stipendioque*] Quod addiderat, sup. c. 7.

[w] *Factum dictumve* [*dictumque*] Libb. Veteres *dictumve.* Torr.

[x] *Judaicus fiscus*] Sic vocat ea, quacumque ratione non a Judæis modo, sed et a Christianis exigebantur, ut suam in urbe religionem profiterentur. Auctor est Xiphilinus, in Vespasiano, tributum illud duarum fuisse drachmarum: quod ideo Appianus vocat in Syriacis φόρον τῶν σωμάτων, hoc est, *tributum corporum.*

vel, dissimulata origine, imposita genti tributa non pependissent. Interfuisse me adolescentulum [3] memini, cum a procuratore, frequentissimoque consilio, inspiceretur nonagenarius senex, an circumsectus [4] [y] esset. Ab juventa minime civilis animi, confidens etiam, et cum [5] verbis, tum rebus immodicus. Cænidi,[z] patris concubinæ, ex Istria reversæ, osculumque, ut assuerat,[6] offerenti, manum præbuit.[a] Generum fratris [b] indigne ferens albatos [7] [c] et ipsum ministros habere, proclamavit: *Οὐκ ἀγαθὸν* [d] *πολυκοιρανίη*. [13.] Principatum vero adeptus, neque in Senatu jactare dubitavit, '[e] et patri [e] se et fratri [8] imperium de-

Dun. Voss. Edd. Camp. Ven. 1. dant *velut inprof.* unde fecit Jac. Gron. *vel ut impr.* Oud. cum Steph. Casaub. Scriv. Duk. malit *vel ut prof.* quia Medic. 3. Vind. uterque, Cort. Cop. præbent *veluti prof.* Torr. notavit e suis Codd. *vel prof.* In vulgg. Edd. *velut prof.* Ceterum verba *intra Urbem*, quæ vulgo leguntur ante *viverent*, ejecit Baumg. cum Oud. Bip. Wolf. jubentib. Memm. Polit. Medic. 1. 3. Cop. Vind. Cort. Fouc. (qui et *viveret*) astipulantib. Gron. Duk. Ern. In Cuj. *vit. int. U. viv.*—3 Memm. *adulesc.* Mox *procuratione* Periz. Harlem. Edd. Rom. Ven. 1. et inter lin. Fouc. Torr. putat *τὸ que* post *freq.* supervacaneum esse. Proxime *concilio* Edd. Casaub. Schild.—4 *Circumseptus* Fouc. Pal. 1. 2. *ac circumsect.* Edd. Rom.—5 Sic Memm. duo Medic. Cuj. Dun. Edd. Græv. Gron. Burm. et recentt. *et etiam tum* Vind. 2. Cort. in quo et Fouc. *a juv.* Alii *et tum.* Infra *Histria* cum aspiratione scripserunt Oud. Wolf. ut est in Memm. Medic. Vind. Cort. Cop. Fouc. Edd. Camp. Med. Ven. Bon.—6 Solitam syncopen confirmant Memm. Medic. Vind. Cop. Edd. Rom. Vulg. ante Gron. et Oud. *assueverat.*—7 Vind. 1. *abbatos*, Ed. Camp. *alatas.* Rom. sec. præbet *πολυτυραννέην.* Græca desunt Medic. 2. Dun. Vind. 1. Cuj. et aliquot Edd.—8 *Se frat. et pat.* Fouc. in quo *et illos.* Cort. et

NOTÆ

[y] *Circumsectus*] Quem vulgo circumcisum dicimus.

[z] *Cænidi*] De Cænide in Vespasian. et de osculo in Tiber. cap. 34. Istri vero populi Italiæ extremi Liburnis finitimi, quorum regio Istria, et Histria. Ferrarius.

[a] *Manum præbuit*] Summæ indicium superbiæ; cum manum alicujus osculari magnæ foret reverentiæ. Id autem eo incivilius et arrogantius fuerit Domitiani factum, si eo modo formatam intelligas, quo Caligula suam Chæreæ porrexit: in Calig. cap. 56.

[b] *Generum fratris*] De quo infra c. 22.

[c] *Albatos*] Hoc est, albis tunicis indutos. Tunicæ autem illæ imperialium ministrorum non undique auro sparsæ, sed paragaudis, id est, loris auratis prætextæ. Vide lib. II. cod. 'de vestibus holoberis,' &c.

[d] Οὐκ ἀγαθὸν] *Non bonum est multorum principatus.* Εἷς κοίρανος ἔστω, *Unus princeps esto.* Versus est Homeri 204. Il. B.

[e] *Et patri*] Propter ea quæ cum Sabino patruo fecerat adversus Vitellianos, cum incensum est Capito-

disse; illos sibi reddidisse:' neque in reducenda post divortium uxore[9] edicere, 'revocatam[10] eam in pulvinar[f] suum.' Acclamari etiam in Amphitheatro epuli[1] die[g] libenter audiit: 'Domino[h] et Dominæ feliciter.' Sed et Capitolino certamine cunctos[2] ingenti consensu precantes, ut Palfurium Suram[i] restitueret, pulsum olim Senatu, ac tunc de oratoribus coronatum, nullo responso dignatus, 'tacere' tantummodo jussit, voce præconis. Pari arrogantia, cum procuratorum suorum nomine formalem[3][k] dictaret epistolam, sic cœpit: 'Dominus et Deus[l] noster hoc fieri jubet.' Unde institutum posthac, ut ne scripto quidem ac sermone cujusquam appellaretur aliter. Statuas sibi in Capitolio non nisi aureas et argenteas poni

Vind. 2. *et i. s. r. cum que, &c.* Hæc omnia desunt Medic. 3. Polit.—9 *Uxorem* Cuj. Polit. *ediceret* Vind. uterque, Cort. *dicere* Harlem. cum Edd. Ven. Bon. Cald.—10 Ex conjectura Salm. cui accedit J. F. Gron. *re* addidit Græv. Burm. et al. invitis Mss. et Edd. Vett. in quibus *vocatam;* quod tuentur Oud. et Wolf. Dat *evocat.* Fonc. et *acclamarique.*—1 Haud aliter Memm. Medic. Dun. Polit. Vind. Lys. seu Cort. Pulm. Periz. Cop. Voss. Huls. et Edd. Rom. Steph. idcirco reposuit Oud. Ern. et seqq. Tum *audit* habent Codd. Torr. Harlem. et Edd. Vett. præter Rom. Steph. Bas. et seqq. *audivit* in altero Pulm. Græv. Burm.—2 *Tantos* Fonc. Dein *precantis* Medic. 3. *Palfarium* Memm. *ex Sen.* Edd. Sab. Beroald. Cald.—3 *Formaulem* Memm. unde *formularem* format Barth. Adv. LIV. 2. Tum *hoc fieri* testantur Memm. Medic.

NOTÆ

lium, ipseque Cæsar consalutatus. Martialis epig. 102. lib. IX. 'Asseruit possessa malis pallatia regnis: Prima suo gessit pro Jove bella puer. Solus Iuleas cum jam retineret habenas, Tradidit, inque suo tertius orbe fuit.'

[f] *In pulvinar*] Quasi Deus esset. Diis enim sternebantur pulvinaria; quæ et imperatoribus concessa. Juvenal. de Messalina Sat. VI. 'fumoque lucernæ Fœda lupanaris tulit ad pulvinar odorem.'

[g] *Epuli* [*epulari*] *die*] Quo epulum præbuit, sup. c. 4.

[h] *Domino*] Quam appellationem rejecerat Augustus in Aug. Vide et in Claud. c. 7.

[i] *Suram*] Oratorem clarissimum, cujus meminit Mart. epig. 64. lib. VI.

[k] *Formalem*] Eam dicunt, qua quid statuitur, et quæ aliis exemplaris loco futura erat in similibus negotiis, aut si ad eosdem sæpius scribendum esset. In c. 20. infra edicta alieno formabat ingenio.

[l] *Dominus et Deus*] Ita Aurelius Victor. Caligulæ instar Dominum sese Deumque dici jussit Domitianus. Unde adulator aut irrisor Martial. lib. V. epig. 8. 'Edictum Domini, Deique nostri.'

permisit, ac[4] ponderis certi. Janos[m] arcusque cum quadrigis et insignibus triumphorum per regiones Urbis tantos ac tot[5] exstruxit, ut cuidam Græce inscriptum sit: *APKEI.*[6][n] Consulatus septemdecim cepit, quot[7] ante eum nemo. Ex quibus septem medios continuavit: omnes autem pæne titulo tenus gessit: nec quenquam[8] ultra Kalendas Maii:[o] plures[9] ad Idus usque Januarias.[p] Post autem duos triumphos, Germanici cognomine assumto, Septembrem[q] mensem et Octobrem ex appellationibus suis Germanicum Domitianumque transnominavit; quod altero suscepisset[10] imperium, altero natus esset. [14.] Per hæc terribilis cunctis et invisus, tandem oppressus est amicorum libertorumque intimorum conspiratione,[11] simul et uxoris.[r] An-

Dun. Polit. Vind. Fouc. Cort. Voss. Cuj. uterque Pulm. ideo receperunt Edd. post Oud. Editi olim *sic fieri*.—4 Fouc. *et pond.* Dein pro *certi*. *Janos* Voss. Cuj. *cervianos*, Fouc. *Lanos artusq.*—5 Sic Pulm. e Nonn. et Edd. Rom. Steph. reponi jussit. *Aut tot* Cuj. Harlem. Edd. Sab. Bon. Cald. et plurimæ. Tum *instruxit* Vind. 2. Edd. Rom.—6 Ita corr. Turneb. Adv. v. 10. quem secuti sunt plerique VV. DD. et in his Torr. Barth. ad Stat. Sylv. IV. 98. Gron. Oud. Vox Græca in nullo Ms. comparet: pro qua *arcui* exhibent Viterb. Pal. tr. Cop. Periz. Harlem. Fouc. Medic. 1. 3. Polit. Vind. Cort. Nonn. et aliquot Regii Par. Torr. nec aliter Edd. Vett. vel *arcui sit* usque ad Junt. sine ulla lacuna. Habeat *arci* vel *arti* Memm. Corsend. Obsop. Cuj. Voss. Medic. 2. Lisl. et plures Reg. Inde edidit Casaub. cum Schild. aliisque, *sit arcui* APKEI, probante Lindenbr. ad Amm. Marcel. XXVIII. 4. *arcui sit* APKEI Ed. Burm. *arcus sit* Ven. et al. Vulg. *sit arcui aream et calvitium*, sed tres ultimas voces fastidiunt Codd. ad unum O. et Edd. post Casaub. excepta Græv.—7 Sic Edd. Rom. Bon. Steph. Torr. Burm. Oud. Bip. Wolf. Al. *quod*, et id maluit Ern. retinere.—8 *Quicquam* Fouc. Dein *Maias* Vind. 1. *Mai* Mss. plurimi. Supra *aut pæne* Harlem. Edd. Ven. Junt. Lugd. Arg.—9 *Plerosque* Cop. Dun. Voss. Medic. Polit. Vind. Cort. man. doct. in ora Steph. non improbante Oud. *usque ad Id.* Cuj. Tum *Januarii* Edd. Rom. *Germanico* Voss.—10 *Alt. suo susc.* Harlem. qui et *nat. est* cum Ed. Ven. 1. *susc.* in

NOTÆ

[m] *Janos*] De quibus in Aug. cap. 31.

[n] *'Αρκεῖ*] Hoc est, sufficit. Quam vocem, judicium secutus Turnebi, restituit Casaubonus, faventibus Memmii et Lislæi libris, et quibusdam e Regiis, in quibus partim *arti*, partim *arci* exaratum.

[o] *Kalendas Maii*] Hoc est, ultra quatuor menses. Nam magistratus inibantur Kalendis Januarii.

[p] *Idus usque Januarias*] Hoc est, ad diem decimum tertium.

[q] *Septembrem*] 'Sed ubi infaustum nomen ex omni ære vel saxo eradi placuit, menses quoque usurpatione tyrannicæ potestatis exuti sunt.' Macrob. Martial. epig. 2. lib. IX. 'Dum Janus hyemes, Domitianus autumnos, Augustus annis commodabit æstates,' &c.

[r] *Simul et uxoris*] Causam addit

num diemque ultimum vitæ jam pridem suspectum habebat: horam etiam, necnon et genus mortis. Adolescentulo Chaldæi[s] cuncta prædixerant. Pater quoque super cœnam quondam[12] fungis abstinentem[t] palam irriserat, ut ignarum sortis suæ, quod non ferrum potius timeret. Quare pavidus semper atque anxius, minimis etiam suspicionibus[1] præter modum commovebatur; ut edicti, de excidendis vineis propositi, gratiam facere[u] non alia magis re compulsus credatur,[2] quam quod sparsi libelli cum his versibus erant:

Κῆν με φάγῃς[v] *ἐπὶ ῥίζαν, ὅμως ἔτι καρποφορήσω,*
Ὅσσον ἐπισπεῖσαι Καίσαρι θυομένῳ.[3]

Fouc. al. m. scr.—11 *Consp.* deest Memm. et *vitæ* Periz. uni Torr. Edd. Rom. Dein *jam pridie* Fouc. in quo etiam *adolesc. tuo Caldæi.*—12 Sic Memm. Medic. 1. Vind. 2. Cort. Cuj. Pal. 2. 3. et Edd. Ald. Steph. Casaub. Burm. et recentt. Al. *quandam.* Mox *ac anxius* Vind. 1. *semperque anx.* Fouc. *minis* Huls. pro *minimis.*—1 Vind. 1. *suspicationib.* et mox *edictis:* item *excindendis.* In Harlem. *propositis,* Fouc. mutato ord. *prop. de exc. vin.*—2 Exaratur in Medic. 1. 3. Polit. Vind. 2. Cort. Cop. *faceret.* *Non al. magis* (*magna* Vind. 2. Cort.) *r. c. creditur:* atque hoc modo citat Polit. in Misc. Cap. 26. quare *faceret* non displicet Oud. ejecto verbo *credatur.* Dant Voss. Harlem. Cuj. *quam metu re comp. cred. namque quod.* Vind. 1. *ageret non al.* Item *namque quod* Medic. 2.—3 In Codd. Burm. Vind. Medic. 2. Cort. et Edd. pp. Græca de more desunt. Habentur primum in Ed. Beroald. Mediol. 1494. In Ed. R. Steph. *μὲ τάμῃς*, et in pentametro *ἅλις σπεῖσαι.* Supra pro *versib.* Periz. a

NOTÆ

Aurelius Victor, Paridis amorem.

[s] *Chaldæi*] 'Constituta est habitatio peculiaris in Babylonia Philosophis indigenis, plurimum Astronomiam tractantibus, qui Chaldæi appellantur. Sunt ex iis, qui e natalibus hominum eventura iis vaticinari se profiteantur: sed a ceteris non probantur.' Strabo lib. XVI. et eod. lib. infra: 'Apud Assyrios Chaldæi, apud Romanos Etrusci haruspices. Talis erat Moses, et successores ejus: qui ab initiis non malis postea degeneravere.' Hinc quod patriæ nomen erat, professionis factum est, et Chaldæi omnes, qui idem profiterentur, appellati.

[t] *Fungis abstinentem*] Tanquam cibo mortifero, aut saltem venenis accommodatiori, ut satis persuaserit Claudii exemplum.

[u] *Gratiam facere*] Hoc est, immunitatem largiri. In Aug. c. 16. 'Conjurandi gratiam fecit.'

[v] Κῆν με φάγῃς] Latine, *Etsi me comederis ad radicem, tamen adhuc fructum feram, quantum infundi Cæsari immolato sufficiat.* Hoc Eveni poëtæ disticho, ut censet Politianus Miscell. cap. 26. inducitur vitis caprum, a quo rodebatur, alloquens, unde patet parodia. Idem ferme Ovid. I. Fast. 'Rode, caper, vitem; tamen hinc, cum stabis ad aras, In tua quod spar-

Eadem formidine[4] oblatum a Senatu novum[w] et excogitatum honorem, quanquam omnium talium appetentissimus, recusavit: quo decretum erat, 'ut, quoties gereret consulatum, Equites Romani, quibus sors obtigisset, trabeati[x] et[5] cum hastis militaribus præcederent eum, inter lictores apparitoresque.' Tempore vero[6] suspecti periculi appropinquante, solicitior in dies, porticuum, in quibus spatiari consuerat,[7] parietes phengite[y] lapide distinxit,[8] e cujus splendore per imagines, quicquid a tergo fieret, provideret. Nec nisi secreto atque solus plerasque custodias,[z] receptis

m. pr. et Edd. Rom. *verbis*.—4 *Fortitudine* Corsend. Periz. Edd. Rom. Med. pr. Mox *inexcog.* Edd. Gryph. Torr. Pulm. Scriv. Græv. contra Mss. Torr. mallet *nov. tunc excog.* vel *nov. exc.* sine copula. Ern. conj. *excogitatissimum*. Pro *novum* Ed. Junk. *nomen*, et infra *quod decr.* Relativum abest a Periz. Harlem. Edd. Rom. Med. Ven. Cald. Ben. distinctione majore ibi posita.—5 Torr. mallet *et* abesse.—6 Ita Memm. Medic. Polit. Cuj. Dun. Vind. Cort. Edd. Scriv. Græv. Ern. Oud. &c. *Quoque* est in Edd. omnib. priorib. et Burm. *suspecto* Vind. 2. Cort.—7 Sic Memm. Vind. 1. Medic. 2. Edd. Gron. Oud. Ern. et seqq. Vulg. *consueverat*. Tum *phengitæ* Vind. 2. Cort. *phenjice* Ed. Camp.—8 *Dest.* Memm. *e* deest Edd. Rom. Mox *et nec* Periz. Harlem. et Edd. pleræque, etiam Græv. Sed τὸ *et* ejecerunt Torr. Grut. Steph. Ca-

NOTÆ

gi cornua possit erit.' Vinum enim in victimarum jam immolandarum capita infundebatur. Virgilius: 'Ipsa tenens dextra pateram pulcherrima Dido Candentis vaccæ media inter cornua fundit.'

[w] *Novum*] *Novum et inexcogitatum;* sic quidem Gryphii editio, sed Frobenii et Mss. nostri omnes *novum et excogitatum*. Scribendum putarem *novum tunc excogitatum honorem*, vel *novum excogit. hon.* sine copulatione. *Torrent.*

[x] *Trabeati*] Trabea fuit chlamys albæ purpura prætexta, et insuper clavis aut trabibus e cocco distincta, a quibus trabea dicebatur, qua olim usi sunt reges, postea Salii, et Equites in transvectione, ut pluribus docet Alb. Rubenius lib. I. de lato clavo cap. 5. Vide et Bayfium de Re Vestiaria cap. 10. et Martial. epig. 42. lib. V.

[y] *Phengite*] Lapis erat candidus atque translucens, a φέγγω, *illumino*. Repertus nempe in Cappadocia, imperante Nerone, ut refert Plinius lib. XXXVI. c. 22.

[z] *Plerasque custodias*] Custodia pro reo sumitur. Seneca epist. 70. 'Cum adveheretur nuper inter custodias ad matutinum spectaculum.' Et epist. 77. 'Unus de custodiarum agmine.' L. I. de custodia et exhibitione reorum: 'De custodia reorum proconsul æstimare solet, utrum in carcerem recipienda sit persona, an militi tradenda, vel fidejussoribus committenda, vel etiam sibi,' &c.

quoque[9] in manum catenis, audiebat. Utque domesticis persuaderet, ne bono quidem exemplo audendam[10] esse patroni necem, Epaphroditum[a] a libellis capitali pœna condemnavit, quod post destitutionem[b] Nero in adipiscenda morte manu ejus adjutus existimabatur. [15.] Denique Flavium[c] Clementem patruelem suum, contemtissimæ inertiæ,[d] cujus filios, etiam tum[1] parvulos, successores palam destinaverat, et[2] abolito priore nomine, alterum 'Vespasianum' appellari jusserat, alterum 'Domitianum,' repente ex tenuissima suspicione tantum non in[3] ipso ejus consulatu interemit. Quo maxime facto maturavit sibi exitium.[4] Continuis octo mensibus tot fulgura[e] facta[5]

saub. Burm. Oud. Ern. &c. *proinde et nec* Pal. 3.—9 Dedit Baumg. *quoque* cum Ern. Bip. Wolf. probante Oud. auctoritate Lys. sive Cort. In aliis O. et Edd. ante Casaub. *quidem*, quod revocavit Burm. cum Gron. Oud. *receptisque in* Edd. Casaub. Schild. Heins. suasit *receptisque identidem in manum*. Ceterum *manum* Græv. Burm. Ern. Bip. cum Bernecc. ediderunt, suffragantib. Medic. 2. Cop. Cuj. Dun. In reliquis scriptis et editis *manu*, quod defendit Oud.—10 *Audiendam* Memm. Medic. Vind. Cop. *audiebam* Cuj. Mox *post* non habet Huls.—1 Sic Memm. Medic. Polit. Cort. Vind. Nonn. Edd. Gron. Burm. Oud. &c. Vulg. *etiam num* vel *nunc*. Periz. cum Edd. Rom. *etiam tunc*.—2 Copula *et* deest Medic. 1. 3. Polit. Vind. Cort. Dein *app. juss. alt.* exulant a Medic. 1. a m. pr. *jusserat* non comparet in Medic. 3. Polit. unde conj. Oud. *alt. Vesp. alt. Dom.* simpliciter scripsisse Auctorem.—3 *In* abest a Periz. Harlem. et Edd. ante Scriv. et Græv. qui eam restituere e Memm. astipulantib. O. Mss. Oud.—4 Ita Memm. Medic. 2. 3. Polit. Dun. Harlem. cum Edd. Ven. 1. Med. pr. Casaub. Schild. Græv. Gron. Burm. Oud. Ern. Ed. sec. Bip. &c. probante Duk. cum man. doct. ad marg. Gryph. In reliquis Mss. et Edd. *exitum*, quod vindicat Torr.—5 Heins. cum Græv. suasit *jacta*, repugnantib. Duk. Burm. Oud. Ern. Tum certum constat Baumg. legendum esse *cum volet*. In uno Torr. *velit*. Paulo ante *exclamaret* Cuj.—

NOTÆ

[a] *Epaphroditum*] In Ner. cap. 49.

[b] *Destitutionem*] In Ner. cap. 40. 'Talem Principem terrarum orbis tandem destituit.'

[c] *Flavium*] Fratrem Flavii Sabini, de quo c. 10. Illi sororem Domitiani nupsisse, testatur in Apollonii vita Philostratus lib. VIII.

[d] *Inertiæ*] Cum hunc contemtissimæ inertiæ hominem vocat Sueton. eo ipso Christianum fuisse demonstrat. De quo injuriæ in Christianos titulo, quod inertes et inutiles atque infructuosi dicerentur, Tertull. Apolog. cap. 42. Vide inf. c. 17. *Torr.*

[e] *Tot fulgura*] Pro fulminibus hic accipi affirmat Schildius ex A. Manutio. Unde apud Nonium 'fulguritum' pro fulgure ictum, et 'fulgurire' pro fulgur jacere. Sed quidni pro fulguribus simpliciter accipi persuadeant verba sequentia 'feriat jam quem volet?'

nuntiataque sunt, ut exclamaverit, 'Feriat jam, quem volet.' Tactum de cœlo Capitolium, templumque Flaviæ gentis: item domus Palatina,[6] et cubiculum ipsius: atque etiam e basi statuæ triumphalis titulus excussus vi procellæ in monumentum proximum decidit. Arbor,[f] quæ privato adhuc Vespasiano eversa surrexerat, tunc rursus[7] repente corruit. Prænestina[g] Fortuna, toto imperii spatio annum novum commendanti lætamque eandemque semper sortem dare assueta, extremo tristissimam reddidit,[8] nec sine sanguinis mentione. Minervam,[h] quam superstitiose colebat, somniavit excedere sacrario, negantem,[9] ultra se tueri eum posse, quod exarmata[i] esset a Jove. Nulla tamen re perinde commotus[10] est, quam responso casuque Ascletarionis mathematici. Hunc delatum, nec inficiantem jactasse se, quæ providisset ex arte, sciscitatus est, quis ipsum maneret exitus? et affirmantem, 'fore, ut brevi laceraretur[1] a canibus,' interfici quidem sine mora, sed ad coarguendam temeritatem artis, sepeliri quoque accuratissime imperavit. Quod cum fieret, evenit, ut, repentina tempestate dejecto[2] funere,

6 *Palatinæ* Harlem. Periz. Edd. Rom. Med. Ven. Cald. Bon. Postea legitur in Medic. 3. *basis s. t. titulis excussis*. Memm. *monim. proxum.* et *monim.* quoque Medic. 3. cum Edd. aliquot, ut passim.—7 *T. N. C. rursus* Memm. unde Oud. effinxit, *tunc nulla causa rurs.* Mox *commendanti* deest Dun. Voss. Harlem. Cuj. Periz. a m. pr. Edd. Ven. Sab. Bon. Cald.—8 *Reddit* Cop. Medic. 2. Supra *eamdem* sine *que* Dun. Pro *mentione* marg. Gryph. *emissione*.—9 Medic. Dun. Fonc. Polit. Vind. Cort. et O. Burm. Codd. cum Edd. sæc. xv. item Bon. Junt. Bas. Lugd. Ald. Seb. Gryph. Col. Dol. *negantemque*. Conj. Oud. *negantem quoque*. In Vind. 2. *se ultra*.—10 *Motus* Harlem. Edd. Med. Ven. Cald. Bon. *tamen perinde discommot*. Camp. Dein *jact. quod pr.* Vind. 2. *quod* Cort. *providisse* Medic. 3.—1 *Laceretur* Medic. 1. a m. pr. Infra mallet Duk. si libri paterentur, *quam accur.* vel *quoque quam acc.* Habet Fouc. *impetravit*, in quo etiam *ut* post *evenit* deest.—2 Oud. suadet *disjecto*, malle tamen se amplecti fatetur Ern. conjecturam *derelicto*, vel potius *deserto*,

NOTÆ

[f] *Arbor*] Cupressus, de qua in Vespasian. c. 5.

[g] *Prænestina*] Ad c. 63. in Tiber.

[h] *Minervam*] Ita oportuit, inquit Casaub. matrem coli a filio. Præter alios testatur Philostratus lib. VII. quendam periisse commemorans, quod, dum sacrificaret, in publicis precibus non addidisset, quod Domitianus esset filius Minervæ.

[i] *Exarmata*] Id est, armis exuta quibus eum hactenus defendisset.

semiustum cadaver discerperent canes, idque ei cœnanti a mimo[3] Latino,[k] qui præteriens forte animadverterat, inter ceteras diei fabulas referretur.[l] [16.] Pridie quam periret, cum oblatos tuberes[4][m] servari jussisset in crastinum, adjecit, 'si modo uti licuerit:' et conversus ad proximos affirmavit, 'fore, ut sequenti die Luna[n] se in Aquario cruentaret, factumque aliquod existeret, de quo loquerentur homines per terrarum[5] orbem.' Ad mediam noctem ita est exterritus,[o] ut ex[6] strato prosiliret. Dehinc mane haruspicem, ex Germania missum, qui consultus de fulgure mutationem rerum prædixerat, audiit[7] condemnavitque.[p] Ac dum exulceratam in fronte verrucam vehementius scalpit, profluente sanguine, 'Utinam,' inquit, 'hactenus.' Tunc horas requirenti,[8] pro quinta, quam metuebat, sexta[q] ex industria nuntiata est. His, velut transacto

quod verum censet.—3 *Mimmo* Ven. 2. 3. Bon. Mox *Deo* Medic. 1. pro *diei*, Vind. uterque, Cort. *de eo*. In uno Pulm. et Torr. (qui præfert) *referebatur*. —4 Memm. *tubures*.—5 Præbet Periz. *per totum terr.* Dein *ad circa med.* Memm. *ac circa* Vind. Cort. Periz. Harlem. Edd. Rom. *circa med.* Huls. In reliquis scriptis et Edd. Vett. *at circa med.* Nostr. lect. primus restituit Græv. quem secuti Burm. Oud. &c. Heins. malebat *ad circiter*.—6 Edidit Oud. *e str.* fide Memm. Cop. Medic. 1. 3. Polit. Voss. *de str.* Vind. Cort. Huls. (qui cum Medic. 1. *stratu*) Edd. Casaub. Schild. Wolf. *prosileret* Harlem.—7 *Audivit* Periz. Tum *scarpit* Cop. Harlem. et *hac tenet* Cuj.—8 *Inqui-*

NOTÆ

[k] *Mimo Latino*] Quem Domitiano mire placuisse, constat adhuc ex Mart. epig. 5. lib. I. et epig. 29. lib. IX.

[l] *Referretur*] Melius ex veteri codice *referebatur*. Torrent. Contra censet Casaub. scribendum *referretur*, repetendum enim *evenit*, nempe *ut referretur*.

[m] *Oblatos tuberes*] Tuberes non terræ callus, ut tubera, sed arboris fructus sunt, prima syllaba correpta. Plin. lib. XV. c. 14. Columella lib. XI. cap. 2. Mart. lib. XIII. epig. 42. *Torrent.* Tubera vero sunt genus fungorum. Vide et epig. 43. eod.

[n] *Luna*] In aquario signo Zodiaci cum Luna esset, periturum se prævideral, aut didicerat: unde quia humidum est signum, Lunam in eo cruentatum iri ideo dixit, quia non aqua, sed sanguis, effunderetur.

[o] *Exterritus*] Tunc forte cum somniavit Junium Rusticum, quem occiderat, stricto ad se gladio venire: ex Xiphilino. *Torrent.*

[p] *Condemnavitque*] Sed supplicio dilato, ut post fugam periculi, tanto alacriori imperatori pœnas daret, servatus est: moxque a Nerva præmium loco pœnæ retulit. Dio. *Casaub.*

[q] *Sexta*] Cæsum circa meridiem ait Philostratus. *Casaub.*

jam periculo, lætum, festinantemque ad corporis curam, Parthenius [r] cubiculo præpositus convertit, nuntians esse, qui magnum nescio quid [9] afferret, nec differendum. Itaque, summotis omnibus, in cubiculum se recepit, atque ibi occisus est. [17.] De insidiarum cædisque genere hæc fere divulgata sunt. Cunctantibus conspiratis, quando et quomodo, [id est,] [10] lavantemne, an cœnantem [1] aggrederentur; Stephanus, Domitillæ [s] procurator, [t] et tunc interceptarum pecuniarum reus, consilium operamque obtulit. Ac sinisteriore [2] brachio, velut ægro, lanis [u] fasciisque per aliquot dies ad avertendam suspicionem obvoluto, ad ipsam [3] horam [v] dolonem [4] [w] interjecit: professusque con-

renti unus Torr. et mox *transito per.* utrumque, probante ipso. Medic. 1. *metuebant.*—9 *Qui* Edd. Ven. 2. Lugd. Verba, *cub. &c.* ad *afferret*, al. m. scr. in Fouc.—10 Malit Baumg. pro glossemate habere hæc verba cum Burm. quam mutare cum Ern. favente Oud. in *item.* Vind. Cort. Periz. a m. pr. Fouc. dant *idem*, Harlem. Edd. Camp. Ven. Sab. Cald. *tidem.*—1 *Aut cœn.* Medic. 3. Polit. Cort. et Longol. ad Plin. Ep. x. 48. Mox *Domicellæ* Harlem. Ed. Ven. 1. *Domicillæ* Camp. Sab. Bon. Junt. et plures.—2 *Sinistro* Cuj. *sinistriore* Vind. 1. Tum *fasceisq.* Memm. Medic. 1. 3. Vind. 1. *advert.* Vind. 1. Edd. Camp. Sab. Cald.—3 *Obvolutam bipsam* Memm. unde conj. Salm. *obvoluto sub ips.* Habent *in ipsam* Pal. 1. 2. Cop. Fouc. Medic. 1. 3. Polit. Vind. 1. Cort. Cop.—4 Hanc emendationem Ferrarii receperunt Ern. Oud. et seqq. comprobantib. Casaub. Marcil. Græv. Duk. pro vulg. *dolum*, licet nullus faveat codex. Eandem lect. tamen exhibet man. doct. in ora Ed. Gryph. 1539. Vulg. defendunt Guj. et Burm. Ceterum *interjicit* Harlem. Ed. Ven. 1.

NOTÆ

[r] *Parthenius*] De quo Martial. epig. 45. lib. VI. epig. 4. lib. V. et passim.

[s] *Domitillæ*] Domitillam hanc esse puto, quam Flavius Clemens (si Dionis compendio credimus) uxorem duxerit, quos ambos Domitianus illato impietatis crimine occiderat. At Eusebius Flaviam Domitillam Flavii Clementis ex sorore neptem facit, et quod Christiana esset, in insulam Pontiam relegatam scribit. Sunt qui Clementem Pontificem huic genti ascribant. *Torr.* De qua S. Hieronymus, in Epitaphio Paulæ.

[t] *Procurator*] Qui res ejus curaret, ac tum ob fraudem interceptæ, ut ait Victor, pecuniæ supplicium expectaret.

[u] *Lanis*] Ex more ægrotantium. Martial. epig. 91. lib. XII. 'Quod lana caput alligas, Charine.' Vide l. LXX. § 7. ff. de legatis, 3. Philostratus aliter hanc historiam narrat. Nempe ait dextrum brachium, non vero sinistrum, fuisse lanis involutum.

[v] *Ad ipsam horam*] Ita dictum 'ad horam,' ut 'ad præsens,' sic 'ad horam consistere' orator Quintiliano dicitur, qui ex tempore dicere cogitur, et statim causam agere, &c. *Salmasius.*

[w] *Dolonem* [*dolum*] Dolum hunc vulgo intelligunt fictæ illius conspi-

spirationis indicium, et ob hoc admissus, legenti traditum a se libellum, et attonito, suffodit inguina. Saucium ac repugnantem adorti Clodianus cornicularius,[5] [x] et Maximus, Parthenii[6] libertus, et Saturius, Decurio cubiculariorum,[y] et quidam e gladiatorio ludo, vulneribus septem contrucidarunt.[7] Puer, qui aræ[8] Larium cubiculi[9] ex consuetudine assistens, interfuit cædi, hoc amplius narrabat, jussum se[10] a Domitiano ad primum statim vulnus pugionem pulvino subditum[1] porrigere, ac ministros vocare neque ad caput quicquam, excepto ca-

—5 Conj. Ern. legend. *cubicularius*, refragante Oud. *Clodius* est in Harlem. Edd. Med. Ven. Cald. Bon.—6 *Partheni* Medic. 3. Vind. 2. *Parthemii* Edd. Rom. Tum *est et Satur dec.* Memm. Medic. 3. Interserunt etiam *est* Medic. 1. Polit. Vind. 1. *Sator dec.* Pal. 2. *Staturius* Pal. 3. *Syderius* Edd. Junt. Lugd. *Satrius* legunt quidam.—7 Sic Memm. Medic. Vind. 1. *contrucidavere* Vind. 1. Vulg. *contrucidaverunt.* Mutavit cum Gron. Oud. et seqq.—8 Hæc est correctio Ern. recepta Wolf. probata etiam Oud. Vulg. *qui curæ Larium.* Burm. conj. *cui cura Lar. &c. et hoc,* Müll. *qui cura* (i. e. *curator*) *Lar. &c. interfuit.* Ceterum *Larum* dederunt Oud. Wolf. cum Memm. Medic. 1. 3. Polit. Vind. Cort. Huls.—9 *Cubili* Voss. Vind. 1. *cubilis* Cuj. Dun. *cubiculis* aliquos habere notat Longol. ad Plin. Ep. x. 86.—10 Ita rescripsit Oud. auctorib. Memm. Medic. Polit. Vind. Cort. Dun. et Edd. Casaub. Gron. Al. *se jussum.*—1 Harlem. *subidum.* Dein *ministro suo carere* Medic. 1. 3. *ministro suo dare* Polit. *ministros suos voc.* Vind. 2. Cort. *vocaret* Edd. Sab. Cald. Junt. Lugd.

NOTÆ

rationis indicium. Salmasius tamen ex Jacobo Ferrario, teste, ut ait, Petro Fabro III. Semestrium, scribit *dolonem*, hoc est, pugionem, sive sicam, de qua in Claud. c. 13. lanis immiscuit, et condidit. Acute saltem, si non vere.

[x] *Cornicularius*] Sigonius de Jure Provinciarum lib. II. c. 2. paulo ante finem, diserte affirmat traditum a nemine fuisse, quis esset Cornicularius, et ex Valer. lib. VI. c. 1. ac Frontin. lib. III. tribuni militaris ministrum fuisse existimat. Wolfgangus Lazius in commentariis Reip. Romanæ lib. IV. c. 12. duplicis generis Cornicularios fuisse dicit, alios quasi quosdam Centuriones, qui alteri cohortium corniculo præessent: quemadmodum enim totius aciei cornu, ita in cohortibus, imminuta voce, corniculum dicitur ea pars cohortis, quæ idem præstet, quod in toto exercitu cornu. Quod et Turnebus lib. V. Advers. c. 10. secundum genus emeritos fuisse milites dicit armillis corniculisque virtutis insignibus donatos: exemplum est apud Livium lib. X. et Sueton. lib. de illust. Grammat. Hinc forte in militia nostra *Cornette.*

[y] *Decurio cubiculariorum*] Ad militiæ similitudinem decurio dicebatur, qui parti cubiculariorum præerat, qui vero omnibus, cubiculo præpositus, ut Parthenius, de quo c. 16.

pulo,[z] et præterea clausa omnia[a] reperisse: atque illum interim, correpto[3] deductoque ad terram Stephano, colluctatum[4] [a] diu, dum modo ferrum extorquere, modo, quanquam laniatis digitis, oculos effodere[5] conatur. Occisus est quartodecimo Kalendas Octobris,[†] anno ætatis[6] quinto et quadragesimo, imperii quinto decimo. Cadaver ejus, populari sandapila[b] per vespillones[c] exportatum, Phyllis[7] nutrix in suburbano suo Latina via[8] funeravit; sed reliquias templo Flaviæ gentis clam intulit, cineribusque Juliæ, Titi filiæ, quam et ipsa educarat, commiscuit. [18.] Statura fuit procera, vultu modesto,[d] ruborisque[9]

Arg.—2 Sic Memm. Medic. Dun. Polit. Vind. Cort. Periz. unus Torr. Nonn. Voss. Cuj. Cop. Edd. Rom. Oud. &c. Al. *omn. cl.* Supra *quicquam erat, exc. scapulo* Medic. 3.—3 Oud. edidit *arrepto*, fide Pal. tr. Cuj. Periz. Cop. Voss. et O. suorum Codd. exceptis Memm. Medic. 2. accedentib. Fouc. et Edd. Vett. plerisque usque ad Junt. item Bip. *arrecto* Dun. Edd. Ven. Lugd. *correcto* Junt. *iterum* Camp. Mox *in terr.* Huls. Vind. 2. Cort.—4 *Collectantem* Medic. 3. Polit. Vind. 2. Cort. *colluctanti* Huls. Proxime *dum modo* testantur Memm. Polit. Medic. 2. Fouc. et tres Burm. cum Edd. Rom. sec. Ven. Med. Bon. Steph. Gron. et recentt. *tum modo* Camp. Medic. 1. 3. Vind. 2. Cort. *cum modo* Vind. 1. Vulg. *dum* omittitur.—5 *Offendere* Huls. Statim *conatur* ex emendatione Salm. receperunt Steph. Græv. Burm. et seqq. et egregie firmatur a Dun. In aliis omnibus Mss. et Edd. est *conatum*. Ern. suasit *conaretur*.—6 Vind. 2. *ætati*. Infra *vispillones* Memm. *vespilliones* Cop. *vispiliones* Harlem. Edd. Rom. Ven. 1. *vespiliones* Huls. Periz. Edd. Sab. Lugd. et ita variant Codd. Oud. Pulm. aliorumque.—7 *Phyllix* Memm. Cop. *Phillix* Huls. *Phylex* Ven. 1. *Philex* Edd. Sab. Bon. *Philix* Fouc. *Phyles* Harlem. Ed. Camp. Aliæ *Phillis* v. *Philis*. Eodem modo Mss. Oud. nisi quod *Phyllis* Vind. 2.—8 *Lat. et via* Harlem. *ex via* Ed. Ven. 1. Tum *fil. Titi* Periz. Harlem. et Edd. Vett. usque ad Casaub. *quem et* Vind. 2. Cort. *ipse* Harlem. Ed. Camp. et al. *ipsam* Medic. 2. 3. Vind. 1. Cuj. et Edd. quædam, improbante Scriv. Ceterum vulg. *educaverat*. Illud tuentur Memm. Polit. Medic. Vind. 1. Edd. Gron. Græv. Oud. et recentt.—9 *Rubrisque* Memm. *pudorisque* Me-

NOTÆ

[z] *Excepto capulo*] Nihil quicquam invenit præter capulum pugionis.

[a] *Colluctatum*] Notat Philostratus lib. VIII. robusto corpore fuisse Domitianum, atque sic colluctantem aureo calice Stephani faciem perfudisse, Pallada interim ut sibi suppetias ferret invocantem: sed quod mirere magis tradit Xiphilinus, et Philostratus loco citato, cædem tyranni innotuisse Apollonio, cum tamen Ephesi esset.

[†] A. U. C. 849.

[b] *Sandapila*] Arca lignea, qua tenuiores efferebantur.

[c] *Vespillones*] 'Vespæ, et vespiliones dicuntur, qui funerandis corporibus officium gerunt, non a minutis illis volucribus, sed quia vespertino tempore eos efferunt, qui funebri pompa duci propter inopiam nequeunt.' Festus.

[d] *Vultu modesto*] Non re vera, sed

pleno, grandibus oculis, verum acie hebetiore: præterea pulcher ac decens, maxime in juventa, et quidem toto corpore, exceptis pedibus, quorum digitos restrictiores [10] habebat; postea calvitio quoque deformis, et obesitate [1] ventris, et crurum gracilitate: [e] quæ tamen ei valetudine longa remacruerant.[2] Commendari se verecundia oris adeo sentiebat, ut apud Senatum sic quondam jactaverit: [3] 'Usque adhuc certe animum meum probastis, et vultum.' Calvitio [f] ita offendebatur, ut in contumeliam suam traheret, si cui alii joco vel jurgio objectaretur; [4] quamvis libello, quem 'de cura capillorum' ad amicum edidit, hæc etiam, simul illum [5] seque consolans, inseruerit:

Οὐχ ὁράᾳς,[g] οἷος κἀγὼ καλός τε μέγας τε;

'Eadem me tamen manent [6] capillorum fata, et forti animo

dic. 1. Cop. Dein *heb. acie* Vind. 1. *ac decens* Huls. *jumenta* Fouc.—10 *Strictiores* Harlem. Edd. Ven. Sab. Cald. Bon. Mox *calvitie* Edd. Casaub. Schild. ac nulla varietas ibi e Memm. et Dun. annotata.—1 *Obscœnitate* Harlem. Edd. Med. pr. Ven. Tum *crurium* Vind. 2. Cort. Huls. Ed. Camp. *gravitate* Cod. Pulm. et marg. Ed. Gryph. Conj. Guj. *grassitate*. Marcil. abjecta voce, legit *obes. vent. et cr. quæ, &c.*—2 Mallet Oud. cum Burm. et Duk. *emacru.* sed invitis Mss. Tum pro *sentiebat* Heins. corrigend. duxit *gestiebat*.—3 Cuj. *jactavit* et statim *usque ad hoc* cum Memm. Medic. 1. 3. Cort. Voss. Cuj. Periz. *certum* Periz. Edd. Rom. in quibus etiam *ac vult*. Ceterum in nota Oud. jussit scribi *certe et an.* cum Medic. 1. 3. Vind. utroque, sed in textu nihil innovavit.—4 *Jactaretur* Vind. 2. Cort. Ed. Camp.—5 Ita Memm. Medic. Voss. Edd. Gron. Oud. Ern. &c. *hoc etiam sim. ill.* Vind. Polit. Pal. tr. Edd. Steph. Burm. *hoc etiam ill.* ejecto *simul*, probat Torr. cum Pulm. Schild. al. *etiam hoc sim. ill. cons.* Fouc. *hoc etiam ill. sim.* Periz. et Edd. Vett. usque ad Casaub. *etiam hoc simul seque* Sab. Junt. Lugd. *etiam sim. seque* Arg. *hæc sim. seque* Harlem.—6 Sic libb. Pulm. Turneb. Torr. cum Medic. 2. 3. Dun. Polit. Cort. In Cod. Urs. ipso probante: *eadem tamen manent me cum capillo f.* Medic. 1. Vind. 2. Cop. *ead. me manent tamen.* Vulgo ante Pulm. legebatur *eadem remanent mecum cap.* et ita Fouc. Harlem. Periz. *ead. te man. mecum* Bon. *ead. me t. m. cum cap.* Steph. Item *facta* Medic. duo, Vind. 1. in quo *et fero*

NOTÆ

qui modestiæ præ se ferret imaginem, ut ait Tacit. et Plin. in panegyr. unde et ipse Sueton. c. 2. supra, 'Simulavit et ipse mire modestiam.'

[e] *Gracilitate*] Legendum *gravitate* ex quibusdam veteris libri vestigiis censet Pulmannus. Et forte melius cohæreat cum sequenti verbo 'remacruerant,' hoc est, macilenta facta erant.

[f] *Calvitio*] Ob id eum Juvenal. et Auson. calvum Neronem vocant. *Terrent.*

[g] Οὐχ ὁράᾳς] *Nonne vides qualis et ego pulcherque magnusque.* Versus est Iliad. Φ.

fero comam in adolescentia senescentem. Scias,[h] nec gratius quicquam decore,[7] nec brevius.' [19.] Laboris impatiens, pedibus per Urbem[i] non temere[8] ambulavit: in expeditione et agmine equo rarius, lectica assidue vectus est. Armorum nullo, sagittarum[l] vel præcipuo studio tenebatur. Centenas varii generis feras sæpe in Albano secessu[9] conficientem spectavere plerique; atque etiam ex industria ita quarundam capita figentem, ut duobus ictibus quasi cornua efficeret.[10] Nonnunquam in pueri procul stantis, præbentisque pro scopo[1] [m] dispansam[n] dextræ[2] manus palmam, sagittas tanta arte direxit, ut omnes per intervalla digitorum innocuæ evaderent.

animo eodem.—7 Periz. *dedecore.* Ern. suasit *decere.*—8 Hoc ord. voces has disponunt Medic. Vind. 1. Cop. quos secutus Oud. cum recentt. *non tem. per U. ped.* Pal. 1. probante Grut. *per U. n. t. ped.* Vind. 2. Vulgo *per U. ped. n. t.*—9 Habent *successu* Edd. Plant. et Torr. qui tamen correxit. Mox *ita ex ind.* Fonc.—10 In hac lect. consentiunt Codd. Pulm. Burm. Oud. et aliorum cum Fonc. et Edd. Vett. ad Bon. usque et seqq. quæ servant eam in marg. ideo restituerunt Burm. Oud. Bip. Wolf. comprobante Duk. Al. *effingeret,* quod defendit Ern. *effigeret* Ed. Camp.—1 Ita dederunt Græv. et Burm. Bip. al. ex conject. Torr. Guj. et Cod. Urs. probante Marcil. In ceteris Codd. et Edd. Vett. *scopulo,* quod retinent Oud. Wolf. In Camp. *pendentes scopulo spansam.* Mss. Torr. *exspans.* et *dispassam,* Vind. 1. Edd. Sab. *dispensam,* unde fecit Oud. *dispessam.*—2 *Dextera* Memm. Medic. 1. 3. Polit. Vind. 2. et reposuit Oud. ut et *innocua* ex iisdem et Edd. Camp. Sab. Bon. Caid. quod

NOTÆ

[h] *Scias*] Idem de coma senescente expressit Petronius, 'Quod solum formæ decus est, cecidere capilli, Vernantesque comas tristis abegit hyems,' &c.

[i] *Per Urbem*] Plin. Panegyr. ad fastum magis referre videtur, quod non temere pedibus ambularet, cap. 24. 'Ante te principes fastidio nostri, et quodam æqualitatis metu usum pedum amiserant: illos humeri cervicesque servorum super ora nostra vehebant. Pulchre igitur Juvenal. Sat. III. 239. 'Si vocat officium, turba cedente vehetur Dives, et ingenti curret super ora Liburno.'' *Torrent.*

[l] *Sagittarum*] Patet etiam ex eo quod de muscis supra. Arma vero distinguit hic a sagittis, quia nempe jaculandi peritiam simpliciter intelligit. Idem Ovid. 'Sunt illis celeresque pilæ, jaculumque, trochique, Armaque, et in gyros ire coactus equus.'

[m] *Pro scopo* [*scopulo*] Ursinus profert ex suis codicibus *scopo,* sane rectius, inquit Casanb.

[n] *Dispansam*] In suis Mss. Torrent. *expansam,* et *dispassam.* Aurelius Victor, 'Sagittarum tam doctus fuit, ut inter patentes digitos extentæ manus viri procul positi spicula transvolarent.'

[20.] Liberalia studia imperii initio[3] neglexit, quanquam bibliothecas incendio absumtas impensissime[4] reparare curasset, exemplaribus undique petitis, missisque Alexandriam,[5] [o] qui describerent emendarentque. Nunquam tamen aut historiæ, carminibusve [p] noscendis, operam ullam, aut stylo vel necessario dedit. Præter commentarios [q] et[6] acta Tiberii Cæsaris nihil lectitabat: epistolas, orationesque, et edicta alieno[7] [r] formabat ingenio: sermonis tamen nec[8] inelegantis, dictorum interdum etiam notabilium. 'Vellem,' inquit, 'tam formosus esse, quam Metius[9] sibi videtur.' Et cujusdam caput, varietate capilli subrutilum et incanum,[s]

etiam probavit Burm. Vulg. *innocue.* Deest *dextræ* in Dun.—3 Sic Memm. Medic. Polit. Vind. 1. Cop. quos secutus est Oud. et recentt. Al. *init. imp.* Abest *in* a Vind. 2. Cort.—4 *Impendiissime* Cop. Dein *reparari* conj. Bernecc. probante Duk.—5 *Alexandream* Memm. Ed. Oud. Tum *noscendis* rescripsit Oud. et cum eo Ern. Bip. &c. pro vulg. *cognosc.* auctorib. Memm. Cop. Medic. Vind. Polit. Cort.—6 *Aut acta* Vind. uterque, *ut acta* Ed. Camp. *Tiberi* Medic. 3.—7 *Alfeno f.* Memm. Pal. 2. *alieno Alfeno* Medic. 3. Polit. Voss. *alieno Alpheno* Vind. 1. *alieno alphabeto* Medic. 1. 2. Cort. Cop. Huls. Ed. Camp. (quæ et *contionesque* pro *orat.*) *alphabeto* etiam præbent Viterb. et Pal. 1. *Alpheno* v. *Alfeno* Mss. Torr. Vossius ad Catull. p. 37. profert *fleno*, pro *pleno*, ex antiquo scribendi modo.—8 *Ne* Harlem. *elegantis* Fouc. Dein legit Torr. *et dictor.*—9 *Mæcius* Memm. Infra *sucrucum* Fouc. *canum* Medic. duo,

NOTÆ

[o] *Missisque Alexandriam*] Ubi comparata fuerat a Ptolemæis, ac maxime Philadelpho, celeberrima illa bibliotheca, quam bello Alexandrino combustam tradit Plutarchus; sed vel libros alios ab eo tempore comparatos ex hoc Suetonii loco colligas, aut totam non arsisse verosimillime ex Sen. lib. de Tranquill. c. 9. ubi quadringenta combusta fuisse librorum millia dicit, tamen septingenta ferme fuisse affirmat Gellius lib. VI. cap. ultimo.

[p] *Carminibusve*] Vide tamen c. 3. in Tito, et c. 2. supra. Immo et poëticæ deditum Domitianum prædicat Martialis lib. VIII. epig. ultimo. 'Posse Deum rebus pariter Musisque vacare Scimus, et hæc etiam serta placere tibi. Fer vates, Auguste, tuos; nos gloria dulcis, Nos tua cura prior, deliciæque sumus.'

[q] *Commentarios*] An quos Tiberius ipse scripserat, de quibus in Tiber. c. 61. an quos alii de illius vita scripserant?

[r] *Edicta alieno*] Hinc verosimiliter formales epistolæ vim postea legis habituræ, de quibus supra c. 15. Torrentii Mss. omnes pro *alieno* habent *Alpheno* et *Alfeno*. Quod et de optimis membranis testatur Casaubonus; unde conjiciunt id forte nominis fuisse liberti cujusdam, aut servi ab epistolis.

[s] *Incanum*] Hoc est, canis capillis respersum. Virgil. 'Nosco crines, incanaque menta.'

'perfusam nivem[t] mulso' dixit. [21.] 'Conditionem Principum miserrimam' aiebat, 'quibus de conjuratione comperta non crederetur, nisi occisis.' Quoties otium esset, alea se oblectabat, etiam profestis[u] diebus, matutinisque horis: ac lavabat[10] de die, prandebatque[v] ad satietatem; ut non temere super cœnam, præter Matianum[1] malum,[w] et modicam[2] in ampulla[x] potiunculam sumeret. Convivabatur frequenter ac[3] large, sed pæne raptim:[y] certe non ultra solis occasum, nec ut postea comissaretur.[z] Nam ad horam somni[4] nihil aliud, quam solus secreto[a] deambulabat. [22.] Libidinis nimiæ, assiduitatem concubitus, velut

Cop. Periz. Polit. Vind. Cort.—10 *Laudabat* Periz. a m. pr. *prandebatque se* Medic. 2. *prandebat se* Dun. unde dubitat Oud. an *sæpe* olim fuerit additum. Supra *quotiens* Fonc.—1 *Prætor Matrianum* Fouc. *Martianum* Medic. Polit. Vind. Cort. Cop. Harlem. Periz. et Edd. Vett. præter Dol. Casaub. Plant. Scriv. et seqq. *Martinianum* Pal. 2. *Marianum* Pal. 3. *Marcianum* Ed. Camp.—2 Mallet Lips. *modica in amp.* Cort. et Medic. 2. *ampullam.* Pro *sumeret* Edd. Ven. *daret*, et pro *conviv.* Fouc. *ominabatur.*—3 Periz. Edd. Rom. *et l.* Mox *commessar.* Mss. plerique de more, *commensaretur* Vind. 1. *namque* Polit.—4 *Somnii* Vind. 1. Periz. Harlem. Edd. Rom. Med. Ven. Bon. Cald. Præterea *sol. secr.* dederunt Gron. Oud. &c. cum Memm. Medic. 2. 3. Dun. Polit. Vind. Cop. Cuj. Vulg. *secr. sol.* Excidit *solus* e Periz. et Edd. Rom.—

NOTÆ

[t] *Perfusam nivem*] Mulsum vinum erat melle conditum. Justinianus Inst. de divisione rerum, &c. § 25. 'Vel ex alieno vino et melle mulsum miscuerit,' &c. Ac proinde colorem illum subrutilum nonnihil efficiens. Martial. lib. XIV. epig. 127. 'Hæc tibi turbato Canusina simillima mulso.'

[u] *Profestis*] Eadem ferme in Augusto, c. 71.

[v] *Prandebatque*] Contra morem. Parce enim ac sobrie prandebant veteres: in Aug. c. 78.

[w] *Matianum malum*] A C. Matio primum excultum, de quo Plin. lib. XV. c. 14. et Columell. lib. V. c. 10. Atque etiam inter alia malorum genera meminit illius Macrob. lib. III. c. 19.

[x] *Ampulla*] Vas erat ventrosum oris angusti, cujus frequens in balneis usus; in eo nempe oleum servabatur, unde 'ampullæ oleariæ' apud Apuleium in Floridis. Erant et potoriæ ampullæ, ut patet etiam ex Martial. epig. 110. lib. XIV. cujus lemma 'ampulla potoria.' Vide et Plinium lib. III. c. 3.

[y] *Raptim*] Quod et amarissime carpit Plinius in Paneg. dum objicit, Domitianum convivis imminere solitum jejunis et inanibus, plenum et eructantem, &c.

[z] *Comissaretur*] Scribendum *comessaretur* contendit Torrent.

[a] *Solus secreto*] Quod ad clandestinam ganeam, occultumque luxum se

exercitationis genus, 'clinopalen'[5] vocabat. Eratque fama, quasi concubinas ipse develleret,[6] [b] nataretque inter vulgatissimas meretrices. Fratris filiam[c] adhuc virginem, oblatam in matrimonium sibi, cum devinctus[7] Domitiæ nuptiis pertinacissime recusasset,[8] non multo post, alii collocatam, corrupit ultro, et quidem vivo etiam tum[9] Tito: mox, patre ac viro orbatam, ardentissime palamque dilexit, ut etiam causa mortis extiterit, coactæ conceptum a se abigere.[d] [23.] Occisum eum populus indifferenter, miles gravissime[e] tulit, statimque[10] 'Divum' appellare conatus est;[1] paratus et ulcisci, nisi duces defuissent: quod quidem paulo post fecit, expostulatis ad pœnam pertinacissime[2] cædis auctoribus. Contra Senatus[f] adeo lætatus est, ut, repleta certatim Curia, non temperaret, quin mortuum contumeliosissimo atque[3] acerbissimo acclamatio-

5 Sic Memm. Medic. 1. Vind. Dun. cum Edd. Beroald. Steph. Gryph. Casaub. Schild. Gron. Græv. post. et seqq. In ceteris *clinopalem.*—6 Codd. O. servant *divell.* cum Edd. vulgg. sed cum Guj. Heins. et man. doct. in ora Gryph. mutarunt Ern. Oud. et recentt. Tum *vulgariss.* præfert Torr. ex uno Cod. et ita dant Harlem. Ed. Ven. 1.—7 Haud aliter Memm. Dun. et Mss. tantum non O. cum Edd. primis, Steph. Græv. Schild. Burm. &c. Vulg. *devictus,* nisi quod *devictis* habeant Ven. Junt. Lugd. Arg. et Harlem.—8 *Renunciasset* Edd. Rom. Mox in iisdem et Periz. *corripuit.* Ordinem mutavit Oud. cum Memm. Medic. Dun. Polit. Vind. Cuj. Cort. Al. *ultro corr.*—9 Cort. et Camp. *tunc.* Vind. 2. *patre viroque.* Infra *fuerit* Edd. Rom. pro *exstiterit.*—10 Vulg. additur *eum* ante *Divum,* qua voenla carent Vind. Fouc. Polit. Cort. sive Lys. Harlem. sicut ejiciend. judicavit Burm. cui obsecuti sunt Ern. Oud. et al. Ceterum τὸ *eum* post *occisum* deletum insuper malit Ern. repugnante Wolf.—1 *Est* habent Memm. Medic. Polit. Vind. Cort. Edd. Steph. Græv. Gron. Burm. et recentt. In reliquis non habetur. Dein *nisi vires d.* Dun. Cuj. et pro v. l. in Medic. 2. Voss.—2 *Pertinacissimæ* Vind. 2. Cort. Dein *temperarent* Memm.—3 *Cont. et ac.* Fouc. *clamationum* Ed. Camp. Præbet Vind. 2. a m.

NOTÆ

referret, teste Plinio, ibid.

[b] *Develleret* [*divelleret*] Legunt alii *develleret.* Notum quid sit vellere.

[c] *Fratris filiam*] Juliam scilicet, quam Flavio Sabino, de quo supra c. 10. nupsisse refert Philostratus in vita Apollonii. Suetonius quidem supra c. 12. generum Titi commemorat, sed non addit nomen.

[d] *Abigere*] Quod factum insectatur Juvenal. Sat. I. 'Cum tot abortivis fœcundam Julia vulvam Solveret, et patruo similes effunderet offas.'

[e] *Miles gravissime*] Propter aucta stipendia, c. 7. supra.

[f] *Senatus*] Quippe qui quotidie ad necem destinaretur, populus contra tulit indifferenter, quod in eum tyrannus præcipue non sæviret.

num genere laceraret: scalas[4] etiam inferri,[g] clypeosque et imagines ejus coram detrahi, et ibidem solo affligi juberet; novissime, eradendos ubique titulos,[h] abolendamque omnem memoriam decerneret. Ante paucos, quam occideretur, menses, cornix[i] in Capitolio elocuta est,[5] *ἔσται*[k] *πάντα καλῶς*. Nec defuit, qui ostentum[6] sic interpretaretur:

Nuper Tarpeio quæ sedit culmine cornix,
Est bene,[l] non potuit dicere: dixit, Erit.

Ipsum etiam Domitianum ferunt somniasse, gibbam sibi, pone cervicem, auream enatam, pro certoque habuisse,[7] beatiorem post se lætioremque portendi Reipublicæ statum.[8] Sicut sane brevi evenit, abstinentia et moderatione insequentium[m] Principum.

pr. *et ac contumeliarum*.—4 Conj. Casaub. legend. *scalis*. Tum *clipeos* sine *que* Cort. *affigi jub.* duo Pulm. Huls. Periz. Fonc. Vind. 2. Cort. Edd. Rom. Ven. 1. Bon. Junt. Lugd. Arg. *effringi* marg. Ant. Gryph.—5 *Est* deest Cop. In Edd. Rom. *ne def.* Dein Viterb. una voce auctior, *ἔσται ἤδη π. κ.* In Periz. omissis Græcis, additum, *cujus interpretatio est, erit semper bene*, et ita Ed. Rom. sed Græcis additis. In Sab. Bon. Lugd. post Græca subjicitur interpretatio. Aliæ habent in marg.—6 *Quod est*. Memm. unde Salm. *qui id est*. Infra *poterit dic*. et *gibberam* Cuj. *galbam* Medic. 1. Vind. 1. Fouc.—7 *Certo hab*. Cop. ac *lætioremq*. Periz. a m. sec. cum marg. Gryph.—8 *Rerum stat. publicæ* Memm. *stat. reip*. Medic. 1. 3. Polit. et *ev. brevi* Cop.

NOTÆ

[g] *Scalas etiam inferri*] Legendum *scalis* suspicatur Casaub. ut intelligantur scalæ Gemoniæ, in quas trahebantur damnatorum corpora. Sed hæc non videtur fuisse mens Suetonii, cum a nutrice in suburbano funeratum dixerit. Et certe scalis opus fuit, ad detrahendos clypeos, et imagines dedicatas, quæ appendebantur in loco sublimiori.

[h] *Eradendos ubique titulos*] Multa nunc quoque marmora Romæ, in quibus erasum Domitiani nomen.

[i] *Cornix*] Scribit Plinius cornicem Equiti Romano fuisse, quæ plura verba Græca exprimeret, atque alia crebro addisceret. Ac lib. x. avem eandem inauspicatæ garrulitatis esse.

[k] *Ἔσται*] *Omnia erunt bene.*

[l] *Est bene*] Nec enim vivente Domitiano faustum quicquam esse potuit, sed eodem mortuo, omnia læta erant futura.

[m] *Insequentium*] Nervæ, Trajani, et forte etiam Adriani, cui ab epistolis fuit Suetonius.

ERNESTII

EXCURSUS

AD

SUETONII CÆSARES.

EXCURSUS I.

AD JUL. C. 20.

Primus instituit, ut acta Senatus et populi diurna conficerentur.

Hic locus a quibusdam in suspicionem vel corruptionis vel erroris adductus est. Nos sanum esse, et a Suetonio originem actorum vere tradi, defendemus. Ac primum quidem magnam vim in ea re debet habere Suetonii auctoritas, in cujus virtutibus censetur cumprimis et diligentia in monumentis rerum gestarum investigandis excutiendisque, et in rebus posteritatis memoriæ tradendis fides: quas virtutes tanto quisque magis in eo agnoscit, quo magis ingenium ad eas intelligendas notandasque expolivit. Cum autem esset Magister epistolarum apud Hadrianum Imperatorem, habuit ille haud dubie facultatem summam publicarum literarum inspiciendarum, in quibus et acta Senatus populique numerabantur. Quare nullo modo credibile est, eum vera illorum initia aut ignorasse, aut vere tradere noluisse. Neque ulla, ut opinor, dubitatio de ea re cuiquam esset commota, nisi superiori sæculo prolata essent fragmenta quædam, ut putata sunt, actorum Senatus et populi, quorum alterum ad annum a condita Urbe Roma DLXXXVI. alterum ad annum DCXCII. pertinet, edita illa cum ab aliis, tum a Dodwello in Appendice Prælectionum Camdenianarum et multis notis illustrata, p. 665–691. Priorem quidem partem ad hunc Suetonii locum etiam Grævius exhibuit, haud alio sane consilio, quam ut Suetonii locum suspectum redderet. Est sane potentissimum adversus vel fidem vel integritatem scriptorum argumentum, quod a publicis rerum monumentis ducitur. Itaque, si fragmenta actorum ad illos annos pertinentium habemus, non dubitari potest, quin aut a vero aberret Suetonius, cum eorum confectionem primum a Cæsare Con-

sule a. U. DCXCV. institutam dicit, aut locus Suetonii aliqua corruptionis macula sit inquinatus. Sed salva res est, neque, vel illis fragmentis, vel alio idoneo argumento, demonstrari potest, actorum ætatem Cæsaris primum consulatum superare: sed contra multa in contrariam partem disputari possunt, quibus intelligatur Suetonii fides et confirmetur.

Nam primum, quod ad jactata illa actorum fragmenta attinet, quæ maxime Suetonio repugnant, ea haud dubie ab impostore aliquo sunt conficta. Ac mihi quidem fraudis suspicio primum injecta est e loco Livii, de Æmilio Paullo, XLIV. 22. 'Ab hac concione Latinis, quæ pridie Kalend. Apr. fuerunt, in monte sacrificio rite perpetrato, protinus inde et Consul et Prætor Cn. Octavius in Macedoniam profecti sunt. Traditum est memoriæ, majore, quam solita, frequentia prosequentium Consulem celebratum.' In fragmentis autem sic est: 'Pridie Kal. April. Latinæ celebratæ, et sacrificatum in monte Albano... Kal. April... Paullus Cos. et Cn. Octavius Prætor paludati egressi, ingente atque inusitata frequentia prosequente.' Comparare hoc fragmentum institueram cum Livii loco, ad eundem annum pertinente, ut inde argumentum pro Livii fide ducerem, si Livius cum hoc monumento consentiret. Sed, dum Livii fidem stabilire cupio, ecce fragmenti fides incipit labare. Illud quidem unusquisque facile intelliget conferendo, aut Livium hinc sua petiisse, aut hæc a Livio sumta: adeo non modo res, sed verba prope eadem reperiuntur. Sed mihi posterius longe propius verum videbatur, quod dictio fragmenti ætati Livianæ, quam belli Macedonici II. similior est. SCtum quidem Postumianum de Bacchanalibus duodeviginti tantum annis ante annum U. DLXXXVI. factum est. Ab ejus autem dictione tantum abhorret dictio fragmenti, ut nullo modo, tam brevi tempore post, scriptum esse possit. Sed cum semel res in suspicionem adducta esset, plura paulatim, ut fit, animadverti, quæ rem suspectiorem facerent: inprimis contorta illa Dodwelli ratio interpretandi utrumque fragmentum, et cum reliqua historia et antiquitate componendi: donec, e Dukeri ad Liv. XLIV. 18. admonitu, Wesselingii, τοῦ πάνυ, in Probabilibus, disputationem c. 39. legi, in qua ille pluribus argumentis, aliis tamen, quam quo primum motus fueram, fidem utriusque fragmenti convellit. Ea disputatio impulit labantem jam animum, præsertim cum eam etiam Dukero et Drakenborchio admodum probari viderem: neque quenquam fore arbitror, quin, ea lecta, in eandem sententiam concedat, eaque fragmenta fraudis condemnet.

Ego quidem arbitror, ne rationem quidem ullam probabilem excogitari posse, quare acta illis temporibus confecta sint. Habebant enim tum alium rerum publice gestarum memoriam conservandi modum, uti auctor est Cicero, de Orat. II. 12. Nam Pontifex Maximus res omnes singulorum annorum domi forisque gestas mandabat literis, earumque cognoscendarum populo potestatem dabat: iique Annales maximi sunt appellati. Quod cum ita sit, quorsum tandem etiam acta Senatus et populi confecta? Nam, quod Dodwellus, primum a scribis publicis acta illa conscripta, et ex his deinde Annales maximos a Pontifice confectos, putat, p. 652. 654. id totum sine idonea veteris scriptoris auctoritate sumitur, quia, acta jam tum fuisse, fragmentis spuriis creditur. Pontificem rerum publice gestarum adversaria habuisse, e quibus Annales digereret, facile largiar: sed ex actis, publica auctoritate

scriptis, Annales repetitos esse, id vero probari nullo modo potest. Hanc autem rationem conficiendorum Annalium usque ad P. Mucium Pontificem Maximum esse usurpatam, idem ille Cicero tradit, hoc est, ad medium prope seculum septimum. Fuit enim P. Mucius ille Pontifex Maximus aliquot annis demum post consulatum, qui in a. U. DCXXI. incidit, ut demonstrat Fr. Balduinus in Jurisprudentia Mucia, p. 63. ed. Hal. Quare vero omissus ille mos tum fuerit, haud equidem satis scio: neque tamen rem nimis a vero abhorrentem dixerit, qui putet, tumultus intestinos, qui tum Romæ fuerunt, tum forte etiam civilis belli, quod inter Marium et Syllam gestam est, turbas huic instituto prisco finem attulisse. Illud prope certum arbitror, Cæsarem revocare in consuetudinem voluisse rationem aliquam memoriæ publicæ retinendæ, eamque ob causam actorum Senatus et populi confectionem publicationemque instituisse, ut ea Annalium maximorum locum obtinerent.

Quodsi jam tum, cum illud Annalium per Pontificem conficiendorum institutum adhuc manebat, acta Senatus et populi publice perscripta sunt, qui fit, ut nemo omnium veterum historicorum ceterorumque scriptorum Romanorum uspiam eorum mentionem in rebus illorum temporum injiciat? ut nuspiam Polybius, nuspiam Livius, aut Dionysius, aut Plutarchus, aliive, commemorent, cum ceterorum, inprimis publicorum, monumentorum auctoritate utantur? Quid? quod mihi Cicero videtur, illo in loco, ubi usitatum olim memoriæ rerum gestarum publice retinendæ modum refert, non immemor futurus fuisse actorum, si eorum ætas ista tempora attingeret. Quare, cum solos Annales maximos commemoret, magno argumento est, acta Senatus et populi diurna antiquioribus temporibus conscripta et publicata non fuisse.

Sed hic exoritur quædam difficultas ex eo, quod etiam nulla actorum illorum mentio in veteribus libris, medio inter Cæsaris consulatum primum et Augusti imperium tempore, reperitur. Nam post illam, quæ fit in eo Suetonii loco, in quo vindicando disputatio nostra versatur, prima, si temporis ordinem sequare, quod ego quidem sciam, occurrit apud eundem, in commemoratione institutorum Augusti, Aug. c. 36. in quibus etiam hoc fuit, 'ne acta Senatus publicarentur.' Confecta tum esse acta, satis indicant Suetonii verba. Neque enim revocatam actorum conficiendorum consuetudinem, sed publicandi tantum morem omissum, tradit. Atqui ego non dubitem affirmare, actorum confectionem aliquamdiu ante bellum quidem civile intermissam fuisse. Movent me Ciceronis et Cœlii epistolæ duæ, paulo ante bellum civile, aliquot annis post primum Cæsaris consulatum scriptæ. Nam in altera, VIII. 1. Cœlius scribit, se Ciceroni in Ciliciam misisse Commentarios rerum urbanarum, suo jussu suaque impensa a privato homine confectos: in altera autem, II. 8. Cicero scriptorem illorum commentariorum reprehendit, quod res privatas minutasque, quas scire sua nihil interesset, consignarit. Quodsi tum mos actorum S. P. Q. conficiendorum publicandorumque manebat, quid est, quod non aut Cœlius hæc potius descripta Ciceroni misit, aut Cicero ea sibi mitti voluit? quid, quod Cicero, cum, ne ea quidem se a Cœlio scire velle, scribit, quæ quotidie in republica fiant, causam addit hanc, quod ea alii scribant, non, quod in actis publicis reperiat? Itaque etiam illa 'acta

urbana,' quæ se scribit habere, ad Att. vi. 2. non publica putanda, sed privatim, a servo aut liberto conscripta, quod ipse Dodwellus fatetur, p. 652. Mea quidem me conjectura eo ducit, ut putem, Cæsaris illi instituto factum esse id, quod aliorum popularium et optimatibus invisorum hominum, non modo institutis, sed etiam legibus, sæpe evenit, ut, magistratu ab ipsis deposito, negligerentur odio auctorum. Satis autem constat, ea cum invidia optimatium consulatum gestum esse a Cæsare, ut, statim a consulatu deposito, relatum sit, de actis consulatus ejus abolendis. Vide Cæs. c. 23. Jam nihil quidem de ea re decretum est per altercationes Senatorum; ceterum, quæ in potestate Consulum erant, ex quo genere actorum confectio fuit, ea omitti poterant, vel sine Senatus decreto. Neque mirandum est, si tum ejus institutum ab infensis Consulibus, nihilque ab eo timentibus, neglectum est, cum etiam Dictatoris leges, per absentiam ejus, a populo ei obnoxio contemtæ sint, ut ipse Cæsar queritur apud Ciceronem, ad Att. xiii. 7. Postea vero, quam secundum Consul factus, Dictatorque adeo creatus fuit, pristinum illud institutum suum in usum consuetudinemque videtur revocasse, ab eoque tempore actorum conficiendorum mos mansisse. Obstare videatur locus Ciceronis ad Div. xii. 23. ubi acta rerum urbanarum commemorantur: sed et hæc similia Cœlianis.

His lectis ac ponderatis, facile, arbitror, intellecturos omnes, non esse, quare aut Suetonii in origine actorum Senatus populique diurnorum fidem, aut vulgatæ lectionis integritatem in dubium vocemus, recteque teneri, quod a Suetonio accepimus, ut origo eorum actorum in primo Cæsaris consulatu ponatur.

EXCURSUS II.

AD JUL. C. 43.

Jus laboriosissime ac severissime dixit.

Non satis intelligunt vulgo homines, ne Juris quidem Consultos se jactantes, quid sit in veteribus libris *Jurisdictio*. Et iis quidem temporibus, cum libertas reipublicæ Romanæ maneret, quæ fuerit jurisdictionis ratio, perspicue et invictis documentis demonstravimus in Clave Ciceroniana: quam disputatiunculam valde, cum alii, tum, qui plurimorum instar est, Gesnerus probavit in Thesauro Latinæ Linguæ, nuper edi cœpto. Sed jurisdictionis ratio paulum mutata est sub Imperatoribus, signo semel a Cæsare dato. Itaque tenendum est, sub Cæsaribus *jurisdictionem* apud veteres *dupliciter* dici: *primum*, vetere illa, quam demonstravimus, potestate: velut, cum de magistratibus ordinariis, vel urbanis, vel provincialibus, dicitur: estque juris, quod vocant, ordinarii: cum aut ipsi decernunt ex edicto, aut judices dant: *deinde* nova quadam, cum infinita Cæsarum potestate invecta: eaque est juris extraordinarii; de quo egimus ad Claudium c. 15. De hac intelligendi scriptores, cum Cæsares, aut tribunitiæ potestatis consortes, jus dixisse, tradunt, velut Aug. c. 33. Claud. c. 14. Ner. c. 15. Domit. c. 8. Nempe arcanum hoc imperii fuit, ex omnibus generibus potestatis summa quæque et rem ipsam ad se trahere, levia

et nomina relinquere ordinariis magistratibus. Jam cum non dubium sit, quia magna reipublicæ, atque adeo potestatis, pars insit in rebus forensibus et exercendis legibus, vel jure dicundo, vel quæstionibus habendis; utramque rem suæ potestatis ac ditionis Cæsares fecere, ex instituto Julii Cæsaris et Augusti. Itaque in actu rerum (de quo diximus ad Claud. c. 15.) ponitur etiam *jurisdictio*: de qua e Suetonio dicemus.

Ac primum, quia Cæsar Prætoribus jurisdictionem antiquam reliquit, Augustus et successores eandem magistratibus ordinariis reliquere, sequitur, ad Cæsaris jurisdictionem ab initio et proprie tantum ea pertinuisse, 'in quibus a magistratibus ordinariis ad eum provocatum esset:' quod etiam postea obtinuit. Vide Aug. c. 33. Itaque in civilitatis documentis commemorat Suetonius de Caligula, c. 16. quod 'magistratibus liberam jurisdictionem, et sine sui appellatione, concessit:' item, de Tiberio, sub initium principatus, c. 31. 'cetera quoque, nonnisi per magistratus, et jure ordinario, agebantur.' Quo tempore adeo Tiberius et Caligula jus non dixerunt. Denique in Augusto, c. 33. quod 'appellationes urbanorum litigatorum Prætori urbano, provincialium, Consularibus, provinciæ cuique præpositis, delegavit.' Atque hæc est proprie dicta jurisdictio Cæsarum, eaque ad causas privatas pertinebat. Sic sumitur *jurisdictionis* verbum in Nerone, c. 15. ubi a cognitione distinguitur. Sic porro in Domitiano, c. 8. Nam exempla subjecta sunt causarum privatarum: de cognitionibus post agitur, extremo capite.

Sed factum est etiam causarum, et privatarum et publicarum, discrimen, ut aliæ juris ordinarii essent, agerenturque apud magistratus ordinarios, apud quos de more antiquo agerentur: aliæ juris extraordinarii, de quibus Cæsares cognoscerent. Hinc *cognitionum* crebra mentio, ita ut a jurisdictione Cæsarum distinguatur. Sic Claudius, c. 14. 'jus,' dicitur, 'et Consul, et extra honorem, laboriosissime dixisse:' mox, 'in cognoscendo varius fuisse,' c. 15. Similiter distinguuntur, Ner. c. 15. In Domitiano porro, c. 8. etsi non verbis, at re et loco. In Augusto contra, c. 33. manifeste jurisdictionis nomine cognitiones comprehenduntur, ut exempla subjecta docent. Nam post verba, 'dixit autem jus non diligentia modo summa, sed et lenitate,' id confirmat Suetonius exemplis reorum de parricidio et falsi crimine: quæ non sunt jurisdictionis proprie sic dictæ, sed quæstionis. Jam in loco Cæsaris, non dubito, quin similiter eo verbo cognitio comprehendatur. Etsi enim exemplum subjectum sit jurisdictionis proprie sic dictæ, tamen Cæsarem etiam de quibusdam causis cognovisse, vel Ligariana causa docere potest.

EXCURSUS III.

AD JUL. C. 45.

Usum lato clavo ... super eum cingeretur.

MAGNA est difficultas in eo, quod Cæsar 'super latum clavum cingi' dicitur solitus. Nam Rubenius aliique capiunt de cingulo, quo ille tunicam constrinxerit, quod alii non fecerint. Grævius autem de præcinctione togæ

intelligit, et sic duabus tantum rebus notabilem et diversum a vulgari consuetudine cultum facit, nempe tunica manuleata et fimbriata, et cinctura togæ laxiori. Ceterum non diffitetur, 'super tunicam cingi' esse inusitatum loquendi genus; neque apparere, quare hac cinctura super tunicam notabilis fuerit, cum omnes laticlavii super latum clavum cingerentur. Burmannus autem nihil nobis hic suæ animadversionis dedit. Est haud dubie probanda Græviana ratio in eo, quod dupliciter tantum Cæsaris cultum ut notabilem describi dicit, nempe modo tunicæ et modo ejus cingendæ, et quod illud 'cingeretur' de præcinctura togæ capit: idque manifestum est ex eo, quod verba, 'et quidem,' cogunt referri, 'laxiore cinctura,' ad 'cingeretur,' idque positum est pro adverbio 'laxius,' quod simpliciter ponere potuisset Suetonius. Denique Syllæ dictum necessario postulat hoc, ut de præcinctione togæ capiamus: alioqui ab re ipsa abhorreret. Restat igitur hoc unum, ut quæramus, quomodo illud 'super eum' explicari possit commode, ut aliquod genus cingendi intelligatur, quod discrepet a vulgari cingendi consuetudine. Forte sic cingebatur, ut tota, sive, ut Oudendorpio placet, prope tota, tunica tegeretur, nec latus clavus in pectore cerneretur. Nam alioqui sic cinctos fuisse certum est, ut clavi cerni possent. Quorsum enim lauti homines valde latos fecissent, ut est apud Ciceronem, si cerni non possent, sed toga toti tegerentur? Si ergo sic cingi solitus est, ut ea pars lati clavi atque adeo tunicæ, quæ vulgo aspectui pateret, cinctu tegeretur, recte sane dici potest, super latum clavum cinctum fuisse. Sed hoc doctioribus in hoc genere judicandum relinquimus.

EXCURSUS IV.

AD JUL. C. 46.

Tessellata et sectilia pavimenta.

BREITINGERUS, Vir doctissimus, e Vitruvii VII. 1. ostendit, ea non, nisi crustularum figura, distincta fuisse: *tessellata* fuisse structa quadratis: *sectilia* autem variarum figurarum crustulis. Ab utroque autem musivum opus distinguit, idque nunquam in pavimentis, sed in cameris, usurpatum dicit. De tessellatis et sectilibus adjuvatur nominibus ipsis. Nam tesseræ lusoriæ sunt quadratæ, earumque angulos facit Vitruvius omnes æquales. Sectilibus autem Vitruvius attribuit trigona, rhombos, hexagona. Sed multa tamen contra dici possunt. V. g. tesserulæ sunt in opere vermiculato, ut patet e versu Ennii apud Cic. Or. III. 43. Sed in vermiculato opere sunt effigies et animalium, Plin. XXXV. 1. Eæque tesseræ post sub Claudio etiam cœpere pingi, Plin. l. c. modo sile marmoroso, XXXIII. 12. modo sinopide, XXXV. 6. etiam purpura, ibid. 7. Vermiculatum opus autem olim pavimentum fuit, unde etiam apud Murat. Inscr. T. I. p. 314. 2. 'vermiculum straverunt:' sed in parietes post migravit Plin. l. c. idque haud dubie est opus musivum. Æqualitas autem angulorum, quam in tessellis requirit Vitruvius, non statim arguit figuram quadratam: nam etiam trigonorum et hexagonorum æquales anguli esse possunt. Itaque, ut nunc quidem est, maneo in

Græviana sententia. Ceterum idem Breitingerus recte monet p. 62. ista pavimenta circumlata esse a Cæsare, ut inde et prætoria sternerentur, et fierent lithostrota ad tribunalia, quale memoratur apud D. Joannem XIX. 3. Appian. B. C. III. p. 173.

EXCURSUS V.

AD OCTAV. C. 31.

Pompeii quoque statuam contra theatri ejus regiam, &c.

'REGIAM' theatri Pompeiani quam dicat Suetonius, non convenit inter Interpretes. Recte rejecit Casaubonus Torrentii sententiam, qui interpretabatur ipsum theatrum, regale opus. Nam sic positus illius statuæ satis definitus non esset. Casaubonus dicit, præter alia magnifica opera, theatro circumdata, etiam additam domum magnificam, quæ 'regiæ' nomine affecta sit. Quod ego ne intelligo quidem. Qualis enim illa domus, cui usui, quis habitaret? Nihil tale in descriptionibus theatrorum occurrit. Ergo interpretati sumus, post alios veteres Interpretes, 'basilicam.' Cujus interpretationis jam rationem reddemus. Maximus ornatus theatrorum extrinsecus accessit a porticibus altis et spatiosis, et columnis marmoreis suspensis. Eæ, quia olim regum palatiis ornandis additæ, 'basilicæ' dictæ. Zosimus quidem, v. 2. Rufinum, tradens, plebis demulcendæ causa ædificasse magnificentissimam 'basilicam,' appellat βασιλικὴν στοάν. Nummi autem, qui basilicarum formam exhibent, nihil nisi porticuum speciem exprimunt. Talis ergo porticus sustinebat, ut opinor, extrinsecus ædes impositas gradibus theatri Pompeiani, et propter inusitatam altitudinem magnificentiamque 'basilica,' sive 'regia theatri' dicebatur. Etiam apud Plinium Ep. X. 48. sunt 'basilicæ circa theatrum.' Ad certam quidem partem theatri fuisse, illud indicat, quod Suetonius locum statuæ, Pompeio positæ, ita designat, ut e regione basilicæ fuisse dicat. Qui locum Plutarchi in Pompeio p. 648. laudarunt, ut *domum* inde exsculperent, aut non inspexerunt locum, aut non intellexerunt. Nam, quæ ibi commemoratur domus, est ea, quam sibi post exstructum theatrum ædificavit. Nam addit Plutarchus, fuisse quidem lautiorem ea, quam ante habitasset, sed tamen mediocrem, nec invidendæ magnificentiæ, idque dicto ejus probat, qui post Pompeium habuit. Contra mirifice nostram sententiam adjuvat locus, qui laudatur ex Asconio ad Cic. Or. pro Scauro: 'In hujus domus atrio fuerunt quatuor columnæ marmoreæ, quæ nunc esse in regia theatri Marcelli dicuntur.' Hic vides etiam alia theatra, v. c. Marcelli, regiam habuisse; deinde in ea fuisse columnas marmoreas, quæ manifeste porticum indicant. Etiam Statius Sylv. I. 1. 22. basilicam Paulli 'regiam' vocat: 'belligeri sublimis regia Paulli.'

EXCURSUS VI.

AD OCTAV. C. 47.

Provincias validiores... ipse suscepit, &c.

STRABONIS lib. XVII. extr. verba de hac re Latine ex nostra interpretatione sic habent: nam in vulgatis pessime aliquot locis versa sunt: *Ab initio fecit* duas consulares *provincias*: Africam *quidem, quoad est sub Romanorum potestate, excepta nempe ea, quæ ante Jubæ, nunc Ptolemæo filio, paret*: *et* Asiam, *intra Halyn amnem, et Taurum montem, exceptis Galatis et gentibus Amyntæ parentibus, Bithynia insuper et Propontide.* Decem *porro* prætorias *fecit*. *In Europa quidem et circumjectis insulis, primum Hispaniam ulteriorem ad flumen Bætim et Anam: deinde Galliam Narbonensem: tertiam Sardiniam cum Corsica: quartam Siciliam: quintam et sextam Illyricum, quod est finitimum Epiro, et Macedoniam: septimam Achaiam ad Thessaliam usque, et Ætolos, et Acarnanas, et quasdam Epiroticas gentes, Macedoniæ finitimas: octavam Cretam cum Cyrenaica: nonam Cyprum: decimam Bithyniam, cum Propontide, et quibusdam Ponti regionibus. Reliquas provincias habet Cæsar, in quarum nonnullas mittit præsides e Consularibus, in nonnullas e Prætoriis, in nonnullas denique etiam ex ordine equestri.* Dio autem lib. LIII. p. 503. *Senatui populoque Africa, Numidia, Asia; et cum Epiro Græcia, Dalmatia, Macedonia, Sicilia, Creta, Cyrenaica, Bithynia cum Ponto finitima, Sardinia et Bætica, datæ sunt. Cæsaris autem factæ Hispaniæ, quod reliquum erat, ut Tarraconensis et Lusitania, tum omnis Gallia, Narbonensis, et Lugdunensis, et Aquitanica, et Celtica, cum iis populis, qui eorum coloni essent. Nam Celtæ quidam, quos Germanos vocamus, omnem Celticam Rhenanam obtinentes, fecerunt, ut Germania diceretur: superior, quæ est ad Rheni fontes, inferior, quæ usque ad Oceanum Britannicum extenditur. Hæ igitur provinciæ, et Cœlesyria, et Phœnice, et Cilicia, et Cyprus, et Ægyptus, Cæsaris fuerunt. Postea vero Cyprum et Galliam Narbonensem populo reddidit, pro iisque Dalmatiam sumsit.* Qui hæc duo loca inter se conferent, non omnino inter se consentire reperient: cujus rei causa est mutatio provinciarum subinde facta. Sed hæc accuratius exequi non est jam instituti nostri.

EXCURSUS VII.

AD OCTAV. C. 58.

Patris patriæ cognomen, &c.

REM, quæ hic traditur, factam esse Non. Febr. in eo, auctore Ovidio in Fastis, omnes consentiunt. Confirmat etiam nobilis inscripto apud Gruterum p. 136. n. 2. in qua tamen mensis non exprimitur. Nam sigla N. non significat *Non.* sed *Nefastum* diem, ut docet Perizonius Anim. Hist. p. 313. Sed de anno ambigunt. Vulgo referunt ad a. U. DCCLVIII. Quare? quia eo

anno Messala Consul fuit. Quæ ratio imbecilla est. Nam etiam a. U. DCCLI. nomen Messalæ in Fastis occurrit. Sequenda est igitur inscriptio laudata, quæ factum esse docet Augusto XIII. Consule; qui consulatus incidit in a. U. DCCLII. Vide plura apud Perizonium l. c. Non autem video, quare necesse sit, statuere, Messalam, Consulem, Senatus nomine Patris patriæ nomen Augusto detulisse, cum taceat Suetonius. Quia ipse Augustus Consul erat, res potuit a Senatu mandari superioris anni Consuli, qui orator esset. Sed alia est inscriptio apud Gruterum p. 226. n. 6. laudata a Casaubono ad h. l. in qua Augustus Cos. XI. Pater Patriæ dicitur. Casaubonus putat, eam inscriptionem emendandam, aut falsam judicandam esse. Sed, scilicet, de hac inscriptione idem dicendum, quod de nummis, qui Pater patriæ nomen habent ante a. DCCLII. nempe, privatorum adulationem, vel pietatem esse, non autem decretum publicum Senatus. Sæpe hoc in Imperatoribus, etiam Germanicis, factum est, ut vel honoris vel consuetudinis causa iis a privatis aut imperitis tituli tribuerentur, qui iis proprie non conveniebant, quosque ipsi non usurpabant. Exemplum præbent nummi Vespasiani majoris, in quibus, statim initio imperii, reperitur cognomen Patris patriæ, quod tamen, auctore Suetonio c. 4. sero recepit. Inprimis provinciales solebant Imperatoribus titulos tribuere, quos superiores Imperatores usurparant, cum ipsi non ascivissent. Ex quo genere sunt, ut Pagio placet, Inscriptiones provincialium, quæ Constantino M. pontificatum m. tribuunt, quem ille non assumsit. Vide Pagii Crit. Bar. ad a. III. (Plures errores sunt in posteriore parte hujus animadversionis, recteque de ista inscriptione ap. Grut. judicat Casaubonus. *Wolf.*)

EXCURSUS VIII.

AD OCTAV. C. 74.

Acroamata.

DE *Acroamatis* dicere quædam statuimus, quia nobis videntur Viri docti nondum satis justis finibus descripsisse vim hujus verbi. Ac primo *negamus* id, quod plerisque video placere, nuper etiam Gesnero, in Thesauro Linguæ Lat. 'acroama Latinis dici de re.' Omnia exempla usurpati hujus verbi, quæ in illo ditissimo Thesauro reperiuntur, manifeste sunt de personis. Manutius ad Ciceronem pro Sextio c. 54. ut doceat, de re dici 'acroama,' affert locum Ciceronis pro Arch. c. 9. qui locus plane contrarium docet. Nam Themistocles interrogatus, 'quod acroama' libentissime audiret, respondet: *a quo* sua virtus optime prædicaretur. An hoc de re capiendum? Non: sed de homine. Profert deinde locum ex Aristotelis Ethicis, ubi ἀκρόαμα et ὅραμα junguntur, de rebus jucundis auditu et visu. Sed primum non quæritur, quomodo in philosophia ἀκρόαμα dicatur, sed quomodo in usu populari et quotidiano, apud historicos, oratores, et poëtas; deinde, de Latina consuetudine maxime. Nam apud Græcos ἀκρόαμα etiam de rebus dici, non ignoro. Xenophon etiam in Hierone ἥδιστον ἀκρόαμα vocat laudem, quam in Memorr. Socr. I. 1. ἥδιστον ἄκουσμα vocat. Sed Latini similiter 'acroama' non

usurpant. Ego quidem, etsi diligenter attendi, nullum adhuc locum invenire potui, ubi de re dictum sit. Manebit itaque id, quod posuimus, dum exempla idonea proferantur. Isidori autem auctoritas apud me nihil valet contra perpetuum usum bonorum scriptorum. Sunt igitur *acroamata, quicumque sive in theatro, sive in convivio, voluptatis causa, audiuntur*, musici omnes, et scurræ, moriones, qui cantu nervorum, tibiarum, et vocum, facete ridiculeve dictis, recitatione etiam aliqua, delectant aures. Hæc manifesta sunt exemplis a Viris doctis ad h. l. et in Lexicis prolatis. Hoc nostro loco 'acroamata' Gesnerus interpretatur de musicis: non male, quando satis evidens est in hanc rem locus Macrobii Saturn. II. 4. Sed ex eodem loco patet, etiam alia genera acroamatum interposita fuisse, velut scurras, similesque homines, quos hic quoque intelligendos puto. Atque de hoc posteriori genere capio etiam 'festivum acroama,' quod e convivio corollarium aufert apud Ciceronem Verr. IV. 22. Probat hæc Oudendorpius, qui et laudat Intt. ad Eginhardum Vit. Caroli M. c. 24. (Hæc multo doctius erant deducenda: aliquid etiam falsum inest. Nam apud Ciceronem quidem p. Arch. c. 9. verbum valet Græco usu, quo Xenophon et alii *semper* de *re* dicunt ἀκρόαμα et ἄκουσμα. Scriptum enim sic est: 'Quod acroama *aut cujus vocem* libentissime audiret..... *Ejus, a quo*,' &c. Adde, quod ex Themistoclis, i. e. Græci hominis, verbis hæc Latina facta sunt. *Wolf.*)

EXCURSUS IX.

AD TIBER. C. 16.

Delegatus pacandæ Germaniæ status, &c.

In hujus loci Latinitate primus hæsit Casaubonus, quod putaret, dicendum, *delegatus pacandus Germaniæ status*, aut, *delegatus pacando Germaniæ statui*. Burmannus, secutus hujus auctoritatem, negavit hæc Latina esse: non *statum delegari*, sed *munus, negotium status componendi*, vel *pacandæ Germaniæ*. Itaque conjicit: *data rursus tribunitia potestate in quinquennium, delegatus Germaniæ pacandæ statim:* quodsi cui displiceat, jubet posteriorem Casauboni emendationem sequi. Videamus, quid rei sit. Burmanni emendatio duabus de causis probari non potest. Nam primo Suetonius vult commemorare honores habitos Tiberio. In his primo loco ponenda erat tribunitia potestas iterum data: subjecit potestatem extra Urbem: denique missos ad eum legatos, tanquam ad collegam imperii. Non igitur locum habent isti ablativi 'data potestate;' deinde illud 'statim' frigidissimum est. Atque etiam elegantia quædam perit, si probemus illud Casauboni *delegatus*, scil. Tiberius, *pacando Germaniæ statui*, sublata similitudine membrorum, quam Latini elegantiores et Suetonius curiose sequuntur. Neque necesse est, eam relinqui, Latinitatis causa. Nam, quicquid Burmannus dicat, *res ipsa* non minus potest *delegari*, quam *munus, et negotium rei curandæ:* in qua forma *delegare* est *permittere, attribuere*. Id his exemplis intelligitur. In XII. Tabb. 'pecunia delegari' dicitur de solutione pecuniæ. Cicero pro Dom. c. 7. 'Delegavi amico locupletiori,' scil. Pompeio: quidnam? 'frumenti copiam et annonæ

vilitatem,' quæ petebatur a Cicerone: nam hoc ante dixerat; h. e. munus frumentariæ rei et vilitatis efficiendæ. Liv. x. 19. 'Omnis rei bene aut secus gestæ decus aut dedecus ad L. Volumnium delegatum,' h. e. translatum, Volumnio permissum, attributum. Porro, quoties 'bellum' dicitur alicui 'delegari' apud Livium et alios, pro cura belli? Quodsi 'homo occidendus delegari' potest, Calig. c. 57. h. e. negotium hominis occidendi, cur non et *status pacandus?* Itaque adeo non hæsit in hujus loci Latinitate magnus Gronovius, ut ad eum potius conformare tentarit locum Livii xxix. 20. ubi vide. Sed difficultas est quædam, quod non negandum in eo, quod dicitur 'status Germaniæ pacandæ:' nam 'status componi,' 'pacari' dicitur, non 'status pacandæ Germaniæ.' Itaque probem primam illam Casauboni conjecturam, *pacandus Germaniæ status:* nisi forte ὁμοιοτέλευτα fugiens Suetonius sic dixit, de more poëtarum, quibus nil frequentius tali modo loquendi, ut sit sensus: 'permissus est ei status Germaniæ, ut eam pacaret.' Ovid. Fast. IV. 739. 'Et tegat ornatas longa corona fores.' Coronæ ornant fores nondum ornatas. Ergo longa corona tegit fores, ut sint ornatæ, ornandi causa. Etiam in Cæsare Suet. c. 20. dixit: 'locatio novorum vectigalium,' pro, locatio nova vectigalium. In Claudio quoque c. 29. 'datorum officiorum codicillos' possis capere pro, datos officiorum codicillos.

EXCURSUS X.

AD TIBER. C. 26.

Tertium . . . . usque in Idus Maias.

Hic locus dupliciter reprehenditur a Viris doctis. Primum ex Inscriptt. Grut. xxvi. 9. ubi sacrificium dicitur factum xii. Kalendas Mai. Germanico Cæs. ii. Lucio Seio Tuberone Coss. a. U. dcclxxi. Nam Germanicus habuit in consulatu ii. collegam Tiberium Cos. iii. Ergo, aiunt, Tiberius tertium consulatum non potuit ad Idus Maias gessisse, si ei Tubero jam ante Kalendas Maias suffectus fuit. Unde Cuperus legi volebat, *usque in Idus Martias:* vide Almelov. Præfat. ad Fastos, et Burmann. ad h. l. qui se vehementer torquet in hac difficultate tollenda, eamque doctioribus tollendam relinquit; sibi enim non satis liquere. Sed tota illa difficultas commentitia est, et ita inanis, ut mirari satis nequeam, quomodo ea in mentem venire tam doctis Viris, aut quomodo eam non facile tollere potuerint. Nempe hic manifeste sermo est de tertio consulatu in principatu gesto, qui est quintus numero, gestus a. U. dcclxxxiv. cum Sejano, de quo agitur c. 65. Ille autem tertius, quem cum Germanico Cos. ii. gessit, est primus in principatu susceptus, paucis, ut ait Suetonius, diebus gestus, et quidem a Kalendis Januar. adeoque illo ipso mense depositus. Altera difficultas movetur ex Inscriptione Nolana apud Gruterum p. 1087. n. 1. a Norisio in Ep. Consul. p. 404. (T. xi. Thes. Ant. Græv.) ubi Tiberio Cos. v. suffectus dicitur Faustus Cornelius Sylla vii. Idus Maias. Pagius ad h. a. putat, Suetonium Idus absolute ponere, ut fit a scriptoribus medii ævi. Id recte repudiat Grævius, qui numerum apud Suetonium excidisse putat. Si a Suetonio est vulgata lectio,

major esse debet ejus, quam lapidis, auctoritas: neque debet cum Norisio erroris argui: quippe ille inspexit fastos publicos, quorum unica fides. Adjuvatur etiam hoc, quod suffecti Coss. fere Kalendis, Nonis et Idibus, rarissime diebus intermediis, nisi forte mortuo aliquo Consule, inierunt magistratum. (Etiam hoc mutatum est sub Principibus; nihilque verisimilius, quam notam *VII.* post *IN* excidisse. *Wolf.*)

EXCURSUS XI.

AD TIBER. C. 34.

Tresque mullos, &c.

Burmannus videtur hunc locum ita cepisse, quasi singuli mulli xxx. millibus emti sint: quod esset sane incredibile. Tres mulli ab aliquo ganeone hac summa emti sunt, ut in singulos dena millia convenirent. Atque hæc summa non est incredibilis. Nam si pretium a quinque millibus potuit augeri ad octo millia, cur non etiam ab octo millibus ad decem? Quod ad dubitationem e Tacito motam attinet, ibi etiam 'familiæ' mentio fit, quæ hic nulla est. Ergo Tacitus potuit etiam annonam omittere, quam Suetonius memorat. Scriptores in talibus rebus non sunt nimis diligentes: nec opus est omnes species in talibus rebus commemorare. Sufficit genera tradi: delectus partium enarrandarum arbitrarius est: ideoque in harum una et item altera tradenda optimi scriptores in omni genere historiæ variant: neque is proprie dissensus dicendus est. Quanquam ibi Tiberius non queritur, sed Senatores: neque tum quicquam, de luxu moderando, decretum: ut adeo non de eadem re ac tempore apud Suetonium et Tacitum agatur. Atque etiam Suetonius diserte 'annonæ' et 'macelli' mentionem facit. Nam quod Burmannus putat, a verbo 'annonamque' novam periodum incipi videri, eamque ob causam legi posse *annonam quoque;* primo non necesse est, τὸ *quoque* substituere τῷ *que;* nam etiam hoc initio periodi stare potest, et sæpe cum ab aliis, tum a Suetonio ponitur, ut ad Neronem c. 38. docebimus: deinde etiam novum verbum requireretur, a quo sustineretur 'temperandum.' Nunc manifestum est, e Suetonii mente, Tiberium, conquestum de pretiis Corinthiorum et mullorum, censuisse, modum supellectili adhibendum, et annonam macelli 'temperandam' quotannis, h. e. ad formulam certam et moderatam redigendam. (Conf. item, quæ Ernestius monuit ad Tac. Ann. III. 52. *Wolf.*)

EXCURSUS XII.

AD TIBER. C. 33.

Kalendis Juliis.

Omnis res pecuniaria alligata erat Kalendis mensium: unde etiam usuræ, locaria et similia pecuniarum genera ad menses computabantur, cum apud nos ratio annua obtineat. Itaque pecuniæ sub usuris locatæ Kalendis.

Horat. Epod. II. extr. Opera ædificanda locata, et conducta Kalendis, et exacta iisdem, non secus ac pecuniæ: aut, si quid dilationis daretur, Nonis, Idibus: vide Cic. Verr. I. 56. Vectigalia locata a Censoribus Kalendis, et quidem Martiis, ut patet e Macrob. Saturn. I. 12. Etsi autem tantum mensis Martii mentio l. c. tamen analogia moris Romani et censorii, Kalendis factum, suadet credere: nisi, quod l. XV. Digest. de publican. Iduum Martiarum mentio fit, Idibus potius id factum, quia etiam Consules, qui eodem mense quondam dicuntur magistratum auspicati esse, Idibus Martiis auspicati sunt, Liv. XXIII. 20. XXVI. 1. XXVII. 7. Fundos porro et prædia rustica Kalendis locata et conducta, Brummerus docet Diss. de Locatione et Conductione. Jam, quod ad locationes ædium separatim attinet, cum non credibile sit, in singulos menses esse conductas, propter periculum subito emigrandi, quod menstrua ratio afferret, ei rei dictæ sunt Kalendæ Juliæ, vel solæ, vel cum Januariis; quæ sunt duo utriusque semestris initia. Sed Kalendarum Januariarum nulla in hac re mentio, nec eæ, propter plures causas, inprimis illius temporis frigus, aptæ huic rei. Kalendæ autem Juliæ videntur delectæ esse, siquidem consilio res constituta est, quod tum feriæ publicæ propter messem. Ceterum potuit accidere, subitis et inopinatis causis, ut modo citius, modo tardius ædes locarentur: semper tamen dies Kalendarum servatus.

EXCURSUS XIII.

AD TIBER. C. 37.

Abolevit et vim moremque asylorum.

Quod dicunt, Suetonium errare, qui abolita asyla omnia tradat, cum Tacitus Ann. III. 60. modum tantum præscriptum doceat, haud dubie ex actis publicis; in eo aliter sentio. Quomodo enim potuit Suetonius, tam diligens scriptor, errare in re ea, quam non minus, quam Tacitus, posset ex actis cognoscere, qui etiam Tacitum in manibus haberet. Atque si alteruter erravit, quæ est causa, quare Suetonius potius errasse, Tacitus potius, quam Suetonius, acta consuluisse dicatur? Sed Viri doctissimi non satis attenderunt ad Latinorum consuetudinem loquendi. Nempe, etiamsi non omnia asyla omnino abolita, ita tamen jus illud coërcitum, ita ad res paucas restrictum, iis denique conditionibus astrictum, ut nemo fere auderet jus illud usurpare, idque adeo pro abolito haberetur. Nomen asyli igitur relictum erat templis, 'vi ademta:' nec aliud Suetonius abolitum dicit, quam 'vim asylorum.' Exemplum simillimum est in tribunatu plebis vetere. Eum sublatum fuisse dicunt scriptores veteres a Sylla, restitutum demum a Pompeio, lege, quam tribunitiam Cicero vocat. Atqui Sylla tribunatum ipsum non sustulit, sed, merum nomen ut esset, fecit, 'vi ademta,' ut loquitur Livius in alia re simili I. 17. sive, 'imago sine re,' ut Velleius de hac re dicit, II. 30. Nam eum modum potestatis tribunitiæ fecit, ita in paucis rebus intercedendi potestatem Tribunis reliquit, ut vix auderent Tribuni plebis intercedere in ulla re, ne contra legem Corneliam intercessisse,

etiam per calumniam, arguerentur, ut accidit Opimio apud Ciceronem, Verr. I. extr. Itaque sublata vis et mos tribunitiæ potestatis vere dici poterat, etsi Tribuni plebis essent nomine. Similiter ergo, cum asylorum nonnullorum nomen superesset, usurpareturque, tamen recte a Suetonio dici potuit Tiberius, 'vim' pristinam asylorum, et 'morem' juris asylorum in quacumque re usurpandi abolevisse. Idem statuit Oudendorpius. (Nempe, nihil pugnat Suetonius cum Tacito, si apud illum legamus *vim*, quod multi et probati codd. habent: secus est, si retineas *jus*, quod ab Ernestio in utraque editione relictum erat, etsi in hujus Excursus titulo veram lectionem secutus est. *Wolf.*)

EXCURSUS XIV.

AD TIBER. C. 41.

Decurias Equitum supplevit.

'DECURIAS judicum' intelligi monuimus in nota ad h. l. Eam sententiam latius explicabimus, et simul ad dubitationes contra eam motas respondebimus. Primum igitur satis constat, 'Cæsareæ potestatis partem esse, judicum decurias recognoscere et supplere.' Itaque ea res 'actus rerum' Suetonio vocatur, et sæpe ab Imperatoribus facta commemoratur. Aug. c. 29. 'quo loco jam senior sæpe etiam Senatum habuit, decuriasque judicum recognovit.' Conf. c. 32. Claud. c. 15. 'cum decurias rerum actu expungeret,' &c. Conf. Tiber. c. 51. &c. Hinc statim concidit dubitatio Phil. a Turre (Monum. vet. Ant. p. 51.) repetita a Burmanno, quod judices lecti sint a Prætore. Nam id liberæ tantum reipublicæ temporibus factum est: posteaque jus illud ad Imperatores translatum. (Obiter etiam Jac. Gronovius refellendus, qui lectionem judicum olim censorium munus fuisse putat ad Tac. Ann. III. 30.) Jam nec illud negari potest, *Cæsares* etiam *Equites recognovisse*, potestate ac loco Censorum: diserte Suetonio tradente de Augusto c. 38. Calig. c. 16. Vespas. c. 9. &c. Ac de Equitibus quidem proprie 'centuriæ' dicuntur antiquiori Latinitate; sed tamen etiam 'turmæ' Aug. l. c. et 'decuriæ' apud Tacitum Ann. III. 30. Nam ibi de Equitum recensu, non judicum, sermonem esse, inde patet, quod is tribuitur privato: nullum autem locum proferri posse arbitror, ubi decuriæ judicum a privato recognitæ dicantur. Unde fit, ut verba ipsa, 'decuriæ Equitum,' in se nullum argumentum in utramque partem suppeditent. Nam si quis vellet dicere, 'decurias' *judicum* dicendas fuisse, si de iis sermo esset, non Equitum, ei primum responderi posset, aut hoc, quia judices iidem Equites fere essent, decurias Equitum de judicibus dici potuisse; aut 'Equitum' verbum a glossatore adjectum. Sed neutro opus. Etenim etiam apud Tac. Ann. XIV. 20. extr. 'Equitum decuriæ' manifeste sunt de judicibus: 'An .... decurias Equitum, egregium judicandi munus, expleturos,' &c. Ergo, cum verba ipsa non sufficiant ad rem definiendam, aliud reperiendum est, unde dirimi causa possit. Primum ergo argumentum pro nostra sententia ducitur e verbo 'supplevit,' quod de Senatu et judicibus dici solet,

non de Equitibus, quorum certus numerus tum non fuit, ut mortuis aliis novi allegendi fuerint. In Equitum recognitione hoc maxime spectatur, utrum servandus quisque in ordine sit, an movendus. Itaque nec 'allegi' *Equites* dicuntur, sed Senatores et judices. Tiber. c. 51. Alterum argumentum hinc duci potest, quod Suetonius hic eas tantum partes imperii exercendi commemorare voluit, quæ maxime necessariæ essent, curarique, nisi ab ipso Imperatore, non possent. Atqui tale est judicum supplendorum negotium: Equitum recognitio privatis mandari potuit, ut vidimus. Tum quæ ratio esset, si de censorio illo munere dicere voluisset, quare non potius de Senatu ab ipso non lecto et suppleto, aut saltem de eo quoque diceret? Ita arbitror satis liquere, de judicum decuriis hic sermonem esse, non Equitum. Oudendorpius tamen vulgari opinioni adhæret, intelligitque Equites in usum rei militaris. Sed quis hoc docebit, Imperatores supplevisse Equites, qui e sociis essent? Quod porro dicit, non solos Equites judicasse, id est verum: sed tamen usus loquendi tulit, ut Equitibus simpliciter tribuerentur judicia. Sic idem Tacitus Ann. II. 35. 'ut absente principe Senatores et Equites possent sua munia sustinere.' Adde Plin. Hist. Nat. XXXIII. 2. (In eandem sententiam concessit Ruhnkenius. Sed nititur vulgaris ratio argumentis minime contemnendis: primum, quod Suetonius aliis omnibus locis, ubi de judicibus loquitur, *judicum* 'decurias' dicit, nusquam *Equitum;* deinde, quod illo toto capite agit de re militari, cujus curam minus impune quam judiciariæ abjicere talis princeps potuit: denique *suppleri* cur non dicatur pars exercitus, cum et legiones dicantur *suppleri?* Wolf.)

EXCURSUS XV.

AD TIBER. C. 46.

Comites peregrinationum expeditionumque.

'COMITES magistratuum provincialium' quondam, liberæ reipublicæ temporibus, dupliciter dictos reperio apud Ciceronem. Nam, interdum eo nomine intelligi video eos, qui cohortem prætoriam constituunt, præfectos, medicos, scribas, accensos, haruspices, præcones, ut omnes sciunt. Sed ab hoc genere comites hi Tiberiani originem ducere non potuerunt. Neque hinc orta illa, quæ interdum 'cohors Cæsaris' dicitur, v. c. apud Tac. Ann. VI. 10. Nam illud genus datum publice et ductum necessario habuitque publice constitutum salarium, neque in amicorum, sed ministrorum numero fuit. Sed comitum nomine etiam, et quidem magis proprie, dicuntur amici, propinqui, philosophi, grammatici, qui cum magistratu in provinciam proficiscuntur, ut cum eo habitent, cœnent, (unde c. 61. 'convictores Græculi,' quibus Tiberius maxime acquiescebat,) otiumque ejus suaviter fallant. Qui mos est valde antiquus. Nam qui Romæ, domi suæ, habebant alebantque doctos homines, inprimis philosophos et grammaticos rhetoresque, hi eos secum in provincias et expeditiones ducebant, ut alios doctos homines, amicos sibi et familiares. Sic Africanus secum comitem duxit Polybium et Panætium. In Cæsaris comitibus fuit Matius, nullo munere militari, sed

tantum consuetudinis cum eo habendæ causa. Sic 'Germanici comites et amici' sunt apud Tac. Ann. III. 13. In his fuere Vitellius, Veranius, &c. ibid. c. 10. Conf. Sueton. Ner. c. 5. Atque etiam privati, nobiles, et locupletes viri tales homines alebant, et peregrinantes secum in comitatu ducebant, non modo liberæ reipublicæ temporibus, sed etiam sub Cæsaribus, ut e lepido illo Luciani Dialogo patet, de mercede conductis. Ab hoc igitur genere nati et ex hoc genere sunt comites Tiberii, de quibus hic loquitur, non e priori illo, ut vulgo putant. (Vide Burmann. de Vectigal. P. R. p. 115.) Sic c. 56. Grammaticus dicitur e 'contubernio remotus.' Conf. c. 70. Augustus saltem, ut ex hoc loco facile colligitur, his comitibus suis salaria menstrua dedit, aliisque commodis auxit. Nam Julius Cæsar tantum fortuitis et arbitrariis commodis auxisse videtur. Tiberius, parcior, hoc omisit, et tantum cibaria, puta, frumenti certum modum, (Cic. Verr. III. 46.) dedit. Quod autem Tiberius tres comitum ordines fecit, id singulare est, nec perpetuum fuit. Nam satis, opinor, contextus docet, eum hanc distributionem fecisse tum demum, cum pecunia ipsis esset distribuenda, ne omnibus idem daretur: ea distributione autem facta, illud classium discrimen non mansisse. Tantum abest, ut cum Seldeno ad Marm. Oxon. p. 114. ab hoc instituto ductam credamus illam a Constantino institutam comitum in tres ordines distributionem, de qua Eusebius in Vit. Constant. II. 31. Sic judicat etiam Gothofredus l. I. Cod. Theod. de Comitibus et tribb. schol. p. 100. quem vide. Sed occurrunt etiam 'amici et cohortes amicorum,' ut dixi, *quæ non sunt peregrinationum et expeditionum*, sed *urbanæ et aulicæ*, de quibus Lipsius agit ad Tac. Ann. VI. 9. ubi tamen, ut alii, hæc duo genera confundit, etsi ex illis ipsis amicis urbanis comites lecti. Quod in his quoque ordines et gradus commemorantur, id non hanc vim debet habere, ut credamus, classes proprie sic dictas fuisse: sed est modus loquendi, quo etiam de privatis utimur et uti possumus. Quis enim omnes amicos suos eodem numero habet? et quis non alii plus credit alio? Itaque etiam Curtius ad Græcos, nominatim amicos Alexandri, illas aulæ Romanæ formulas traduxit, et 'cohortem primam amicorum,' et alia similia dixit: unde etiam de hominis illius ætate conjecturam capere licet. Atque etiam paulatim sub Cæsaribus mutatam rationem amicorum et comitum arbitror. Nam sub Vespasianis v. c. et sequentibus Imperatoribus amici et comites lecti sunt de Senatu, ut e Tito c. 40. patet, et ordine equestri: et fuere consilium quoddam principis privatum, quod in consiliis capiendis, in causis cognoscendis adhiberet, ut patet e Spartiani Adriano c. 18. ad quem videndus Salmasius, ut et ad Pollionis Macrinum extr. quo tamen melius distinxit duo illa genera comitum Casaubonus ad Spartiani eundem locum. Tales autem comites Tiberii fuisse non arbitror: sed tales, quales supra dixi, etsi ipse initium hujus rei postea videtur fecisse c. 55. nec doceri posse arbitror, eos temporibus illis e summis ordinibus lectos, et consilium privatum Tiberii fuisse. His animadversis, studiosi accuratius poterunt in isto loco de amicis, comitibus, et cohorte principum versari: qui nondum, quod sciam, satis distincte tractatus et expositus est.

EXCURSUS XVI.

AD TIBER. C. 72.

Castrensibus ludis.

Torrentius 'castrenses ludos' sic descripsit: qui a militibus, illic in statione positis, more castrensi, edebantur: scilicet, non ut dixisse aliqnid videretur, sed ne taceret omnino. Secuti Interpretes maluerunt plane tacere, forte, ut intellexisse viderentur, quod non poterant explicare. Ex sequentibus intelligas, 'venationem' fuisse. Nam 'arena' et 'aper' commemorantur. Hoc genus aptissimum castris. In Amphitheatro porro isti ludi editi sint necesse est, quia Tiberius edito loco sedet, atque inde spectat primum, deinde jacula mittit. Amphitheatrum quidem Atellanum commemoratur infra, c. 76. Potuit ergo etiam Circeiis esse. Ac video quidem, Nardinum commemorare Amphitheatrum castrense: sed quod Romæ fuerit, nempe in castris prætorianis, Romæ Ant. IV. 2. p. 157. in quo milites se putat cædendis bestiis exercuisse: sed de sola conjectura. Addit hos ludos aliquando Circeiis habitos, cum Tiberius ibi esset. Hoc, Italice dictum, non intelligens Borrichius, in Facie Urbis Ant. c. 7. Tiberium, ait, aliquando hos ludos transtulisse Circeios: unde exscripsit more suo, imperitus compilator, Pitiscus. Et Amphitheatrum quidem Romæ fuisse in castris prætorianis, credo et scio: mentio ejus etiam apud Herodianum. Claudius etiam ludos gladiatorios in castris prætorianis edidit quotannis, in memoriam accepti ibi imperii, ut Suetonius tradit in Claudio c. 21. sed primo, illud Tiberii jam ætate fuisse, dubitari potest; deinde, si fuit, Amphitheatrum quidem castrense dici potuit, sed non 'ludi' statim 'castrenses.' Sed in hoc quoque faciles simus, ut ludos omnes ibi editos ita dictos credamus: quid Circeii ludi castrenses? Nulla ibi castra. Statio militum parva ibi esse potuit, sed quæ nec castra ampla, nec Amphitheatrum haberet. Unde ergo ibi ludi castrenses? Facile quidem patet, istos ludos tum casu actos esse, non Roma eo translatos, quod injussu Tiberii fieri non potuisset. Hos ludos autem injussu ejus celebratos esse, manifestum est. Nam si per ipsum stetisset, nunquam tum ludi acti fuissent. Sed cum adventus ejus incurreret in ludorum dies, consulto iis interfuit, ne morbi suspicio esset. Fateor, mihi de his ludis non liquere. 'Militares ludos' a Severo natali Getæ datos, propositis præmiis, commemorat Capitolinus in Maximinis c. 2. Sed iis milites inter se more Romano armis certarunt, ut sequentia docent. (Recte, opinor, Oudendorpius et Ruhnkenius judicant, ludos hos tantum delectationis et otii fallendi causa actos esse a militibus stationariis, in foro Circeiorum arena sparso, adeoque temere hic fingi Amphitheatrum. *Wolf.*)

EXCURSUS XVII.

AD CALIG. C. 8.

Apud hybernas legiones, &c.

Contra Suetonium, pro Plinio et Tacito, acriter disputat Lipsius Excurs. 50. ad Tac. Ann. I. 41. ejusque rationes refellere conatur: parum, ut opinor, feliciter. Quædam e. c. videamus. Negat, vulgo non notos fuisse natales Caligulæ, atque ausum esse quenquam, in versibus tam impudenter mentiri. Respondeo: si vir gravis auctor esset, non faceret; sed hi versus sunt ἀδέσποτοι. Quid autem poëtæ non audent adulationis causa? quam impudenter in privatis mentiuntur! quanto plus ergo in principibus! Tacitus et Plinius, inquit, copiam et curam inspiciundorum actorum non habuerunt? Copiam quidem habuerunt: Suetonius maximam, ut qui publicas Cæsarum literas tractavit. Curam quidem, in hoc capite, non habuisse illi videntur, cessuri alioqui publicarum literarum auctoritati, si reperissent, in Germanici et Fonteii consulatu Antii natum Caium Cæsarem. Sed Tacitus quidem non scribit, quid ipse de natalibus Caligulæ sentiat, sed quid vulgus hominum dixerit, quod potuit propter multitudinem liberorum Germanici errare. Mittamus cetera, quæ pleraque sunt fingentis potius, quam docentis, ut: quid si eo anno ne quidem natus Caligula, sed paulo ante? aut paulo post? quid si absente patre in castris natus est, relicta in Germania Agrippina, partui vicina? quid si, quæ in actis de Caii natalibus scripta erant, ad alium pertinebant? Si talibus quæstiunculis velimus convellere auctoritatem et fidem diligentissimi scriptoris, qui ostendit, se de re ista summa cura quæsisse, nihil jam erit, quod non dubium reddi possit. Ecce vero, exoritur hic etiam Pagius Crit. Baron. ad a. C. XI. n. 3. qui Plinium quidem et Tacitum cum Lipsio, sed etiam Suetonium (quanquam non video qua in re, quando, quæ dicit, omnia in Lipsium potius et Plinium, quam Suetonium, conveniunt) hallucinatum scribit. Quomodo ergo? 'Caius alio,' inquit, 'in loco genitus, alio in loco natus. Incidit ejus natale in diem ultimum Augusti mensis, Germanico et Fonteio Coss. ideoque mense circiter Octobri anni antecedentis, quo Germanicus adhuc in Germania erat, procreatus est: sicque accurate Tacitus ait, hunc in castris genitum, et in contubernio legionum eductum. Ex quibus tamen verbis perperam infert Lipsius, existimasse Tacitum, in Germania Caium natum esse. Versiculi vero laudati neque ei, neque Plinio favent. In castris enim natus idem est, quod in castris genitus, quomodo eos divulgatos existimo, quibusque verbis eos Lipsius ipsemet exhibet.' Nova sane ista ratio, et mira. Ergo jam, non ubi nati illustres viri et principes, sed ubi concepti sint, commemorabitur ab Historicis et Poëtis? et vulgus conceptionis tempus computabit, ut in laudibus hominum commemoretur? Nihil vidi magis. Nihil dicam amplius. Nam vanitas rationis hujus per se patet. Atque etiam *genitos* apud Suetonium esse *natos*, aliis locis doceri potest. Tiber. c. 5. 'Servilii Isaurici, Antoniique consulatu genitum scribunt.' Ceterum quod actorum auctori-

tatem agnoscit, et Antii natum Caligulam statuit, recte atque ordine facit. Videtur autem Agrippina ibi potissimum parere voluisse, propter suavitatem et salubritatem loci notissimam. Manifestum sane est hoc, in actis duorum Caiorum natales proditos extitisse: alterius majoris Tiburi, alterius minoris Antii. Plures his duobus Caii, Germanici filii, non fuerunt. Constabat porro, Caligulam esse minorem Caium. Ergo sine omni errandi periculo videbat et credebat Suetonius, hunc esse Caligulam, qui Antii natus sit. Conferri etiam possunt, quæ super hac re pro Plinio et Lipsio dixit Rezzonicus Disquiss. Plin. T. I. p. 154.

EXCURSUS XVIII.

AD CALIG. C. 14.

Artabanus, Parthorum rex, &c.

INSIGNIS est h. l. negligentia Virorum doctorum in comparandis inter se scriptoribus. Primo Torrentius laudat Dionem lib. LIII. extr. ubi de Artabano quidem, sed de longe alia re, sub Tiberio gesta, sermo: quæ nihil huc pertinet. Ad Vitell. c. 2. porro, hanc rem copiose narrasse dicunt Josephum lib. XVIII. Sed ibi sermo est de re simili quidem, et a Vitellio itidem, sed sub Tiberio, gesta. Ad Josephi autem locum Spanhemii nota Usserium et Basnagium laudat, arguentes Josephum erroris in eo, quod dicat Augusti et Caii simulacris sacrificatum ab Artabano, idque sub Tiberio factum, cum Suetonius et Dio sub Caio factum tradant, fide digniores haud dubie auctores. Sed Dio hanc rem quidem attingit lib. XLIX. p. 661. addita etiam temporis nota, sed ut tamen manifestum sit, sermonem esse de re, sub Tiberio gesta, quam ipse lib. LVIII. p. 637. seq. ad Tiberii tempora retulerit. Unde mihi aliquando etiam suspicio orta est, locum illum in nomine Caii corruptum esse. Ceterum *εἰκόνες* apud Dionem non sunt *statuæ*, ut Interpres habet, sed illi ipsi, quos dixi, clypei e signis militaribus suspensi. Quod ad dissensum Josephi et Suetonii attinet, neuter videtur rem, uti gesta esset, aut ignorasse, aut, uti nosset, tradere noluisse. Itaque optimum fuerit, existimare, de rebus diversis loqui utrumque. Olim summis artibus precibusque Tiberii, a Vitellio invitatus, Artabanus ad ripam Euphratis et colloquium venit, in medio fluminis ponte, ubi etiam convivio excepti sunt ab Herode. Hoc tradit Josephus l. c. c. 4. nil amplius. Nunc autem, cum idem adhuc Vitellius Syriæ præesset, ultro venit, amicitiam petiit, ipsum flumen transiit, venitque in castra Romana, et signa adoravit. (Non profecto talis auctor est Josephus, ut ejus defendendi causa rem per se parum probabilem fingere oporteat. *Wolf.*)

EXCURSUS XIX.

AD CALIG. C. 17.

Primum consulatum ex Kal. Julii, &c.

PRIMA hic Burmanni dubitatio est, quare, cum mense Martio jam mortuus esset Tiberius, Kalendis Julii demum inierit consulatum: quam dissolvere ille non potuit. Ego solvendam puto sic, ut dicamus, Kalendas Julias solennes inprimis fuisse Consulibus suffectis, sub Augusto inprimis, ut non facile, nisi mortuo aliquo Consule, succederetur ordinariis, nisi Kalendis Juliis: id quod Fasti consulares planissime demonstrant. Causa autem ejus rei fuit hæc: quod eæ sunt initium alterius semestris, anno vulgo in duas partes diviso, propter quam causam etiam locationes et conductiones ædium hac die factas, vidimus Excursu ad Tiber. c. 35. Dio quidem lib. LIX. p. 644. diserte tradit, Caium noluisse, popularitate quadam, prius consulatum inire, quam semestre Consulum ordinariorum exiisset, additque, in tot menses iis consulatum datum fuisse: quod de more factum, dubitari nequit. Altera dubitatio nascitur e Claud. c. 14. ubi Claudius dicitur, 'novo circa principem exemplo, in locum demortui suffectus esse.' Sed hæc facillime tollitur. Nam primo, qui Kalendis Juliis sufficiuntur, non demortuo sufficiuntur, sed de more, a longo tempore recepto, ut Kalendis Julii alii Consules procedant, instituto illo ab Augusto propterea, ut honores cum plurimis communicarentur; quod illum de consilio Mæcenatis instituisse, e Dione discimus. Tum hic sufficitur Caius, non, currente imperio, sed initiis ejus, quæ ornari credebantur et illustrari suscipiendo consulatu. Non ergo fefellit Suetonium memoria in illo Claudii loco.

EXCURSUS XX.

AD CALIG. C. 17.

Ex omnibus duos novissimos conjunxit.

DIFFICILIS locus, quicquid statuas, sive, cum Petavio et Pagio, legendum *tres*, et alterum consulatum ponendum in a. U. DCCXCII. ut privati fuerint Consules a. U. DCCXCI. sive vulgatum serves, et alterum consulatum tribuas a. U. DCCXCI. Nam has partes si sequare, etiam duo primi conjuncti sunt, quicquid Torrentius dicat, hoc est, duobus continuis annis gesti. Sin sequare Pagium, Latinitas et sensus non videtur pati: *ex omnibus* (h. e. quatuor) *consulatibus, tres* (*tantum:* nam id jubet intelligere τὸ *omnibus*) *novissimos conjunxit.* Dixisset etiam fortasse *posteriores*, non *novissimos.* Atque hoc videtur ipse post sensisse Pagius. Nam cum in Dissert. Hypatica sic locum proposuerit: *ex omnibus tres novissimos conjunxit:* in Crit. Baron. ad

a. U. DCCXCII. dicit: Norisium in Epistola consulari probasse suam emendationem: *ex omnibus tres ordinarios conjunxit.* Sed ita manet difficultas in verbo *omnibus:* deinde frustra additur *tres*, qui numerus per se intelligitur, si ordinarius primus in a. U. DCCXCII. illigatur: denique, pro *duos novissimos* legere *tres ordinarios*, est vim facere. Itaque proclivis sum in hanc sententiam, ut legendum putem: *ex ordinariis duos novissimos conjunxit.* Ita Panvinii ordo Consulum manet, Latinitas recte se habet, et fecit Suetonius id, quod Burmannus eum facere debuisse dicit, ut consulatus Caii distinxerit in unum suffectum, et tres ordinarios. 'Ordinarius consulatus' est Galb. c. 6. Domit. c. 2. Quodsi cum Pighio, Pagio, aliisque Fastorum concinnatoribus et correctoribus, secundum consulatum, propter Dionis et antiquorum Fastorum auctoritatem, illiges a. U. DCCXCII. idque rectum esse constet, malim Suetonium lapsum credere, cum Petavio Doctr. Temp. x. 8. quod fieri potuit, quam aliquem sensum admittere, quem Latinitas non patiatur.

EXCURSUS XXI.

AD CALIG. C. 20.

Asticos ludos.

In judicio hujus loci inprimis tenendum esse hoc arbitror: *Ludos, peregre a Caligula editos, fuisse peregrinos, in istis locis, ubi editi sint, usitatos.* Indicio sunt ludi Lugduni editi. Ergo ludi Syracusis editi fuere ludi Græci, inter Siculos, inprimis Syracusis, solennes et usitati. Quo constituto repudiantur primo *hastici* et *Attici*, quæ est multorum codd. et edd. lectio, præsertim cum ne explicari quidem, quales fuerint, possit; deinde *Actiaci*, qui placebant Torrentio, præsertim cum repugnet etiam hic locus alii, c. 23. Noti autem contra sunt inter Græcos ludi *astici* et *iselastici* vel *selastici:* quarum lectionum altera est codd. nonnullorum, altera facile corrumpi potuit in *astici* vel *hastici*, propter terminationem vocis antecedentis, prima syllaba excidente. Si *asticos* probemus, cum magno Scaligero et sequaci Casaubono, erunt ludi Græci, moris Atheniensis, ex eo genere, quod in Urbe agebatur, quod dictum est ἀστικὸν, sive, ut Stephanus mavult, ἀστικῶν, (unde concidit argumentum Grævii contra Scaligerum, quod scriptum sit *asticos*, non *astycos*,) ut distinguerentur ab iis, qui extra Urbem celebrarentur. Sic Baccho celebrabant ludos in Urbe et extra Urbem: illi ἀστικοὶ, hi ἐπὶ Ληναίῳ dicti, vide Casaubonum ad Athen. p. 388. Verum in hac lectione mihi restat hoc dubium, quod ita aut nullum certum genus ludi indicatur a Suetonio, quod tamen et voluisse, et debuisse facere videtur: sunt enim, late sumto verbo, omnia genera ἀστικὰ, quæ in Urbe aguntur: aut sola Dionysia illa urbana sic dicta intelligenda sunt. Ea an hic locum habeant, quod videtur velle Scaliger et ejus sequaces, omninoque est probandum, ascita illa lectione, possumus videre, indagando, quo anni tempore Caius, Syracusis commoratus, ludos illos ediderit. Docet autem Suetonius ipse c. 24. Caium a morte Drusillæ, sororis, impatientia doloris, Urbe profugum, Syracusas petiisse, neque diu ibi moratum esse. Ea mors evenit a. U. DCCXCI. parte anni ultima, ut e narratione

actorum ejus anni apud Dionem colligas. Atqui Dionysia majora, quæ 'astica' dicta sunt, veris initio celebrata fuisse constat. Contra ludi 'iselastici' potuere incidere in quamcumque anni tempestatem: et, cum casu tum celebrandi essent, advenienti Imperatori honoris causa deferri, ut iis præesset. Id fieri solitum, ut principibus hoc deferretur, docent exempla apud Petavium ad Julian. Ep. 35. e quibus locis etiam de tempore ludorum cognosces. Syracusani fuere coloni Corinthiorum: quare Isthmios ludos fuisse arbitror. 'Iselasticorum' nomen sæpe corruptum in antiquis monumentis monet Bouhier in Epist. ad Hagenbuchium p. 11. Itaque cum Grævio et Burmanno probo *iselasticos*, qui tum celeberrimi et Imperatoribus Romanis grati fuere; unde a Trajano in Bithynia, ab Antonio Puteolis instituti. Vide Scaliger de Emend. Temp. lib. v. p. 477. 'Iselastici' autem dicti, quia victores, hieronicæ, εἰσελαύνουσιν, h. e. per partem murorum dirutam, velut in triumpho, in urbem vehuntur: cujus generis fuerunt antiquissimi Olympici, post Pythii, Nemei, Isthmii, aliique ad eorum similitudinem instituti. Ceterum illos, sive iselasticos, sive asticos, ludos a Caio Syracusis institutos esse, ut Scaligero l. c. placet, id e loco Suetonii non apparet. Adde Bouhierium Ep. ad Hagenbuchium p. 9.

EXCURSUS XXII.

AD CLAUD. C. 10.

Prorepsit ad solarium proximum, &c.

VIRI docti fuerunt, qui e vestigiis codicum scriptorum, qui *scolarium* præferunt, legerent *scalarium*, valde probante Burmanno, Viro longe doctissimo, eamque sententiam non parum juvari a Dione Cassio et Josepho, putarent: quorum alter Antiqq. XIX. 3. Claudium latuisse tradit, κατά τι προσβατὸν ὀλίγαις βαθμίσι χωρίον, *in loco, ad quem paucis gradibus ascenderetur*: alter autem lib. LX. init. ἐν γωνίᾳ που σκοτεινῇ, *in angulo quodam obscuro*. Sed non unum tamen obstat, quo me fateor impediri, quo minus eam sententiam probare possim. Nam primo Claudius timore recesserat in diætam, non, opinor, in prima parte atque aditu Palatii, sed remotiorem, id quod ipsum verbum 'recesserat,' indicat. Audita cæde, cum augeretur timor, magis ille latere cupiens, confert se in locum, ubi minus quæratur aut animadvertatur. Hoc intelligere de scalaribus non possum. Quomodo enim quis in scalis, aut prope scalarum gradus, per quos itur, se putet latere posse? Porro, abdidit se intra vela foribus prætenta. Hoc quomodo, si *scalarium* legamus, commode interpretabimur? Neque enim vela foribus, qua scalaribus obversæ sunt, sed in cubiculum versus, prætenduntur, ut intelligi potest ex iis, quæ de velis januarum congessit Lipsius ad Tac. Ann. XIII. 4. Scalare autem ipsum quas fores habeat, nisi forte in aditu, intra quarum vela nemo se occultet? Jam illud quis non videt, *prorependi* verbum aptius esse, si ad solarium Claudius processit, quam si ad scalaria in interiora domus regressus est? Denique ipsa verbi reponendi forma suspecta esse potest. Veteres enim inscriptiones in singulari numero semper *scalare* habent. Solum Glos-

sarium Labbæi *scalarium* præfert, atque id ipsum forte errore auctoris, qui pluralem *scalaria* a singulari *scalarium* duci putabat: uti quidam pro singulari *scalarium* laudant Vitruvium v. 6. apud quem tamen ille numerus non reperitur. Et hujus tamen Glossarii auctoritatem ita amplectitur Lexicon Fabri, ut hanc unam formam, relicta rectiori, ponat. Nam infimæ ætatis scriptores, qui *scalarium* habent, (vide Cangium in Glossar. in h. v.) nihil moramur. Neque argumento, quod e Josepho et Dione arcessitur, non satis, ut opinor, facere possumus. Nam quod Dio eum in obscuro angulo stetisse dicit, nihil impedit, quo minus in aditu solarii, alieni cubiculo adjuncti, se abdiderit. Lampridius quidem c. 14. Elagabalum etiam prodit, 'subito militum strepitu exterritum, in angulum se condidisse, objectuque veli cubicularis, quod in introitu cubiculi erat, se texisse.' In quem, quæso, angulum? nempe ejusdem cubiculi, in quo erat, ut contextus orationis docet. Neque illi pauci Josephi gradus alieni sunt a solarii aditu, ad quod per eos ascendi potuit.

EXCURSUS XXIII.

AD CLAUD. C. 20.

Fucinum lacum aggressus est, &c.

Viri docti, Torrentius, Casaubonus, Grævius, Burmannus, inducti Dionis Cassii loco, negant, lacus Fucini opus a Claudio perfectum esse. In quo mea sententia ab ipsorum ratione discedit. Dico igitur primum, *Suetonium absolutum opus credidisse et prodidisse.* Nam, primo, emissionem lacus Fucini refert inter Claudii opera perfecta, una cum Ostiensi portu, et aqua Claudia, &c. Deinde, diserte dicit, post undecim annos absolutum: tertio, solennitatem emissionis addit, c. 21. Quæ sunt omnia ejusmodi, ut indicent, Suetonium de perfectione operis non dubitasse, de eaque ex certis et diligenter perscriptis monumentis prodidisse. Nam quod Burmannus e verbo 'aggressus' argumentum ducit, fallitur. Suetonius voluit indicare, quo consilio ad opus illud accesserit, et dicit, 'Fucinum aggressus est,' &c. An vero non aggredimur etiam ea, quæ post perficimus? Livius vi. 2. extr. 'Sed urbem etiam aggressus, impetu primo cepit.' *Adversus hanc* autem tam perspicuam *Suetonii affirmationem*, dico secundo, *nihil valere Dionem*, qui e posteriorum temporum statu lacus Fucini videtur collegisse, opus absolutum non fuisse. *Neque*, tertio, *obest, quod Nerva lacum Fucinum emisisse dicitur* in inscriptione apud Gudium p. lxxxviii. 3. non, quo fidem inscriptionis in dubium vocari velim, sed quod Nervæ opus instauratio potius operis fuit, quam absolutio. Nempe tale opus diligentia quadam indigebat, ut conservaretur, quam ei non præstiterunt successores Claudii, inprimisque Nero. Auctor rei Plinius Hist. Nat. xxxvi. 15. qui 'hoc opus destitutum esse,' ait, 'successoris odio.' Quodsi aliter statuamus, et Claudio absolutionem operis negemus, quia a Nerva dicitur emissus lacus in inscriptione; sequetur, ut etiam Nerva non absolverit, quia Spartianus tradit, eundem ab Hadriano emissum fuisse. Sed et hoc non aliter accipiendum, quam, post Ner-

vam, destitutam opus negligentia Trajani, et ab Hadriano instauratum fuisse. An vero credibile est, si Hadrianus illud opus absolvisset, Suetonium, qui in Hadriani aula fuit, absoluti operis gloriam tributurum tam clare Claudio? Maneat ergo, Claudium primum absolvisse hoc opus, instaurasse primum Nervam, mox Hadrianum. Similiter aquas Curtias et Cæruleas perductas a Claudio, sed intermissas, h. e. neglectas a successoribus, nec satis diligenter conservatas, et hinc dilapsas, instauravit Vespasianus, ut docet inscriptio apud Gruterum p. 188. 1. (Conf. Fabretti singularis libellus de emissar. lac. Fuc. *Wolf.*)

EXCURSUS XXIV.

AD NER. C. 17.

In hoc capite aliquoties reprehendi a JCtis indicavimus Suetonium, quasi lapsum memoria, ut Neroni attribueret, quæ superiorum Imperatorum essent. De ea re nonnulla universe dicemus, ut etiam ad alia historicorum loca intelligenda et vindicanda prodesse possint.

Primum igitur mihi ridiculum videtur, dici, Suetonium in his peccasse memoriæ lapsu. Etenim si quis scriptor alius generis, orator, philosophus, aut poëta, qui obiter rem talem, tanquam exempli causa, attingeret, ἁμαρτήματος μνημονικοῦ argueretur, ferri posset hæc reprehensio. Nam his non necessaria est maxima diligentia, iique exempla fere e memoria depromunt. Itaque videmus et concedimus, eos interdum memoria lapsos in nominibus locorum hominumque, in numeris, &c. Sed longe aliter est in historico diligente, et eo loco, ubi est sedes propria argumenti alicujus: ibi ineptum esse, aio, memoriæ lapsus jactare; veluti in hoc Suetonii loco, ubi Suetonius instituit commemorare, quid novi in jure constituerit Nero. Non hic e memoria scribere poterat, aut scribebat Suetonius, sed tabulas publicas, quarum copiam summam habebat, consulebat, et hinc in Commentarios suos præcipua, a Nerone constituta, referebat. Si aliter egit, male functus est historici officio, quod nullo modo credi potest. Jam illa reprehensio multo fit absurdior, si cogitemus, unde ea ducta sit. Nempe tota commovetur e Digestis, hoc est, non e legibus et literis publicis, sed e libris veterum jure Consultorum. Quæ autem ista iniquitas et inscitia est, Jure Consultorum Commentarios de jure opponere historicis in rebus historicis! An hi sunt homines isti, qui in rebus historicis plus fidei habeant, quam ipsi historici, et ii quidem diligentissimi? Ergo Sleidanos, Thuanos, Pufendorfios, aliosque, quamvis insignes historicos, memoria lapsos dicemus, si qua in re historica ab iis dissentiant Juris Consulti, Finkelthusii, Schneidewini, Treutleri. Immo vero Jure Consulti ex historicis emendandi et redarguendi sunt, non hi ex illis. Ergo vel sic totum istud reprehensionum genus concidit. Verum, quoniam prisci illi Jure Consulti plerumque studiosiores literarum et doctiores erant, quam nostri, æquum est, ipsis quoque consuli, quoad fieri potest. Dico itaque, talia loca, atque nominatim hæc, de quibus sermo, conciliari

posse cum locis Jure Consultorum interpretatione commoda. Ea facilis erit, si teneamus, *Jure Consultos veteres, atque etiam alios scriptores, nomina legum et SCtorum usurpare non modo de iis, quorum proprie ea sunt nomina, sed etiam de his, quibus addita sunt, vel explicandi, vel emendandi, vel confirmandi causa, et quæ ipsis postea adjecta sunt, iisdem de causis.* Hanc observationem exemplis quibusdam illustrabimus. Tacitus Ann. XIII. 42. commemorat 'pœnam legis Cinciæ.' Atqui non modo non constat, certam lege Cincia, proprie sic dicta, pœnam fuisse constitutam, sed adeo Ulpianus Fragm. I. 2. auctor est, legem Cinciam imperfectam fuisse, hoc est, nullam pœnam constituisse; hoc enim JCti legem imperfectam dicunt. Ergo 'lex Cincia' apud Tacitum ponitur pro Senatus consulto, quod ad legem Cinciam sanciendam et emendandam factum erat, in quo pœna constituta. Plinius porro Paneg. cap. 42. 'locupletabant et fiscum et ærarium non tam Voconiæ et Juliæ leges,' &c. Quis credat, e lege Voconia proprie sic dicta fiscum locupletari potuisse, quæ libera republica scripta est, cum nullus adhuc fiscus esset? Intelliguntur ergo eo nomine SCta a principibus ad legem Voconiam facta. Jam quis adeo hospes est in Digestis, quin sciat, sæpe *legi Corneliæ* tribui, quæ postea principes ei per SCta, aut alia quacumque ratione, addiderunt, ut l. 15. § 4. l. 25. l. 33. ad L. Cornel. de Falso. Atque hoc dudum vidit Gothofredus in Quatuor font. Juris, c. 17. in notis ad Leg. Pap. Popp. Conf. Nordkerk. de Leg. Petron. p. 18. Ex quibus fit, ut possit Claudius quoque quædam de singulis his rebus constituisse, quæ aucta sint et emendata a Nerone ita, ut Suetonius tradit.

EXCURSUS XXV.

AD VESPAS. C. 2.

Ædilitatis mox ac præturæ candidatus, &c.

Hunc locum corruptum esse, nemo ambigit. Itaque hoc liberius in eo poterimus versari. Ac primum eum de nostra sententia constituemus: deinde breviter illustrabimus, et aliorum sententias refellemus. Sic igitur totum locum legendum putamus, *Quæstor Cretam et Cyrenas, provinciam, sorte cepit: ædilitatis mox, ac præturæ candidatus. Et illam non sine repulsa, sextoque loco, vix adeptus est: at prima statim petitione, et inprimis, Prætor, infensus Senatui, &c.* Primum igitur τὸ *mox* suo loco restituimus transpositione. Intervallum plurium annorum, quod Lex annalis ponit inter quæsturam et ædilitatem, item unius tantum inter hanc et præturam fecit, ut *mox* ad præturam transferretur. Sed illi plures anni tum demum quæsturam et ædilitatem intercedunt, ubi quis Quæstor anno suo factus est. Potest autem Vespasianus non suo anno, sed multis annis post demum Quæstor factus esse, quod e familia obscura esset. Porro τὸ *etiam* vitiosum esse, dudum docti Viri observarunt, alio *ædilitatem*, alio *illam*, quod melius, reponente. Nostra emendatio proxime accedit et ad vestigia vulgatæ lectionis, et ad consuetudinem Suetonii, rem, summatim propositam, per partes explicare: in quo addere solet etiam *quidem*, sed non semper. Supra Vitell. c. 5. 'in

provincia .... at in urbano officio.' Conf. c. 9. Denique *at* pro *ac* legendum dudum plurimi viderunt, propter oppositionis rationem. Hoc autem certiorem reperient lectores nostram emendationem, his consideratis. Primum verba, 'non sine repulsa, sextoque loco vix,' unice pertinere patet ad ædilitatem, cum propter structuræ rationem, tum, quia Prætor dicitur in primis factus esse: qui autem sexto loco fit Prætor, non sane fit in primis: ut nihil dicam de verbis, 'prima statim petitione,' quæ et ipsa de prætura capienda mox ostendemus. Dubitationem movet Burmannus inde, quod, si sexto loco Ædilis fuerit, frumenti curam habuerit: quod repugnare loco alteri, c. 5. ubi curam viarum habuisse tradatur. Enimvero, unde demonstrabimus, eos, qui quinto et sexto loco Ædiles creati fuerint, semper Cereales fuisse? An, quia frumenti causa quintus et sextus accessere, necessario ultimis locis electi hanc curam habuere? Non hoc consequens est. Locus, quo quis creatur, tantum indicat, quam quis gratiosus sit apud eos, qui creant: non quam partem muneris habiturus sit. Nam nec, qui primus Prætor creatus est, statim fit Prætor primus, sive urbanus: nec, qui ultimus creatus est, illam curam habet, propter quam ultimus locus olim accessit. Ubi plures eodem nomine magistratus creantur, qui non communiter idem curent, ut Consules, sortiuntur illi partes muneris publici, ut Prætores. Ergo Vespasiano sorte illa viarum cura evenit, etsi ultimo loco creatus erat. Jam verba, 'prima statim petitione,' ad nullam aliam rem, nisi ad præturam referri possunt; non ad ædilitatem, ut Burmannus vult. Nam 'prima petitio' Latinis non aliter dicitur, quam hoc sensu, ut primum quis aliquem magistratum petat, ambiat: dicique de omnibus potest, qui primo conatu magistratum quemcumque capiunt, et sine repulsa creantur. Ergo 'prima petitio' h. l. non est ædilitatis, quam non prima petitione consecutus est, sed post repulsam, verum præturæ. Dicit ergo, non modo sine repulsa, sed etiam ita factum esse Prætorem, ut prius, quam plerique ceterorum, creatus sit. Est ergo manifesta oppositio ædilitatis et præturæ, et quidem duabus rebus: Ædilis post repulsam, ultimo loco; Prætor sine repulsa, priori loco creatus est. Ergo necessarium est, legi *illam* et *at*. Jam debuerat Suetonius dicere, *at prima statim petitione, et in primis præturam;* sive, si malebat constructionem mutare, *Prætor factus*, vel, *creatus est:* orsus deinde esset novam sententiam, *Infensus Senatui, &c.* sed maluit hanc partem cum sequenti sententia conjungere, studio illius per participia et absolutos nominativos constructionis, et ne bis præturæ mentio facienda esset. Etenim ludos Victoriæ depoposcit, cum Prætor esset. Ergo sententia hæc est: At Prætor statim factus, cum infensus esset Senatui, voluit ei ægre facere, Caii gratiam captando, et depoposcit ludos Victoriæ, &c. Cumulatorum talium nominativorum, talisque adeo constructionis, a qua melius abstinuisset, passim apud Suetonium exempla diligens lector animadvertet. Dukerus locum hunc, quem corruptum agnoscit, sic constitui vult, *Ædilitatis, ac mox præturæ candidatus, illam non sine repulsa, sextoque loco, vix adeptus est: hanc prima statim petitione et in primis. Prætor, &c.* Oudendorpius, *illam non sine repulsa, sextoque vix adeptus est loco: hanc prima statim petitione et in primis. Prætor, &c.* (Non reperit ergo Vir summus, quod maxime necessarium erat, nec vidit. HANC undecumque erui et referri oportere ad ILLAM. Neque placet constructio, *ædilitatis, ... candidatus, &c.* Wolf.)

EXCURSUS XXVI.

AD VESPAS. C. 22.

Perductæ.

MIRUM sane est, Viris tantis, quales Casaubonus et Burmannus fuere, potuisse in mentem venire, ut putarent legendum esse *perducta*. Ut non dicam, ultra modum sordidum esse, Imperatorem pro concubitu accipere mercedem, idque Suetonium, ut omnium sordidissimum c. 16. commemoraturum fuisse; ratio grammatica repugnat. Nam deberet esse ab initio, *expugnato* (non *expugnatus*).... *cum perducta* .... *donavisset*. Sed Burmannus occurrit sic, ut dicat: si vulgata vera sit, in sequentibus esse debere *inferri*, non *referri*, item *Vespasianus adamatus*, non *adamato*. Ad primum quod attinet, concedimus, *inferri* scribendum, sicque rescripsimus, post Grævium. Ita enim clare codex Memm. ita Mss. Torrentii: sic etiam Ms. Lyser. *Summam referre rationibus* non est Latinum: ne addito quidem *in*, ut vult Burmannus, satis Latinum putem. 'In rationes referri' dicitur pecunia. Cicero Verr. I. 41. 'Tutores, quemadmodum eam pecuniam in rationes referrent, non videbant.' Deinde, unde intelligitur, *referri* esse pro, acceptum referri? Etenim, sive in acceptis, sive in expensis aliquid scribatur, utrumque 'referri' dicitur 'in rationes.' At dativus, *Vespasiano*, hanc interpretationem postulat. Quare? An dicitur tantum, 'referre acceptum alicui?' non etiam, 'referre expensum alicui?' Apud Ciceronem pro Flacco c. 19. 'referunt operi publico,' non est expensum operi publico, sive operis publici causa? 'Expensum ferre alicui' quoties est apud Ciceronem, pro Roscio Comœdo, et alibi! Ex quibus fit, ut *perductæ* verum sit. *Vespasiano adamato expensum*, est acute dictum. Fœminæ, haud dubie nobilis, nomen et causam datæ pecuniæ in tabulis scribi, parum decorum erat. Volebat ergo scribi, pecuniam eam propterea expensam esse, quia Vespasianus adamatus sit: ejus causa illam pecuniam consumtam esse: plane ut in illo 'operi publico referri.' Ceterum sentit nobiscum Dukerus, probatque Oudendorpius.

EXCURSUS XXVII.

AD TITI C. 9.

Ferramenta pugnantium.

MANIFESTUM primo esse arbitror, solos gladios hic intelligendos esse. Etenim Aurelius Victor diserte gladios nominat, et res est ejusmodi, ut gladii soli intelligi possint. Volebat porro docere Titus, se nihil ab iis timere: quod, nulla alia parte ornatus gladiatorii porrigenda, efficere poterat. Neque vero quicquam mos erat inspiciendum præbere, præter gladios: nam ceterorum nulla vis in pugnando. Tum reliquus ornatus gladiatorum ab Imperatore ipso, cum editor muneris esset, suppeditabatur; unde 'appara-

tus aulicus' dicitur, (Domit. c. 4.) nec opus erat eum inspici. His positis, quæramus, an gladii soli possint 'ornamenta pugnantium' dici. Id ego vero prorsus nego. In omnibus exemplis, quæ proferuntur, plurimum aliquis confidat exemplo Burmanni, qui e Taciti Hist. v. 22. laudat 'ornatum militarem:' nam 'ornatum Neronem' e Nerone c. 21. jam repudiavit Grævius. Sed, si locum inspexeris, videas, ornatu illo militari gladios non comprehendi. Etenim militibus, sine ornatu militari procurrentibus, arma mucronesque, strictos tribuit. Ergo ornatus militaris est in sago, galea, lorica, scuto, ocreis, non in gladiis et telis. Sic Samnitici milites ornati fuere, sed non qua tela et gladios, verum scuta, galeas, vestes. Locus apud Livium inprimis huc pertinens est IX. 40. 'Campani, ab superbia et odio Samnitium, gladiatores eo ornatu armarunt.' Miror, hoc loco neminem hic usum. Nam hic diserte *ornatus gladiatorum*. Sed qualis ille ornatus, docet Livius ejusdem capitis initio: 'Scuta auro vel argento cælata, spongia pectori tegumentum, ocrea in sinistro crure, galeæ cristatæ, tunicæ versicolores, et candidæ.' Hic ornatus totus: nihil amplius: non etiam gladii et tela. Itaque Imperator Romanus, confirmaturus milites suos, non isto ornatu militibus opus esse, dixit, sed *ferro* et *animis*. Itaque multo magis miror, Dukerum, ad illum potissimum Livii locum sibi demonstrandum sumsisse, non modo *ornatum* de armatura dici, sed etiam male in loco Suetonii *ferramenta* a nonnullis, pro ornamentis, rescribi. Ergo sunt quidem gladiatoribus sua ornamenta, eaque arma, sed in iis aut gladii non numerantur, aut, si vel maxime, aliquo forte loco, *ornandi* verbo etiam gladii et tela contineantur, tamen maxime ad ceteram armaturam potius, quam ad gladium et tela respicitur. Tanquam, si quis apud eundem Livium VII. 14. ubi agasones, mulis impositi, dicuntur partim 'captivis, partim ægrorum armis ornati,' velit gladios quoque intelligere, non repugnem: sed, quia ibi res magis refertur ad speciem externam, manifestum est, maxime cetera, galeas, scuta, &c. intelligi. Accedit etiam hoc, quod, ubi apud veteres de armorum ornatu ac pulchritudine sermo est, reperimus, gladios, et ea, quæ sunt ad vim faciendam, non commemorari. Caligula, auctore Nostro c. 55. 'mirmillonum armaturas recidit,' i. e. imminuit, minori impensa faciendas curavit. Id non tam de gladio, aut telo, quo vis fieret, intelligendum, sed de cetero ornatu, planissimum est. Vide ad Cæs. c. 67. Omnino nullum adhuc locum video esse prolatum, ubi gladii et tela separatim, ornatus aut ornamentorum nomine, dicantur. Atqui talis locus desideratur, ad probandum, *ornamenta* hic locum habere. Quare, quia hic de gladiis solis sermo, *ornamenta* locum non habent, sed *ferramenta*. Ex his poterit ad omnia exempla, quæ proferuntur, vel ad hunc locum, vel ab Lipsio ad Tac. Hist. III. 68. vel ab Heinsio ad Virg. Æn. XII. 344. vel Dukero ad Liv. l. c. Drakenborch. ad eundem Livium XXIV. 48. responderi.

EXCURSUS XXVIII.

AD DOMIT. C. 2.

Relictum se participem imperii.

Non pugnabo, *principem imperii* a Suetonio fuisse: ceterum illam lectionem non tam absurdam, ut visa est, puto. Etenim, primo, consortem et participem imperii initio agnovit Titus: vide in Tit. c. 9. Similiter apud Philostratum in Vita Apollonii vi. 32. diserte consors imperii vocatur. Domitianus dicitur Titum sustulisse, *οὐ τὸ ξὺν ἀδελφῷ ἄρχειν δεινὸν ἡγούμενος, ἀλλὰ τὸ ξὺν πρᾴῳ καὶ χρηστῷ.* Atque id consortium ei debebatur, quia Cæsar erat quod tum erat, nomen imperii. Sic Lactantius de Mort. Persec. c. 7. Diocletianum, dicit, 'tres participes regni sui fecisse, etiamsi unus tantum Augustus, duo Cæsares fuere. Manifestum porro est, Domitianum non consortionem imperii quæsisse, aut societate imperii contentum fuisse, sed solum imperare voluisse, atque primas tenere, atque hac de causa sollicitasse exercitus. Neque dubitavit ipse, vivo adhuc Tito, se consortem imperii esse. Nam cum Flavius Sabinus, patruelis et Titi gener, albatos ministros haberet, sicut Titus, et ipse, *οὐκ ἀγαθὸν*, dixit, *πολυκοιρανίη*. Ergo particeps imperii fuit, et se esse consortem imperii credidit. Quid? quod, vivo adhuc patre, quodammodo particeps imperii fuit. Itaque infra c. 9. initia ejus ponuntur in principio imperii paterni. Quam ergo diceret testamento fraudem adhibitam, per quod particeps imperii esse debuisset? Neque denique volebat, Titum non participem esse imperii, sed non principem. Scilicet, ut, patre vivo, Titus imperii particeps fuisset, sed ita, ut pater major ipso, et princeps imperii esset: ita volebat hominibus persuadere, patrem testamento cavisse, ut ipse princeps imperii esset, Titus tantum consors. Nam, quod c. 9. 'privatus' dicitur ante Titi mortem fuisse, illis temporibus etiam participes imperii sic vocabantur: quia 'principi' opponitur 'privatus;' 'princeps' autem proprie unus erat. Burmannus dubitabat, an eleganter et ex usu antiquæ Latinitatis dici posset 'princeps imperii.' Ego vero non dubito. Ut, apud Ciceronem, Senatores alii 'participes consilii publici,' alii 'principes consilii publici' dicuntur, sic, cum duo imperant, sed inæquali jure, ut sæpe factum est ante Antoninos, alter est 'princeps imperii,' alter 'particeps,' sive 'consors' 'imperii.' Itaque fateor, mihi antiquam illam lectionem magis placere, restituissemque loco unde depulsa est, nisi codices boni obstarent, propter quorum auctoritatem in contextu alteram toleravi. (Manifestum mendum esse *principem imperii*, et rei et Latinitatis ratio vincit. Longe diversum genus loquendi est 'princeps consilii,' quo mireris Ernestium abuti potuisse ad illud defendendum. *Wolf.*)

EXCURSUS XXIX.

AD DOMIT. C. 3.

Domitiam, ex qua in secundo consulatu, &c.

VALDE torsit hic locus Viros doctos, quorum sententias sigillatim recensere, longum foret. Explicanda autem nostra qualicumque sententia præcipuas attingemus. Ac primo, 'secundum consulatum' aliter capere consuetudo perpetua Suetonii non sinit, quam de eo, quem patre vivo a. U. DCCCXXVI. a. C. LXXIII. gessit. Itaque non audiendi Rupertus et Pagius, qui de altero ordinario capiunt, ut recte monuit jam Grævius. Nam, quod ait Pagius, historicos interdum suffectos consulatus in Imperatoribus negligere; primum id non est hujus ætatis, ut ipse Pagius in Dissert. Hypatica p. I. c. 7. n. 3. init. docet, sed sæculi III. Deinde, non profecto est diligentium historicorum, qualis Suetonius est. Exemplum Dionis et Chronici Alexandrini, quo utitur, ut Domitiani suffectos consulatus non numeratos ostendat, profecto nihil efficit. Nam primo Chronici Alexandrini nulla est auctoritas: Dionis autem ipsius librum de Domitiano non habemus, sed Epitomen tantum Xiphilini, parum accurati et diligentis Epitomatoris. Tum, si vel maxime ei aliquid tribuerem, tamen nihil hic causæ Pagii prodesset: quod tum demum futurum esset, *si omnes consulatus suffectos omisisset.* Nunc Xiphilinus quatuor tantum omittit, duos numerat: Chronicon Alexandrinum tres omittit, tres numerat. Quid inde efficitur? Non profecto, diligentes historicos consulatus suffectos Domitiani non numerasse: sed, parum diligentes illos scriptores aliquot consulatus suffectos male omisisse. Eadem responderi argumento Pagii, e nummo Domitiani petito, debent, in quo consulatus VI. pro VII. ponitur, neglecto uno suffecto, non omnibus: meritoque audiendus Petavius, qui illas epigraphas mendosas putat, præsertim cum in ceteris omnibus nummis Domitiani et inscriptionibus consulatus suffecti numerentur, ut docet Norisius Epistola consulari p. 52. Maneat ergo, intelligendum esse consulatum eum, quem dixi. Neque mirum est, eo anno Domitianum ex uxore Domitia prolem sustulisse: cum eam tribus annis ante, cum Prætor consulari potestate esset, duxisset, auctore Nostro supra c. 1. de eoque adeo dubitandi causa idonea nulla est. Nam, quod Grævius e Martiale III. 6. docet, post Titi mortem, cum solus imperaret, ei filium natum esse, qui mox mortuus et consecratus est; id, etsi verum est, tamen non impedit, quo minus et ante, vivo patre, sustulerit prolem. Si consuetudinem eam, qua in Cæsare, Augusto, aliisque usus est Suetonius, in Domitiano conservasset, et de ejus matrimonio et prole separatim, et proprio aliquo loco, dixisset, aut Dionis Cassii librum de Domitiano haberemus, clarior res foret. Nunc verbis his standum, quæ sunt clarissima.

Major difficultas est in sequentibus verbis, 'alteroque anno consalutaverat, ut Augustam.' Quem dicemus illum 'alterum annum' esse? Scaliger capiebat ita, ut Latinitas et verba sinunt, ut sit alter annus a consulatu illo secundo. Si verba non corrupta sunt, alium sensum ea per Latinitatem habere non possunt. Verum hic exoritur magna dubitatio: quomodo, illo tem-

pore, Domitia 'Augusta' appellari potuerit, cum ipse Domitianus nondum Augustus esset. Eam Scaliger ad Eusebium p. 202. sic tollebat, ut diceret, morem fuisse, ut non solum Augustorum uxores Augustæ dicerentur, sed etiam filiæ, sorores, nurus, et socrus. Jam, quanquam nullum exemplum ex primo sæculo afferri potest nurus Augustæ, cujus maritus Augustus non esset, tamen id, non adeo absurdum est existimare, primum factum in Domitia. Causa potuit hæc esse, quod peperisset, cui aliquando imperium deberetur, quando Titus cælebs esset, nec videretur uxorem ducturus, essetque adeo aulæ domusque Augustæ subsidium unum. Molesta porro est conjunctio *ut*, quæ in hac forma loquendi usitata non est. Verum eam natam dicere possumus e finali syllaba præcedentis verbi, ejiciendamque esse, ut visum Torrentio, Gronovio, et Oudendorpio. Adjuvare porro hanc nostram explicationem hujus loci videtur hoc, quod repudiatio Domitiæ facta dicitur *inter initia imperii:* quæ verba non satis attendisse videntur Viri docti. Nam si secundum consulatum de ordinario secundo capimus, et alterum annum de altero anno post consulatum secundum ordinarium, divortium ad minimum cadit in tertium annum imperii Domitianei: quod mihi non videtur satis convenire verbis istis, *inter initia imperii.* Atque ego non ignoro, ista verba modo latius, modo angustius patere apud scriptores: sed tamen apud Suetonium fere de primo anno dicuntur. Sic in Claud. c. 7. *Sub Caio, fratris filio, secundam existimationem circa initia imperii omnibus lenociniis colligente:* ubi primus annus intelligendus. Conf. infra c. 9. init.

Quodsi cui hæc ratio, a nobis explicata, non placeat, quoad posteriorem scilicet partem, de Augustæ appellatione; nam priorem illam certam putamus; is poterit etiam sic legere: *Domitiam, ex qua in secundo consulatu filium tulerat, alteroque anno suo consalutaverat Augustam... repudiavit.* Nempe illud *suo*, quod parum elegans est eo, quem obtinet, loco, potuit ex hoc loco, quem ei in hac lectione assignamus, migrasse in superiorem. *Altero anno suo*, intellige altero anno imperii Domitianei. Dicimus *primo*, *secundo*, *&c.* *anno Tiberii, Caii, &c.* pro imperii Tiberiani, &c. cur non etiam dicatur Imperator aliquid fecisse *altero anno suo?* Atque ita Suetonius in concordiam redigetur cum Chronico Eusebiano, quod in altero imperii Domitianei anno ponit hoc: *Domitiani uxor Augusta appellata.* Hæc ratio si probetur, initia imperii paulo latius, de primis imperii annis, capienda sunt. Accuratius hoc definire liceret, si Dionis liber integer restaret, ut, quo anno Paris interfectus esset, scire possemus. Atque non negabo, mihi hanc rationem melius placere illa superiori, propterea quod Domitianus eam dicitur consalutavisse Augustam, quod ille facere, nisi princeps, non potuit. (Etiam in hac disputatione veris et bonis admixta sunt falsa, quæ tamen singulatim refellere nihil attinet in loco, qui vix ad certam et liquidam rationem redigi posse videatur. Est enim mendosus, et in optimo cod. margini ascriptum, *Deest aliquid.* Sed hoc *aliquid* satis probabiliter supplet Oudendorpius, ex Mss. vestigiis sic scribendo: *Deinde uxorem Domitiam, ex qua in secundo suo consulatu filiam tulerat, alteroque anno filium, ac consalutaverat Augustam, eandem, &c.* In secundo consulatu, sive primo ordinario a. Chr. 826. genuit filiam, cujus memoria interiit. Conf. Drakenb. ad Silium III. 629. Sed *altero anno;* non ab illo consulatu; sed altero anno *principatus* (de quo a capitis initio cœpit

agere Auctor,) *filium* accepit, nempe a. 835. eodemque anno uxorem consalutaverat Augustam, et Censor est factus. At infans ille brevi mortuus et consecratus est, *Divusque* Augusti *filius* dictus: quod clare patet ex Martiale, per Grævium citato, et nummis consecrationis ejus multis. Inspice præter alios Scheuchzer. in Miscell. Lips. vol. IX. p. 221. Domitiam vero non ante Titi mortem, neque primo Domitiani principatus anno, sive a. 834. sed altero declaratam esse Augustam, docet l. c. Eusebius. Sic omnia erunt dilucida. At si quis contendat, vocem *principatus* s. *imperii* non subintelligendam, sed addendam fuisse, addat ille, per me licet. Verum et c. 9. *inter initia.* Nam *altero anno suo* pro sui imperii anno, scriptum a Suetonio, non credo. Hæc ille: in notula nostra corrigendum est *quamque* pro *quamquam.* Wolf.)

EXCURSUS XXX.

AD DOMIT. C. 4.

Toga Græcanica.

Scrupulus restat in hac lectione unus, quem mihi eximi velim. Nempe debebant Viri docti, si satis asserere hanc lectionem vellent, docere, quenquam Latinorum scriptorum veterum 'togam' dixisse de veste Græca, pallio aut chlamyde: quod illi, sive, quia in mentem non venit, sive, quia non potuere, non fecere. Mihi quidem, attendenti et quærenti, non licuit observare aut reperire vel unum exemplum. Immo 'togæ' verbum semper Latinæ vestis nomen fuit, quo ea a Græcis distingueretur: ut pallium nunquam de toga dictum, eadem de causa, reperimus. Quare nondum liquidum puto de hac lectione. Bimardus in Dissertationibus apud Muratorium Thes. Inscriptt. tom. I. p. 16. probat *Germanicam togam*, intelligitque vestem talarem, qua olim Germanos, inprimisque Francos, usos constet: quæ sane, comparatione cum togis lautiorum et molliorum, ad talos demissis, toga potuit appellari. Quod vestis Germanica non respondet crepidis, non mirandum in Domitiano, qui in multis aliis pro libidine egit, nihil curans consuetudinem et morem. Potuit autem toga Germanica uti favore cognominis, quod a Germanis victis assumserat, in quo quomodo sibi placuerit, ex eo intelligi potest, quod mensem unum Domitianum, alterum Germanicum, appellari voluit, infra c. 13. item ostentatione victoriæ atque triumphi e Germanis, tum adhuc recentissimi. Etenim agon Capitolinus primum celebratus est a. C. LXXXVI. qui est a. U. DCCCXXXVIII. ut docet Pagius ad illum annum. Sed triumphum de Germanis in eundem annum incidisse ibidem docetur. Oudendorpius togam Græcanicam interpretatur *cyclada*, togam muliebrem rotundam et talarem, mixtam e Græco et Romano genere, quæ et a Servio ad Virg. Æn. I, 282. togis accensetur.

EXCURSUS XXXI.

AD DOMIT. C. 2.

Deustis utrimque lateribus.

PRO lectione Ms. Lyser. *decisis* hæc dici possunt. Dionis Epitomator pag. 772. ait, Circum a Trajano ampliatum διαφθαρέντα πῃ. Zonaras, qui Dionem compilavit, φθαρέντα. Id Interpretes verterunt *collapsum*, non satis accurate. Ac non negem, φθαρέντα dici etiam ea, quæ incendio corrupta sunt. Sed nemo veterum scriptorum hujus incendii mentionem facit. Nam quod Donatus, in Roma vetere, huc refert incendium Neronianum, quo etiam Circus arsit, auctore Tacito, Ann. xv. 38. a quo tempore usque ad Trajanum negat instauratum Circum fuisse, id mihi propterea non satis probatur, quia non credibile, tam diu Circi usu carere potuisse. Atque etiam sub Tiberio arsit Circus, ut vidimus: neque traditur, a quo instauratus fuerit. An vero Imperator Nero, tam studiosus Circensium, sivisset in ruinis jacere Circum? Neque Latinitas ei opinioni satis convenit. Nam ablativi illi sic positi sunt, ut ad tempora Trajani referantur necessario: omninoque ille locus, inter *Circus maximus* et *exstructus*, aptior est τῷ *decisis lateribus*, quam τῷ *deustis lateribus*. Dixisset etiam, opinor, potius *instauratus* vel *restitutus* est, quam *exstructus*. Præterea non abhorret, διαφθαρέντα nihil aliud esse, quam, *qui vitium fecerat, aliqua parte* s. *aliquo loco*, (πῃ,) indigebatque instauratione. Trajanus eam occasionem arripuit ampliandi Circi, ut majorem multitudinem caperet, (Plinius Paneg. c. 51.) idque fecit *decisis*, h. e. dejectis ac destructis, lateribus utrimque, ut ab utraque parte Circi spatium latius promoveret. Haud dubie præferenda est hæc lectio vulgatæ. (Immo certa videntur pleraque omnia, quæ vulgo dicta hic arguendi causa repetuntur. Ne Latinum quidem est *decidere latus* s. *partem ædificii*, ut et Oudendorp. visum est. *Wolf.*)

EXCURSUS XXXII.

AD DOMIT. C. 8.

Perfusoriæ assertiones (nam ita legendum) quid sint, dubitatur. Cujacius ad L. 13. Pandect. de Excusat. p. m. 256. ait esse, ter quaterve, dicis causa, repetitas, in liberalibus causis: de quibus idem JCtus maximus scripsit ad Paulli Sentent. lib. v. tit. 1. Janus a Costa, Cujacii discipulus, ad Instit. I. 13. de actionibus, explicat de assertione ficti assertoris, cum dominus per collusionem cum assertore patitur liberum judicari servum: eaque sententia placebat Burmanno. Valde contra dubitabat Noordkerkius, de Lege Petron. p. 54. recte a Costa explicari assertiones perfusorias. Ipse nihil aliud esse putat, 'perfusoriis assertionibus se accommodare,' quam, sacramentum in libertatem recipiendo, ac vindicias decernendo permittere, ut assertiones

institnantur. Sed his verbis arbitror explicari tantum posse, quid sit, 'assertionibus se accommodare,' non quid 'perfusoriis.' Tum, 'dare vindicias,' h. e. permittere, ut vindiciæ instituantur, non est judicum, sed Prætoris: quod ipse mox demonstrat, cum Prætoris fuisse dicit, examinare causam litigandi, eaque probata, disponere assertiones. 'Accommodare se causæ,' cum de judice dicitur, in utramque partem dici potest ex usu Latinæ linguæ. In bonam partem cum dicitur, est nihil aliud, quam quod Cicero dicit, diligentiam in cognoscenda causa adhibere. Sed h. l. dicitur in deteriorem partem, et est, favere causæ contra jus et æquitatem, et connivere ad fraudes: quod intelligitur ex eo, quod Imperator recuperatores admonet severe, ne id faciant: neque aliud esse potest. Nam si Prætor dat recuperatores, hi necessario judicant. Ergo non potuit eos Cæsar admonere, ne tales causas cognoscerent; sed ne in iis contra jus de industria pronuntiarent. 'Perfusoriam' vero 'actionem' vel 'assertionem' puto esse eam, quæ sit per calumniam, qua innocens præter jus vexatur. Sic manifeste dicit Cicero pro Roscio Amer. cap. 29. 'perfundere aliquem judicio,' quod ibi nihil aliud est, quam alicui calumnia litis molestiam creare, et in periculum capitis adducere: neque ullo modo audienda alterutra interpretatio Grævii, cujus fluctuatio manifesta est. Nam Cicero dicit, iniquum esse, Erucium re vera accusare eos, a quibus mercedem acceperit, et tamen judicio perfundere, h. e. in judicium et capitis periculum sine causa adducere hominem, quem innocentem esse videat et credat. Hinc ergo ductam esse puto 'perfusoriam assertionem,' qua dominus justus adducitur, per calumniam litis, ut Cicero vocat, pro Milone c. 27. ('per calumniam litium fundos alienos petebat') in periculum servi amittendi. Ergo Domitianus admonuit recuperatores, ne per gratiam, aut alia quacumque de causa, secundum calumniatores in causa liberali pronuntiarent. Suetonius in hac inprimis causa severitatem Domitiani commemorare voluit, quod recuperatores tali iniquitate non modo legitimos dominos servis suis privarent, sed etiam civitatem inquinarent, servis improbis ingenuitatem adjudicando: quanquam ceterum non ignoro, assertionem perfusoriam etiam esse, cum lis per calumniam intenditur ingenuo.

EXCURSUS XXXIII.

AD IDEM CAPUT.

Nummarios judices, &c.

Casaubonus et Guietus interpretantur assessores, sive consiliarios. Non improbem. Sed vellem planius dixissent, quales essent ii judices, qui assessores et consiliarios haberent. Quodsi hanc sententiam probamus, intelligenda res erit de judiciis iis, quæ singulis judicibus exercebantur; item, de arbitriis, quæ et ipsa judicia dicuntur. Sic Aquillius datus judex solus in causa Quintiana. Ei tribuitur 'consilium' c. 2. 10. 15. Id ille ipse asciverat, constabatque tribus JCtis, M. Marcello, P. Quintilio, et L. Lucullo. Sed mirum videatur, Domitianum severitatem illam suam tantum exercuisse in

hoc genere judicum, qui singuli dati se corrumpi passi essent, non omnino in omnibus: quod tamen factum videtur. Nam superiora duo pertinent ad genera causarum, hoc universe ad judices. Atqui in iis judiciis, ubi plures judicant, dici non potest, judices habere consilium, quod quidem sciam. Igitur arbitror verba, 'judices nummarios cum suo quemque consilio,' etiam sic capi posse, ut 'consilium' sit totum judicium, omnis numerus judicum, qui in causa aliqua sedissent. 'Consilium' de judicio dicitur quocumque. Cicero in Cæcil. c. 4. 'scit, qui est in consilio, C. Marcellus;' is autem erat in judicibus. Conf. Verr. II. 29. &c. Res autem sic habet: cum cognitum esset, in judicio aliquo pecuniam esse versatam, totum illud consilium, sive judicium, notavit Domitianus, ut corruptum et injustum. Sic quondam, in causa Oppianici, cum constaret, pecuniam in judicio versatam esse, etiam judex quæstionis, quamvis innocens, et plerique judices, etiam innocentes, vel damnati vel a Censoribus notati sunt, totumque illud consilium infame fuit. Videturque Domitianus ea severitate tanto majorem terrorem injicere, atque efficere voluisse, ut observarent se invicem judices, ne quis accipere pecuniam auderet. 'Notavit' autem referendum ad Domitiani censuram.

EXCURSUS XXXIV.

AD DOMIT. C. 9.

Negotiantes ex consuetudine, &c.

DIFFICILIS explicatu locus duabus in rebus: primum, qui 'scribæ quæstorii' intelligantur? urbani, an provinciales, an omnes; deinde, quæ ista 'lex Clodia' sit? Quod ad primum attinet, non videtur intelligendum de urbanis cum Torrentio: quia nulla causa, quare iis negotiatione interdiceretur: cum illis temporibus Quæstor urbanus pecunias publicas non tractaret; quod non veniebat in mentem Torrentio, cum in h. l. commentaretur: neque ulla causa reperitur, quare Quæstoris tantum scribæ ab negotiatione arceantur, non et ceterorum magistratuum, quibus ea interdictum fuisse, nemo nec tradidit, nec credit. Capio igitur de provincialibus, remque sic concipio. Cautum erat clare olim legibus, idque post principalibus constitutionibus repetitum, ne Præsides provinciarum, et qui circa eos essent, fœnus exercerent, negotiarenturve: vide Modestinum in Pandect. leg. 33. de rebus credit. sed, ut excepti essent comites, sive officiales ii, qui perpetui essent, et in provincia, etiam mutato Præside, manerent, ut Paullus docet l. 34. eod. tit. et Sentent. lib. II. tit. 1. § 5. Nam iniquum videbatur, eos, qui perpetuo in provincia aliqua manerent, ab omni negotiatione excludi, ut recte monet Schultingius. Ex quo ipso per analogiam quandam colligere licet, scribis urbanis magistratuum idem licuisse. Jam quia iisdem principalibus constitutionibus non et diserte de Quæstorum provincialium scribis cautum erat, cœperunt negotiationem exercere, neglecta lege antiqua, velut obliterata temporis diuturnitate. Itaque visum est Domitiano, de ea re nova constitutione cavere.

Quod ad 'legem Clodiam' attinet, arbitror, intelligi legem, liberæ reipublicæ temporibus latam: a quo lata sit, ignoro. Putant partem ejus legis fuisse, quæ Senatores prohibuit, naves ædificare aut emere. Sed incertissima conjectura est, et solo nomine communi nititur. Res ipsa est ejusmodi, ut lege aliqua de provinciis caveri potuerit, vel cauta esse videatur: nisi lex de scribarum officio fuit, quæ cum multis aliis ignoratur.

EXCURSUS XXXV.

AD DOMIT. C. 17.

Dolonem interjecit.

Emendationem elegantem ac certissimam Ferrarii, *dolonem interjecit*, improbat, præter alios, Burmannus, hac allata ratione, quod dicendum fuisset *injecit*, non *interjecit*: quod an Latinum sit, dubitat. Enimvero hæc verba non debent significare petitionem Domitiani, dolone factam, quod esset 'injicere:' nam de hac mox, 'suffodit inguina:' sed modum abscondendi dolonis, ne deprehenderetur. Ego vero non dubito, conjecturam hanc esse certam. Nam de dolo ante dictum, 'consilium operamque obtulit;' et mox, 'sinisteriore brachio,' &c. In his est dolus. Sed pars doli est etiam in hoc, quod instrumentum cædis ipsa hora, rei dicta, inseruit fasciis, et ita occultavit, ne deprehenderetur: id factum, 'interjecto inter lanas et fascias dolone.' Cum ita parasset se, instruxissetque, professus est indicium, et admissus, &c. Sic apud Horatium in Epodis, 'Libelli inter pulvillos jacent.' Philostratus porro diserte tradit, ita absconditum a Stephano dolonem, in Vita Apollon. VIII. 25. nec credibile, hoc prætermissum a Suetonio; cum sit memoratu dignissimum. 'Dolum interjicere,' Latine quidem dici posse arbitror, sed non pro, adhibere, quomodo esset h. l. capiendum: nec ad rem perficiendam, sed impediendam potius; quod ab hoc loco est alienum. Tacitus quidem Ann. I. 24. dicit 'minas interjicere,' sed ibi duæ partes sunt. Ad locum Philostrati miror nihil dixisse Olearium, quod ad hanc rem pertineat. Ignoraverit oportet hunc locum Suetonii, et notam Casauboni. Casaubonus in suo exemplo legit ὑφόρας, pro quo legendum putat ὑφαρμόσας. Olearius autem habet in textu ὑφείρας πήχει, vertitque: *subnectens cubito*: quod intelligi non potest: nec ullam alterius lectionis mentionem in notis facit, aut indicat, unde hanc lectionem habeat. Nihili autem vox est ὑφείρας. Nam ex analogia deberet esse ὑπείρας: sed ejus compositionis exemplum nullum extat in Lexicis. Inserendi autem et interjiciendi vim habent alia e verbo εἴρω composita, ut ἐνείρω, διείρω, et παρείρω, apud Longinum Sect. 3. ex Æschylo, quod verbum nondum est in Lexicis vulgatis. Itaque legam aut ὑπείρας, aut παρείρας.

C. SUETONII TRANQUILLI

DE

ILLUSTRIBUS GRAMMATICIS

ET

DE CLARIS RHETORIBUS

LIBRI,

TERENTII, HORATII, LUCANI, PLINII,

JUVENALIS, PERSII

VITÆ,

ET

FRAGMENTA.

C. SUETONII TRANQUILLI

DE

ILLUSTRIBUS[1] GRAMMATICIS[a]

LIBER.

GRAMMATICA Romæ ne in usu quidem olim,[2] nedum[b] in honore ullo erat: rudi scilicet ac bellicosa etiam tum

1 Deest *Illust.* Collationi quam ascripsit Is. Voss. Ed. Lugd. 12mo. ap. Joann. Pillehotte. In Harl. *Suetonii Tranquilli de Grammaticis et Rhetoribus, libri duo.* Edd. aliquot *de claris Gr.*—2 Hunc ord. verborum exhibent Mss. Casaub. Coll. Voss. Colb. Harl. Fouc. et Ed. pr. Minutiani Mediol. quem receperunt Oud. Ern. Bip. Wolf. Vulgo *olim* ante *Romæ* ponitur. Habet

NOTÆ

In libros, qui sequuntur, notis integris Achillis Statii, Casauboni, et aliorum, quibus editionem suam, additis quoque animadversionibus suis, ornavit eruditissimus Joan. Georg. Grævius, hanc quoque locupletandam operæ pretium existimavi. Ne tamen instituto operi aliquid deesse videretur, locorum difficilium, Græcarum dictionum, quæ in textu et in notis passim occurrunt, maxime vero versuum, quos refert Suetonius, interpretationem pro more solito adjunxi.

[a] *De illustribus Grammaticis*] Hunc, et qui sequitur libellus, excerpta puto e Suetonii libro de viris illustribus, quod imitatio Divi Hieronymi facile declarat. Verba illius in epistola ad Desiderium sunt, 'Scripsi librum de illustribus viris, ab Apostolis usque ad nostram ætatem, imitatus Tranquillum, Græcumque Apollonium.' Ac liber quidem Hieronymi de Apostolis doctisque viris fuit; ut Suetonii librum ejusdem argumenti atque sententiæ fuisse necesse sit. Ut autem excerpta existimem, facit id quod adducitur ejusdem Suetonii in libro de viris illustribus, de Plinio. Verba Suetonii sunt: 'Dum idem Plinius legiones in Siciliam duceret, eruptione favillarum ab Ætna eructantium præfocatus interiit, anno vitæ suæ LVI.' Non ergo de his tantum

civitate,[c] necdum magno opere liberalibus disciplinis vacante. Initium quoque ejus[3] mediocre extitit: siquidem

nec in Coll. Voss. in quo deest *scilicet*, sicut in Colb. Harl.—3 Exulat *ejus* a

NOTÆ

grammaticis atque rhetoribus qui nominantur, sed de Plinio quoque, ceterisque, librum conscripserat. Itaque 'illustres' viros, doctos et in doctrinæ studiis excellentes vocabant. *Achill. Stat.*

Duo isti libelli, pars duntaxat sunt, aut fortasse etiam particula, operis majoris a Suetonio quondam editi. Satis hoc vel ex eo potest constare, quod non solum grammaticos, et rhetores, sed etiam poëtas illustres ab eo fuisse descriptos, res ipsa arguit. Nam et Horatii et Lucani vitæ, quæ hodieque extant, Suetonium in antiquis libris præferunt auctorem: et stilus ipse, concinna quadam brevitate insignis, item illa accurata inquisitio rerum ad πολυμάθειαν et eruditionis copiam spectantium, etiam mediocriter versatis in lectione hujus eruditissimi scriptoris, fidem ejus abunde fecerint. Terentii quoque vita, initio Προλεγομένων in eum poëtam descripta, sicut observavit et monuit vere in suis ad Eusebium Notis illustrissimus Scaliger, hujus est scriptoris. Tranquillo enim dubio procul ascribi debent quæcumque in fronte illorum Prolegomenωn leguntur, usque ad ista verba, HÆC SUETONIUS TRANQUILLUS. Quin et Persii vitam, initio veterum scholiorum positam, fallor, aut alius nemo præter hunc composuit. Habemus igitur operis Suetoniani tres partes distinctas, de grammaticis, de rhetoribus, de poëtis. Quemadmodum autem prius quam professores grammatices aut rhetorices enumeret, artium illarum originem apud Romanos et incrementa videmus illum exposuisse: ita etiam poëticæ ortum, et prima illius studia, quæque eodem pertinent, omnia executus erat Suetonius, antequam poëtas ipsos in ordinem digereret. Id enim nonnulla quæ hodieque supersunt fragmenta indicant; inprimis autem illud egregium, quod e libro VIII. Isidori inter cetera descripsimus. Præter hasce tres, videntur et aliæ corporis ejusdem fuisse partes. Nam Plinii quoque vitam a Tranquillo fuisse compositam, postea ostendemus, quem non putamus in ullo ordine e tribus superioribus fuisse collocatum: etsi non negamus, omnibus illis facultatibus fuisse ipsum præditum. Fuere qui existimarent, non solum de viris literatis egisse isto opere Tranquillum; sed in universum de omnibus aut plerisque omnibus Romanis, aliqua insigni laude illustribus. Primus, quod sciam, auctor hujus opinionis extitit Alexander Minutianus: qui ante centum et octo annos, sub titulo SUETONII DE VIRIS ILLUSTRIBUS, et hos duos libellos Mediolani publicavit, et una cum istis librum integrum Sexti Aurelii Victoris, quo priscos Romæ sive reges, sive duces enumeravit. Tam absurda sententia, quam ipsius auctor, qui ejus patrocinium suscepit, ne similitudine quidem aliqua veri potuit firmare, invenit tamen quibus placeret; nam Minutiani editio aliis quoque locis postea est repetita. Porro licet non ignoremus, et apud Græcos et apud Romanos plures fuisse, qui similis argumenti libros a se compositos, ΠΕΡΙ ΑΝ-

antiquissimi doctorum, qui iidem et poëtæ et oratores

Coll. Voss. Harl. qui mox habent *doct. quidem et p.* cum Fonc. Harl. Ed. pr. Conj. Stat. *doct. quidam.* Tum *oratores* abest a Voss. Colb. Fouc. Ed. pr.—

NOTÆ

ΑΡΩΝ ΕΝΔΟΞΩΝ, et DE VIRIS ILLUSTRIBUS inscriberent, ut Cornelium Nepotem, Plutarchum, et alios; nos tamen existimamus, operis hujus Suetoniani indicem minus laxe conceptum fuisse, hoc aut simili modo: DE VIRIS IN LITERIS ILLUSTRIBUS. Non obscure præit nobis ad hanc sententiam B. Hieronymus, qui Suetonium enumerasse scribit, non simpliciter 'viros illustres' Romanorum, sed 'literarum viros illustres.' Est vero dolendum, priorum sæculorum homines ea fuisse rerum cognitu dignissimarum incuriositate, ut tam eruditum scriptum posteris conservare neglexerint: nisi quod haud ratione caret, ut qui meliores literas penitus et ignorarent, et contemtui haberent, eorum quoque memoriam vellent extinctam, qui bene de literis merendo nomen et famam sibi pepererant. Inde est, quod cum librorum octo de Cæsaribus passim in omnibus bibliothecis scripta manu exemplaria reperiantur, horum tamen libellorum ne vestigium quidem ullum in librariis vel locupletissimis apparet. Nos in Regia nusquam illos offendimus. Unum exemplar Senator amplissimus Paulus Petavius exhibuit. Alterum olim habuit V. CL. et præstantissimus Petrus Pithœus; unde excerptas διαφόρους γραφὰς, hoc est, *diversas lectiones*, optimus virorum Jacobus Bongarsius ὁ πάνυ, i. e. *longe præstantissimus*, nobiscum communicavit. Multa in iis notata, quæ ex aliis libris potuerunt in lucem Achilles Statius et Elias Vinetus, viri doctissimi, et de his libellis præclare meriti: nos pauca attingemus illis intacta. *Casaub.*

De illustribus Grammaticis] Mediol. DE CLARIS GR. Scripta lectio, *De illustribus.* Sic apud A. Gellium lib. II. cap. 25. 'Duo Græci grammatici illustres Aristarchus et Crates.' Ateius Philologus dicitur Asinio Pollioni 'nobilis grammaticus :' infra cap. 10. *Casaub.*

[b] *Grammatica* [*olim*] *Romæ, ne in usu quidem olim n.*] Scripta lectio, cui consentit Mediolan. editio, *Gra. Romæ in usu q. olim, ned.* Casaub.

[c] *Rudi scilicet ac bellicosa etiam tum civitate*] Sunt qui ante Lælii ætatem et Scipionis ingenii cultum Romanis ignoratum velint. At non tam male de priscis illis Cicero est opinatus, ut eos, qui incredibiles ad omnem excellentiam cursus fecissent, eruditionis gloria plane destitutos fuisse crederet. Imo vero, etiam veteres illos ac horridos, a vicino Pythagora sapientiæ plurimum hausisse, cum conjectura probabile esse, tum quibusdam etiam vestigiis indicari, judicat. 'Quis est,' inquit, 'qui putet, cum floreret in Italia Græcia, potentissimis et maximis urbibus, ea quæ magna dicta est, in hisque primum ipsius Pythagoræ, deinde postea Pythagoreorum tantum nomen esset, nostrorum hominum ad eorum doctissimas voces aureis clausas fuisse?' Cetera, quæ ad sententiæ suæ præsidium affert, edisserentem vide sub initium lib. IV. Tusc. Quæst. Ex quibus intelligere licet, sapientiæ studium antiquiores amplexos fuisse, sed 'non ultra, quam concessum Romanis.' *Schild.*

semigræci erant,[d] (Livium et Ennium dico, quos utraque lingua domi forisque docuisse, annotum[4] est,[e]) nihil amplius quam Græca interpretabantur:[f] ac si quid Latine

4 Corr. J. F. Gron. *adnotatum*, probantibus Oud. et Wolf. Mox *Græca* ex emendatione Casaub. edidere Burm. Oud. et seqq. Vulg. *Græce*. Sed *Græ-*

NOTÆ

[d] *Siquidem antiquissimi doctorum quidem et poëtæ et oratores semigræci erant*] Legendum videtur *doctorum quidam*. Achill. Stat.

Qui iidem et poëtæ et oratores semigræci erant] A codice Mediol. abest vox *oratores:* quod non probo. Ibidem sine parentheseos notis locus ita concipitur: *siquidem antiquissimi doctorum quidem, et poëtæ et semigræci erant. Livium et Ennium d.* Casaub.

Doctorum, qui iidem] Sic hic locus dudum a doctis viris est suo nitori restitutus. *Burman.*

[e] *Livium et Ennium dico: quos utraque lingua domi forisque docuisse, adnotum est*] Docuisse fabulas scilicet; nam si nihil amplius quam Græce interpretabantur, Latine alios profecto non docebant. *Achill. Stat.*

Adnotum] Ut adprime, adfabre. Loquitur eodem modo Corn. Tac. in VI. 8. 'Fortunæ quidem meæ fortasse minus expediat adnoscere crimen, quam abnuere.' *Achill. Stat.*

Quos utraque lingua domi forisque docuisse adnotum est] Viri eruditi 'docuisse' hic accipiunt, ut cum dicimus docere fabulam, et Græci διδάσκειν, unde διδασκαλίαι δραμάτων, h. e. *documenta fabularum*, et certum quidem est, Livium atque Ennium fabulas multas docuisse. At Græcas tragœdias aut comœdias ipsos composuisse, vel docuisse, non legimus. est vero indubitata res Ennium literas docuisse, et domi, id est, Romæ, et foris, hoc est, in Sardinia insula, ubi ipsum Porcius Cato invenit; qui, ut scribit Sex. Aurelius Victor, in prætura Sardiniam subegit: ibique est ab Ennio Græcis literis eruditus. Sed aut Cato Ennium Roma secum in Sardiniam abduxit, aut Victor præturæ Catonis tribuit, quod quæsturæ ejusdem congruebat. Æmilius Paulus, sive Cornelius Nepos, in vita Catonis: 'Prætor provinciam obtinuit Sardiniam; ex qua Quæstor superiore tempore ex Africa decedens, Q. Ennium poëtam deduxerat: quod non minoris æstimamus, quam quemlibet amplissimum Sardiniensem triumphum.' Romæ autem multos annos Græcas literas Ennium docuisse, eximie probant hi versiculi ipsius Ennii de Romanis: 'Contendunt Græcos: Graios memorare solent sos. Quod Græca lingua longos per temporis tractus Hos pavi.' Lege quæ scripsit olim Josephus Scaliger ad Festum in voce 'Regium.' *Casaub.*

Domi forisque adnotum est] Scribo, *adnotatum est*. Plinius XXVIII. 2. 'Quin et repente conticescere convivium adnotatum est, non nisi in pari præsentium numero.' Idem lib. XXIX. 4. 'E volucribus in auxilium contra serpentes primus vultur est. Adnotatum quoque minus virium esse nigris.' *Gronov.*

[f] *Nihil amplius quam Græce interpretabantur*] Omnino legendum *Græca interpretabantur;* nam cui bono Latina Græce interpretari, cum illi, quos docebant, Græcas literas ignorarent? *Casaub.*

ipsi[5] composuissent, prælegebant.[g] Nam, quod nonnulli tradunt, duos libros 'de literis syllabisque,' item 'de metris,' ab eodem[6] Ennio editos, jure arguit Lucius Cotta, non poëtæ, sed posterioris Ennii esse: cujus etiam 'de augurandi disciplina' volumina feruntur.[h]

[2.][7] [i] Primus igitur, quantum opinamur, studium grammaticæ in Urbem intulit *Crates Mallotes*,[k] Aristarchi æqualis, qui missus ad Senatum ab Attalo rege,[8] [l] inter

cos Colb. Harl. quod placuit Wolf.—5 *At si quid ipsi Lat.* Coll. Voss. *aut si quid ipsi Lat.* Fouc. et Mss. Casaub. Dein *præallegebant* Fouc. et Vet. impr. notante Statio, qui corr. *præ aliis legebant*.—6 Deest *eodem* Harl. Coll. Voss. In fine Cap. *ferantur* Fouc. Ed. pr. probante Casaub.—7 In Ed. Ald. 1508. et nonnullis aliis, sunt tituli præfixi singulis Capitib. ut hic *De Cratete*, sed notat Stat. nullos fuisse in Vet. suo Impr. nec in utroque Vaticano.—8 Stat. deesse putat verb. *legatus* post *rege*, negantib. Burm. Græv. *missis*

NOTÆ

[g] *Ac si quid Latine ipsi composuissent, prælegebant*] In veteri impresso, *præallegebant*: legendum fortasse, *præ aliis legebant*. Sed legendum potius, *prælegebant*, nam diphthongi vocales separatæ scriptæ fuerunt ordine præpostero. *Achill. Stat.*

Ac si quid Latine ipsi composuissent, prælegebant] Scripti, *aut si q.* Prælegere autem vox artis est, quæ de præceptore usurpatur, ut de discipulo legere, paulo post: 'Lucilii Satiras legisse se apud Archelaum, Pompeius Lenæus prædicat.' Sic apud Græcos ἀναγινώσκειν de discipulo dicitur, παραναγιγνώσκειν de magistro: vel etiam ἐπαναγιγνώσκειν; ut apud Sextum Empiricum, initio libri, quo disputat de loco: Ἐπίκουρος κομιδῇ νεανίσκος ὢν ἤρετο τὸν ἐπαναγιγνώσκοντα αὐτῷ γραμματιστὴν, hoc est, *Epicurus a prima adolescentia interrogavit prælegentem sibi grammaticæ præceptorem*: sed et ἀναγινώσκειν de præceptore apud Apollonium grammat. sæpe. *Casaub.*

[h] *Cujus etiam de augurandi disciplina volumina feruntur*] Mediol. *ferantur*, nonnihil diversa sententia: ut existimo, verius et melius. *Casaub.*

[i] *De Cratete*] In vet. impr. hi tituli nulli fuerunt, nec in utroque Vaticano. *Achill. Stat.*

[k] *Mallotes*] Cui patria Mallos, Ciliciæ urbs, auctore etiam Strabone. nomen priorem syllabam producens apud Dionysium et Lucanum. Est autem Μελλώτης apud Suidam, et Μαλλώτης apud Diogenem, pro Μαλλώτης. *Vinet.*

[l] *Crates Mallotes, Aristarchi æqualis, missus ad senatum ab Attalo rege*] Cratetes olim viri celebres multi fuerunt. Diogenes Laërtius libro IV. decem enumerat, inter quos septimum locum Mallotes obtinet. Fuisse hunc grammaticum et criticum insignem, Aristarchi æqualem, vetus quoque scriptor apud Suidam memoriæ tradidit: ambos circa Olympiadem CLVI. regnante in Ægypto Philometore, floruisse, ex iis constat, quæ de utroque illorum apud eundem leguntur. Sed Crates hic, qui propter facultatem criticam dictus est, non solum γραμματικὸς καὶ κριτικὸς, verum etiam

secundum ac tertium bellum Punicum, sub ipsam Ennii mortem,[m] cum, regione [9] Palatii,[n] prolapsus in cloacæ foramen, crus fregisset, per omne legationis simul et valetudinis tempus, plurimas ἀκροάσεις [10] [o] subinde fecit, assidue-

Coll. Voss.—9 Vulg. *in reg.* sed delevit τὸ *in* Oud. et seqq. fide Mss. Casaub. Coll. Voss. Colb. Harl. Fouc. et Vet. impr. Statii. Supra *sec. et tert.* omisso *Punicum* Fouc.—10 Dant Latinis literis *acroasis* Voss. Harl. Ed. pr. cum

NOTÆ

'Ομηρικὸς, hoc amplius philosophus Stoicus audiit, ut ait Suidas, et confirmat nonnihil Strabo, qui Panætium, Stoicorum, judice M. Tullio, prope principem, ab eo fuisse institutum scribit libro XIV. Apparet vero ex hoc Suetonii loco, etiam politica ipsum attigisse, et in Pergamenorum regum aula non sine dignatione esse versatum. Vixit in eadem urbe etiam Aristarchus; habuitque ibi acrem suorum studiorum æmulum Cratetem alium, loci indigenam. Suidas: 'Αρίσταρχος Κράτητι τῷ γραμματικῷ Περγαμηνῷ πλεῖστα διημιλλήσατο ἐν Περγάμῳ. *Aristarchus cum Cratete grammatico Pergameno sæpissime Pergami contendit.* Quod igitur dicit hoc loco Suetonius, primum Cratetem studium grammaticæ Romam intulisse, non de primis literis debet intelligi, aut de literatoris alicujus grammatistica, qua neque urbs Roma, neque ulla unquam civitas mediocris caruit, sed de seria utriusque linguæ cognitione, et auctorum qua interpretatione, qua imitatione. *Casaub.*

Qui missus ad Senatum ab Attalo rege, inter secundum] Deesse verbum puto, *legatus*, ut sit, *ab Attalo rege legatus:* sed legi possit etiam illo modo. *Achill. Stat.*

Missus ad Senatum] Non est, ut cum Achille addas *legatus*. Nam mittere sæpe est, legatum mittere. Tacit. I. Histor. 74. 'Rursus ad utrumque Germanicum exercitum et ad legionem Italicam specie senatus misit.' Suet. Aug. 44. Sic et Græci πέμπειν, *mittere*. Matth. XII. 16. et alibi. *Græv.*

[m] *Inter secundum ac tertium bellum Punicum, sub ipsam Ennii mortem*] Obiit Ennius Consulibus Qu. Martio Philippo II. Qu. Servilio Cæpione, anno post finem impositum bello alteri Punico trigesimo secundo: ante principium belli Punici tertii XIX. *Casaub.*

[n] *Cum in regione Palatii*] In vet. impr. abest *in:* sic Virg. 'qua te regione reliqui.' *Achill. Stat.*

Cum in regione Palatii prolaps.] Dele *in* ex auctoritate librorum, et usu Latine loquentium. Idem in Augusto, cap. 5. 'Natus est paulo ante Solis exortum, regione Palatii, ad Capita Bubula.' *Casaub.*

[o] 'Ακροάσεις] In vet. impr. et manuscriptis Latine scriptum, *acroasis*. Sunt autem ἀκρόασις et ἀκρόαμα verba τεχνικά. *Achill. Stat.*

Plurimas ἀκροάσεις subinde fecit] Melius *acroasis*, ut in Mediol. nam Romani illam vocem usu fecerunt suam: neque solum de literarum professoribus eam usurparunt, sed etiam de aliarum artium magistris. Vitruvius lib. X. cap. 22. 'Architectus ab Arado, nomine Callias, Rhodum cum venisset, acroasin fecit.' Dixerunt et

que disseruit, ac nostris exemplo fuit ad imitandum.[p] Hactenus tamen imitati,[1] ut carmina[q] parum adhuc divulgata, vel defunctorum amicorum, vel si quorum aliorum probassent, diligentius retractarent,[r] ac legendo commentandoque etiam[2] ceteris nota facerent:[s] ut *Caius Octavius Lampadio* Nævii Punicum bellum, quod, uno volumine et continenti scriptura[t] expositum, divisit in septem libros:[u]

Vet. impr. et Codd. Stat. probante Casaub.—1 J. F. Gron. inducendum putat *imitati*, astipulantib. Oud. Ern. Conj. Wolf. *imitatis*. Ceterum *ad imitand.* desunt Fouc. Edd. pr. Mediol. Flor. 1478. et Vet. impr. Stat. qui probat, et cum eo Gron. Schottus Obs. lib. I. cap. 17. ex Cod. legit, *Hact. tantum sunt imitati carm. &c.* et infra *retractent*, *ut leg. Recitarent* Voss. Pith. Colb. Harl. qui et *amicorum* pro *aliorum*. Alii Mss. Casaub. *retr. leg.* sine copula.—2 Deest *etiam* Fouc. Dein *uno v. etiam cont. scripta* Voss. *uno* etiam præbent Fouc. Colb. Ed. Flor. quod recepit Ern. cum Bip. Wolf. In ceteris

NOTÆ

'auditiones,' verbum e verbo exprimentes. A. Gellius lib. XVII. cap. 2. 'Easdem auditiones, eosdem doctores colebamus.' Cicero sæpe, 'scholam habere,' vel 'explicare.' Postea etiam 'lectiones' dixerunt. B. Augustinus in Confessionibus, 'lectionem exponere,' de se rhetore docente. *Casaub.*

p *Ac nostris exemplo fuit ad imitandum*] Non sunt in vet. impr. verba, *ad imitandum*, idque, ut opinor, commode. *Achill. Stat.*

Ac nostris exemplo fuit ad imitandum] Mediol. *n. ex. fuit*, sine illis *ad imitandum:* quæ possunt abesse, nullo sententiæ damno. *Casaub.*

q *Hactenus tamen imitati, ut carmina*] Scribo, *ac nostris exemplo fuit ad imitandum. Hactenus tamen, ut carmina parum adhuc divulgata, &c.* nam τὸ *imitati* esse ab enarratore judico. Sed et aiunt τὰ *ad imitandum* non esse in vett. lib. Ergo, *exemplo fuit. Hactenus tamen, ut carmina.* Gronov.

r *Diligentius retractarent*] Pithœi lib. *recitarent*, alii sic, *retractarent legendo, comm.* sine copula. *Casaub.*

s *Ceteris nota facerent*] Nota facere, id est, explicare. Nota esse dicuntur ea, quæ intelliguntur. Sic post de Crassitio, 'Intima cui soli nota sua extiterint.' *Achill. Stat.*

t *Continenti scriptura*] Perpetua, non distincta libris ac numero. *Achill. Stat.*

u *Nævii Punicum bellum, quod unico volumine et continenti scriptura expositum, divisit in septem libros*] Quæ narrantur fuisse apud Græcos literarum initia, quæ incrementa, eadem fere etiam apud Romanos fuerunt. Narrant Græci, Homerum ea simplicitate in studiis versatum, ut et Iliadis et Odysseæ carmina continenti scriptura componeret, sine ulla librorum distinctione; quæ postea studio et industria grammaticorum in partes vicenas quaternas sint divisæ. Auctorem ejus partitionis Aristarchum grammaticum Græci vulgo faciunt. Ecce apud Romanos similem ferme per omnia historiam. Nævius, ut Homerus, continuum carmen scribit: C. Octavius Lampadio, ceu alter Aristarchus, opus Nævianum secat in

ut postea *Quintus Varganteius* [3] annales Ennii, quos certis diebus in magna frequentia pronuntiabat: [v] ut *Lælius Archelaus,*[4] *Vectius, Quintus Philocomus* [w] Lucilii satiras,

Edd. etiam Oud. *unico.*—3 *Vargonteius* Edd. Vinet. Casaub. Schild. Græv. Burm. aliæque. Coll. Voss. *Vagunteius.* Ab eodem et Harl. exulat *quos.* Ed. pr. *Varguntius.*—4 In Edd. Oud. et Ern. priorib. distinguebantur *Lælius, Archelaus,* quasi duorum virorum nomina. Vitium primus vidit Casaub. conjiciens, *Lælius Archias, L. Vectius.* In Ed. pr. Mediol. *Lælius Archeas Vectii,* unde Græv. cum Heins. corr. *Lælius Archelas.* Stat. emendat *Vettius et Philoc.* J. F. Gron. suadet *Vectiusque Phil.* probantib. Oud. Wolf. et Baumg. In Voss. Petav. Pith. *Philoconius,* et *Philoconium.* Item *saturas* Harl.—

NOTÆ

partes. Observare tamen licet, Varronem, Festum, A. Gellium, et alios veteres eruditos, partitione Octaviana aut raro, aut nunquam uti: non enim aliter Nævium in eo opere laudant, quam hoc pacto, 'Nævius in carmine belli Punici;' aut potius *Pœnici:* et ita Priscianus aliquoties. Sane, si verum est, Aristarchum grammaticum, de quo paulo ante dicebamus, primum omnium poëmata Homeri in libros distinxisse, ignoraverit Nævius hanc partitionem; ut qui aliquanto fuerit natu major Aristarcho. *Casaub.*

[v] *Quintus Varganteius annales Ennii, quos certis diebus in magna frequentia pronuntiabat*] Annalium Ennii opus in XL. libros fuit digestum: quam partitionem a Varganteio esse profectam, ex his Suetonii verbis neque dicere pro certo queas neque negare. Ceterum recitatio hæc Annalium, in corona circumstantium, morem Græcorum rhapsodorum in Homericis versibus pronuntiandis referebat, quare ut fuere in Græcia, qui Homeridæ vel Homeristæ dicebantur, sic in Italia, qui Enniauistæ. A. Gellius lib. XII. cap. 5. 'Puteolis Juliano nuntiatur, ἀναγνώστην (hoc est, *recitatorem*) quendam, non indoctum hominem, voce admodum scita et canora, Ennii annales legere ad populum in theatro. Eamus,' inquit, 'auditum nescio quem istum Ennianistam. hoc enim se ille nomine appellari volebat.' Pro *Varganteius* est in Mediol. *Varguntius,* perperam. Est enim gens Romana satis nota, Varganteia, ex qua hic fuit ortus, aut adoptione in eam insertus. *Casaub.*

[w] *Ut Lælius, Archelaus, Vectius, Q. Philocomus, &c.*] Legendum, *Vettius et Philocomus.* Ac post, *prædicantur,* non *prædicant.* Achill. Stat.

Ut Lælius, Archelaus, Vectius, Quintus Philocomus] Liber Mediol. *Lælius Archeas Vectii Q. Philocomus.* Forte *Lælius Archias L. Vectius, Q. Philocomus.* Sed nihil affirmo: et mox in eodem libro *Archelaus* scriptum, non Archeas. Illud non dubito, *Lælius Archelaus* unius hominis esse nomina, quorum prius manumissione meruit. Sic mox Pompeius Lenæus appellatur libertus Pompeii, qui ante manumissionem dicebatur Lenæus, Ληναῖος. Tres igitur sunt, non quatuor, qui hic nominantur grammatici. Pro *Philocomus* Petavii cod. et Pithœi *Philoconius,* mendose. Est enim usitatum Græcis nomen Φιλόκωμος. *Casaub.*

Lælius, Archelaus, Vectius, Quintus, Philocomus] Scribo, *Lælius Arche-*

familiaris sui;[x] quas legisse se[5] apud Archelaum Pompeius Lenæus, apud Philocomum Valerius Cato, prædicant.[y] Instruxerunt auxeruntque ab omni parte Grammaticam,[6] *Lucius*[7] *Ælius Lanuvinus*,[z] gener Quinti Ælii,

5 Exulat *se* a Fouc. et Edd. ante Casaub. Mox *prædicantur* mallet Stat. et al. sed contra Mss. et Ed. pr.—6 Ita reponi jussit Stat. ex Vet. impr. et Mss. accedentib. Harl. Colb. Fouc. item Edd. Flor. Casaub. Schild. Gron. Pitisc. Oud. Ern. Wolf. &c. Vulg. *grammatica*, quod tuetur Burm.—7 Prænomine *Lucius* carent multæ Edd. et in his Steph. Olim *Lælius* edebatur, sed jam correxerat Stat. In Harl. *L. Elius Lanuvius*, et *Lanuvius* etiam Voss. Dein suadet Gron. cum Carrione Lect. Ant. I. 8. *generque Ælii*, probantib. Oud. Ern. Wolf. In Mss. enim est *Q. Ælii*, vel *Ellii*, ut in Harl. Ceterum Stat. corr. *genere Q. Ælii, servus et Clodius*; cum *Serv.* compendiose in Mss. inve-

NOTÆ

laus, Vectiusque Philocomus. Sic mox quoque scribendum, *L. Ælius Lanuvinus, generque Ælii Ser. Clodius.* Sed hoc posterius jamdudum vidit Carrio in antiquis lectionibus. *Gronov.*

[x] *Lucilii satiras familiaris sui*] An ejus qui postremo nominatus? an omnium trium? Satiras autem per *i* scribendum semper esse, certo probavimus libro De Satira Romana. *Casaub.*

[y] *Prædicant*] Scripsimus, *legisse se prædicant*, cum Mss. et Mediol. codice, non *legisse prædicantur*: quod ex conjectura docti substituerant, sententia multum variante. *Casaub.*

[z] *Instruxerunt auxeruntque ab omni parte Grammatica Lælius Lanuvinus*] Legendum, ut in impr. vet. et manuscriptis, *Grammaticam, L. Ælius Lanuvinus.* Achill. Stat.

Lælius Lanuvinus] Fuerunt Lælius et Ælius inter Romana nomina, ut hoc apud Ennium: 'Egregie cordatus homo catus Ælius Sextus:' illud apud Silium libro quintodecimo, 'Ac pelago vectus servata Lælius hora.' Sed prænominis Lucii nota L. quam nullo signo ab insequenti Ælio negligentes librarii disjunxerant, Lælios multos fecit, qui L. Ælii fuerant. Hoc enim loco qui est Lælius, et apud Aulum Gellium multis locis, et Ciceronem in Academicis, et de Legibus, Ælius sine prænomine legitur apud Carisium libro primo, apud Festum in verbis Maniæ, Monstrum, Nebulo, et alibi: Arnobium libro tertio: Quintilianum decimo, de comitiis: Plinium nono de unionibus. At Lucius Ælius apud Ciceronem in Bruto, et Plinium libro tricesimo tertio de annulis equitum Romanorum: ubi Hermolaus etiam *L. Helium Stellionem* scriptum repererat: sed qui castigandum censuerit, *L. Hælium Stilonem.* Sic enim in ejus castigationib. scriptum invenio, ut et in vetustis inscription. *Hælius* interdum aspiratum reperitur. Sed aliud vitii etiam hic accidit. Nam quem ostendimus Lucium Ælium fuisse appellatum, eundem Cornelium Stilonem Marci Varronis fragmenta de lingua Latina, me puero, appellabant; quem, uno vocabulo in duo nuper mutato, Caium Ælium Stilonem nunc nuncupant, pro Lucio Ælio Stilone: nisi forte sit is alius Ælius Stilo: quod non puto. Præconini autem nomen etiam apud Plinium integrum locis aliquot

Servius Clodius,[a] uterque Eques[8] Romanus, multique ac varii et in doctrina et in Republica usus.

[3.] *L.*[9] *Ælius*[b] cognomine duplici fuit: nam et *Præconinus*, quod pater ejus præconium fecerat,[c] vocabatur, et *Stilo*,[d] quod orationes nobilissimo cuique scribere solebat:

nisset. *Claudius* Ed. Pitisc.—8 In uno Ms. Stat. *eques* non comparet. Tum in fine *usus* non agnoscunt Fouc. et Vet. impr. Stat.—9 Deest *L.* Harl. Fouc. Voss. et Edd. aliquot. In aliis *Lælius*, ut supra. Mox *Istilio* Harl. Voss.

NOTÆ

reperi, veluti libro ultimo, et tricesimo tertio: ubi scribit Plinius, præcones etiam olim Romæ vulgo purpura latiore tunicæ usos fuisse, sicut patrem Lucii Ælii Stilonis, unde filius sit Præconinus cognominatus. Ceterum quartum istud ejusdem hominis nomen, *Stilo*, *Istilo* est in nonnullis Suetonii codicibus: sed apud Carisium, Plinium, Quintilianum, nusquam *Istilo* trisyllabum, *Stilo* semper, nisi si quid in media voce sit depravatum: ut apud Plinium Stellio, Quintilianum Stolo pro Stilo. Deinde tractum nomen hoc ab eo quod est stilus, qua significatione Cicero stilum artificem, effectorem, magistrum dicendi optimum dixit: quod orationes nobilissimo cuique scribere soleret Lucius Ælius, ut ait Suetonius: vel, ut Cicero de Claris Oratoribus, quod scriberet orationes, quas alii dicerent: ut Quinto Metello, Quinto Cæpioni, Quinto Pompeio Ruf. Viri ergo egregii, et equitis Romani, patre præcone geniti, ejusdemque oratoris et grammatici, Græcis Latinisque literis eruditissimi, quem Marcus ille Terentius Varro magistrum habuit, Cicerone, Gellio, et Carisio auctoribus, et idem Cicero adolescens audivit, quatuor nomina sunto. Lucius Ælius Præconinus Stilo. Qui autem apud Carisium de genitivo 'poëmatorum' citatur Quinctus Lælius grammaticus, hic quis sit, non habeo compertum. *Vinet.*

[a] *Servius Clodius*] In vet. impr. *Ser. Clodius*. *Usus* non est in vet. imp. Legitur autem in manuscriptis eodem modo hic locus, quo in vet. impresso, *L. Ælius Lanuvinus gener, Q. Ælii Ser.* Ego conjecturam hanc faciebam, *L. Ælius Lanuvinus genere. Q. Ælii servus, et Clodius.* Jam quod sequitur, *Uterque eques Romanus*, in manuscripto altero, uno minus verbo, legitur, *uterque Romanus*, ut ille quidem Lanuvinus genere, vel Lanuvio fuerit oriundus, natus tamen Romæ. In veteribus autem monumentis SER. servum interdum significat. Sic in hortis Vaticanis, CÆS. N. SER. *Achill. Stat.*

[b] *Lælius*] In vet. impr. *L. Ælius.* Achill. Stat.

[c] *Quod pater ejus præconium fecerat*] Id est, præco fuerat. Cic. VI. ad Fam. ep. 19. 'Rescripsit eos, qui facerent præconium, vetari esse in decurionibus.' Accurate multiplex præconum officium et varias in pronuntiando formulas explicat Brissonius. *Burman.*

[d] *Et Istilo*] Alii legunt *et Stylo.* Achill. Stat.

tantus optimatum fautor, ut Quintum Metellum [10] Numidicum in exilium comitatus sit.[e] *Servius*, cum librum soceri [1] nondum editum fraude intercepisset, et ob hoc repudiatus, pudore ac tædio secessisset ab Urbe, in podagræ morbum incidit: cujus impatiens veneno sibi perunxit pedes, et enecuit ita, ut parte ea corporis quasi præmortua [2] vixerit.[f] Post hoc [3] magis [g] ac magis et gratia et cura artis increvit,[h] ut ne clarissimi quidem viri abstinuerint, quo minus et ipsi aliquid de ea scriberent, utque tem-

Istilo Edd. pp. *Scillo* Ed. Ven.—10 *Tantum fautor ut M. Metell.* Voss. Harl. *M. Metell.* Fouc. *tantum qui manum fautor* Vet. Impr. Stat. qui conj. *tantus quidem opt. f.* vel *in tantumque Metellorum fautor.* Habent *favor* pro *fautor* Edd. Ald. Gryph. Col. Bas. Plant.—1 *Socerus cum libr.* Harl. Voss.—2 Ita ediderunt Steph. Casaub. Schild. Græv. Burm. et recentt. Sed *præmortui* dant Voss. Harl. cum Edd. pp. Stat. Ald. Gryph. &c. Statim *viveret* Voss. Colb. Harl. et Mss. Casaub. Ed. pr. Mediol. Flor. probatque Wolf.—3 *Post hos* legi voluit Casaub. *hæc* habent Voss. Colb. Tum *ars incr.* nonnulli Ca-

NOTÆ

[e] *Tantus optimatum favor, ut Q. Metellum Numidicum in exilium comitatus sit*] In vet. impr. *tantum qui manum fautor*, vel, ut in manuscriptis, *tantus optimatum fautor*. Legendum, *tantus quidem optimatum fautor*, vel, *in tantumque Metellorum fautor*. Simile quiddam narrat post de Aurelio Opilio. *Achill. Stat.*

Tantus optimatum fautor, ut Quintum Metellum Numidicum in exilium comitatus sit] Q. enim Cæcilius Metellus, populari factione patria pulsus, ait Valerius Maximus libro IV. capite primo, in Asiam secessit, et Smyrnæ exulavit: nota historia ex Livii Epitome, A. Gellio, Aurelio Victore, Cicerone ipso, atque aliis. Simillima sequitur narratio de Aurelio Opilio, qui cum Rutilio Rufo Smyrnæ item exulante consenuit. Adeo verum est, literas adversis lætisque rebus pariter esse utiles. *Casaub.*

[f] *Veneno sibi perunxit pedes, et enecuit ita, ut parte ea corporis quasi præmortua vixerit*] Mediol. et Mss. *viveret*. Historiam narrat Plinius lib. XXV. cap. 3. 'Tradit M. Varro, Servium Clodium, Equitem Romanum, magnitudine doloris in podagra coactum, veneno crura perunxisse, et postea caruisse sensu omni æque quam dolore in ea parte corporis.' Alii ad ejusdem rei effectum non veneno usi, verum aceto: cujus vim ναρκωτικὴν, hoc est, *stupefacientem*, et vere ὀδυνήφατον, id est, *dolores pellentem*, experimento suo cognovit M. Agrippa, supremis suis annis conflictatus gravi morbo pedum. Plinius lib. XXIII. c. 2. *Casaub.*

[g] *Post hoc mag.*] 'Hoc,' nempe tempus. Sed scribendum est *hos*: post modo enumeratos grammaticos ars cepit incrementum. *Casaub.*

[h] *Et gratia et cura artis increvit*] Quidam *et gratia et cura ars increvit*: non sequar. *Casaub.*

poribus quibusdam super viginti[4] [i] celebres scholæ fuisse in Urbe tradantur; pretia Grammaticorum tanta, mercedesque tam magnæ, ut constet, *Lutatium*[5] *Daphnidem*,[k] quem *Lenæus Melissus* per cavillationem nominis *Πανὸς ἀγάπημα*[6] dicit,[l] ducentis millibus nummum[7] [m] Quinto Ca-

saub. scripti. Voss. et Harl. *ipse aliud de ea*, item *scriberetur* Voss.—4 *Decem* Voss. et aliquot Casaub. Dein *traduntur* Fouc. qui cum Colb. Harl. Voss. dat *pretia vero*, probantib. Oud. Baumg. Recepit *τὸ vero* Wolf. in contextum, sed uncinis inclusum.—5 *Luctatium* Fouc. Harl. Dein *Lenæus* corruptum censebant Græv. et Heins. volebantque *Cilnius*, suffragantib. Oud. Wolf. In min. Casaub. Ed. est *Melius*, in aliis cum Schild. Græv. Gron. *Melisus*.—6 Ita cum Bip. edidit Baumg. conjiciens tamen ἄγασμα. Reliqui omnes ἄγημα. Græca desunt Harl. Voss. lacuna relicta. *Panosagasema* Fouc. Edd. pp. *pansagasansema* Mss. Stat. Conj. Jos. Scalig. δαπάνης ἄγημα, vel δαπάνημα, vel Δαπανίδης, et ultimum suasit Marcil. ad Vesp. Cap. 18. Casaub. corr. δάνους ὄφλημα, v. ἄγρευμα, Guj. δαπάνην, J. F. Gron. Πανὸς ἄγαλμα, v. ἄθυρμα.—7 *DCC. M. nummis Q. Cat.* Voss. *DCC. millibus nummis a Q.* Harl. *DCC. nummûm a Q.* Fouc. *DCC. numum* etiam dant Mss. Ca-

NOTÆ

[i] *Super viginti*] Scripta lectio, *super decem*. Mediolanensis editio, quæ instar Mss. est, *viginti*. Casaub.

[k] *Lutatium Daphnidem*] Omnes hi fere grammatici fuerunt servi: qui a dominis suis tandem manumissi, eorum nomina sumserunt: ut Romæ quondam fieri solitum jam pridem ostendit Angelus Politianus in capite tricesimo primo Miscellaneorum, atque ita pluribus pro uno nominibus more Romano sunt appellati. Daphnis ergo hic, quem prius Marco Scauro serviisse scribit Plinius libro septimo Naturalis Historiæ, de pretio hominis in servitio geniti maximo, ab alio domino suo Quincto Lutatio Catulo libertate donatus, Quinctus Lutatius Catulus Daphnis fuit dictus. *Vinet.*

[l] *Ut constet, Lutatium Daphnidem, quem Lenæus Melissus per cavillationem nominis* Πανὸς ἄγημα *dicit*] Πανὸς ἄγημα, idque συμβολικῶς. Fuit autem hic, opinor, finis carminis veteris poëtæ, itaque insigniter stolidum ac stupidum significabat. In manuscriptis vitio scriptum, *pansagasansema*: vel, ut in vet. imp. *panosagacema*. Achill. Stat.

Quem Lenæus Melissus per cavillationem nominis, Πανὸς ἄγημα *dicit*] Mediol. literis Latinis corruptissime, *panosagasema*. Scripta lectio fere ut est editum, id esset *Panis admiratio*, sive *stupor*, ut intelligatur affine aliquid voci ἐμβρόντητος: quam usurpabant de eo qui esset stupore defixus. Erit allusio ad Panicos terrores, quos a Pane credebant immitti, ut scribit Polyænus et alii. Est et vox militiæ ἄγημα, *agema*, *legio* vel *ala*, ut Livius et Curtius vertunt. Sed prior significatio hic potius convenit, Πανὸς ἄγημα, quasi dicas, o stupide et literarum oblivio! Sed refellit ista perspicue, quod ait Suetonius, 'per cavillationem nominis:' nam in Πανὸς ἄγημα nulla est ad nomen *Daphnis* allusio. Itaque Josephus Scaliger scribebat δαπάνης ἄγημα, *impensæ portentum*, vel δαπάνημα, vel Δαπανίδης; ut et ad no-

tulo emtum, ac brevi manumissum: *Lucium Appuleium*

NOTÆ

men esset aliqua allusio, et ad rem quæ narratur. Tentabam aliquando, *δάνους ὄφλημα*, propter cujus pretium ingens æs alienum ac damnum esset contractum, vel *δάνους ἄγρευμα*: quoniam *ἄγημα* aut tale quid libri omnes tuentur. *Casaub.*

Per cavillationem nominis Πανὸς ἄγημα dicit] Omnino retinenda vulgaris scriptura, quam libri omnes tuentur. Quod enim ea lectione nullam fieri ad nomen Daphnidis allusionem putant doctissimi viri, manifesto falluntur. Daphnis ille fabulis decantatus Panis fuit delicium. Meleager: *Αἰπολικαὶ σύριγγες ἐν οὔρεσι μηκέτι Δάφνιν φωνεῖτ', αἰγιβάτῃ Πανὶ χαριζόμεναι.* *O fistulæ pastorales, nolite in montibus celebrare amplius Daphnidem, faventes Pani capras ineunti.* Pan autem pecoribus præerat, et pecorum magistris. Hinc per cavillationem nominis *Πανὸς ἄγημα* eum dicebat, non Panis delicias, ut Daphnis fuit, sed pecus. Virgil. 'Pan curat oves oviumque magistros.' Fortasse etiam asinum intelligere voluit, qui Arcadiæ pecu

liaris, quæ in tutela Panis. 'Pan Deus Arcadiæ.' *Cl. Salmasius.* Observandum est, nomen, per cujus cavillationem Lenæus Melissus *Πανὸς ἄγημα* dicebat hunc Grammaticum, fuisse DAPHNIDES, non DAPHNIS, id est, *Δαφνίδης*, non *Δάφνις*. Latine autem *Daphnides* videtur esse rectus pluralis *τοῦ* DAPHNIS, quanquam revera sit Græcorum *Δαφνίδης*. Hinc quæsita jocandi materies. Appellatus enim a Lenæo Melisso DAPHNIDES, *Πανὸς ἄγημα*, *Panis agmen*, sive *legio*, quasi plures essent, non unus Daphnis. Jam vero Daphnis pastor erat Mercurii filius, a Pane educatus, atque institutus in Musicis. Erat autem Pan Deus rusticus, pastorum *προστάτης*. 'Pan curat oves oviumque magistros:' itaque in ejus comitatu non nisi pastores et rustici erant, qui nil nisi sylvestre et barbaricum tenui arundine sonare poterant. Notat igitur Lenæus Melissus Daphnidem inficetiarum, quasi esset plane literarum rudis, quantus quantus erat, et rus merum. *Sam. Petitus.*

Per cavillationem nominis Πανὸς ἄγημα dicit] Docte Salmasius in Solinum p. 41. nec minus docte Petitus III. Miscel. 15. Cogitabam tamen aliquando *Πανὸς ἄγαλμα*, vel *ἄθυρμα*, *Panos oblectamentum*, vel *deliciæ*. Eustathius ad 'Ιλ. Α. 'Η *τρίγλα, κατὰ τοὺς παλαιοὺς, 'Αρτέμιδος ἄγαλμα*, hoc est, *Mullus, juxta veteres, Dianæ oblectamentum.* Et mox: *Οὕτω καὶ λύκος 'Απόλλωνος ἄθυρμα*, *Sic et lupus Apollinis deliciæ.* Laudare videtur, sed deridet hominem tanquam merum et inficetum rus, nec nisi rusticis et imperitis probatum. Panos *ἄθυρμα*, et bucolicus ille Daphnis, et quæ 'certamen venit ad impar,' soli Midæ prælata. *Gronov.*

[m] *Ducentis millib. nummum*] In vet. impr. *Dec. nummum.* Achill. Stat.

Ducentis millibus nummum] Ut si hodie dicas, aureis ad quinquies mille. Sed longe alio nos vocant libri alii, in quibus scriptum, *DCC. millibus:* ea essent aureorum, quibus hodie utimur, millia circiter septemdecim et quingenti. Plinius libro VII. c. 39. 'Pretium hominis in servitio geniti maximum ad hanc diem (quod equidem compererim) fuit grammaticæ artis Daphnidis, Cn. Pisaurensi vendente, et M. Scauro principe civitatis III. M.DCC. sestertiis licente.' Omnino ridicule expressa summa, quæ ne ad centum quidem aureos accedit. Ego vero nullus dubito, et in Suetonii et in isto Plinii loco numerum aliquem desiderari, omnibus antedictis longe majorem. Franciscus Hoto-

ab Eficio [8] Calvino, Equite Romano [n] prædivite, quadringenis annuis [o] conductum,[9] multos edocuisse.[p] Nam in provincias quoque Grammatica penetraverat, ac nonnulli de notissimis [10] doctoribus [q] peregre docuerunt, maxime in Gallia Togata: inter quos *Octavius Teucer*, et *Siscennius*[r] *Iacchus*, et *Oppius Chares*: [1] hic quidem ad ultimam

saub. et Vet. Impr. Statii.—8 *Efficio* Ed. pr. *Æficio* Mss. Casaub. *Æfficio* Voss. Harl. Casaub. legit *Ericios*, vel *Erucios*. Oud. conj. *L. Sextio*, Stat. *Fufecio*.—9 Harl. *quadringentis nummis conductis*, Voss. *quadringenis nummis conductus m. edoceret*. Guj. legit *quadragenis*. Schild. mallet vel *quadringentis aureis*, vel *quadragenis annuis*. In Vet. Imp. *quadring. ann. conductos m. edocent*, unde constituit locum Stat. *L. Appuleius a Fufecio C. E. R. p. quadring. ann.* vel *quadringentis aureis*, *conductos m. edocuit*. In Fonc. *conductos* et *edocuissent*. Harl. *edoceret*, cum Mss. Casaub. qui corr. *ut m. edoceret*. Oud. *si m. edoceret*.—10 Voss. Harl. et Casanb. *doctissimis*. Tum *Sistennius* Voss. *Saecenius* Vet. Imp. Stat. Conj. Oud. *Cæsennius*, aut *Sisinnius*, Wolf. *Sisennius*, et ita citat Casaub. ad Strab. IV. p. 181.—1 Sic scribend. monuit Casaub. et

NOTÆ

manus, clarissimus Jurisconsultus, et in hac parte antiquitatis diligenter versatus, emendabat, *tricies septingentis*. Cui equidem, ut in re dubia assentior: etsi summa illa vægrandis est ac plane stupenda. Sed Romanas opes et animos cogitet lector, non res hodiernas. *Casaub.*

[n] *L. Appuleium ab Eficio Calvino Equite Romano*] Legendum videtur *a Fufecio Calvino*. Sed in vet. impr. totus hic locus legitur, *L. Appuleium ab Eficio Calvino, Equite Romano prædivite, quadringenis annuis conductos multos edocent*. Ex quo faciebam: *L. Appuleius a Fufecio Calvino, Equite Romano prædivite, quadringenis annuis*, vel, *quadringentis aureis, conductus multos edocuit*. Achill. Stat.

Ab Eficio Calvino] Mediol. *Efficio:* Scripti *Æficio:* omnia suspecta. Calvini cognomen plures Romanorum gentes usurparunt, ut Domitia, Veturia, Sextia. Eficios nusquam legere memini: legi *Ericios* vel *Erucios*. Casaub.

[o] *Quadringenis annuis*] Id est, x. M. coronat. Id autem cum privati hominis modum excedat (namque Imperator Vespasianus annua solum centena Latinis Græcisque Rhetoribus constituit, ut est in ejus vita c. 18. et Verrius Flaccus ab Augusto sestertia centena in annum accepit, infra capite 17.) facile adducor, ut legam *quadringentis aureis*, vel *quadragenis annuis*. Ita e contrario capite 41. Octavii, quo loco vulgatæ editiones exhibent *quadragenos*, Salmasii codex substituit *quadringenos*. Adde locum c. 23. 'nec sufficeret sumtibus, quanquam ex schola quadragena annua caperet.' *Schild.*

[p] *Multos edocuisse*] Scripta lectio, *edoceret*. Scribendum, *ut multos edoceret:* siquidem aliquid mutandum. *Casaub.*

[q] *De notissimis doctoribus*] Scripti, *de doctissimis doct.* perperam autem *Cares* sine aspiratione, pro *Chares*, Χάρης. Oppius iste, is fortasse est, qui Macrobio vir doctus dicitur Saturnal. lib. II. cap. 14. Librum fecerat de silvestribus arboribus. *Casaub.*

ætatem, et cum jam non gressu modo deficeretur,[s] sed et visu.

[4.] Appellatio *Grammaticorum* Græca consuetudine invaluit;[t] sed initio 'Literati' vocabantur. Cornelius quoque Nepos in[2] libello, quo distinguit 'literatum' ab 'erudito,'[u] 'literatos quidem vulgo[3] appellari' ait 'eos, qui aliquid diligenter et acute scienterque possint aut dicere, aut scribere: ceterum proprie sic appellandos[4] poëtarum interpretes,[v] qui a Græcis γραμματικοὶ nominentur.' Eos-

est in Voss. Harl. Colb. Vulgo *Cares.* Infra *ingressu* præbent Harl. Fouc. Colb. Ed. Flor. probante Ern. In fine Cap. Edd. multæ *deficeret.*—2 Harl. et Voss. *Corneliusque Nep. lib.* Præpositio etiam deest Fouc. et Ms. Bongarsii, in quo *libello quodam d.* probante Casaub. *distinxit* Ed. Vinet.—3 *Vulgo quidem* Fouc. Dein *aliquid* deest Fouc. Ed. Flor. mavultque abesse Ern.—4 *Appellant* Harl. Voss. Dein vulgo verba *eosd. Lit. voc.* ad præcedentia referuntur, distinctione plena ante *Messala* posita, omissoque verbo *ostendit.* Interpunctionem correxit Wolf. præeunte Casaub. qui *ostendit* e Mss. et Ed. Mediol. reponi etiam jussit, cui obsecuti sunt Oud. Ern. Bip. et seqq. astipulantib. Voss. Colb. Fouc. Harl. Cum Casaub. facit Schottus Obss. III. 14. nisi quod *grammatici* Latine (ut in Harl.) et *nominantur* legit.

NOTÆ

r *Et Siscennius*] In vet. impr. *Sescenius.* Achill. Stat.

s *Et cum jam non gressu modo deficeret*] In vet. impr. *deficeretur*, ut in manuscr. *Achill. Stat.*

t *Græca consuetudine invaluit*] Non protritus usus vocis. Sic Cæsar VII. de bello Gallico: 'universis civitatibus, quæ Oceanum attingunt, quæque eorum consuetudine Armoricæ appellantur.' *Gronov.*

u *In libello, quo distinguit literatum ab erudito*] Ut hæc lectio est, videtur Cornelius Nepos ad id ipsum libri scriptionem instituisse, ut discrimen explicaret inter literatum et eruditum, quod vix putem, quare probo lectionem mihi repertam in codice Bongarsii: *Cornelius quoque Nepos libello quodam distinguit literatum ab erudito.* Proprie literatus is est, qui literas habet, sive earum doctrinam possideat, hoc est, ὁ πεπαιδευμένος, sive ipsarum notis sit inscriptus, ut servi ἐστιγμένοι, *frontem literati* Plauto et Apuleio. Ideo vertit auctor Glossarum: *literatus*, γεγραμμένος. Cornelio Nepoti, discrimen facienti inter literatum et eruditum, literatus idem erat ac grammaticus. Diomedes lib. II. 'Artium genera sunt plura, quarum grammatice sola literalis est, ex qua rhetorice et poëtice consistunt: idcirco literalis dicta, quod a literis incipiat. Nam et grammaticus Latine literatus est appellatus, et grammatica, *literatura*, quæ formam loquendi ad certam rationem dirigit.' At 'eruditi' qui dicantur Romanis scriptoribus, et quid 'eruditionem' proprie appellarint, exposuimus ad lib. II. Suet. c. 89. sic cape 'eruditionis variæ volumina' c. 6. id est, ποικίλην φιλολογίαν περιέχοντα. *Casaub.*

v *Ceterum proprie sic appellandos po-*

dem 'Literatores' vocitatos, Messala Corvinus in quadam epistola[w] ostendit, 'non esse sibi,' dicens, 'rem cum Furio Bibaculo, nec cum Sigida[5 x] quidem, aut literatore Catone:' significat enim haud dubie Valerium Catonem, poëtam simul Grammaticumque notissimum. Sunt, qui literatum a literatore distinguant, ut Græci Grammaticum a Grammatista;[y] et illum quidem[6 z] absolute, hunc mediocriter

Profert insuper *scripsit* pro *ostendit* e Ms. Bongars. vel Ed. Mediol. Improbat Bosius ad Fragm. Nep. VI. 3. Schotti conatus, quanquam et legi posse putet, *Eosd. Lit. vocabat Mess.*—5 Mss. Casaub. Voss. Harl. *Rigida.* Scalig. in ora Cod. corr. *Ticida* e Cap. 2. Joh. Wowerius, notante Casaub. conj. *Sedigito.* Paulo ante *ne cum* habent Fouc. Mss. Casaub. et Edd. aliquot.—6 *Grammaticum et Grammatistam et istum illum quidam* Voss. Harl. *ne illum*

NOTÆ

ëtarum interpretes] Cic. sic, ut Corn. Nepos, poëtarum interpretes grammaticos vocat in I. de Divinat. nisi memoria fallor. *Achill. Stat.*

[w] *Eosdem Literatores vocitatos, Messala Corvinus in quadam ep.*] Restitue e Codice Mediolanensi et Mss. vocem quæ deest, ac, distinctione mutata, scribe: *eosdem literatores vocitatos Messala Corvinus in quadam epistola ostendit, non esse sibi dicens rem.* Casaub.

[x] *Nec cum Sigida*] Hic Sigida quia nemini notus aliunde est, Lilius Gregorius scribit libro decimo de poëtis, se semper arbitratum esse, pro *Sigida, Ticida* reponi debere: ut sit Caius Ticida: cujus infra videbis versum de Valerio Catone. *Vinet.*

Nec cum Sigida quidem] Scripta lectio, *ne cum Rigida q.* neutrum possumus probare. Ticidam nominat Suetonius c. 11. qui an huc pertineat nescio: fortasse verius est, quod viro eruditissimo, et veteri consuetudine καὶ συμβιώσει mihi conjunctissimo, Johanni Wouerio Hamburgensi videbatur, *ne cum Sedigito quidem.* Volcatium Sedigitum de poëtis scripsisse testis A. Gellius lib. XV. c. 24. *Casaub.*

[y] *Sunt, qui literatum a literatore distinguant, ut Græci Grammaticum a Grammatista*] Qui diligentius sive Græce sive Romane loquuntur, hæc discrimina accurate servant. Juvat vero hoc loco referre, quæ de differentia inter Grammatistam et Grammaticum Sextus Empiricus, scriptor eruditissimus, nondum Græce editus, disserit, docens, ab eadem quidem voce utramque esse appellatam: sed non ab eadem vocis ejusdem notione. Γράμματα quippe Græcis dici, et literarum elementa, quæ in prima pueritia pueri docentur, et scripta auctorum: igitur grammatisticam quidem a priore significatione esse appellatam, grammaticam vero a posteriore: quæ quidem auctorum omnium intelligentiam et interpretationem profitetur. Sic ille in iis, quæ scripsit adversus Μαθηματικοὺς, *Mathematicos*, lib. I. c. 2. Ποσαχῶς λέγεται ἡ γραμματικὴ, *quot modis dicitur grammatica.* Καὶ ἡ τέλειος γραμματικὴ, ἀπὸ τῆς τῶν γραμμάτων εἰδήσεως κατ' ἀρχὰς ὀνομασθεῖσα, διετάθη καὶ ἐπὶ τὴν ἐν τοῖς ποικι-

doctum existiment: quorum opinionem *Orbilius* etiam exemplis confirmat. Nam, 'apud majores,' ait, 'cum familia alicujus venalis produceretur,[a] non temere quem[b] literatum[7] in titulo,[8] sed literatorem inscribi solitum esse:

Vet. impr. Stat. qui conj. *ut ill.* Fouc. *a Grammatica ne ill.*—7 In Edd. antiquiorib. habetur *non t. quem non lit.* sed ultimum *non* ejecere R. Steph. G. Cassander, Casaub. Burm. Oud. et seqq. sicuti eo carent Mss. excepto Fouc. Broukh. vel delendam negativam, vel legend. *non t. quenquam lit.* censuit Supra *namque apud* Fouc.—8 *Titulos* Voss. Harl. Mox *perfectum lit.* habent

NOTÆ

λεπτέροις αὐτῶν, καὶ τεχνικωτέροις θεωρήμασι γνῶσιν. Τάχα δὲ, ὥς φασιν οἱ περὶ τὸν 'Ασκληπιάδην, καὶ αὐτὴ ἀπὸ μὲν γραμμάτων ὠνόμασται, οὐκ ἀπὸ τούτων δὲ, ἀφ' ὧν καὶ ἡ γραμματιστική· ἀλλ' ἐκείνη μὲν ὡς ἔφην, ἀπὸ τῶν στοιχείων, αὐτὴ δὲ ἀπὸ τῶν συγγραμμάτων περὶ οἷς πονεῖται. ΓΡΑΜΜΑΤΑ γὰρ καὶ ταῦτα προσαγορεύεται, καθὰ καὶ δημόσια καλοῦμεν γράμματα, καὶ πολλῶν τινὰ γραμμάτων ἔμπειρον ὑπερέχειν φαμὲν, τουτέστιν οὐ τῶν στοιχείων, ἀλλὰ τῶν συγγραμμάτων. Καὶ Καλλίμαχος δὲ ποτὲ μὲν τὸ ποίημα καλῶν γράμμα, ποτὲ δὲ τὸ καταλογάδην σύγγραμμά φησι. *Et perfecta quidem grammatica, ab initio dicta a peritia literarum, porrecta est ad cognitionem præceptorum, quæ in iis et magis varia, et magis artificiosa sunt. Forte autem, ut ait Asclepiades, et ipsa a literis denominata est, non vero ab iis, a quibus et grammatistica. Sed hæc, ut dixi, ab elementis; illa vero a scriptis, circa quæ versatur. Nam et ipsa appellantur* γράμματα; i. e. *literæ. Quemadmodum et acta publica nuncupamus; et multarum literarum peritum aliquem esse dicimus, hoc est, non elementorum, sed ipsorum scriptorum. Et aliquando Callimachus poëma appellans* γράμμα, i. e. *scriptum, seu opus, aliquando vero et quod soluta oratione scriptum est, dicit* σύγγραμμα, *i. e. librum.* Prius probat allato epigrammate Callimachi ubi sunt ista: 'Ομήρειον δὲ καλεῦμαι Γράμμα Κρεωφύλου. Ζεῦ φίλε, τοῦτο μέγα. (Alii legunt 'Ομήρου νῦν δὲ καλεῦμαι Γράμμα· Κρεοφύλῳ, &c. hoc est, *Nunc scriptum dicor Homeri, Nonne Creophylo, Jupiter, hocce grave est?*) Posterius, allato versu ex epigrammate ejusdem in Cleombrotum: Ἓν τὸ περὶ ψυχῆς γράμμ' ἀναλεξάμενος, *Cum unum de anima opus legisset;* ubi γράμμα est Phædo Platonis. Affert postea Sextus grammaticæ descriptionem ex Dionysio Thrace hanc: Γραμματική ἐστιν ἐμπειρία, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, τῶν παρὰ ποιηταῖς τε καὶ ξυγγραφεῦσι λεγομένων: *Grammatica, ut plurimum, est peritia eorum, quæ leguntur apud poëtas et historicos:* deinde vocem ξυγγραφεὺς, quæ scriptoribus Atticis historicum fere significat, interpretatur addens: ΞΥΓΓΡΑΦΕΙΣ καλῶν, ὥς ἐστιν ἐκ τῆς πρὸς τοὺς ποιητὰς ἀντεμφάσεως πρόδηλον, οὐκ ἄλλους τινὰς, ἢ τοὺς καταλογάδην πραγματευσαμένους. *Historicos vocans, ut patet ex contraria significatione apud poëtas, non alios, quam eos, qui soluta oratione componunt.* Hæc Sextus Empiricus. *Casaub.*

[a] *Et illum quidem*] Vet impr. *ne illum quidem.* Legendum fortasse, *ut illum quidem.* Achill. Stat.

[a] *Cum familia alicujus venalis produceretur*] Cum aliquis mango, aut alius, servos suos vænum producebat in catasta. Titulis enim et voce præ-

quasi non perfunctum literis, sed imbutum.'[c] Veteres Grammatici et Rhetoricam docebant: ac multorum de utraque arte commentarii feruntur. Secundum quam consuetudinem posteriores quoque existimo,[d] quanquam jam discretis[9] professionibus, nihilominus vel retinuisse, vel instituisse et ipsos, quædam genera institutionum ad eloquentiam præparandam,[10] ut problemata, paraphrases, allocutiones, ethologias,[e] atque alia hoc genus; ne scilicet sicci omnino[1] atque aridi pueri Rhetoribus traderentur: quæ quidem omitti jam video, desidia quorundam et infantia; non enim fastidio putem. Me quidem adolescentulo, repeto, quendam, Principem nomine,[2] alternis diebus declamare, alternis disputare, nonnullis vero mane disserere, post meridiem, remoto pulpito,[f] declamare solitum. Audie-

O. Edd. et Codd. Tacite mutavit Baumg.—9 *Tam disc.* Voss. *disc. possessorib.* Fouc. Tum *nullo minus* Harl. Voss. *etiam ipsis* Harl. *et ipsis* Voss.—10 Conj. Ern. *præparantium*, quod mallet Oud. si Mss. addicerent. Mox *paraphr. alloc.* receperunt Oud. Bip. Wolf. jubente Casaub. ex Ed. Mediol. accedentib. Voss. Fouc. Colb. Vulg. *periphrases, elocut.* Harl. *periphr. alloquut.* Ed. Burm. et al. *paraphr. elocut.*—1 *Etymologias atque alia hujus generis, nec sicci omnino* Harl. Voss. nisi quod *alias* dat Voss. *æthologias*. Ed. Mediol. Tum *omitti ideo vid.* Harl. *ideo desid.* Voss. *vides* Fouc.—2 Ms. Schotti Obs. I. 17. *Rome.* In-

NOTÆ

conis singulorum mancipiorum pretia indicabantur. Lege Lucian. ἐν Βίων πράσει, h. e. *in vitarum auctione*. Propertius lib. IV. 'At quorum titulus per barbara colla pependit, Cælati medio cum saliere foro.' Vide A. Gellium libro IV. c. 12. *Casaub.*

[b] *Non temere quem*] Id est, *aliquem*. Achill. Stat.

[c] *Quasi non perfectum literis, sed imbutum*] Horat. lib. II. Epist. ad Florum, de puero servo venali, 'Literulis Græcis imbutus.' In vet. imp. distinctum a ceteris caput, et in manuscriptis. *Achill. Stat.*

Non perfectum literis] Cicero in Bruto: 'C. Memmius L. F. perfectus literis, sed Græcis.' *Gronov.*

[d] *Secundum quam consuetudinem posteriores quoque existimo*] Confer hunc locum cum iis quæ scribit Quintilianus libro I. c. 9. et libro II. cap. primo. *Casaub.*

[e] *Periphrases, elocutiones, ethologias*] Mediol. *Paraphrases, allocutiones*. Optime et verissime. In eodem *æthologias*: putet aliquis, pro *ætiologias*: sed rectum est *ethologias*. De istis omnibus exercitationibus habes apud rhetores, præsertim Græcos. Ἠθολογίαι sunt morum descriptiones, puta avari, aut meticulosi, de quibus notationibus diximus in Prolegomenis ad Theophrasti Characteres. *Casaub.*

[f] *Remoto pulpito*] E quo docebant.

bam etiam memoria patrum, quosdam e Grammatici statim ludo [3] transisse in Forum,[g] atque in numerum [4] præstantissimorum patronorum receptos. Clari professores, et de quibus prodi possit aliquid duntaxat a nobis, fere hi fuerunt.

[5.] *Sævius* [5] *Nicanor* [h] primus ad famam dignationemque docendo pervenit: fecitque præter commentarios, quorum tamen pars maxima intercepta dicitur, satiram [6] quoque; in qua libertinum se, ac duplici cognomine esse, per hoc indicat: [i]

fra *remoto* abest membb. Schot. Voss. et Harl. spatio relicto.—3 Sic ad jussum Casaub. dederunt Oud. Ern. et seqq. cum Ms. uno Statii. Conj. etiam Ern. *a Grammaticis s. e ludo.* Vulg. *e Grammaticis statim e ludo*, etiam Edd. Schild. Burm. sed τὸ *e* abest a Mss. Steph. Cassand. Fouc. Harl. Voss. et Edd. Vett. usque ad Casaub. In altero Cod. Stat. *eludendo*, in altero *e Grammatici Statii ludo.* Proxime pro *transisse* dant *mersisse* Harl. et Coll. Voss. qui conj. *emersisse.*—4 Harl. itidem cum Voss. *in numero.*—5 Vinet. e Macrobio legit *Suevius*, probantib. Casaub. Broukh. *Niganor* Voss. Harl. in quibus mox *feruntque præter c. q. tum pars m. recepta*, nisi quod *receta* Voss. *præter commentatores* Fouc.—6 *Saturam* Harl. Mox *se dupl. c. e. per hoc* scribit ex Vet. impr. Stat. probatque Casaub. cum Ed. Mediol. suffragante Fouc. Vulg. *se ac d. c. esse hoc i.* sed tunc *se* expungendum docuerunt Oud. et Wolf. *se d. c. esse hoc i.* Ed. Burm. sed *per hoc* testantur Voss. Harl. Colb. et Edd. Vett.

NOTÆ

Horat. in I. Serm. ‘Grammaticas ambire tribus, et pulpita dignor.’ *Achill. Stat.*

[g] *Quosdam e Grammaticis statim ludo transisse in Forum*] Vet. imp. *eludendo*, non *ludo.* leg. *e ludo.* In manuscripto altero, *e Grammatici statim ludo:* in altero, *e Grammatici Statii ludo.* Achill. Stat.

Quosdam e Grammaticis statim e ludo transisse in Forum] Posterius *e* abest a Mediol. Legendum omnino cum libris Achillis Statii: *quosdam e Grammatici statim ludo, trans.* ea vera lectio et mens Suet. *Casaub.*

[h] *Sævius Nicanor*] Hic, non video, cur esse non possit, qui *Suevius*, V pro A, dicitur libro tertio et sexto Saturnaliorum Macrobii; cujus versus aliquot adducturus, Macrobius, poëtam longe doctissimum appellat. *Vinet.*

Sævius Nicanor] Scribo *Suevius*, cum doctissimo viro Elia Vineto. *Casaub.*

[i] *Satiram quoque; in qua libertinum se, ac duplici cognomine esse hoc indicat*] Placet lectio vet. imp. *In qua libertinum se duplici cognomine esse per hoc indicat.* Horat. quoque in II. Serm. de servo, opinor, ‘Tanquam habeas tria nomina.’ *Achill. Stat.*

In qua libertinum se, ac duplici cognomine esse hoc indicat] Vix constat Latinitas. Melius Mediol. *in q. l. se duplici cognomine esse, per hoc indicat:* Suevii duplex cognomen, Nicanor Posthumius, vel *Posthumeius*, ut videtur suadere mox alterius lex versus. *Casaub.*

Sævius Nicanor Marci libertus negabit,
Sævius Postumius[7] idem;[k] at Marcus docebit.[l]

Sunt, qui tradant, ob infamiam[8] quandam eum in Sardiniam secessisse, ibique diem obiisse.[m]

[6.] *Aurelius Opilius*,[n] Epicurei[9] cujusdam libertus, Philosophiam primo, deinde Rhetoricam, novissime Grammaticam docuit. Dimissa autem schola, Rutilium Rufum damnatum in Asiam secutus, ibidem Smyrnæ simulque consenuit; composuitque variæ eruditionis aliquot volumina, ex quibus novem unius corporis: qui, quia[10] scriptores ac poëtas sub clientela Musarum judicaret, non absurde et scripsisse et fecisse[1] se ait ex numero Divarum et appellatione.[o] Hujus cognomen in plerisque[2][p] indici-

indicatur etiam Voss. Harl.—7 Ut metro consulerent, emendarunt Casaub. *Postumeius*, Gron. *Postumianus*, Oud. *Postulenus* vel *Postumuleius*. Harl. Colb. Voss. præbent *Posthujus*. Fonc. *Postinus idem ac M.* In uno Stat. *Postumus ac M.* in altero *Servius post hujus*, in alt. *Servius post hic*. Ipse Stat. corr. *Postumius, ast idem M.* Scalig. in ora Cod. conj. *libertus, negabit S. Posthumius, quid id est? at M. d.* In priore versu Schott. e Ms. legit *negabat*, suffragante Wolf. Ceterum pro *at* exhibent *sed* Edd. Casaub. et seqq. etiam Burm. verum contra Codd. et Edd. Vett. corrigentib. Oud. Wolf. 'Omnes *idem* neutrum habuerunt. Ego *idem* masculinum esse puto, ideoque mutavi interpunctionem, hoc sensu: Sæv. Nicanor, qui idem Sæv. Postumius: quo ipso, duplici cognomine se esse, indicat.' *Baumg.*—8 *Infantiam* Cod. Schot. Tum *ibique dicitur ob.* Mss. Casaub. *dicit ob.* Harl. Voss.—9 *Epicuri* Voss. Harl. in quo postea *Ruffum*. Pro *primo* Voss. *patrio*.—10 Broukh. conj. *judicarent*, vel *quos, quia, &c.* Wolf. *quæ quia*. Delendum putant τὸ *qui* Oud. et Ern. nec refragatur Baumg.—1 *Et fec. et scrips.* Harl. Voss. Colb. Ed. Flor. probante Ern. Potius Wolf. videtur corrigere *inscripsisse*.—2 Dant Voss. et

NOTÆ

[k] *Sævius Postumius idem*] Numquid *Sævius Postumianus idem?* Nam *Postumius* est gentile, eoque nequit esse cognomen. *Gronovius.*

[l] *Sævius Nicanor Marci libertus negabit, Sævius Posthumius idem. At Marcus docebit*] In vet. impr. *Sævius Posthumius ac Marcus*, in manuscr. altero, *Servius post hujus*: in altero, *Servius post hic.* Ego vero versus e Satira Nicanoris hos esse putabam, itaque constituebam: *Sævius Nicanor Marci libertus, negavit Sævius Postumius, ast idem Marcus docebit.* Achill. Stat.

[m] *Ibique diem obiisse*] Alia lectio, *ibique dicitur obiisse.* Casaub.

[n] *Aurelius Opilius*] Qui Carisio et Festo frequenter citatur. *Vinet.*

[o] *Non absurde et scripsisse et fecisse se ait ex numero Divarum et appellatione*] Mira brevitas sermonis: nam hoc vult: quod integrum opus in partes novem tribuisset, quodque illi nomen Musarum imposuisset, non absurde fecisse se ex numero Diva-

bus et titulis per unam[3] literam scriptum[q] animadverto: verum ipse id[4] per duas effert in parastichide libelli,[5] qui inscribitur 'Pinax.'[r]

[7.] *M.*[6] *Antonius Gnipho*,[s] ingenuus, in Gallia natus, sed expositus;[t] a nutritore suo manumissus, institutusque Alexandriæ quidem, ut aliqui tradunt, in contubernio Dionysii Scytobrachionis;[7] [u] (quod equidem non temere

Harl. *et num. duarum et ap. in plerisque huj. cog. ind.*—3 J. F. Gron. conj. *per un. L lit.* et ita edidit Jac. Gron. filius, probante Oud. Ern. inclinat in sententiam Turneb. Adv. XIII. 2. qui putat hic agi de litera *P* in nomine Opilii.—4 *Id* deest Voss. Colb. et monente Oud. delevit Wolf.—5 Sic Mss. Stat. ipso probante, Scalig. in ora Cod. et Edd. Casaub. et seqq. *in Parassichidæ libellis* Edd. Stat. Gryph. Plant. *parassichide libellis* Ald. Bas. *perastich.* Harl. *libello* Steph. Cassand. Tum *Panax* Ed. Lamb. Lutet. 1567.—6 Prænomen exulat a Voss. Harl.—7 Ita Edd. Gron. Pitisc. Oud. Ern. Bip. Wolf. In aliis *Scit.*

NOTÆ

rum et appellatione. Existimant eruditi novem istis libris novem Musarum nomina esse præfixa, ut in Herodoteo opere factum est: sed falluntur. Nam opus universum Opilii Musarum nomen tulit: singulæ autem dictæ sunt, liber primus Musarum, liber secundus Musarum, &c. neque aliter, quod meminerim, a veteribus laudantur. *Casaub.*

[p] *Hujus cognomen in pl.*] Curiosa et grammatica est hæc observatio: quam refero ad liquidæ geminationem in cognomine Opilius. Nam in hujusmodi nominibus quidam semel literam *l* ponebant, quidam geminabant. Inde est illa etiam in antiquiss. codd. varietas, Lucilius et Lucillius, Popilius et Popillius et similia. *Casaub.*

[q] *Per unam literam scriptum*] Videtur excidisse figura literæ, et fuisse, *per unam L literam scriptum.* Gellius XIV. 5. 'habere debebit in casu vocandi I literam extremam.' *Gronov.*

[r] *Verum ipse id per duas effert in Parassichidæ libellis, qui inscribitur Pinax*] Vet. impr. *in parastichide,* ut erat in manuscr. vel *prostichide libelli, qui inscribitur Pinax.* Achill. Stat.

In parastichide libelli] Παραστιχὶς, unde παραστιχίδιον, continuum ordinem notat: item capita, et primas versuum literas. *Græv.*

[s] *Marcus Antonius Gnipho*] Hujus etiam meminit Quintil. in I. 'Sicut,' inquit, 'Ant. Gnipho, qui robur quidem et ebur, atque etiam marmur fatetur esse: verum fieri vult ex his, robura, ebura, marmura.' *Achill. Stat.*

Marcus Antonius Gnipho] Quem citat Quintilianus libro primo, et Carisius ex commentariis in Virgilium, epistolis, et orationibus. Macrobius libro tertio Saturnaliorum: 'Item Antonius Gnipho, vir doctus, cujus scholam Cicero post laborem fori frequentabat.' *Vinet.*

[t] *Sed expositus*] Distinguendum videtur hoc loco. *Achill. Stat.*

[u] *Dionysii Scythobrachionis*] Qui scribitur Σκυτοβραχίων apud Suidam, et Σκυτεὺς. *Vinet.*

In contubernio Dionysii Scytobrachionis] Videtur hic, altero brachio de-

crediderim,[8] cum temporum ratio vix congruat;) fuisse dicitur ingenii magni, memoriæ singularis, nec minus Græce, quam Latine doctus: præterea comi facilique natura, nec unquam de mercedibus pactus, eoque plura ex liberalitate discentium consecutus. Docuit primum[9] in Divi Julii domo, pueri adhuc: deinde in sua privata. Docuit autem et Rhetoricam, ita ut quotidie præcepta eloquentiæ traderet, declamaret vero non nisi nundinis. Scholam ejus claros quoque viros frequentasse aiunt: in his[10] Marcum Ciceronem, etiam cum prætura fungeretur. Scripsit multa, quamvis annum ætatis quinquagesimum non excesserit: etsi Atteius[1] Philologus duo tantum volumina 'de Latino sermone' reliquisse eum tradit: nam cetera scripta discipulorum ejus esse, non ipsius: in quibus et suum alicubi reperiri nomen.[r]

vel *Scythobrach.* Fonc. *Scitabach.* Ed. Flor. *Scythobach.*—8 Harl. *crediderunt.* —9 Voss. et Harl. *prius.*—10 Fonc. *in iis.* Dein *et cum* Voss. Harl. Mox in iisdem *excesserint;* Edd. Ald. Bas. Vinet. *accesserit.*—1 Dat Harl. *Athenis,*

NOTÆ

bilis factus, effigiem brachii e corio aliqua re levi farto gestasse; id enim est *σκυτοβραχίων*. Sed Suida auctore, non solum Scytobrachion dictus est, verum etiam *Σκυτεὺς, sutor calceolarius;* quare alia fuerit causa hujus appellationis. Recte autem Suetonius antiquiorem hunc fuisse pronuntiat, quam ut illi convivere Gnipho hic, Ciceroni æqualis, potuerit. Ætatem illius certo definire non possumus: sed vetustum admodum scriptorem fuisse, declarant verba Athenæi e libro XII. 'Ἱστορεῖ Ξάνθος ὁ Λυδὸς, ἢ ὁ *τὰς εἰς αὐτὸν ἀναφερομένας ἱστορίας συγγεγραφὼς, Διονύσιος ὁ Σκυτοβραχίων, ὡς Ἀρτεμὼν φησιν ὁ Κασανδρεὺς ἐν τῷ περὶ συναγωγῆς βιβλί. Refert Xanthus Lydus, vel auctor historiarum quæ ipsi ascribuntur, Dionysius Scytobrachion, ut ait Artemon Cassandreus in opere de librorum collectione.* Historiam Lydiaca inscriptam plerique Xantho Lydo tribuebant, quidam Dionysio Scytobrachioni. Hic Xanthus antiquissimus fuit scriptor ante Ephorum et Herodotum. Si igitur Dionysius iste Julii Cæsaris et M. Tullii ætate vixisset, quis tam fatuus eo vel proximo sæculo reperiri potuisset, qui vetustissimam Historiam illi ascriberet? Profecto ne dubitandum quidem erat Suetonio, quin hujus et Gniphonis tempora parum inter se congruerent. *Casaub.*

[r] *Nam cetera scripta discipulorum ejus esse, non ipsius: in quibus et suum alicubi reperi nomen*] In vet. impr. *reperiri,* non *reperi,* ut repetatur, *Atteius Philologus tradidit:* itaque est in manuscript. *Achill. Stat.*

[8.] *M.*[1] *Pompilius Andronicus,*[w] **natione Syrus, studio Epicureæ sectæ desidiosior**[3] in professione Grammaticæ habebatur, minusque idoneus ad tuendam scholam. Itaque, cum se in Urbe non solum Antonio Gniphoni, sed ceteris etiam[4] deterioribus postponi videret, Cumas transiit, ibique in otio vixit, et multa composuit: verum adeo inops atque egens, ut coactus sit præcipuum illud opusculum suum annalium Ennii elenchorum[5] sedecim millibus nummum cuidam vendere:[x] quos libros Orbilius suppressos redemisse se dixit,[6] vulgandosque curasse nomine auctoris.[y]

[9.] *Orbilius Pupillus*[7] Beneventanus, morte parentum, una atque eadem die inimicorum dolo interemtorum, de-

et postea cum Voss. *esse non impensius in q. &c. nomen ut hic.* Præterea *reperi* est in Edd. Stat. Ald. Bas. Gryph. et al. usque ad Casaub.—2 Prænominis notam addiderunt Oud. et Wolf. e Voss. Colb. et Ed. Mediol. item omnibus literis *Marcus* Fonc. Harl. Vulgo deest.—3 *Dissid.* Harl. qui et *grammatica* cum Voss. Colb.—4 *Ceteris enim* Harl. Voss.—5 Ita ediderunt Oud. Wolf. Bip. moti auctoritate Mss. Casaub. Colb. Ed. pr. Mediol. et al. cum Fonc. præeunte Stat. Vulgo abest *suum* et *Ennii*, et ultimum abesse malit Baumg. Legit Merula ad Enn. p. 600. *opusc. ann. Ennii librorum sexd. mil.* Voss. et Harl. sic exhibent, *principium ill. opusc. suum annalium. n. elench.*—6 *Dicit* Fonc. Harl. Colb. Voss. Statim *vulgatosque* Voss.—7 *Puppillus* Edd. Scriv. Græv. Dein *mors par.* Voss. *in inimic.* Harl. In Fonc. *primo* deest. Habet *patrio* Voss. et statim cum Harl. *apud præturam migrantibus fecit.*—

NOTÆ

[w] *Pompilius Andronicus*] Mediol. *Marcus Pomp. Andr.* Casaub.

[x] *Præcipuum illud opusculum Annalium Elenchorum sexdecim millibus nummum cuidam vendere*] Placet vet. impr. *Annalium Ennii Elenchorum XVI. nummum*, et quæ sequuntur. *Achill. Stat.*

Ut coactus sit, præcipuum illud opusculum annalium Elenchorum, sedecim millibus nummum cuidam vendere] Si hæc lectio vera est, index libri a Pompilio editi fuit, Elenchi Annalium, quem titulum ferre et aliquo modo interpretari possemus, nisi Mediol. editio et manuscript. aliud suaderent. In iis scriptum, *præc. illud opusculum suum Annalium Ennii Elenchorum xvj. nummum cuidam vendere.* Docti viri emendanto: ego nihil possum. *Casaub.*

[y] *Quos libros Orbilius suppressos, redemisse se dixit, vulgandosque curasse nomine auctoris*] Revocavit nempe Orbilius exemplum Xenophontis, qui in libris Thucydidis idem fecit, magnamque ex ea re nivei candoris laudem est consecutus. *Casaub.*

stitutus, primo apparituram magistratibus fecit:[1] deinde in Macedonia corniculo, mox equo meruit:[a] functusque militia, studia repetiit,[8] quæ jam inde a puero non leviter attigerat: ac professus diu in patria, quinquagesimo demum anno Romam, Consule Cicerone, transiit; docuitque majore fama, quam emolumento. Namque jam persenex, pauperem se, et habitare sub tegulis,[b] quodam scripto fatetur. Librum etiam, cui est titulus Perialogos,[9] edidit,[c] continen-

8 Ita conj. Wolf. et in textum admisit Baumg. Vulgo *repetit*. Tum *inde* deest Harl. Voss. in quo etiam *Romam* non comparet.—9 Hanc vocem varie tentant VV. DD. ut Stat. *αἰτιαλόγος*, Turneb. Adv. XIII. 11. *περὶ ἀλογίας*, Is. Voss. *περὶ ἀγωγῆς*, Ern. *periautologos*, Oud. cum J. Aurato *παιδαγωγός*. Bipontini dederunt *περιαλγής*. Consentiunt Mss. nisi quod in Fouc. ascriptum sit ad voc. *f. περὶ ἀλόγων, de iis, quæ contra nationem* (l. *naturam*, Müll.) *fiunt*. 'Certum mihi est, vocem Latinam corruptam esse ex *περὶ ἀλόγων* v. *περὶ ἀλογίας*; nam vocem *περιάλογος* formare non audeo. Suspicatus etiam

NOTÆ

[1] *Primo apparituram magistratibus fecit*] Id est, apparitorem egit, sive, ut lib. II. cap. 2. Valerius Maximus, 'magistratibus apparuit.' Locutio, qualis est cap. 2. et 9. *Burman.*

[a] *Deinde in Macedonia corniculo, mox equo meruit*] Aspice notata ad caput 17. Domitiani. *Burman.*

[b] *Et habitare sub tegulis*] Turnebus in capite undecimo libri tertii decimi Adversariorum. *Vinet.*

Pauperem se, et habitare sub tegulis] Recte *sub tegulis*, non *pergulis*, ut placet nonnullis. Erat enim paupertatis indicium, in meritorio cœnaculo quod multis scalis adiretur, habitare, ut etiam ad extremum Domitianum notabamus. *Casaub.*

Pauperem se, et habitare sub tegulis] Homines Romæ mediocris fortunæ suarum ædium partem superiorem inquilinis locare solebant, imam sibi retinebant: sed et erant qui cœnaculariam faciebant. Itaque pauperes cœnacula conducebant, cum in suo non habitarent. Prud. lib. I. contra Symm. 'Omnis qui celsa scandit cœnacula vulgus.' Qui autem omnium tenuissimi erant, cœnacula tegulis proxima conducebant. Huc pertinet illud, quod est in Epigramm. Mart. 'tegula sub una, Et scalis habito tribus, sed altis.' Significat enim, se ultimo cœnaculo habitare sub tegulis. *Turneb.*

[c] *Librum etiam, cui est titulus Perialogos, edidit*] Legendum videtur, *cui est titulus, αἰτιαλόγος*. Nam *αἰτία* etiam querelam Græce significat. Senex enim, qui ab Aristotele *φιλαίτιος* dicitur, ab Horatio querulus nominatur. In vet. impr. *neglegente*, non *neglegenter*. Legendum fortasse *neglegentes*, vel, ut in manuscriptis, *neglegentia et ambitione*. Achill. Stat.

Perialogos] Si non placet Achillis Statii conjectura de hoc verbo Græco, alias invenies in capite undecimo libri tertii decimi Adversariorum Turnebi. *Vinet.*

Cui est titulus Perialogos] Mendosa vox sine dubio: quod omnes Græce docti mihi concedent. Περὶ ἀλογίας esset, *De contemtu*; atque hoc viden-

tem querelas de injuriis, quas professores negligentia et ambitione[10] parentum acciperent.[d] Fuit autem naturæ acerbæ, non modo in antisophistas, quos omni[1] sermone laceravit,[e] sed etiam in discipulos, ut Horatius significat,[f] 'plagosum' eum appellans, et Domitius Marsus scribens,

Si quos Orbilius ferula scuticaque cecidit.

Ac ne principum quidem virorum insectatione abstinuit: siquidem ignotus adhuc, cum judicio frequenti testimonium diceret, interrogatus a Varrone,[2][g] diversæ partis advocato,[h] 'quidnam ageret, et quo[3] artificio uteretur?'[i] 'Gibberosos se de sole in umbram transferre,' respondit; quod Murena gibber erat. Vixit prope ad centesimum ætatis annum, amissa jam pridem memoria, ut versus Bibaculi docet,

sum, περὶ αὐτοῦ λόγος.' *Baumg.*—10 Sic cum Wolf. edi curavit Baumg. ex Statii Ms. et emendatione Casaub. In O. aliis Edd. *negligenter ab ambit.* Voss. *ac amb.* Fonc. *negligentiore.* Burm. conj. *nec infrequenter*, vel *immerentes*, vel *non negligentes*, Oud. *negligentes rei.* Vet. impr. Stat. *negligente.*—1 Harl. *omnes.* Pro *sermone* Edd. Mediol. Flor. *occasione* cum Fonc. qui supra *acerbe* dat. Mox *et Hor.* Ed. Ald.—2 Hoc nomen et postea *Murena* desunt Vet. impr. quo Stat. utebatur, et aliena videntur Bronkh. et Oud. ex Macrob. Sat. II. 6. Defendit utrumque Baumg.—3 *Quonam* Voss. Harl.

NOTÆ

tur sequentia Suetonii verba confirmare non obscure. Vereor tamen ne, ut fieri amat in librorum titulis, aliquid morosius excogitatum sit ab Orbilio. *Casaub.*

[d] *Quas professores negligenter ab ambitione parentum acciperent*] Quid sit *negligenter accipere injurias*, alii quærant: ego suspicor scribendum, *negligentia et ambitione parentum.* *Casaub.*

[e] *Quos omni sermone laceravit*] Non *sermone*, sed *occasione* codex Mediol. *Casaub.*

[f] *Ut Horatius significat*] Versu septuagesimo epistolæ ad Augustum libro secundo. *Vinet.*

[g] *Varrone*] Non est in vet. impr. neque quod sequitur post, *Murena.* Achill. Stat.

[h] *Interrogatus a diversæ partis advocato*] 'Prodierat Orbilius in reum testis,' inquit Macrobius libro secundo Saturnaliorum cap. 6. de jocis, 'quem Galba ut confunderet, dissimulata ejus professione, interrogavit, Quid artium facis? Respondit: In sole gibbos fricare soleo.' Erat enim Galba hic, pater Imperatoris Galbæ, vir eloquentia quidem clarus, sed brevi corpore, et gibbo informi: ut idem Macrobius et Suetonius sunt auctores. *Vinet.*

[i] *Quo artificio uteretur*] Fort. *se tueretur.* Sic enim M. Tullius et alii Latinitatis optimi scriptores loquuntur. *Casaub.*

Orbilius ubinam est, literarum oblivio?

Statua ejus Beneventi ostenditur in Capitolio, ad sinistrum latus, marmorea, habitu[4] sedentis ac palliati, appositis duobus scriniis. Reliquit filium *Orbilium* et ipsum Grammaticum professorem.

[10.] *Atteius*[5] *Philologus*[k] libertinus, Athenis natus. Hunc Capito Atteius, notus[6] jurisconsultus,[l] inter Grammaticos Rhetorem, inter Rhetores Grammaticum[m] fuisse ait. De eodem *Asinius Pollio* in libro, quo Sallustii scripta reprehendit, ut[7] nimia priscorum verborum affectatione oblita, ita tradit: 'In eam rem adjutorium ei fecit[n] maxime quidam Atteius Prætextatus,[8][o] nobilis Grammaticus Latinus, declamantium deinde adjutor atque præceptor,[p] ad summam Philologus ab semet nominatus.' Ipse[q] ad Lælium[9] Hermam scripsit,[r] 'se in Græcis literis mag-

Colb. Pro *uteretur* suasit Casaub. *se tueretur*.—4 *Marmoreo habitum* Fouc. *marmoreo habitu* Harl. Voss. Edd. Stat. Ald. et reliquæ usque ad Casaub. Mox pro *filium* dant Harl. et Voss. siglum ℞m.—5 *Atrius* et mox *Athenis est natus* Fouc.—6 Hanc voc. primus addidit Stat. quia sic in uno Vatic. esse testatur, et in Vet. impr. *natus jur.* uti et in Fouc. Habet Harl. *Actius natus*, Voss. etiam *Actius*. Ceteri scripti et editi *Atteius jur.*—7 Fouc. *ut a nim.* Dein pro *fecit* Voss. Petav. Harl. *fuit* probante Burm. et cum eo Ern. si modo legatur *adjutor ei f.* Sed sequitur *adjutor*, ut contra monet Oud.—8 In multis Edd. etiam Burm. *prætext*. litera minuscula, quanquam jam correxerat Casaub. In nonnullis est *quidem*. Tum *adjutor* deest Fouc. et Vet. impr. Stat. qui legit, *auditor atque pr.* Item Fouc. *ad summa*.—9 Casaub. tacite

NOTÆ

[k] *Atteius Philologus*] Qui citatur Festo Pompeio in verbis 'Vacerra,' 'Stroppus,' et alibi, Carisio, ac Servio ad versum sexcentesimum et quintum libri primi Æneidos Virgilii. *Vinet.*

[l] *Hunc Capito Atteius jurisconsul.*] In vet. impr. *Hunc Capito Atteius natus jurisconsultus.* Legendum fortasse, *notus jurisconsultus*, quemadmodum in Vaticano altero scriptum reperi. *Achill. Stat.*

[m] *Inter Grammaticos Rhetorem, inter Rhetores Grammaticum*] Simile illud de Hermogene rhetore, 'Inter senes puer, inter pueros senex.' *Achill. Stat.*

[n] *In eam rem adjutorium ei fecit*] Liber Petavii, *adj. ei fuit*. Casaub.

[o] *Atteius prætextatus*] Scrib. *Prætextatus;* nam est Atteii cognomen. *Casaub.*

[p] *Declamantium deinde adjutor atque præceptor*] In vet. imp. verbum *adjutor* non erat. Ego legendum suspicabar, *auditor atque præceptor*, ut quos doceret, declamantes audiret. *Achill. Stat.*

[q] *Ipse*] Distinguendum hoc loco. *Achill. Stat.*

[r] *Ad Lælium Hermam scripsit*] In

num processum habere, et in Latinis nonnullum: audisse *Antonium Gniphonem*, ejusque [10] *Hermam: postea docuisse.*[s] Præcepisse autem multis et claris juvenibus: in quibus [1] *Appio* quoque et *Pulcro Claudiis*, fratribus,[t] quorum etiam comes in provincia fuerit.' Philologi appellationem assumsisse videtur, quia, sicut Eratosthenes,[u] qui primus hoc cognomen sibi vindicavit,[2 v] multiplici variaque doctrina censebatur; quod sane ex commentariis ejus apparet, quanquam paucissimi extent: de quorum tamen copia sic altera ad eundem Hermam epistola significat: 'Hylen nostram [w] aliis memento [3] commendare: quam

edidit *Lucium Hermam*, quod servant Edd. seqq. etiam Burm. Ern. Emendarunt Oud. et Wolf. cum Mss. O. et Edd. Vett. nisi quod in Harl. et Vet. imp. sit *L.* probante Statio. Ceterum *Herman* exulat a Voss. Harl. Colb.—10 Conj. Stat. *ejusque F. Herm.* i. e. *filium.* J. F. Gron. suasit *ejusque L. Herm.* scil. *libertum.* Voss. et Harl. præbent *Herniam.* Burm. malit *ejusque Hermam* v. *Hermiam postea d.* deleta interpunctione.—1 Fouc. *in quis.* Dein *comis* Harl. pro *comes.* In eodem, verba *mult. v. d. c. q. s. e. c. l. app.* male repetuntur.—2 Ita corr. Stat. cum Mss. In nonnullis Edd. Vett. *vindicarit.* —3 Harl. et Voss. *signant, Hylem* v. *Hylen aliam nostris mem.*—4 Non displi-

NOTÆ

vet. impr. *Ad L. Hermam scripsit,* quod placet. *Achill. Stat.*

[s] *Audisse Antonium Gniphonem, ejusque Hermam, postea docuisse*] Lego ac distinguo, *Audisse Antonium Gniphonem, ejusque F. Hermam, postea docuisse.* Ut sententia sit, usum illum præceptoribus, Gniphone atque ejus filio Herma, postea præceptorem aliorum fuisse. *Achill. Stat.*

Ejusque Hermam postea docuisse] Quis iste Hermas? filius Gniphonis an discipulus? *Casaub.*

Audisse se Antonium Gniphonem ejusque Hermam] Fortassis, *ejusque L. Hermam,* id est, libertum. *Gronov.*

[t] *In quibus Appio quoque et Pulcro Claudiis, fratribus*] Deesse aliquid videtur ad distinctionem Claudiorum fratrum. *Achill. Stat.*

Appio quoque] Publius Clodius fuit a Milone interfectus, anno ab Urbe condita septingentesimo secundo: qui Pompeium Magnum et Metellum Scipionem habuit consules. Isti Clodio frater fuit Caius Clodius: duosque habuit filios, qui patrui sui mortem adolescentuli sunt persecuti: ut scribit Asconius Pedianus, si forte sint hi Clodii fratres, quos Atteium Philologum docuisse Suetonius tradit. *Vinet.*

[u] *Sicut Eratosthenes*] De hujus studiis et eruditione varia habes apud Strabonem, quæ huc faciunt; ubi plura olim annotavimus. *Casaub.*

[v] *Sibi vendicarit*] Lege *vindicavit.* Achill. Stat.

[w] *Hylen nostram*] Sunt excerpta, qualia Plinius sibi confecerat digesta in Commentarios centum et sexaginta, ut narrat Plinius junior. *Casaub.*

omnis generis coëgimus, uti scis, octingentos in libros.'[4] Colùit postea familiarissime *Caium Sallustium*, et, eo defuncto, *Asinium Pollionem*: quos historiam[5] componere aggressos, alterum breviario rerum omnium Romanarum,[x] ex quibus, quas vellet, eligeret, instruxit; alterum præceptis de ratione scribendi.[6][y] Quo magis miror, Asinium Pollionem[7] credidisse, antiqua eum verba et figuras solitum esse colligere Sallustio: cum sibi sciat nil aliud suadere, quam ut noto civilique et proprio sermone utatur, vitetque maxime obscuritatem Sallustii,[8][z] et audaciam in translationibus.

[11.] *Valerius Cato*, ut nonnulli tradiderunt, Burseni[9] cujusdam libertus, ex Gallia: ipse libello, cui est titulus 'Indignatio,' ingenuum se natum ait, et pupillum relictum, eoque facilius licentia Syllani temporis exutum patrimonio. Docuit multos, et nobiles: visusque est peridoneus præceptor, maxime ad poëticam[10] tendentibus,[a] ut quidem apparere vel his versiculis potest:

cet Burm. et Ern. conjectura Broukh. *octingentis e libris*.—5 Colb. et Harl. *historias*. Dein *breviore* Harl. Voss. Mss. Casaub. Legit Schott. Obs. I. 17. e Ms. *brevi rerum*.—6 Sic rescripserunt Oud. Wolf. et al. ex sententia et Mss. Casaub. item Harl. Fouc. Colb. Ed. Mediol. Vulg. *dicendi*.—7 Desunt *Asin. Poll.* Voss. Harl. *Poll.* non agnoscit Fouc. Tum *antiquo* Harl. Voss.—8 Delere vult Casaub. *Sallustii* cum Cod. Bongars. nec improbat Oud. Antea conj. Burm. *sciat eum nihil*, vel *quem sibi sciat*, &c. In Harl. Voss. *toto celeri et.* Fouc. *utque maxime.* Nihil mutand. statuit Wolf.—9 Conj. Burm. legend. *Burrieni* v. *Burrenii*. Schott. *Nursini* v. *Bursæ*. Dein *ipso lib.* Voss. Harl.—10 *Ad poëticus* Fouc. *ad poëtas* Vet. impr. Stat.—1 Mallet Heins. *ac capit*

NOTÆ

[x] *Alterum breviario rerum omnium Romanarum*] Scripti perperam, *breviore*. Amat Suetonius hanc vocem: in Augusto cap. 101. 'breviarium totius imperii,' in Vespasiano cap. 21. 'perlectis officiorum omnium breviariis.' *Casaub.*

[y] *Præceptis de ratione dicendi*] Imo vero *scribendi*; atque ita corrige e Mediol. et manuscr. *Casaub.*

[z] *Vitetque maxime obscuritatem Sallustii*] Mirum est, si diserte monitus fuerat Asinius Pollio ab Ateio, ut Sallustii obscuritatem vitaret, tam iniquum fuisse ipsi Ateio Pollionem, ut scriberet voces obsoletas suggeri ab eo solitas Sallustio. Sed puto verum esse quod inveni annotatum in codice Bongarsii, delendam isto loco esse vocem *Sallustii*. Casaub.

[a] *Visusque est peridoneus præceptor, maxime ad poëticam tendentibus*] In vet.

Cato Grammaticus, Latina Siren,
Qui solus legit, ac facit [1] poëtas.

Scripsit præter grammaticos libellos etiam poëmata,[h] ex quibus præcipue probantur [2] 'Lydia' et 'Diana.' 'Lydiæ' Ticida meminit:[c]

Lydia doctorum maxima cura liber.

'Dianæ' Cinna:

Sæcula permaneat nostri Diana [3] Catonis.[d]

Vixit ad extremam senectam, sed in summa pauperie, et pæne inopia, abditus modico gurgustio, postquam Tusculana villa creditoribus cesserat, ut auctor est Bibaculus:

Si quis forte mei domum Catonis,
Depictas [4] minio [e] assulas,[f] et illos

poëtas. Statim *scripsit* exhibuere Steph. et seqq. sed Mss. O. et Edd. Vett. *inscripsit*, unde Stat. fecit *idem scripsit*, vel *conscripsit*, quod placet Oud. Etiam *præterea* Harl. qui in initio Cap. habet *Valerius*.—2 *Probabantur* Harl. et *Lida* Voss. Mox *Cinna in Smyrna* scribend. putat Burm.—3 *Dictynna* mallet Casaub. e Petav. Cod. *Dictyna* vel *Dictina* Harl. Voss. Tum *senectutem* Fouc. ac mox *paupertate* et *abductus*. Voss. *medico*.—4 Stat. conj. *et pictas*. In Fouc. *depictam m. assilla*. Voss. et Harl. *assylas*. Mox *custodes* Harl. Voss. Edd. Stat. Ald. Bas. Gryph. Col. Torr. item Steph. Cassand. Sed corr. Stat. in notis. Oud. cum Burm. aliisque legunt: *Custodes videt hortuli*

NOTÆ

impr. *ad poëtas tendentibus*. Achill. Stat.

[b] *Scripsit præter grammaticos libellos etiam poëmata*] Legendum videtur, non *inscripsit*, sed *idem scripsit*, vel *conscripsit*. Achill. Stat.

[c] *Lydiæ Ticida meminit*] C. Ticida poëta epigrammatarius, de quo, ut de aliis, erudite doctissimus Gyraldus. Apud Priscianum libro v. in novissima editione adolescentis eruditissimi, in cujus obitu damnum fecit Resp. literaria, *Atticidas* perperam scriptum, pro *C. Ticidas*, sive quod aliud fuit huic viro prænomen. *Casaub.*

[d] *Sæcula permaneat nostri Diana Catonis*] Scribe e libro Petavii, *nostri Dictynna C.* notum ex poëtis et eorum interpretibus Dianæ nomen. *Casaub.*

[e] *Depictas minio*] Legendum puto, *Et pictas*, propter ordinem. *Achill. Stat.*

[f] *Assulas*] Assulas marmoris in Vitruvio legimus: sic enim in eo scribitur lib. VII. c. 6. 'Cæmenta marmorea sive assulæ dicuntur.' Vereor tamen, ne e Paulino *astulæ* legendum sit, cujus versus est libro x. natali Sancti Felicis: 'Quamque aqua non poterat, vicit brevis astula flammam.' Illam autem astulam paulo ante explicat, 'De crucis æternæ sumtum mihi fragmine lignum Promo.' Ut enim quæ franguntur e ligno, astulæ sunt: sic quod a marmore malleis decutitur. *Turneb.*

Custodis videt hortulos Priapi,[g]
Miretur,[5] quibus ille disciplinis
Tantam sit sapientiam assecutus,[6]
Quem tres cauliculi, et selibra farris,[h]
Racemi duo, tegula sub una[7][i]
Ad summam prope nutriant senectam.[a]

Et idem[8] rursus:

Catonis modo, Galle, Tusculanum,
Tota creditor urbe venditabat.
Mirati sumus, unicum magistrum,
Summum grammaticum, optimum poëtam,
Omnes solvere posse quæstiones,
Unum difficile[9] expedire nomen.[k]
En cor Zenodoti, en jecur Cratetis.[b][l]

[a] *Si quis casu spectat ædes mei Catonis, parvos asseres variatos minio, atque illos hortulos vindicis Priapi, stupet, quibus artibus ille pervenerit ad tantam sapientiam, qui ad provectam fere senectutem alatur tribus cauliculis, dimidia libra farris, et duabus uvis sub una tegula.*

[b] *O Galle, paulo ante creditor per totam urbem distrahebat Tusculanum Catonis. Stupuimus dissolvi posse omnes quæstiones ab unico magistro, eruditissimo grammatico, vate præstantissimo, difficulter vero extricari ab uno nomine, h. e. debitis, en prudentia Zenodoti, et Cratetis.*

v. *hortulo Priapos*, et sic edidit Burm. Sec. Anthol. Lat. I. p. 420.—5 Ita reposuerunt Oud. Wolf. aliique, auctorib. Heins. et Guj. probante Græv. et suffragante Colb. Ms. Vulg. *miratur*.—6 Fouc. *sap. sit assec.* Tum *caulic.* receperunt Casaub. et recentt. ex emendatione Faërni. Stat. olim conj. *culeoli* vel *cariculæ*. Mss. et Edd. Vett. dant *calculi*. In Harl. erat *quam tris calculis et libra farr.*—7 Conjiciunt Græv. et Heins. *sub uda*, probante Burm. *sub ipsa* suadet Gron. *sub ima* Guj.—8 Deest *idem* Fouc. Voss. Harl. in quo *omnis* infra.—9 Toup. ad Suid. III. p. 174. corr. *deficere*, probante Ruhnk.

NOTÆ

[g] *Et illos Custodes videt hortulos Priapi*] Legendum *custodis*, ut ad Priapum referatur. Sæpe custos hortorum Priapus a poëtis dicitur. *Achill. Stat.*

[h] *Quem tres calculi et selibra farris*] Versus non stat, nisi dure sibi hiatum concurrentium vocalium permiserit. Et alieni sunt ab hujus loci sententia calculi. Emendaram olim, *Quem tres culeoli*: vel, *Quem tres cariculæ*. Sed multo probabilius Gabriel Faërnus, *Quem tres cauliculi*. Achill. Stat.

[i] *Tegula sub una*] Idem ante in Orbilio, 'Et habitare sub tegulis quodam scripto fatetur.' *Achill. Stat.*

Racemi duo, tegula sub una] Potest esse hyperbole, qualis in ceteris. Suspicabar tamen, *tegula sub ipsa*. Gronov.

[k] *Omnes solvere posse quæstiones*,

[12.] *Cornelius Epicadus*,[10 m] Lucii Cornelii Syllæ Dictatoris libertus, Calatorque in[1] sacerdotio augurali,[n] filioque ejus Fausto gratissimus fuit; quare[2] nunquam non

Mendosum quoque esse τὸ *difficile* putat Wolf. Quidam legunt *explicare nom.* refragante Casaub. *nodum* conj. Stat. ad Catull. p. 26. Heins. emendat, *Unum huic diff.* Burm. *un. at diff.*—10 Habent *Epicadius* Edd. Stat. Ald. et al. et prætulit Carrio Ant. Lect. I. 14. Sed illud dederunt Steph. Cassand. Vinet. Gryph. Bas. Casaub. et seqq. præter Scriv. Græv. Gron. *Epitadus* Voss.—1 Sic Fouc. Harl. Voss. Colb. et ex Ed. Flor. restituit Ern. cum Bip. Wolf. In ceteris *in* deest. Tum *filio* sine *que* Voss. Mallet Oud. *ei filioque*. Ibi Colb. et Harl. *filio quoque*.—2 Fouc. cum Vet. impr. Stat. *quasi nunq.* Dein distinguitur in Harl. *libertum*. *Edidit libr.* Ed. Græv. post. *utris-*

NOTÆ

Unum difficile expedire nomen] Solvere atque expedire idem valent in quæstionibus. Solvere translatum est a nodis: quamobrem etiam addidit 'expedire,' proprie. Namque solvendo qui non erant, nervo illigati domum ducebantur. *Achill. Stat.*

Unum difficile expedire nomen] Non sunt audiendi, qui mutant hanc lectionem. Jubet enim vir doctus scribi, *explicare n.* et affert ex Ambrosii sermone XXXIX. 'tributa sunt gravia, fiscalia explicare non possumus:' quasi vero non sæpe apud Ciceronem et in libris Juris occurrant illa genera loquendi, 'expedire pecuniam,' et 'expedire nomina:' item his ἀνάλογα multa. *Casaub.*

[1] *Ex cor Zenodoti, ex jecur Cratetis*] Jecur similiter posuit Pacuvius apud Cic. in I. de Divin. 'Nam istis qui linguam avium intelligunt, plusque ex alieno jecore sapiunt, quam suo, magis audiendum quam auscultandum censeo.' *Achill. Stat.*

Ex cor] Turnebus capite undecimo libri tertii decimi, probat hic cor et jecur, esse prudentiam et sapientiam. De Zenodoto Grammatico Græco Suldas. *Vinet.*

Ex cor Zenodoti, ex jecur Cratetis] Cor esse Latinis prudentiam et sapientiam, cognomen Corculi satis ostendit: et versus Ennii, 'Egregie cordatus homo, catus Ælius Sextus.' Jecur etiam in eadem significatione hic ponitur. Nam in eo etiam, non tantum in corde, sensa animi collocata et affectus credebant, eamque animi sedem domiciliumque existimabant. Ita plane Persius Sat. I. 'Quo didicisse, nisi hoc fermentum, et quæ semel intus Innata est, rupto jecore exierit caprificus?' Eleganter et perfacete dixit: ut erumpere solent e parietinarum et monumentorum veterum commissuris steriles ficus. Non ab alia origine et mente est, quod dixit eadem Satira: 'neque enim mihi cornea fibra est.' Et quinta: 'Quod latet arcana non enarrabile fibra.' Nam in jecore fibræ sunt. *Turneb.*

[m] *Cornelius Epicadus*] Is fortasse quem citat Macrobius libro primo Saturnaliorum de Sigillaribus. *Vinet.*

[n] *Calatorque in sacerdotio augurali*] Καλήτωρ Dionysio Halic. in historia Roman. Græcis κῆρυξ. Plautus, Festus, alii. *Casaub.*

utriusque se libertum edidit.[o] Librum autem, quem Sylla[p] novissimum de rebus suis imperfectum[3] reliquerat, ipse supplevit.

[13.] *Staberius Eros* hero suo[4] emtus de catasta,[q] et propter literarum[5] studium manumissus, docuit inter ceteros Brutum et Cassium. Sunt, qui tradant, tanta eum

---

que, quod operis ascribit Burm.—3 *Nuper factum* Voss. Harl. Conj. Oud. excidisse *que*.—4 Vulg. *Stab. Hiera suo hero emt.* nisi quod in Vett. nonnullis *Taber.* in aliis, ut Schild. Pitisc. *Laber.* Emendavit Jos. Scalig. ad Manil. p. 2. *Stab. Eros, emt. de cat.* probante J. A. Fabric. unde receptam lect. effinxit Oud. quem secuti Bip. Wolf. &c. Fonc. habet *Stab. hero suo morem emt.* et sic Vet. impr. Stat. nisi quod *Tab.* In uno Ms. legit Stat. *Stab. hero suo metre emt.* in altero *Stab. nametra epturus*, ex quo fecit *N. M. C. emt.* i. e. *nummorum millibus centum.* Præbet Harl. *Utaberius heros* (et inter lin. *al. Hiero*) *suo* (ibi spatio relicto) *empturus nametra de cat.* cui proxime accedunt Coll. Voss. exhibentes *Vaber. heros suo ... empturus mametra*, unde eruit ipse Voss. *Stab. Eros Syrophœnix emtus a Mamurra de cat.*—5 Deest *lit.* Fonc. In

NOTÆ

[o] *Quare nunquam non utriusque se libertum edidit*] In vet. impr. *quasi nunquam non*, quod idem valet quod *fere semper.* Sed prior lectio etiam probanda, quæ in altero erat manuscripto. *Achill. Stat.*

[p] *Quem Sylla*] Lucius Cornelius Sylla dictator de rebus suis Commentaria scripsit, auctore Plut. *Vinet.*

[q] *Taberius Hiera suo hero emtus de catasta*] In vet. impr. *Taberius hero suo morem emtus*, in qua lectione tantum muto *more;* quod positum videri possit, ut a Cic. 'moribus,' in Orat. pro Cæcina, 'Placuit Cæcinæ de amicorum sententia constituere quo die in rem præsentem veniretur, ut de fundo Cæcina moribus deduceretur.' Ac post, 'Ibi tum Cæcinam postulasse, ut moribus deductio fieret.' In manuscripto altero legitur, *Staberius hero suo Metre emtus de catasta*, in altero *Straberius nametra epturus*, ex quo faciebam, N.M.C. ut sit *nummorum millibus centum.* Achill. Stat.

Laberius Hiera] Qui et *Tiberius Hiera.* T pro L, ut principium hujus vocabuli varie corruptum esse a librariis annotavit Statius. *Vinet.*

Laberius Hiera suo hero emtus de catasta] Mediol. *Staberius;* quod perplacet. Gens Romæ nota Staberia. Cetera sive in Mediol. sive in manuscr. corruptissima, ut jam adnotavit Achilles. *Casaub.*

Emtus de catasta] Catasta erat pegma ligneum, in quo suos vænales collocabant mangones, cum illos vendebant aut venditionem parabant, in quo nudabantur, ut emtores diligentes essentne omnia membra integra et valida possent perspicere. Plin. lib. XXXV. de Chrysogono Syllæ liberto: 'Talem in catasta videre Chrysogonum Syllæ.' Cicero 'machinas' vocat catastas, de petitione Consulatus, loquens de Catilina: 'quo in magistratu amicam, quam palam domi haberet, de machinis emit.' *Casaubonus* ad Pers. Sat. VI. quem vide pluribus ibi de catasta erudite disputantem. *Græv.*

honestate præditum, ut temporibus Syllanis proscriptorum liberos gratis, et sine mercede ulla, in disciplinam receperit.

[14.] *Curtius*[6] *Nicia*[r] hæsit Cneo Pompeio et Caio Memmio:[7] sed cum codicillos Memmii ad Pompeii uxorem de stupro pertulisset, proditus ab ea,[8] Pompeium offendit, domoque ei interdictum est. Fuit et Marci Ciceronis familiaris; in cujus epistola ad Dolabellam[s] hæc de eo legimus: 'Omnino mihi[t] literæ magis sunt expetendæ a te, quam a me tibi.[9] Nihil enim Romæ geritur, quod te putem scire curare, nisi forte scire vis, me inter Niciam nostrum et Vidium[u] judicem esse. Profert alter, opinor,[10] duobus versiculis expensum Niciæ: alter Aristarchus hos ὀβελίζει.[c] Ego tanquam criticus antiquus[1] judicaturus sum, utrum sint τοῦ ποιητοῦ, an παρεμβεβλημένοι.'[d] [v] Item ad At-

[c] *Expungit.* [d] *An poëtæ, an interjecti.*

fine Cap. Ed. Burm. *grat. sine*, omisso *et*.—6 *Hirtius* Vet. impr. Stat. Statim *Nitia* Voss. et Edd. Vett. Mallet Heins. *adhæsit*.—7 Voss. *Marco Mem.* Harl. *māco Mem.* Tum *codic. Memmio* Fouc.—8 *Proditur ab eo* Voss. *ab eo* Harl.—9 Priora verba desunt Voss. Harl. et Vet. impr. Stat. exhibentibus, *legimus. Nil Romæ ger. &c.* Deest quoque *enim* Fouc. Dein præbet Voss. *quod te præsente scire*, et mox cum Harl. *vis inter Nitiam n. et Nudicum jud.* Ed. Mediol. *Nidium.* Mss. Casaub. *Nudium.*—10 Exulat *opinor* a Fouc. et Vet. impr. Stat. Tum Voss. et Harl. *expens. alter Arist. hec obelisci.*—1 Harl. *antiquos*, dein cum Voss. *jud. utrum sit.* Cetera omissa sunt in utroque Cod.

NOTÆ

[r] *Curtius Nicia*] In vet. impr. *Hirtius Nicia.* Achill. Stat.

[s] *In cujus epistola ad Dolabellam*] Libro nono earum quæ vulgo Familiares inscribuntur: ad Atticum vero libro duodecimo. *Vinet.*

[t] *Omnino mihi*] Pauciora leguntur in vet. impr. hæc scilicet: *Nihil Romæ geritur, quod te putem scire curare, nisi forte scire vis, me inter Niciam nostrum, et Vidium, judicem esse. Profert alter duobus versiculis*, et quæ sequuntur. *Achill. Stat.*

[u] *Inter Niciam nostrum et Vidium*] Mediol. *Nidium.* Scripti, *Nudium.* editiones Ciceronis *Videum.* Casaub.

[v] *Ego tanquam criticus antiquus judicaturus sum, utrum sint τοῦ ποιητοῦ, an παρεμβεβλημένοι*] Critici, tertium genus Grammaticorum, non probos tribu movere possunt, ut ille apud Ausonium: 'Quique notas spuriis versibus addiderat.' Neque tantum quæ perperam ab auctoribus dicta, scripta, pronuntiata sunt, ἀθετεῖν, ὀβελίζειν, *rejicere, expungere*, sed et aliorum Criticorum temere scita notare ac castigare solebant, quam κρίσιν, *censuram*, εἰκαίους ἀθετήσεις, *futiles improbationes*, vocabant. Sed præcipua hujus

ticum: 'De Nicia[2] [w] quod scribis, si ita me haberem, ut ejus humanitate frui possem, in primis vellem illum mecum[3] habere; sed mihi solitudo et recessus provincia est:[4] quod quia facile ferebat Sica, eo magis illum desidero.[5] Præterea nosti Niciæ nostri imbecillitatem, mollitiem, consuetudinem victus. Cur ergo illi [x] molestus esse velim, cum mihi ille jucundus esse non possit? Voluntas[6] tamen ejus mihi grata est.' Hujus de Lucilio libros etiam satira comprobat.[7] [y]

[15.] *Lenæus*,[z] Pompeii Magni[8] libertus, et pæne omnium expeditionum comes, defuncto eo filiisque ejus, schola se sustentavit: docuitque in Carinis,[a] ad Telluris

usque ad *Item.* Græca etiam desiderantur in Fouc.—2 *De Hirtio* Vet. impr. Stat. *Hicia* al. *Nitia quid* Voss. qui et *me habuero* cum Harl. Abest *si* e Fouc. —3 *Mecum illum* Harl. Fouc. in quo *sollicitudo*.—4 Schützius conj. *recess. provictu est*. Cf. Cic. Ep. XII. 26.—5 Hæc desunt Harl. et Voss. qui dant, *provincia est, præterea n. inter Nitiæ n. i. m. cons. coitus.* Dein multi edunt *ego*, ut in Cic. sed hic Mss. et Ed. pr. *ergo*.—6 Harl. Fouc. et Voss. *mob. esse possim? voluntas*, ceteris omissis. *Esse* plures ignorant.—7 Stat. corr. *Ejusdem Lucilii libr.* vel *Huj. de L. l. etiam Santra c.* In Harl. et Mss. Casaub. *satura*. Scalig. *et satyra*.—8 Harl. *Æneas Magni Pompei*, et ita Voss. nisi quod *Æneus*.

NOTÆ

studii pars, transposita in auctoribus suis sedibus vindicare, ut fecit ille, 'Qui sancti lacerum collegit corpus Homeri.' Quo nomine *μεταθέσεις τῶν γραφῶν*, *transpositiones scripturarum*, valde celebrarunt. Et conciliatio sententiarum etiam in Philosophis ad eos pertinebat. Ejusmodi sunt *συμφωνίαι τῶν δογμάτων* in Platone a veteribus Criticis notatæ. *Joseph. Scalig.*

[w] *Item ad Atticum de Hicia*] Legendum, *De Nicia*. In vet. impr. *De Hirtio*. Epist. Cic. in XII. ad Atticum 26. cujus initium, 'Scripsit ad me diligenter Sicca.' *Achill. Stat.*

[x] *Cur ego illi*] Probabiliter etiam in vet. impr. *Cur ergo illi*. Achill. Stat.

[y] *Hujus de Lucilio libros etiam satira comprobat*] Mendose, opinor, sic legitur: emendabam, *Ejusdem Lucilii libros etiam satira comprobat*; vel, *Hujus de Lucilio libros etiam Santra comprobat*. Santræ Quinctil. et Nonius Marcellus in verbo 'Bacchari' meminerunt. *Achill. Stat.*

Hujus de Lucilio libros etiam satira comprobat] Script. *Satura compr.* Quid sibi hæc verba velint, non facile dixero. *Casaub.*

[z] *Lenæus*] Apud Plinium libro quinto decimo et vicesimo quinto Pompeius Lenæus: ut liberti suorum patronorum nomina sumebant. Lenæus tantum apud Aulum Gellium, libri septimi decimi capite sexto decimo. *Vinet.*

[a] *In Carinis*] De his, ac Pompeiana domo, ad c. 15. Tiber. *Burman.*

ædem,[9][b] in qua regione Pompeiorum domus fuerat: ac tanto amore erga patroni memoriam extitit, ut *Sallustium* historicum, quod eum 'oris improbi,[10] animo inverecundo,'[c] scripsisset, acerbissima satira[1] laceraverit, 'lastaurum'[d] et 'lurconem,' et 'nebulonem,' 'popinonem' quo appellans, et 'vita scriptisque monstrosum;' præterea

Fouc. *Lenæus.*—9 Deest *ædem* Voss. Harl. Colb. et abjecit Heins. probantib. Oud. Wolf. In Fouc. est *Tell. templum.*—10 Fouc. et Vet. imp. Stat. *oris probum.* In alt. Ms. *oris probi,* quod placuit Gron. Oud. et Wolf. Ipse Stat. legit *ore probo,* v. *ore is probo.* Schott. Obs. I. 18. ex suis profert *oris improbi, animo verecundo subscrips.*—1 Harl. *satura,* ut semper. Tum *laustrarum* Voss. *monstruosum*

NOTÆ

[b] *Ad Telluris ædem*] Telluris ædes, quæ Romæ prima memoretur, ea est, quam exstruxere in area Spurii Cassii, publicata anno CCLXVIII. Meminit Cicero pro domo sua, et Valerius Maximus libro VI. c. 3. Anno quoque CCCCLXXXV. P. Sempronius Sophus ædem Telluri vovit: cum, acie jam instructa adversus Picentes, terra contremuisset, eaque res ingentem incussisset horrorem Romanis, sic ut ad pugnandum vix possent compelli. Auctores Florus lib. I. c. 19. et Orosius lib. IV. c. 4. Etiam Deæ hujus ædem memorat Plinius lib. XXXIV. c. 6. Non multum abfuisse a Carinis, indicat hic Suetonius. Sicut et P. Victor, qui in quarta collocat urbis regione, itidem non procul a Carinis. *Voss.*

[c] *Quod eum oris improbi, animo inverecundo scripsisset*] Vet. impr. *quod eum oris probum:* in altero manuscripto, *oris probi.* Legebam, *ore probo,* vel *quod eum ore is probo.* Illud enim os probum Pompeii valde commendatur. *Achill. Stat.*

Oris improbi, animo inverecundo] Haud dubie, *oris probi.* Plinius VII. 12. 'Magno Pompeio Vibius quidam e plebe et Publicius etiam servitute liberatus, indiscreta prope specie fuere similes, illud os probum reddentes.' Idem lib. XXXVII. 2. 'Imago Cn. Pompeii, illa regio honore grata, illa probi oris venerandique per cunctas gentes.' Seneca epist. II. 'Nihil mollius ore Pompeii: nunquam non coram pluribus erubuit, utique in concionibus.' Ubi et Lipsius sic, ut volebamus. *Gronov.*

[d] *Lastaurum*] Græco verbo. *Achill. Stat.*

Lastaurum] Λάσταυρον, hoc est, πόρνον et impudicum. Scripta lectio varie corrupta ex imperitia Græcæ linguæ videtur. Lenæus hanc vocem mutuatus ab aliquo e Latinis poëtis, qui poëtica licentia eam fecerat Romanam. *Casaub.*

Lastaurum] Taurus pars est obscœna: ut apud Festum in Solitaurilibus: 'atque harum hostiarum omnium immolati sunt tauri, quæ pars cæditur in castratione.' Inde lastauri dicti. *Turneb.* Adde Suidam: λάσταυρος, πόρνος, δασὺς τὸν ταῦρον, λασιόταυρός τις ὤν. *Scortum masculum, scortator, qui taurum habet hirsutum, quasi dicas* λασιόταυρος. Burman.

'priscorum Catonisque verborum [2] ineruditissimum furem.' [e] Traditur autem puer adhuc Athenis [3] subreptus,[f] refugisse in patriam; perceptisque [4] liberalibus disciplinis, pretium suum domino retulisse,[g] verum ob ingenium et [5] doctrinam gratis manumissus.

[16.] Q.[6] *Cæcilius* Epirota, Tusculi natus, libertus Attici,[h] Equitis Romani, ad quem sunt Ciceronis epistolæ,

Fouc.—2 Stat. e Vet. impr. probat *præterea pr. Catonis verb.* Dein Schott. legit *intentissimum f.* sed rectius putat Burm. *inertiss.*—3 Hæc Heins. et Burm. est emendatio, probata Græv. Oud. dein recepta Wolf. Vulgo *catenis.* Conj. Casaub. *quadriennis,* Gron. *Catinæ.*—4 *Præceptisque* Harl. Colb. Voss. probante Oud. Mox *pret. suum dom.* restituit Oud. et seqq. cum Voss. Harl. *pret. suum ret.* Mss. Stat. Fouc. et Vet. impr. Vulg. *pret. dom. suo ret.* Stat. conj. *pret. sui ret.* ejecto *domino.*—5 Voss. et Fouc. *atque doctr.*—6 Prænomen Q. deest Voss. Harl. *Epeirota* multi edere maluerunt. Dein vulg. legitur *Attici Satrii Eq.* Mss. Casaub. et Edd. pp. *Sarti.* Voss. Harl. *Sati.* Fouc. etiam *Sarti,* sed omisso *Attici.* Inducendam vocem olim vidit Casaub.

NOTÆ

[e] *Præterea priscorum Catonisque verborum ineruditissimum furem*] Probior lectio vet. impr. *præterea priscorum Catonis verborum, &c.* Achill. Stat.

[f] *Traditur autem puer adhuc catenis subreptus*] Videtur ab aliquo amicorum subreptus, cum ipse ostiarius veterum more in catena esset, sicut loquitur Tranq. in Octacilio. Sed non sit absurdum suspicari, pro *catenis* scribendum esse *quadriennis,* aut tale quid. *Casaub.*

Puer adhuc catenis subreptus] Conjiciebam, *Catinæ,* quod Siciliæ oppidum est. Fuerit a plagiario quodam subreptus suis asportatusque in alium locum, et venditus servitutem servierit; deinde grandior undecumque cognita origine refugerit in patriam, atque ibi studiis excultus adeo non tulerit jacturam domini, ut ultro ei referret summam pretii, quo ab eodem emtus fuerat. *Gronov.*

[g] *Pretium domino suo retulisse*] In vet. imp. ut in manuscriptis, *pretium suum retulisse.* Emendabam, *pretium sui retulisse:* nam *domino* addititium videtur. *Achill. Stat.*

Pretium domino suo retulisse] Servi quibus erat peculii copia, libertatem suam præsenti pecunia redimebant: quibus non erat, fidem suam obligabant: quod hic videtur fecisse. Refert igitur pecuniam veteri domino jam patrono suo, quam ex pacto illi debebat. Dominus in honorem literarum pretium non accipit. Potest etiam dici, tamdiu servisse Lenæum, donec literas docendo idoneam pecuniam quæsiisset. Ita interpretamur editam lectionem, quam docti quidam sollicitant. *Casaub.*

[h] *Attici Satrii*] Vet. impr. *Sarti,* non *Satrii.* Achill. Stat.

Libertus Attici Satrii Equitis Romani] Nemini dubium sit, quin hic intelligat Suetonius Titum Pomponium Atticum, ad quem extant libri sedecim Epistolarum a Marco Tullio Cicerone scriptarum. Primum enim a majoribus acceptam equestrem dig-

cum filiam patroni, nuptam Marco Agrippæ, doceret, suspectus in ea,[7] [i] et ob hoc remotus, ad Cornelium Gallum se contulit: vixitque una familiarissime, quod ipsi Gallo inter gravissima crimina ab Augusto objicitur. Post deinde [8] damnationem [k] mortemque Galli, scholam aperuit; sed ita, ut paucis, et tantum adolescentibus præciperet, prætextato nemini, nisi si cujus parenti hoc officium ne-

cui obsecuti Oud. Bip. Wolf. Conj. Ern. *patris*.—7 Suadet Stat. *in eo*. Paulo ante *diceret* Voss.—8 *Post inde* Fouc. et Edd. pp. Infra abest *ita* ab Harl.

NOTÆ

nitatem perpetuo obtinuit: filiamque virginem Agrippæ, Augusti Cæsaris postea genero, collocavit Atticus ille: ut de eo memoravit Cornelius Nepos. Deinde, ut auctores sunt iidem Nepos et Cicero in prima illarum Epistolarum, avunculum is habuit Quinctum Cæcilium: a quo moriente fuit testamento adoptatus, hæresque factus ex dodrante. Adoptati autem nomina eorum gerebant a quibus adoptati fuerant: ut de Scipionibus et Cæsaribus ostendimus in iis quæ in Eutropium scripsimus. Atticus ergo noster, Titus Pomponius Atticus, Quinctus Cæcilius Pomponianus fuit appellatus. Atque hinc ejus libertus Epirota, Quinctus Cæcilius, patroni nominibus: ut supra diximus Romæ fieri solitum. Verum istud *Sutrii* vocabulum undenam ortum? Fuit quidem Satrius inter Romana nomina. In epistolis namque ejusdem Ciceronis ad Brutum memoratur Satrius quidam Trebonii legatus. In prima ad Atticum, qui nunc *Satyrus* est, vidi cum *Satrius* imprimeretur. Est Satrius Secundus apud Tacitum libro quarto. Suntque alibi alii. Verum de tertio Quincti Cæcilii avunculi nomine nihil comperi, et timeo, ut ne istud *Sutrii*, quod et *Sarti* quoque aliquando fuit, ortum sit ex hac confusione, *Libertus Attici*. Idem Suetonius de Tiberio Cæsare c. 7. 'Agrippinam Marco Agrippa genitam, neptem Cæcilii Attici Equitis Romani, ad quem sunt Ciceronis epistolæ, duxit uxorem.' *Vinet.*

Libertus Attici Satrii] Satriam gentem Romanam etiam ex epistolis Ciceronis habemus notam. Sed hoc cognomen unde Pomponio Attico? aut quis alibi illud legit? Omnino inducenda vox *Satrii*; quæ e depravata lectione Mediol. et aliquot manuscript. ortum habuit. In illis est *Libertus Sarti eq.* Litera *S*, e fine præcedentis dictionis initio sequentis male adhærens, fons et origo depravationis fuit. Porro Cæcilius hic, etsi libertus Attici erat, Pomponius tamen dictus ab eo non est, verum Cæcilius, e nomine avunculi Q. Cæcilii, cujus hereditatem Atticus adierat; neque dubium bonorum Cæcilii partem fuisse hunc servum. *Casaub.*

[i] *Suspectus in ea*] Legendum fortasse *in eo*. Achill. Stat.

[k] *Post deinde damnationem*] In vet. impr. *postinde*, uno verbo, quod accusandi casum regat. *Achill. Stat.*

Post deinde damnationem] Med. *Post inde damn.* Elegans trajectio, ἀντὶ τοῦ, *deinde post damn.* Casaub.

gare non posset. Primus dicitur Latine ex tempore disputasse, primusque Virgilium et alios poëtas novos prælegere[9] cœpisse,[1] quod etiam Domitii Marsi versiculus indicat,

Epirota, tenellorum nutricula vatum.

[17.] *Verrius Flaccus*,[m] libertinus,[10] docendi genere maxime inclaruit. Namque ad exercitanda discentium ingenia[1] æquales inter se committere solebat, proposita non solum materia, quam scriberent, sed et præmio, quod victor auferret. Id erat liber aliquis antiquus, pulcher, aut rarior.[2] Quare ab Augusto quoque nepotibus ejus[n] præceptor electus, transiit in Palatium cum tota schola; verum, ut ne quem amplius[3] posthac discipulum reciperet:[o] docuitque in atrio Catilinæ[4] domus,[p] quæ pars Palatii tunc erat, et sestertia centena[q] in annum accepit. Decessit ætatis exactæ, sub Tiberio. Statuam habet Præneste,[5] in infe-

Voss. in quo etiam *Latine* non apparet.—9 *Perlegere* Fouc. et Mss. Stat. Mox *Et Epir*. Fouc. *miracula vat*. Voss.—10 Supplevit Broukh. *uno* ante *docendi*. Dein *max. claruit* Voss. Harl. in quibus etiam *exercitandum*. Ern. conj. *excitanda*.—1 Harl. *ingenium*. Postea *intra se* Fouc.—2 Harl. et Voss. *Is erat liberalis a. p. at carior quare*. Tum *ejus* deletum mallent Heins. Broukh. Oud. Ern. Legit Casaub. *suis*.—3 *Ut neque ampl*. Harl. Fouc. Voss. et Vett. Edd. Correxit Stat.—4 In uno Stat. *Catulinæ*. Mox *tunc Pal*. Harl. *cent. sest*. Fouc. et Ms. Stat.—5 Oct. Pantagath. conj. legend. *pro Vestæ*, v. *pro æde Vestæ*, probantib. Casaub. et Ern. qui tamen transpositum esse verb. putat, scribendumque, *sub Tiberio Præneste. Stat. h. in, &c.* Ant. Aug. corr.

NOTÆ

[l] *Et alios poëtas novos prælegere cœpisse*] Lego *prælegere*, non *perlegere*, ut in manuscriptis erat. *Achill. Stat.*

[m] *Verrius Flaccus*] Prænomine Marcus, quem floruisse ad annum Christi nati decimum, Latina Eusebii Chronica memorant. Citatur Plinio, Gellio, Festo, Macrobio, Prisciano, et aliis veteribus. *Vinet.*

[n] *Ab Augusto quoque nepotibus ejus*] Scrib. *nepotibus suis*. Error e scribendi consuetudine nota, vel ex Florentinis Pandectis. *Casaub.*

[o] *Verum, ut ne quem amplius posthac discipulum reciperet*] Lego *ut ne quem amplius*. Achill. Stat.

[p] *In atrio Catilinæ domus*] Uno in manuscripto *Catulinæ;* ut Catuli domus fuerit. Fuit enim domus Q. Catuli regione x. in qua Palatium: alia ejusdem regione v. *Achill. Stat.*

[q] *Sestertia centena*] In vet. imp. *centena sestertia*. Achill. Stat.

Sestertia centena] Centum sestertia sunt Budæo duo millia et quingenti aurei Francici. *Vinet.*

Sestertia centena] Sunt bis mille quingenti coronati. *Burman.*

riore Fori parte,[r] contra hemicyclium:[6 s] in quo fastos, a se ordinatos, et marmoreo parieti incisos,[t] publicarat.[u]

pedestrem, Stat. *pura veste.*—6 Sic emend. J. F. Gron. ediditque filius cum Burm. et seqq. astipulantib. Codd. Vulg. *hemicyclum*. Harl. *hemyclium*. Fouc. cum vet. impr. Stat. *heniculum*. In alt. ejusd. Ms. *hemicyclium*, in alt. *hemicidium*. Ipse legit *senaculum*. Sed Fogginius ex trib. Codd. Vatic. hanc varietatem attulit, repertam item in Colb. Voss. Petav. *in superiore F. p. circa hemicyclium . . . et marmori perile incisos*. Hoc probat Wolf. Ceterum *in quo facto* Fouc. *publicaret* Voss. et Edd. Vett.

NOTÆ

[r] *Statuam habet Præneste, in inferiore fori parte*] Mendose scriptum videtur *Præneste*. Octavius Pantagathus mutabat in *pro Vestæ*, ut statua Verrii fuerit ante Vestæ templum, octava regione videlicet, in qua Forum. Antonius Augustinus legebat *pedestrem*. Ego vero faciebam, *pura veste*, ut statua Flacci veste fuerit pura et simplici, nullis argumentis. Eodem prope modo est in veteri monumento Romæ apud Marianum, civem Romanum, in eo vico qui hodie dicitur, Spolia Christi: HUIC SENATUS, AUCTORE M. AURELIO ANTONIO AUG. ARMENIAC. MEDIC. PARTHIC. MAXIMO. GERM. SARMAT. STATUAM PONI HABITU CIVILI, IN FORO DIVI TRAJANI, PECUNIA PUBLICA, CENSUIT. Sic Plin. in XXXI. 'puros lemniscos' dicit. 'Puri,' inquit, 'diu fuere hi: cælare eos primum instituit P. Appius Pulcher.' Nec tamen repugno, quo minus etiam *Præneste* legatur. Fieri enim potuit, ut etiam Præneste, quemadmodum Romæ, Verrii ipsius fasti fuerint marmoreo parieti incisi. *Achill. Stat.*

Præneste] Hoc Præneste, et hæc Prænestis, auctore Servio, urbs fuit, ab Roma non plus viginti millia passuum distans. Sed hic aliter esse legendum, quam Præneste, multi docti viri sunt suspicati: ut ex Statio, et Onuphrio de tabulis Capitolinis, cognosces. *Vinet.*

Statuam habet Præneste] Assentior Octavio Pantagatho, feliciter emendanti *pro Vestæ*, vel *pro æde Vestæ*. Causas emendationis pluribus persequitur Onuphrius initio Fastorum. *Casaub.*

[s] *Contra hemicyclum*] In vet. impr. *contra heniculum*. Legendum opinor, *contra senaculum*. Fuit enim eadem regione, inter Capitolium et Forum, senaculum, ubi magistratus cum senioribus deliberabant: auctor Victor. Id erat, opinor, senaculum aureum. In altero manuscripto, *hemicyclium*, in altero *hemicidium*: ac si id factum Præneste accipimus, hemicyclum illic fuisse intelligamus, cujus nulla apud Victorem mentio. *Achill. Stat.*

Contra hemicyclum] Lego, *hemicyclium*. Cicero de Amicitia, 'tum memini, domi in hemicyclio sedentem, in eum sermonem illum incidere.' Plutarchus in Nicia: νέους ἐν παλαίστραις καὶ γέροντας ἐν ἐργαστηρίοις καὶ ἡμικυκλίοις συγκαθεζομένους. *Juvenes in palæstris, et senes in tabernis, et in quodam hemicyclio sedentes.* Idem περὶ ἀδολεσχίας: κἂν ἐν ἡμικυκλίῳ τινὶ καθεζόμενοι. *De loquacitate: quamvis in hemicyclio quodam sedentes.* Sidonius lib. II. epist. 2. 'excepto solii capacis hemicyclio.' Apud Plinium quoque lib. V. ep. 6. *Rectus hic hypodromi limes. In extrema parte hemicyclio frangitur*, legendum; nam in mem-

[18.] *L.*[7] *Crassitius,* genere Tarentinus, ordinis libertini,[v] cognomine Pasicles,[w] mox Pansam[8] se transnominavit. Hic initio circa scenam versatus est, dum mimographos adjuvat: deinde in pergula docuit,[x] donec commentario Smyrnæ edito[y] adeo inclaruit, ut hæc de eo scriberentur:

Uni Crassitio se credere[9 z] Smyrna probavit:
Desinite, indocti, conjugio hanc petere.

Stat. mallet *publicarit* v. *publicarat.*—7 Exulat *L.* a Voss. Harl. Dein vulgo *Pasides.* Illud reposuit Oud. et seqq. cum Voss. Harl. et al. sicuti jam correxerant Casaub. et Salmas. qui conj. etiam *Posides.*—8 Fouc. *Pansa.* Tum in eodem, Harl. et Vet. impr. *percula* sive *parcula.*—9 Conj.

NOTÆ

branis bibliothecæ Acad. est *hemicidio:* et distinguitur prorsus scribiturque *ypodromi* et *hypodromus,* ut voluit ad Sidonium Sirmondus, non *hippodromus.* Gronov.

[t] *In quo fastos, a se ordinatos, et marmoreo parieti incisos*] Quorum putantur esse fragmenta, quæ hodieque visuntur Romæ in Capitolio, muro impressa, eruta e Fori ipsius ruinis. *Achill. Stat.*

Et marmoreo parieti incisos] Petavianus codex, *et marmori perite incisos.* Casaub.

[u] *Publicarat*] Lego *publicarit,* vel *publicarat.* Utrumque enim convenit, utrumque aptius, quam *publicaret.* Achill. Stat.

[v] *Ordinis libertini*] Ordo conditionem significare videtur hoc loco, ut apud Terentium in Eunucho, 'Conveni hodie adveniens quendam mei loci hinc atque ordinis.' Aliter Eventius: sed apud me Suetonii pluris est auctoritas. *Achill. Stat.*

[w] *Cognomine*] *Pasicles* Leg. *Pasicles,* aut *Posides.* Salmas.

Cognomine Pasides] Corrige e Mss. *Pasicles.* Error frequentissimus, *d* pro *cl.* Quod autem Pasicles postea Pansam dici se maluit, ratio clara est, quia Pansa cognomen erat multarum gentium Romanarum, ut Apuleiæ, Genutiæ, Serviliæ, Sestiæ, Vibiæ. At Pasicles Græcum nomen memoriam servabat prioris servitutis, quæ per hanc transnominationem videbatur posse aboleri. *Casaub.*

[x] *In pergula docuit*] Vet. impr. *percula.* Pergulam autem pro pulpito videtur accepisse. *Achill. Stat.*

Deinde in pergula docuit] Cum Suetonius inquit, (Aug. 94.) Augustum Apolloniæ ascendisse pergulam Theogenis Mathematici, intelligendum, ascendisse ad locum apertum in domus superna parte, in quo Theogenes artem suam docebat et profitebatur, quo in loco et alii artifices se exercere, et res venales exponere consueverant. Vopiscus in Saturnino: 'In Africa Rhetoricæ operam dederat, Romæ frequentaverat pergulas magistrales.' Juvenalis: 'Sed nec structor erit, cui cedere debeat omnis Pergula.' Hinc et illud Lucilii: 'Pergula pictorum veri nihil, omnia ficta.' *Marcell. Donat.*

[y] *Commentario Smyrnæ edito*] Commentario in Smyrnam carmen Cinnæ, de quo exstat Catulli epigramma, et cujus meminit Servius in nonum Bucolicum Virgilii. *Vinet.*

Soli Crassitio se dixit nubere velle:
Intima cui soli nota [10] sua extiterint. [a]

Sed cum edoceret jam multos ac nobiles, in his Julium [1] Antonium, Triumviri filium, ut Verrio quoque Flacco compararetur, dimissa repente schola, transiit ad Q. Sextii [2] philosophi sectam.[b]

[19.] *Scribonius Aphrodisius,*[3] Orbilii servus atque discipulus, mox a Scribonia, Libonis filia, quæ prior Augusti uxor fuerat, redemtus et manumissus, docuit, quo Verrius, tempore, cujus etiam libris [4] 'de Orthographia' rescripsit,[c] non sine insectatione studiorum morumque ejus.

Gron. *cedere,* et placuit Ern.—10 *Vota* Vet. impr. Stat. item Voss. et Fouc. qui et *exstiterant.* Harl. *exstiterunt.* Etiam in Fouc. *cum et doc.*—1 Dedit Wolf. *Julum,* jubente Oud. Dein *compareret* Voss. Harl.—2 Ita rescripsit Oud. et seqq. cum aliis VV. DD. Vulgo *ad Q.* v. *Quinti Septimii phil.* Dant *ad Sexti* Petav. Pith. *in Sexti* Voss. Harl. Colb. *Sextii* quoque est apud Schott. et in marg. Ed. min. Casaub.—3 *Aphrodisus* ult. Ed. Græv. Mox *Scrobon. uxoris fil.* Voss.—4 Sic edidere Gron. Pitisc. Oud. Ern. Bip. Wolf. ex emendatione Casaub. et Salm. accedentib. Voss. Harl. Colb. Fouc. Burm.

NOTÆ

[1] *Uni Crassitio se credere*] Lego *cedere,* id est, evenire, vel in manum convenire. Ut Ovidius l. I. Metam. 'Cesserunt nitidis habitandæ piscibus undæ.' Justinus lib. XIII. 'Summus castrorum tribunatus Seleuco Antiochi filio cessit.' De ipso poëmatio Catullus, 'Smyrna mei Cinnæ nonam post denique messem, Quam cœpta est, nonamque edita post hiemem.' *Gronov.*

[a] *Intima cui soli nota sua extiterint*] In vet. impr. *vota,* non *nota:* in eam sententiam: vota Smyrnæ Crassitio fuerunt intima: solus quid sibi vellet Smyrna, Crassitius intellexit. Intelligit autem, opinor, Smyrnam, poëma Cinnæ. *Achill. Stat.*

[b] *Ad Q. Septimii sectam*] In vet. imp. *Septimi.* Atque hic sit fortasse Septimius, de quo sæpe Horatius. *Achill. Stat.*

Ad Q. Septimi philosophi sectam] Pithœi et Petavii codd. *ad Sextii phil. s.* Casaub.

[c] *Cujus etiam libros de Orthographia rescripsit*] Damnavit, et, ut docti quidam loquuntur, retractavit. Fuit autem, in quo reprehenditur Verrius, putidiusculus. *Achill. Stat.*

Cujus etiam libros de Orthographia rescripsit] Rescribere librum suum auctor dicitur, qui corrigendi studio illum recenset, aut iterum scribit. Sic loquitur Suet. in Julio c. 56. 'existimatque rescripturum et correcturum fuisse.' At, pro ἀντιγράφειν et contra scribere, 'rescribere librum' vix putem Latinum. Lego igitur, *libris de O. resc.* Casaub.

Cujus etiam libros] Leg. *libro,* vel *libris.* Salmas.

[20.] *C. Julius Hyginus*,[5] [d] Augusti libertus, natione Hispanus, (etsi nonnulli Alexandrinum putant, et a Cæsare puerum Romam advectum,[e] [6] Alexandria capta,) studiose et audiit [7] et imitatus est Cornelium Alexandrum,[f] Grammati-

exhibet *libro*. Vulg. *libros*.—5 Voss. et Harl. *Phriginus*. In aliorum Codd. *Higinus*, *Iginus*. Dein *etsi* deest Harl. Fonc. Colb. et Ed. Flor. non improbante Ern.—6 Harl. et Voss. *ex Alex.* in quibus etiam desideratur *puerum*. Pro *advect.* habent *adductum* Fonc. Harl. Voss. Colb. et Vet. impr. Stat. quod mavult Cort. ad Sall. Jug. Bell. Cap. 86.—7 Ita cum Mss. et Edd. Mediol. Flor. reddiderunt Oud. Ern. &c. suffragantib. Fonc. Harl. et præeunte Casaub. Sic Voss. nisi quod *audivit*. Stat. fecit *stud. aud. et*. Vulgo *stud*,

NOTÆ

[d] *Caius Julius Hyginus*] Huic duo priora nomina sunt a patrono Caio Julio Cæsare Octaviano Augusto. Tertium, undecumque sit, *Hyginus*, *Higinus*, *Iginus*, in nostris codicibus varium reperimus: sed in antiquis Veronensium marmoribus *Hygenus*, et inde *Hygina* est, prima vocali Græca; et ea aspirata, uti nuper vulgatum fuit. Potest autem hic esse cujus exstant fabulæ et astronomica ad Marcum Fabium: quisquis hic sit Fabius: nam Quintilianum credere, qui libros de institutione oratoria scripsit, nihil necesse esse video: et cujus commentaria in Virgilium memorat Aulus Gellius libri primi capite vicesimo primo, et libri sexti capite sexto. Aurelius Macrobius, libro tertio Saturnaliorum, libros de Diis penatibus, et de proprietatibus Deorum: ac de urbibus, libro quinto, Serviusque in septimum Æneidos Virgilii. De Agricultura vero Carisius, et quædam alia. Sed qui de limitibus constituendis scripsit, et quæ Gromatica inscribuntur, in quorum titulo *Hygenus*, *e* in secunda syllaba, vocatur, hunc vel hoc solum, quod in eo mendosissimo opere legitur, 'Nuper ecce quidam evocatus Augusti, vir militaris disciplinæ, professionis quoque nostræ capacissimus, cum in Pannonia agros veteranis ex voluntate et liberalitate Imperatoris Trajani Augusti assignaret,' potuit Volaterrano probare, alium omnino esse a Caio Julio Hygino. Trajanus enim annis post natum Christum plus centum imperare cœpit: et Julius Hyginus annis jam multis ante natum Christum illustris erat: ut ipsa etiam Eusebii Latina Chronica testantur. *Vinet.*

Caius Julius Hyginus] Cognomen istud etiam in Manuscript. varie scriptum et depravatum invenimus. Non dubito rectum esse, *Hyginus*, vel *Hygenus*, Ὑγεινος pro Ὑγιεινὸς, ut ὑγεία pro ὑγίεια, *sanitas*. At pro ει vel *e* vel *i* promiscue scribebant. Hygini hujus meminit et Hieronymus in Chronico Eusebii. *Casaub.*

[e] *Et a Cæsare puerum Romam advectum*] In vet. impr. *adductum*, non *advectum*. Achill. Stat.

[f] *Studiose et avide imitatus est Cornelium Alexandrum*] In vet. impr. non *avide*, sed *audiit*. Legendum fortasse, *studiose audiit, et imitatus est Cornelium Alexandrinum*. Achill. Stat.

Studiose et avide imitatus est] Scribe cum antiquis, *Stud. et audiit et imitatus est*, favente etiam Mediol. *Casaub.*

cum Græcum:[g] quem[h] propter antiquitatis notitiam Polyhistorem multi, quidam Historiam[8] vocabant.[i] Præfuit Palatinæ bibliothecæ: nec eo secius plurimos docuit: fuitque familiarissimus Ovidio poëtæ et Caio Licinio consulari, historico;[k] qui eum admodum pauperem decessisse[9] tradit, et liberalitate sua, quoad vixerit,[10] sustentatum. Hujus libertus fuit Julius Modestus,[l] in studiis atque doctrina vestigia patroni secutus.[m]

---

et avide im.—8 Conj. *Histora* Gorius in Columb. lib. Liv. p. 122. Tum *eo* deest Voss. Harl. In iisdem *Clodio Licinio*.—9 Fonc. *qui cum adm. pauper decessisset*. Harl. et Voss. *tradidit*. Item *ex lib*. Fonc.—10 Sic restituit Ern. ex Ed. Flor. cum Bip. Wolf. astipulantib. Colb. Harl. Al. *vixit*. Mox *stu-*

NOTÆ

[g] *Cornelium Alexandrum Grammaticum Græcum*] Huic proprium nomen est Ἀλέξανδρος apud Suidam; sed qui a Cornelio Lentulo, cui serviit et pædagogus fuit, manumissus, Cornelius Lentulus Alexander dictus sit. Ei patria fuit, quæ Bianti illi sapienti, Miletus urbs Asiæ. Syllanis temporibus Romæ erat: sed non addit Suidas, quoto urbis anno apud Laurentes incendio perierit, unde cognoscamus, eumne Julius Hyginius audire potuerit, an non. Nam Alexandria, urbs Ægypti, ab Julio Cæsare dictatore capta fuit, non plus annis triginta quinque post felicem illam victoriam Syllanam. *Vinet.*

[h] *Quem*] Cornelium Alexandrum. Polyhistor autem cur hic et apud Solinum, et Gellium de Apione, aspiratur contra morem suorum Græcorum? qui πολύιστωρ scribunt, hoc est, *Polyistor*. Vinet.

[i] *Quem propter antiquitatis notitiam Polyhistorem multi, quidam Historiam vocabant*] Recte *vocabant*, nempe sui æquales. Nam qui de Alexandro loquuntur scriptores, Polyhistorem semper, nunquam vocant Historiam, neque ejus appellationis meminit Suidas, qui de hoc viro multa narrat scitu digna. Passim hunc Græci Latinique scriptores laudant: sed Eusebius integrum fere illius librum in IX. Præparationis suæ transtulit, ubi hoc elogio ornatur: ὁ Πολυΐστωρ Ἀλέξανδρος πολύνους ὢν καὶ πολυμαθὴς ἀνὴρ, τοῖς τε μὴ πάρεργον τὸν ἀπὸ παιδείας καρπὸν πεποιημένοις Ἕλλησι γνωριμώτατος: *Polyhistor Alexander vir sagax, et multiscius, notissimus Græcis, qui non segniter fructum capiunt ex doctrina*. Casaub.

[k] *Et Caio Licinio consulari historico*] Hunc ergo non possum agnoscere inter multos poëtas, oratores, historicos, Senecæ, Gellio, Festo, Carisio, et aliis memoratos. *Vinet.*

[l] *Julius Modestus*] Quem Carisius, Diomedes, Gellius, Quinctilianus citat, et sic laudat Martialis in epigrammate vicesimo primo libri decimi: 'Scribere te, quæ vix intelligat ipse Modestus, Et vix Claranus, quid, rogo, Sexte, juvat?' Sed quis esset hic Modestus, Martialis commentator Domitius ignoravit, qui pro Herennio Modestino jurisconsulto accepit. *Vinet.*

[m] *In studiis atque doctrina vestigia*

[21.] *C. Melissus*, Spoleti natus,[n] ingenuus,[1] sed ob discordiam parentum expositus, cura et industria[2] educatoris sui altiora studia percepit, ac Mæcenati pro Grammatico muneri datus est. Cui cum se gratum et acceptum in modum amici videret, quanquam asserente matre, permansit tamen in statu servitutis, præsentemque conditionem veræ origini anteposuit. Quare cito manumissus, Augusto etiam[3] insinuatus est;[o] quo delegante, curam ordinandarum bibliothecarum in Octaviæ porticu suscepit.[p] Atque, ut ipse tradit, sexagesimum ætatis annum agens, libellos 'Ineptiarum,' qui nunc 'Jocorum'[4] inscribuntur,[q] compo-

diisque d. conj. Stat.—1 *Ingenitus* Harl. Voss. Hic etiam voluit Heins. C. *Cilnius Meliss.* Cf. Cap. 8.—2 Mss. Schott. Obs. I. 18. *expos. curiæ, et ob industriam.* Postea *Micenati* Harl. *gr. ac accept.* Voss.—3 Sic Voss. Colb. Harl. Edd. Oud. Ern. Bip. Wolf. ut jam legerat Stat. Vulgo *et ins.* et in Vett. distinctum post *Augusto.* Illa, *Aug. et ins. est q.* desunt Ms. Schott. qui statim *et eleganter* legit, sed deinde probat cum aliis VV. DD. recept. lect. Fouc. et Edd. Vett. *quod eleganter.* Harl. cum Voss. *quod elegantem.*—4 *Locorum* Fouc. et Vet. impr. Stat. ipso probante. *scribuntur* Harl. Fouc.

NOTÆ

patroni secutus] Legendum fort. *in studiisque doctrinæ.* Achill. Stat.

[n] *Spoleti natus*] Spoletinus in Latinis Chronicis Eusebii, annis duobus post natum Christum, ex Spoleto Italiæ oppido, quod Σπολήτιον Græci vocant, quatuor syllabis. Hic autem nescio an sit Melissus, quem citat Carisius de genere nominis 'clunes:' sed esse, qui Helius Messus scribitur in capite sexto libri duodevicesimi Noctium Gellii, Lilio Gregorio non videtur in dialogo octavo de poëtis. Meminit in elegia ultima libri quarti de Ponto Ovidius, 'Et tua cum socco Musa, Melisse, levis.' *Vinet.*

[o] *Quare cito manumissus Augusto, et insinuatus est*] Distinguo ac lego, *Quare cito manumissus, Augusto etiam insinuatus est.* Achill. Stat.

Quare cito manumissus] Servus ergo dicebatur Melissus: sed a domino suo Caio Mæcenate manumissus, Caius Mæcenas Melissus dictus est. Hic enim est, quem Mæcenatem Melissum legere oportet apud Plinium vicesimi octavi capite sexto. *Vinet.*

[p] *Quod eleganter curam ordinandarum bibliothecarum in Octaviæ porticu suscepit*] Omnino legendum, *Quo delegante, curam ordinandarum bibliothecarum in Octaviæ porticu suscepit.* Suetonius idem in Cæsaris dictatoris vita, eodem verbo, et eodem in genere est usus: 'Quos omnes libellos vetuit Aug. publicari in ea epistola, quam brevem admodum ac simplicem ad Pompeium Macrum, cui ordinandas bibliothecas delegaverat, misit.' *Achill. Stat.*

[q] *Libellos ineptiarum, qui nunc Jocorum scribuntur*] In vet. impr. *locorum*, non *jocorum*: sed illud, opinor, rectius. *Achill. Stat.*

nere[5] instituit: absolvitque centum et quinquaginta, quibus et alios diversi operis[6] postea addidit.[r] Fecit et novum genus Togatarum,[7] inscripsitque 'Trabeatas.'[s]

[22.] *M.*[8] *Pomponius Marcellus*, sermonis Latini exactor molestissimus,[9][t] in advocatione quadam (nam interdum et causas agebat) solœcismum ab adversario factum usque adeo arguere perseveravit, quoad[u] Cassius Severus,[v] interpellatis judicibus, dilationem petiit: 'ut litigator suus alium Grammaticum adhiberet; quando non putat is, cum adversario de jure sibi, sed de[10] solœcismo,[w] controversiam futuram.' Hic idem, cum ex oratione Tiberium reprehendisset, affirmante Atteio Capitone, 'et esse illud[1] Latinum, et, si non esset, futurum certe jam inde;'[x] 'Mentitur,'

Voss. et Edd. Vett. ante Vinet.—5 Hoc verb. non citat Schott. ad Vict. pag. 209. probante Ern. Statim *instituit* legit Græv.—6 Vulgo *alios diversos postea*, quod retinet Wolf. probans tamen correctionem Casaub. Schott. Obs. I. 18. et aliorum, *mimos div. op.* Sed *div. op.* habent O. Mss. ideo receperunt Oud. Ern. Bip. &c. Pro *alios* Voss. Colb. Harl. *animos*, et sic aliquot Casaub. in aliis *nimios* v. *annos.*—7 Harl. Voss. *Togatorum.* Tum *tracheatas* Fouc. *trachatas* Vet. impr. unde fecit Stat. *brachatas.*—8 Prænomen *M.* non habent Voss. Harl.—9 Ita ante Stat. jam ediderunt Steph. et Cassand. In Mss. O. et Edd. Vett. *modestiss.* Mox *quod Cass.* Voss. Fouc. Vet. impr. probante Stat.—10 *De jure sed sibi* Harl. Voss. Si ita legatur, putat Burm. transponend. *non putarat cum a. de sol. sed de j. s.*—1 Fouc. *illum.* Voss. *Lat.*

NOTÆ

[r] *Quibus et alios diversos postea addidit*] Scripta lectio, *animos div.* alii *nimios.* Leviter adjuva et scribe, *mimos d.* Casaub.

[s] *Fecit et novum genus Togatarum, inscripsitque Trabeatas*] In vet. impr. *trachatas*, non *trabeatas.* Legendum fortasse *brachatas.* Sed illud probabilius, itaque erat in manuscriptis. *Achill. Stat.*

[t] *M. Pomponius Marcellus, sermonis Latini exactor modestissimus*] Lego *molestissimus*, non *modestissimus*, ut est in manuscriptis. *Achill. Stat.*

[u] *Quoad*] In vet. impr. *quod*, illud rectius. *Achill. Stat.*

[v] *Cassius Severus*] De quo oratore plura memorat Lilius Ferrariensis libro quarto de poëtis, ex Seneca, Quintiliano, Tacito, Macrobio, et aliis: sed quem in Eusebii chronicis leges in exilio mortuum esse anno Christi tricesimo quarto. *Vinet.*

Cassius Severus] Aug. cap. 56. et Calig. 16. *Burman.*

[w] *Quando non putat is, cum adversario sed sibi de solœcismo*] Distinctio atque ordo concinnior in vet. imp. *Cum adversario de jure sibi sed, &c.* Achill. Stat.

[x] *Jam inde mentitur*] In vet. impr. non est *inde* verbum. *Achill. Stat.*

Et si non esset, futurum. Certe j.] Vera distinctio est, *et si non esset, futu-*

inquit, 'Capito. Tu enim, Cæsar, civitatem [2] dare potes hominibus, verbo non potes.' [y] Pugilem olim fuisse Asinius Gallus [z] hoc in eum epigrammate ostendit:

Qui caput [3] ad lævam didicit, [a] glossemata nobis [4]
Præcipit: os nullum, vel potius pugilis! [b]

si, sine *et*. Postea *inde* non agnoscit Vet. impr. Stat. cum Fouc. Olim nulla distinctio ante *ment*. Correxere Casaub. et Gron.—2 *Auctoritatem d.* Voss. Harl. in quibus mox et Colb. *verbo*, quod reposuit Oud. et seqq. Vulg. *verbis* ex emendatione Gabr. Faërni. In Edd. Vett. *verba*.—3 Pro *caput* legit Stat. *capere*. Dein *deicit* conj. Casaub. Guj. et alii multi. Heins. suadet *ducit*, v. *reicit*. Wolf. placet vel *deicit* vel *reicit*.—4 Ita primus dedit Oud. e Mss. Stat. Voss. et Vet. impr. item Harl. Vulg. *vobis*. Distinxit hoc modo

NOTÆ

rum certe jam inde. Mentitur, inq. C. jam inde: hoc est, simul ac innotuisset Tiberium eo verbo usum. *Casaub.*

Futurum: Certe jam inde mentitur] Distinguendum censeo: *affirmante Ateio Capitone, et esse illud Latinum, et si non esset, futurum certe jam inde; Mentitur, inquit, Capito.* Nempe ex quo Cæsar eo usus esset. Lucianus de Mercede Conduct. Χρὴ δὲ καὶ σοφοὺς καὶ ῥήτορας εἶναι αὐτοὺς, κἂν εἴ τι σολοικίσαντες τύχωσι, αὐτὸ τὸ τῆς Ἀττικῆς καὶ τοῦ Ὑμηττοῦ μεστοὺς δοκεῖν τοὺς λόγους, καὶ νόμον εἶναι τὸ λοιπὸν οὕτω λέγειν. *Oportet etiam ut illi sint sapientes, et oratores, ac quamvis solœcismum aliquem commiserint, id quod dici solet, Attica eloquentia, et Hymetti melle plena videatur oratio, atque deinceps in legem abeat, ut ita loquantur homines.* Gronov.

[y] *Tu enim, Cæsar, civitatem dare potes hominibus, verba non potes*] Argute Gabriel Faërnus, *verba* mutabat in *verbis*. 'Dare civitatem' eodem modo dixit in x. epistol. Plin. 'Quare rogo des ei civitatem Romanam.' *Achill. Stat.*

[z] *Asinius Gallus*] De quo poëta Asinii Pollionis filio idem Lilius libro octavo. *Vinet.*

[a] *Qui caput ad lævam didicit*] Versus elegiaci sunt, *Qui caput ad lævam didicit, glossemata nobis Præcipit, os nullum, vel potius pugilis.* Itaque hos versus repræsentare videtur vet. impr. et manuscriptus: sed pro *caput*, legebam *capere*, ut pugilum ac luctatorum λαβὰς et ἀντιλαβὰς, *prehensiones*, et *mutuas prehensiones*, significet. 'Glossemata' vocabant verba exquisita, neque vulgo nota, aut etiam vetusta: de quibus Quintilianus in I. 'Protinus enim potest interpretationem linguæ secretioris, quas Græci γλώσσας vocant.' Atque alibi, 'Circa glossemata etiam, id est, voces minus usitatas, non ultima ejus professionis diligentia est.' Ex quibus intelligimus, grammatici operis ac muneris fuisse, glossas præcipere atque interpretari. Et Placidus Grammaticus glossas interpretari atque accipere sic videtur. *Achill. Stat.*

Qui caput] Vide in hunc locum Statium, et Turnebum in eodem capite undecimo libri tertii decimi Adversariorum. *Vinet.*

Qui caput ad lævam didicit] Non *didicit* scribendum, quod nihil signifi-

[23.] [5] *Remmius Palæmon*,[c] Vicentinus,[6] mulieris verna,

Salmas. *ad lævam, didicit glossemata, nobis Præcipit: os, &c.*—5 Prænomen Q. vel *Quintus* addunt Voss. Colb. Fouc. Harl. Ed. Flor. et recepit Wolf. Ceterum *Remmius* deest Voss. Harl. relicto spatio. *Remnius* Fouc. Ed. Flor. Al. *Rhemnius, Rhemmius, Ramn. Ramm.*—6 Voss. et Ed. Burm. *Vincent.* Ed. Mediol. *Veicetin.* Statim *militaris verna* legit Schott.

NOTÆ

cat: sed *deicit*, ut pridem docti emendarunt. Lego autem cum libris, *glossemata nobis præcipit*, non *vobis*. Jam quod Suetonius ex istis Asinii, 'Os nullum, vel potius pugilis!' colligit, auctorem epigrammatis affirmare, fuisse aliquando Pomponium pugilem, mihi videtur frigidum, ac leve, ne dicam ineptum. Nam si omnes epigrammatum jocos aut scommata, pro seriis veri argumentis libeat accipere, quantam fenestram falsis assertionibus aperiemus? Ego non dubito, παροιμιακῶς, *in proverbio*, dictum a Gallo, 'os pugilis,' imitatione Græcorum, qui ἀποθλαδίαν et ἀποκάταξιν, *eum cui aures contusæ sunt et fractæ*, convitii loco etiam de iis usurpant, qui nunquam cæstibus pugnarunt: quantumvis proprie in pugilibus locum habeant illæ voces. *Casaub.*

Qui caput ad lævam didicit] Ita distinguendum: *Cui caput ad lævam, didicit glossemata, nobis Præcipit: os nullum, &c.* Salmas.

[b] *Os nullum, vel potius pugilis*] 'Os nullum' nullo pudore affici significat: 'Os pugilis' durum os significat. *Achill. Stat.*

Os nullum, vel potius pugilis] Solent pugiles, cum dextra adversarium petere soleant, caput ab ictu in lævam longius deflectere, ne feriantur. Maro, 'Abduxere retro longe capita ardua ab ictu.' Et quia tuber plagis et deformatum tumidumque redditur eorum caput, interdum etiam sic male mulcantur, ut exossetur ejus aliqua pars: iccirco addidit: 'os nullum, vel potius pugilis.' In quo etiam ei objicitur impudentia et inscitia literarum. *Turneb.*

Os nullum, vel potius pugilis] Hic ego tam severe a Casaubono carpi Suetonium nollem. Accipio enim verba ejus, non quasi ex eo solo carmine collegerit Marcellum pugnasse aliquando cæstibus, sed ut indicet, cum constaret pugilem fuisse, id quoque ei sic exprobrasse Asinium. Nec vero tantum id colligere est ἐκ τοῦ 'vel potius pugilis,' sed etiam ἐκ τοῦ 'Qui caput ad lævam deicit:' quod honeste duntaxat de alio quam de pugile intelligi non potest. Vide Turnebum XIII. 2. Sed et alius sub his verbis sensus latet, quem deprehendit Palmerius in septimo Spicilegio: eumque forte solum in his agnovit Casaubonus. Ego vero, quæ epigrammatum lingua est, utrumque significari puto, et pugilem fuisse et illud quod dicere nolo. Neque enim ἀσύστατα, *incongrua*, sunt, vel Olympionicen esse et τραχηλίζεσθαι, καὶ τὸν αὐχένα ἀνακλᾶσθαι ὑπὸ τῆς ἐρωμένης, *resupinari, et collum reflecti ab amica.* Gronov.

[c] *Rhemmius Palæmon*] Scribendum puto *Remmius*, non *Remnius*. In veteri enim monumento, quod apud me est, M. REMMIUS. M. L. PHILER. POMPEIA. Ɔ. L. PRIMA. SEX. POMPEIUS. Ɔ. L. STATIUS. *Achill. Stat.*

Rhemnius Palæmon, Vicetinus] Prænomine *Quinctus* in Grammaticis nescio quibus, quæ illi inscripta prostant. *Rhemnius* autem, quod

primo,[d] ut ferunt, textrinum,[7] [e] deinde herilem filium dum comitatur in scholas, literas didicit: postea manumissus, docuit Romæ; ac principem locum inter Grammaticos tenuit, quanquam infamis[8] omnibus vitiis, palamque et Tiberio, et mox Claudio, prædicantibus, nemini minus institutionem puerorum vel juvenum committendam: sed capiebat homines cum memoria rerum, tum facilitate sermonis:[f] necnon etiam poëmata faciebat ex tempore. Scripsit et[9] variis, nec vulgaribus metris.[g] Arrogantia fuit tanta, ut Marcum Varronem 'porcum' appellaret; secum et natas, et morituras literas, jactaret; nomen suum in Bucolicis non temere positum, sed præsagiente[10] Virgilio, fore quandoque[h] omnium poëtarum ac poëmatum Palæmonem judicem. Glo-

e Mss. *urna* Voss. Conj. Heins. *muliebris*.—7 Stat. suasit *textricis*, vel, quod mallet, *textrinam*. Cf. Oud. ad loc. Tum *scholam* Voss. Harl.—8 *Insanus* Harl. Voss.—9 *Ex var.* Edd. Stat. Paris. Ald. Bas. Gryph. Plant. *scrips. vero var. ac v.* Voss. Harl. Colb. Stat. conj. *scr. ea var.* —10 Voss. Harl. Fouc. *præsagante*. Tum *omnium* exulat a Voss. Habet

NOTÆ

Rhemmius, *Ramnius*, *Rammius*, et aliter etiam scriptum reperies, nescio quid nominis sit, ut illi sua restituatur orthographia; sed *Palæmon*, *Palæmo* quoque legitur apud Quinctilianum. Vicetinus vero a Vicetia est, urbe ejusdem Galliæ cum Verona: quod nomen varie etiam corruptum reperitur, *Vincentia*, et *Vicentia*: sed Hermolaus castigator Plinii, aliique, sine *n* scribi debere, jam pridem docuerunt. *Vinet.*

Remmius Palæmon, Vicentinus] Mediolanensis *Veicetinus*. Vide Hieronymum in anno Claudii VIII. *Casaub.*

[d] *Mulieris verna primo*] Vet., impr. *mulieris verna, primo:* quod placet. *Achill. Stat.*

Mulieris verna] Intelligo servum recepticium, de quo Gell. XVII. 6. Octavio 19. 'Telephi mulieris servi nomenculatoris.' *Gronov.*

[e] *Primo, ut ferunt, textrinum*] Vel legendum *textrinam*, vel faciendum *textricis*: illud probabilius. *Achill. Stat.*

[f] *Facilitate sermonis*] Sic Cic. in Bruto Curionem laudat, quod facile dicebat. *Achill. Stat.*

[g] *Nec non etiam poëmata faciebat ex tempore. Scripsit ex variis, nec vulgaribus, metris*] Legendum puto, *scripsit ea variis, nec vulgaribus metris*. Metro enim scribuntur poëmata, id est, hoc vel illo genere et numero. Sic Martialis in IV. loquitur: 'Cum sis improbior, Massiliane, Quam qui compositos metro Tibulli In Stellæ recitat domo libellos.' *Achill. Stat.*

[h] *Nomen suum in Bucolicis non temere positum, sed præsagiente Virgilio, fore quandoque*] Legi etiam commode possit *scilicet*, pro *sed*. Achill. Stat.

riabatur etiam, latrones quondam sibi propter nominis celebritatem parsisse. Luxuriæ ita indulsit, ut sæpius in die[1] lavaret;[i] nec sufficeret[2] sumtibus, quanquam ex schola quadragena annua caperet,[k] ac non multo minus ex re familiari, cujus diligentissimus erat, cum et officinas promercalium vestium exerceret,[3] et agros adeo coleret, ut vitem, manu ejus[l] institutam, satis constet trecenta sexaginta quinque vasa[4] edidisse. Sed maxime flagrabat libidinibus in mulieres,[5] usque ad infamiam oris:[m] dictoque non infaceto notatum ferunt cujusdam, qui, cum in[6] turba osculum sibi ingerentem, quanquam refugiens, devitare non posset, 'Vis tu,' inquit, 'magister, quoties festinantem aliquem vides, abligurire?'

[24.] *M. Valerius Probus*,[7][n] Berytius,[o] diu centuriatum

Fouc. *Pal. militem*.—1 Conj. Baumg. *in dies*. Proxime *lavaret* Oud. et seqq. auctoritate Casaub. e Mss. et Voss. Harl. *lavare* Fouc. Vulg. *lavaretur*.—2 Harl. *sufficere*, et *sumtus* Fouc. in quo et Vet. impr. *quadringena*. Harl. cum Voss. *quadrigena a. carperet*.—3 Voss. et Harl. *offic. et in callium exerc.* nisi quod in Harl. *in̄ cal.*—4 Præbent Coll. Voss. et Harl. *CCCLX. vasa*. Oud. et Wolf. probant Ursini conjecturam ad Orat. Cic. pro Cluent. *uvas*. Burm. suadet *reddidisse*.—5 Voss. *mulieribus*, quod non spernendum putat Oud. si *libidine* legatur. Ed. Vinet. *libidinis*. Dein *inf. orationis* conj. Stat. In Vet. Ed. *dicto quoque*, non improbante Wolf.—6 Voss. *fuerunt cuj. qui eum in*, et postea cum Harl. *possit*. In iisdem *obligurire*.—7 Deest *Probus* Harl.

NOTÆ

[i] *Sæpius in die lavaretur*] Melius scripta lectio, *lavaret*. Casaub.

Luxuriæ ita indulsit, ut sæpius in die lavaretur] Id in Grammatico carpi, minime mirum; nam et in Commodo Imperatore notatur, septies aut octies in die lavisse. Etiam inter Christianos Sisennius quidam Episcopus bis in die, non sine suspicione intemperantiæ et voluptatum: sed ille dicterio culpantes illusit, 'Quia ter lavare non posset.' Lipsium vide. *Burman.*

[k] *Quanquam ex schola quadragena annua caperet*] In vet. impr. *quadringena*, non *quadragena*. Achill. Stat.

Quadragena annua] Mille aureos Francicos, si quid Budæi rationibus credis. *Vinet.*

Quadragena annua] Mille coronatos, seu ducatones.

[l] *Ut vitem, manu ejus*] Vide Hermolaum in libri decimi quarti caput quartum Plinii, et Lilium libro quarto de poëtis. *Vinet.*

[m] *Sed maxime flagrabat libidinibus in mulieres, usque ad infamiam oris*] Lego *usque ad infamiam orationis*. Sic etiam Cicero, opinor, orationem accepit. Ita enim legendum, etiam illa quæ sequuntur, prope declarant, 'dictoque non infaceto.' *Achill. Stat.*

[n] *Marcus Valerius*] Cujus sic meminit in epigrammate ad librum suum,

petiit, donec tædio ad studia se contulit. Legerat in provincia quosdam veteres libellos apud Grammatistam, durante adhuc ibi antiquorum memoria, necdum omnino abolita, sicut Romæ. Hos cum diligentius[8] repetere, atque alios deinceps cognoscere cuperet, quamvis, omnes[9] contemni,[p] magisque opprobrio[q] legentibus quam gloriæ et fructui esse, animadverteret, nihilominus in proposito mansit: multaque exemplaria contracta emendare, ac distinguere, et annotare[10] curavit, soli huic, nec ulli præterea Grammatices parti, deditus. Hic non tam discipulos, quam sectatores aliquot,[1] habuit. Nunquam enim ita docuit, ut magistri personam sustineret. Unum vel alterum, vel, cum plurimos, tres aut quatuor, postmeridianis[2] horis[r] admittere solebat, cubansque, inter longos ac vulgares sermones, legere[3] quædam, idque perraro.[s] Nimis pauca et

Berrytius et *Berritius* Edd. aliquot. In Voss. erat *M. Val. quibus Beritius d. c. petiit. Legerat, &c.* omissis mediis. Aliqui legunt *centurionatum*, teste Broukh.—8 Cod. Schott. Obs. I. 18. *necd. omnia abolita: sic cum Romæ hos dil.* Paulo ante *mem. antiq.* Harl.—9 Ita Fouc. et Vet. impr. teste Stat. quod ante Baumg. receperunt Bipontini, probante Oud. Vulgo *quamvis se cont.* Delet τὸ *se* Gron. suffragante Ern. Substituit *eos* J. A. Fabric. ad marg. Ed. Vinet. Mox conj. Oud. *legenti sibi.*—10 Fouc. *amovere cur.*—1 Colb. Harl. *aliquos:* in iisdem etiam *et alterum.* Dein Harl. cum Voss. *plurimi.*—2 *Pomerid.* Edd. Ald. et seqq. usque ad Casaub. contra Mss. et Ed. pr.—3 Conj.

NOTÆ

libro tertio, Valerius Martialis: 'Illo vindice, nec Probum timeto.' Eum se non jactat vidisse, sed quosdam ex ejus discipulis et familiaribus, Aulus Gellius in capitibus quintodecimo, nono, et nono, librorum primi, noni, et septimi decimi. Floruit autem Romæ sub Nerone illo immani principe, ut Eusebii Chronica monent, qui 'Berytius' cognominatus est, ex civitate Phœniciæ, quæ Græcis Βηρυτὸς, nostris Gallis *Barut*. Vinet.

M. Valerius Probus] Hieronymus recenset in anno 2. Neronis apud Eusebium. *Casaub.*

[o] *Marcus Valerius Probus Berytius*] In vet. impr. *Berritius* per i Latinum. *Achill. Stat.*

[p] *Quamvis se contemni*] In vet. impr. *omnes contemni*, ut ad veteres libellos referatur. *Achill. Stat.*

Quamvis se contemni] Deleo τὸ *se.* Ipsos enim veteres contemni, magisque opprobrio esse legentibus quam gloriæ et fructui, animadvertebat. *Gronov.*

[q] *Opprobrio*] In vet. impr. *obprobrio*, veteri more scriptum. *Achill. Stat.*

[r] *Aut quatuor, pomeridianis horis*] Veteri more etiam scriptum in eodem, et utroque manuscripto, *Aut quatuor postmeridianis horis.* Achill. Stat

exigua de quibusdam minutis quæstiunculis edidit. Reliquit autem[t] non mediocrem sylvam observationum sermonis antiqui.

Burm. *prælegere.* Deest *quædam* Voss. Tum *idque perraro nimis. Pauca* Voss. Fouc. Ed. Mediol. aliæque.

NOTÆ

[s] *Idque perraro*] Distinguendum hoc loco, ut dein sequantur, *Nimis pauca et exigua, &c.* Achill. Stat.

Nimis pauca et exig.] Mediol. *id perraro nimis. Pauca et exig.* Casaub.

[t] *Reliquit autem*] Cuicumque parti grammatices se dederit hic homo, Aulus Gellius epistolam ab eo scriptam ad Marcellum citat, et commentarium de occulta literarum significatione epistolarum Caii Cæsaris. In Virgilium aliquid scripsisse Macrobius Serviusque innuere videntur. Probi Grammatica quædam memorant Terentii vetus interpres, Diomedes, Carisius, Priscianus. Extant, quæ Valerio Probo inscribuntur, Grammatica quædam: De scripturis antiquis opusculum: Commentaria in Virgilium, Persium, et Juvenalem, sed de quorum ego titulis dubito, et Probi si sint, an Probi Berytii. *Vinet.*

C. SUETONII TRANQUILLI

DE CLARIS[1] RHETORIBUS

LIBER.

[1.] RHETORICA quoque apud nos, perinde atque Grammatica, sero[2] recepta est, paulo etiam difficilius, quippe quam constet nonnunquam etiam prohibitam exerceri. Quod ne cui dubium sit, vetus Senatusconsultum,[3] item Censorium edictum, subjiciam: 'Caio Fannio Strabone, M. Valerio Messala[4] Consulibus,[a] Marcus Pomponius

1 Abest a Mss. In Harl. et Voss. legitur, *Sueton. Tranq. de Grammaticis liber primus explicit. Sequitur ejusdem de Rhetoribus liber secundus.* Aliquot libri Stat. et Casaub. hunc indicem Rhetorum, de quibus liber egit, præfigunt, quem etiam suis Edd. attexuerunt Casaub. Gron. Oud. et Wolf. *L. Plotius Gallus. L. Otacilius Pilitus. Epidius. Sex. Clodius. C. Albutius Silus. L. Cæstius Pius* [*Piso* Stat.] *M. Porcius Latro. Q. Curtius Rufus. L. Valerius Primanus. Virginius* [ita corr. Oud. edidit Wolf. Al. *Virgilius*] *Flavus. L. Statius Ursulus. P. Clodius Quirinalis. M. Antonius Liberalis. Sex. Julius Gabinianus. M. Fabius Quintilianus. Julius Tiro.* Ceteris Codd. et Edd. desunt.—2 Hoc ex emendatione Mureti Var. Lect. XVI. Valesii, Casaub. quam et Schild. Græv. in pr. Ed. Gron. Burm. et recentt. sunt secuti. In aliis *fere rec.*—3 Ita ediderunt R. Steph. Casaub. et seqq. Mss. et Edd. Vett. non agnoscunt *Senatusconsultum.* Muret. *Senatusc. et Cens.* Iidem prænomen *C.* vel. *Caio*, ante Muret. e Gell. XV. 11. dederant. Olim exulabat, ut et a Mss.—4 *Messalla* alii. *Sala* Harl. *Messala*

NOTÆ

[a] *Fannio Strabone, M. Valerio Messalla, Coss.*] Initium edicti: quod exstat etiam apud Gellium in XV. c. 11. *Achill. Stat.*

Caio Fannio] Anno ab Urbe condita quingentesimo tertio. Idem

Prætor Senatum consuluit. Quod verba facta sunt[b] de Philosophis et de Rhetoribus,[5] [c] de ea re ita censuerunt:[d]

Voss.—5 Voss. et Harl. *Phil. ex Rhet.* Fouc. *Phil. et Rh.* Placuit Casaub. *S. Con.* sive *Senatus consultus de ea re ita censuit*, Statio *Cons.* v. *Cens.*

NOTÆ

autem senatusconsultum, et Censorium edictum invenies in capite undecimo libri quintidecimi Noctium Atticarum Auli Gellii. *Vinet.*

Caio Fannio Strabone, Marco Valerio Messala Coss.] Anno III. Olympiadis CLIV. a Palilibus Romæ DXCII. factum est hoc Senatus decretum, quo Philosophi simul et Rhetores urbe pelluntur. Videntur circa illa tempora philosophiæ et rhetoricæ studia magnum Romæ et in Italia cepisse incrementum, per illos mille Achæos exules, quos Senatus e patria accitos post bellum Persei, in urbe aut per Italiam multos annos detinuit, ut nuper in Polybiana Chronologia ostendimus. Non enim dubito, in tanta multitudine hominum Græcorum, qui præcipuas in urbibus suis dignitates obtinuerant, plures fuisse doctos literas, et studiis philosophiæ imbutos. Exemplo sit Polybius Megalopolitanus, ille quidem non e multis unus, sed plane inter paucos excellens et eximius: quem tamen non debemus existimare solum inter tot populares literarum et philosophiæ studium cum usu et actu rerum conjunxisse. Existimamus igitur istos, cum et ignavo otio torperent, et rebus etiam necessariis, ut solent exules, plurimum carerent, ad philosophiæ studia conversos, multis Romanorum ad simile propositum hortatores extitisse, atque huic senatusconsulto occasionem præbuisse. Meminit hujus decreti Athenæus lib. XIII. ubi σοφιστὰς uno verbo appellat, qui in Senatusconsulto Philosophi et Rhetores nominantur: 'Ρωμαῖοι, inquit, οἱ πάντα ἄριστοι ἐξέβαλον τοὺς σοφιστὰς τῆς 'Ρώμης, ὡς διαφθείροντας τοὺς νέους· οὓς ἔπειτ', οὐκ οἶδ' ὅπως, κατεδέξαντο. *Romani longe optimi Roma ejecerunt Sophistas, ut corruptores juvenum; quos deinde, nescio qua ratione, receperunt.* Seneca, Consolatione ad Helviam: 'Apicius in ea Urbe, ex qua aliquando philosophi, velut corruptores juventutis, abire jussi sunt,' &c. *Casaub.*

[b] *Quod verba facta sunt*] Hæc singularibus literis scribebant, utpote solennia: hoc modo, Q. V. F. S. ut illa, De ea re ita censuerunt: D. E. R. I. C. *Achill. Stat.*

[c] *Quod verba facta de Philosophis et Rhetoribus*] Consules de eo quod retulerant, verba fecisse dicebantur. Id patet cum ex hoc Senatusconsulto, tum etiam ex iis quæ a Frontino lib. II. de Aquæductibus, et a Cælio lib. VIII. Epist. Famil. et ex Opimiano S. C. quod a Cicerone VIII. Philipp. citatur, nec non ex S. C. Velleiano, et de petitione hereditatis, quæ a Jureconsultis referuntur. Eratque idem loquendi genus commune cum his omnibus, qui sive sententiæ loco, sive legatione fungentes, sermonem de re aliqua in Senatu habebant. *Brisson.*

[d] *S. cons. de ea re ita cens.*] In vet. impr. non erat, *S. cons.* Nec fere ponitur, ut opinor, in edictis ac senatusconsultis; aut ponendum tantum, *cons.* vel potius, *cens.* ut sit, *consules*,

Ut M. Pomponius Prætor animadverteret, curaretque, uti ei e Republica[6] fideque sua videretur, ut Romæ ne essent.'[e] De iisdem,[f] interjecto[7] tempore,[g] Cneus Domitius Aënobarbus, et Lucius Licinius Crassus,[h] Censores, ita edixerunt:[8] [i] 'Renuntiatum est nobis,[k] esse homines, qui novum genus disciplinæ instituerunt: ad quos juventus[9] [l] in ludum[m] conveniat: eos sibi nomen imposuisse Latinos Rhetoras:[10] [n] ibi homines adulescentulos totos dies desi-

ut sit *Consules* s. *Censores*, Pighio *P. con.* sive *patres consulti*.—6 Sic Steph. Cassand. Vinet. Muret. Casaub. &c. In aliis, Harl. Voss. et Fonc. *ut si ei reipubl.* Conj. Guj. *uti, si e rep. &c. videretur, Romæ n. e.* Item *uti R.* Harl. —7 *Interrupto* Voss. Harl. in quo *Gn. Dom.* Dein copulam ante *L. Lic.* omittunt Colb. Harl.—8 *Item dixerunt: ne renunt.* Fonc. Voss. Harl. *item edix.* Ms. Stat.—9 *Juv. ad quos* Fonc. et Vet. impr. Dein *ludum* rescripsit Oud. cum Wolf. &c. e Mss. Stat. Voss. Colb. et Vet. impr. astipulantib. Fonc. Harl. et Gell. xv. 11. Vulg. *ludos*.—10 Habent *Latine s.* vel *scilicet rhetoras* Harl. Voss. Fonc. et Vet. impr. Legit Stat. *haud Latine scilicet Rhet.* vel *haud Latine* tantum, omisso *Rhet.* improbante Muret. Var. Lect. xvi. 11.

NOTÆ

vel *censores*. Ejusmodi multa sunt edicta et Senatusconsulta apud Cic. in VIII. Epist. ad Cælium. Apud Gellium in IV. Apud Frontinum de aquæductibus. *Achill. Stat.*

De ea re ita censuerunt] Insere ante hæc verba e libris Achillis Statii, S. CON. atque adeo totum locum ita scribe ac lege, S. CON. D. E. R. I. C. *Senatus consultus de ea re ita censuit.* Frequens formula in antiquis Senatusconsultis: exempla tirones apud Brissonium legant. *Casaub.*

[e] *Uti Romæ ne essent*] *Ne* pro *non*, antiquo more. *Achill. Stat.*

[f] *De iisdem*] In vet. imp. *de eisdem*: in veteribus monumentis semper, *isdem*. Achill. Stat.

[g] *Interjecto tempore*] Septuagesimo anno post superius consultum Senatus. Adi ad Fastos Consulares et Censorios, in anno urbis IↃCLII. *Casaub.*

[h] *Lucius Licinius Crassus*] Hic est Crassus ille orator, qui istius sui edicti meminit apud Ciceronem, libro tertio de Oratore. Censores autem hi fuerunt, Caio Claudio Pulchro, Marco Perperna Consulibus: ut est in fragmentis illis Fastorum, anno a Roma condita sexcentesimo sexagesimo secundo, ut putat Plin. in principio libri septimi decimi. *Vinet.*

[i] *Ita edixerunt*] In manuscripto altero, *item edixerunt*. Achill. Stat.

[k] *Renuntiatum est nobis*] Referre, verba facere, nuntiare, et renuntiare, solennia verba sunt in hoc genere. 'Nuntiare' verbum est apud Gellium in IV. c. 5. *Achill. Stat.*

[l] *Ad quos juventus*] Magis, opinor, e veterum consuetudine in vet. impr. *juventus ad quos*. Achill. Stat.

[m] *In ludos*] In manuscripto, *in ludum*; quod placet. *Achill. Stat.*

[n] *Eos sibi nomen imposuisse Latinos Rhetoras*] In vet. impr. *Eos sibi nomen imposuisse Latine scilicet rhetoras*. Lege ego, *haud Latina scilicet rhetoras*, vel potius, *haud Latine*, tantum,

dere. Majores nostri, quæ liberos suos discere, et quos in ludos itare[1] [o] vellent, instituerunt. Hæc nova, quæ præter consuetudinem ac morem majorum fiunt, neque placent, neque recta videntur. Quapropter et iis, qui eos ludos habent, et iis, qui eo venire consuerunt,[2] [p] videtur faciendum, ut ostendamus nostram sententiam, nobis non[3] placere.' [q] Paulatim et ipsa utilis honestaque apparuit: multique eam præsidii[4] causa et gloriæ appetiverunt.[r] *Cicero* ad præturam usque Græce declamavit: Latine vero senior[s] quoque, et quidem Consulibus[5] Hirtio et Pansa; quos discipulos, et grandes prætextatos, vocabat.[t] *Cneum*

—1 *Intrare* Fouc. cum Vet. impr. Tum *quæ* deest Harl. Voss. in quibus etiam: *neque item videntur. Quapr. et iis per hos libros hab. ut iis qui evenire consueverunt.* Fouc. *Quapr. et in iis.*—2 Ita cum Gron. prætulerunt Oud. et Ern. cum Edd. Vett. pro *consueverunt*, uti inferius cum Voss. Harl. *consuerant* pro *consueverant.* Dein *visum faciundum* R. Steph. et Cassand. ex Gellio. Heins. conj. *cavendum.* Guj. *ut ost. nostra sententia.*—3 Harl. et Voss. *non nob.* Fouc. *vob. n. placet.*—4 Voss. Harl. et Colb. *et præsid.* quod recepit in text. Wolf. probante Oud. Mox *appetivere* Edd. Med. Flor. *etiam Græce* Fouc. Colb. Harl. Voss. Ex trib. ultimis *declamitavit* exhibuit Wolf. suffragante Oud.—5 *Et quidem cum Cons.* Harl. Colb. Voss. et Ed. pr. Mediol. qua usos esse et Stat. et Casaub. satis constat ex consensu lectionis. In Fouc. *et quod cum Cons.* Receperunt *cum* Burm. Oud. et Wolf. qui uncinis inclusit voc. *Consu-*

NOTÆ

ne in edicto verbum Rhetoras fuisse intelligamus, quod esse id contra consuetudinem atque auctoritatem Senatus videretur, tametsi in superiore edicto Philosophos et Rhetoras positos legamus. *Achill. Stat.*

[o] *Et quos in ludos itare*] In vet. impr. *intrare.* Achill. Stat.

[p] *Consueverunt*] In vet. impr. *consuerunt.* Achill. Stat.

[q] *Nobis non placere*] Hæc verba sententiæ sollennia: ut illa, *Senatui populoque placere.* Achill. Stat.

[r] *Appetiverunt*] In veteri impr. *appetivere.* Achill. Stat.

[s] *Latine vero senior*] Epistola ad Pætum 'Delectaverunt me,' libro nono. Fuerunt autem consules Aulus Hirtius, et Caius Vibius Pansa, anno ab urbe Roma condita septingentesimo et undecimo; quo anno, septimo Idus Decembres, occisus fuit Cicero: ut est apud Cornelium Tacitum in dialogo de Oratoribus. *Vinet.*

[t] *Et quidem Consulibus Hirtio et Pansa: quos discipulos, et grandeis prætextatos vocabat*] Melius vet. impr. *et quidem cum Consulibus Hirtio et Pansa, quos discipulos, et grandeis prætextatos vocabat.* Cum illis enim sese exercebat. *Achill. Stat.*

Latine vero senior, et quidem coss. Hirtio et Pansa: quos discipulos et grandes prætextatos vocabat] Mediol. editio: *et quidem cum consulibus Hir.* Sed qui potuit fieri, ut cum istis Consulibus Cicero declamaret? Quorum quidem consulatus in eum annum incidit, quem po-

Pompeium quidam historici tradiderunt, sub ipsum civile bellum, quo facilius Caio Curioni, promtissimo juveni, causam Cæsaris defendenti, contradiceret,[6] repetisse declamandi consuetudinem; *Marcum Antonium*, item *Augustum*, ne Mutinensi quidem bello omisisse. *Nero Cæsar* et primo imperii anno,[u] publice quoque bis antea,[7] declamavit:[v] plerique autem oratorum etiam declamationes edide-

lib. sententiam secutus Fabri ad Senec. cui obvius ivit Baumg.—6 *Cum diceret* Voss. Supra *causus Cæs.* Fonc. in quo, ut in Vet. impr. *et* ante *primo* deest. Item Harl. dat *nec Mut.*—7 Quidam legunt *bis ut antea*, repugnante Casaub. Conj. Broukh. *bis in die decl.* Burm. *imp. anno semel, publ. q. bis a. d.*

NOTÆ

pulus Rom. vidit turbulentissimum et luctuosissimum? Quare etiam eodem anno sunt omnes exstincti: Ciceronem dico, et ambos Consules. Adde quod ne in urbe quidem, nisi paucos admodum menses post aditum consulatum Hirtius et Pansa remanserunt. Nam cum principio anni hostis Antonius esset judicatus, belli administrandi provincia Cæsari cum coss. demandata, primo vere, aut etiam exeunte hieme, Hirtius et Pansa Roma profecti, nunquam postea urbem viderunt. Quod igitur liberum tempus ad declamandum illis Consulibus fuit? Ipsum quoque Ciceronem in tantis curis suis, et gravissimis pro Rep. contentionibus, quarum testes sunt orationes Philippicæ, ad has exercitationes rhetoricas animum potuisse convertere, quis putet? neque hoc sane aut Plutarchus dicit, aut quisquam veterum. Narrat Seneca pater præfatione in librum Controversiarum, scribere M. Tullium, 'in atriolo duos grandes prætextatos secum declamare solitos.' Ego non ambigo, duos illos prætextatos fuisse Hirtium et Dolabellam, quos ipse nominat, pulcherrima epistola ad Pætum, libro IX. Hi non eo anno quem ait Suetonius, sed triennio prius, itare ad Ciceronem et illud atriolum celebrare soliti: quando M. Tullius, Cæsare belli civilis reliquias in Africa persequente, inter spem metumque pendens animi, foro et curia se abstinens, ac domi plurimum continens, inglorium suum otium studiis literatum solabatur. Existimabat Nicolaus Faber, V. Cl. sublatam iri ἀτοπίαν, *absurditatem*, hujus dicti, si deleta voce *Consulibus*, scriberetur, *et quidem cum Hirtio et Pansa*. Mihi videbatur Suetonius, qui probe meminerat alterum horum prætextatorum fuisse Hirtium, in alterius nomine vitio memoriæ lapsus: atque hoc pacto accidisse, ut in ratione temporum tantum delinqueret. Porro Ciceroni, eo quod diximus tempore, etiam alios proceres Romanos operam dedisse, perquam fit mihi verisimile: ac fortasse illam declamandi consuetudinem respiciebat B. Hieronymus, cum in Eusebii Chronico Munatium Plancum Ciceronis discipulum appellavit. Quod et illæ Planci epistolæ, purissimæ Latinitatis, et vel Cicerone dignissimæ, suadent, quæ hodieque inter Ciceronianas leguntur. *Casaub.*

[u] *Nero Cæsar et primo imperii anno*] In vet. impr. non erat *et*. Achill. Stat.

[v] *Publice quoque bis antea declamavit*] Non necessario quidam emendant *bis*

runt. Quare magno studio hominibus injecto, magna etiam professorum ac doctorum [8] profluxit [w] copia, adeoque floruit,[x] ut nonnulli ex infima fortuna in ordinem senatorium, atque ad summos honores processerint. Sed ratio docendi nec una omnibus, nec singulis eadem semper fuit; quando vario modo quisque discipulos exercuerunt. Nam et dicta præclare, per omnes figuras,[y] per casus,[9] [z] et apologos, aliter atque aliter exponere, et narrationes tum breviter [a] et presse, tum latius et uberius [10] [b] explicare consuerant: [c] interdum Græcorum scripta convertere, ac viros illustres laudare, vel vituperare: quædam etiam ad usum communis vitæ instituta, tum utilia et necessaria, tum perniciosa et supervacanea [d] ostendere: sæpe fabulis fidem firmare, aut historiis [1] demere; quod genus θέσεις et ἀνασκευὰς et κατα-

—8 Harl. et Voss. *atque doct.* Dein *profluit cop. adeoq. fluit* Fouc. cum Vet. impr. Infra *processerunt* Harl.—9 Suasit Casaub. *causas.* Mox *cum brev. ac pr.* Voss. Fouc. Harl. *cum br.* etiam Vett. Edd. Mutarunt Steph. Cassand. Vinet. et seqq.—10 *Et liberius* Mss. Casaub. Harl. Inferius *dum ut. e. n. dum p.* dant Voss. Harl. Fouc. cum Edd. pp. quod defendit Muret. Correxere Steph. Cass. Vinet. Casaub. et recentt.—1 *Hist.* abest a Voss. Fouc. Harl. Tum literis Latinis *thesis et anascenas et catascenas*

NOTÆ

ut antea, quod nulli libri confirmant. Sententia non est obscura, et, ut puto, vera. Neronem privatim declamasse et ante imperium sæpius, et primo etiam imperii anno aliquoties, publice vero bis tantum, idque ante imperium. *Casaub.*

[w] *Profluxit*] In vet. impr. *profluit.* Achill. Stat.

[x] *Floruit*] In eodem *fluit*, sed utrumque vitio, ut videtur. *Achill. Stat.*

[y] *Per figuras*] Κατὰ σχήματα: ac fortasse figuratas intelligit controversias, de quibus Quintilianus in IX. quarum cum triplex genus esse dicat, primum frequens in scholis esse tradit. *Achill. Stat.*

[z] *Per casus*] Eventus, ut quid quoque casu dicendum: vel casum intelligit, de quo Quintilianus in v. 'Casus autem,' inquit, 'qui et ipse præstat argumentis locum, sine dubio est ex insequentibus,' et quæ sequuntur. *Achill. Stat.*

Per omnes figuras, per casus] Consentiunt in hac lectione Mediol. et omnes Mss. Suspicabar scribendum *per caussas.* Sed ἐπέχω, *sustineo assensum.* Casaub.

[a] *Tum breviter*] In vet. impr. *cum breviter.* Achill. Stat.

[b] *Tum latius et uberius*] Scripti omnes, *et liberius.* Casaub.

[c] *Consueverant*] In eodem, *consuerant.* Achill. Stat.

[d] *Dum utilia et necessaria, dum perniciosa et supervacanea*] Id est, qua utilia, qua perniciosa. *Achill. Stat.*

σκευὰς Græci vocant: donec sensim hæc exoleverunt,[e] et ad controversiam ventum est. Veteres 'Controversiæ' aut ex historiis trahebantur;[2] sicut sane nonnullæ usque adhuc: aut ex veritate ac re, si qua forte recens accidisset. Itaque, locorum etiam appellationibus adjectis,[3 f] proponi solebant. Sic certe collectæ editæque se habent: ex quibus non alienum fuerit, unam et alteram, exempli causa, ad verbum referre. 'Æstivo tempore adolescentes urbani cum Ostiam venissent, littus ingressi, piscatores trahentes rete adierunt,[4 g] et pepigerunt, bolum quanti emerent:[h] nummos solverunt: diu expectaverunt,[i] dum retia extraherentur: aliquando extractis, piscis nullus infuit,[5 k] sed sporta auri[l] obsuta. Tum emtores bolum suum aiunt, piscatores suum.' 'Venalicii,[6 m] cum Brundisii gregem venalium e navi educerent, formoso et pretioso puero, quod portitores verebantur, bullam et prætextam togam imposuere:[n] facile

Harl. Ceterum Edd. Steph. Cass. Vin. Ald. Bas. Gryph. *exoluerunt*. Voss. Harl. Edd. pr. et Casaub. ult. *exsoluerunt*, Casaub. pr. cum Scriv. Schild. Græv. *exsoleverunt*.—2 Voss. *tradebantur*.—3 Fouc. Harl. Voss. et Ed. pr. *additis*. Item *et sic certe* in Voss.—4 *Adiere* Fouc. cum Ed. pr. in quibus etiam *pepigere* et *solvere*. Postea Stat. videtur legisse in nonnull. *spectav.*—5 Fouc. et Ed. pr. *affuit*, cum uno Cod. Stat. *fuit* Voss. Harl. In iisdem pro *sporta* est *porca*. Ed. pr. *porta*.—6 *Venaliciarii* legit Patric. ad fragm. Cic.

NOTÆ

[e] *Donec sensim hæc exoleverunt*] Hæc progymnasmata. In vet. impr. scriptum, *exsoluerunt*, a verbo soleo. *Achill. Stat.*

[f] *Locorum etiam appellationibus adjectis*] Ut jam prope fierent ὑποθέσεις. sed in vet. impr. *additis*, non *adjectis*. Achill. Stat.

[g] *Adierunt*] Vet. imp. *adiere*, et statim etiam, *pepigere*, ac post, *nummos solvere*. Achill. Stat.

[h] *Bolum quanti emerent*] Græcum est, βόλον πρίασθαι, *jactum emere*. Casaub.

[i] *Diu spectaverunt*] *Diu exspectaverunt*. Achill. Stat.

[k] *Infuit*] Vet. impr. *adfuit*. In altero, manuscripto, *adfuit*: in altero, *infuit*. Achill. Stat.

[l] *Sed sporta auri*] In eodem, *porta auri*: in manuscriptis, *sporta*. Achill. Stat.

[m] *Venalitii*] Venalitiarii, ff. de verborum significatione, l. Mercis appellatione. *Vinet.*

Venalitii cum Br.] Separanda hæc sunt a præcedentibus, ut quæ nihil commune cum iis habeant. Est enim alterum veterum controversiarum exemplum. Scribendum vero, *venaliciarii*, id est, ἀνδραποδοκάπηλοι. Glossæ veteres: *Venaliciarius*, σωματέμπορος. *Casaub.*

[n] *Bullam et prætextam togam impo-*

fallaciam celarunt. Romam venitur: res cognita [7] est: petitur puer, quod domini voluntate fuerit liber, in libertatem.' [8] [o] Olim autem eas appellatione Græca συνθέσεις [9] vocabant: [p] mox 'controversias' [q] quidam, sed aut 'fictas,'

t. III. 8. p. 975. et Ed. Græv. Tum *et ideo pretioso* conj. Broukh.—7 *Venitur, recogniti sunt* Harl. Voss.—8 Ita distinxere et emendarunt Muret. ac Vinet. et recepere Casaub. et seqq. probante Merillio Obs. VI. 20. Fouc. et Colb. cum Edd. Vett. *in libertate*, unde ejiciendum P. Faber voluit τὸ *liber*, Semestr. II. 15. quæ vox etiam non comparet in Edd. Steph. Cassand.—9 Sic ediderunt Oud. Wolf. Bip. et al. ex emendatione Schott. Obs. IV. 7. Vulg.

NOTÆ

suere] Ut conditionem ejus dissimularent, liberorum puerorum habitu induti. *Burman.*

[o] *Quod domini voluntate fuerit liber, in libertate*] Verbis, opinor, utitur e veteri consuetudine petitis, fuisse liberum in libertate. *Achill. Stat.*

Liber in libertate] *In libertatem* legendum crediderim, et sic interpungendum, *Petitur puer, quod domini voluntate fuerit liber, in libertatem.* Sicut 'petere in servitutem' dixit qui Livium contraxit, de Virginia, libro tertio. *Vinet.*

Quod domini voluntate fuerit liber, in libertatem] Vide quam parvis rebus viri quantumvis docti impediantur. Legebatur hic olim, *liber in libertate.* In quo non modo Ach. Statius nescio quid antiqui sibi fingit, sed et Pet. Faber delet τὸ *liber*, pro interpretamento ejus, quod sequitur, *in libertate*, et quidem tam inepto et falso, ut ferri non possit: neque id paucis exponi posse: itaque differt nos in aliud tempus ex penitissimis antiquæ jurisprudentiæ fontibus hausturus, quæ nos in eam rem doceat, II. Semest. 15. Reddiderat rem satis exspectatam: sed omnis ea exspectatio concidit, ex quo Elias Vinetus unicam literam adjecit, et interpunxit, ut oportuit: jam enim puerum *in libertatem peti*, id est, asseri vel vindicari, quod volente domino liber egerit, quivis videt. Sane subtilius agentes, in libertate puerum fuisse concedent, liberum non fuisse urgebunt, ut apparet ex Fabii avi declam. 340. et 342. Sed id discrimen insuper habuit Suetonius. Alioquin ei dicendum fuisset, *Asseritur puer, quod domini voluntate in libertate fuerit*: vel, *Petitur puer in libertatem, quod domini voluntate fuerit in libertate.* Gronov.

[p] *Eas appellatione Græci συντάξεις vocabant*] Schottus ex membranis, timide tamen, ut ait: *appellatione Græca συνθέσεις*, IV. Observ. 7. De *appellatione Græca* non erat, quod timeret: planum enim sic legi oportere, vel si nullo scripto affirmaretur. At θέσεις scribendum, non συνθέσεις. M. Seneca præf. 1. Controvers. 'Declamabat autem Cicero, non quales nunc controversias dicimus: ne tales quidem quales ante Ciceronem dicebant, quas theses vocabant.' Cicero in Topicis: 'Quæstionum duo sunt genera, alterum infinitum, alterum definitum. Definitum est, quod ὑπόθεσιν Græci, nos 'caussam' dicimus. Infinitum, quod θέσιν illi appellant, nos 'propositum' possumus nominare.' *Gronov.*

[q] *Mox controversias*] Quarum sunt exempla apud Senecam et Quinti-

aut 'judiciales.' Illustres professores, et quorum memoria aliqua extet, non temere alii reperientur, quam de quibus tradam.

[2.] *L. Plotius Gallus.*[r] De hoc Cicero[10] ad M. Titinium[s] sic refert: 'Equidem memoria teneo, pueris nobis, primum Latine docere cœpisse L.[1] Plotium quendam: ad quem cum fieret concursus, quod studiosissimus quisque apud eum exerceretur, dolebam, mihi idem non licere. Continebar autem doctissimorum hominum auctoritate, qui existimabant, Græcis exercitationibus ali melius ingenia posse.' Hunc eundem (nam diutissime vixit) M. Cœlius[t]

appellationes Græci συντάξεις. Sed cum J. F. Gron. mallent Oud. et Wolf. *θέσεις.* Præbent tamen *synthesis* Colb. Voss. Harl. in quo *appellationes Græca.* Dedit Pitisc. *appellatione Græca συντάξεις.* Mox *contr. quidem* Voss. Harl. —10 *Cicero in epistola ad M.* Fouc. Colb. probante Wolf. Dein *Ticinum, Ticinnium, Titinnium* Edd. Vett. Conj. Stat. *Licinium.* Cf. Drakenb. ad Liv. III. 54.—1 Deest *L.* in Voss. Harl. Fouc.—2 Muret. V. L. v. 10. conj. *signi-*

NOTÆ

lianum seniores. *Achill. Stat.*

[r] *L. Plotius Gallus*] Titulum, opinor, capiti præposuerat Suetonius, *L. Plotius Gallus:* cui attexit consequentia. Credo ego, eodem versu et contextu titulos poni solitos: ut in epistolis etiam solebant eorum, ad quos scribebant, nomina ponere. Plotii Rhetoris meminit Varro, ut adducit Nonius Marcellus in verbo 'Bubulcitare.' Et Hieronymus in chronicis Eusebii. 'Plotius,' inquit, 'Gallus primus Romæ Latinam rhetoricam docuit: de quo Cic. sic refert: Memoria teneo, primum Latine docere cœpisse Plotium quendam.' *Achill. Stat.*

Lucius Plotius Gallus] Plotium memorant Eusebii Latina Chronica ad annum primum Olympiadis centesimæ et septuagesimæ tertiæ, ante annos octoginta tres, quam Christus nasceretur. Quintilianus quoque ejus meminit. *Vinet.*

L. Plotius Gallus] B. Hieronymus, quem constat totum fere hunc de claris Rhetoribus libellum Sueton. in Chronicon Eusebii retulisse, in Olympiadis CLXXIII. anno primo hæc posuit: 'Plotius Gallus primus Romæ Latinam rhetoricam docuit: de quo Cicero sic refert: Memoria teneo, pueris nobis primum Latine docere cœpisse Plotium quendam.' *Casaub.*

[s] *Ad M. Ticinnium*] Legendum fortasse, *ad M. Licinium,* vel potius, ut in manuscripto erat, *Titinnium.* Achill. Stat.

[t] *Marcus Cælius*] Sic per æ Cælios scribunt vetustissima quæque monumenta. Oratio autem illa Marci Cælii non extat: sed ea quam pro Cœlio Cicero habuit: ex qua quædam cognosces de Atratino; quem leges in Eusebii Chronicis mortuum esse sub Octaviano Augusto principe. Ceterum in Atratinis quintam literam scalpunt *T,* non *C,* vetusta marmora. *Vinet.*

in oratione, quam pro se de vi habuit, significabat[2] dictasse Atratino,[u] accusatori suo, actionem: subtractoque[3] nomine, 'hordearium' eum 'rhetorem' appellat, deridens, ut inflatum ac levem et sordidum.[v]

[3.] *L. Otacilius*[4] *Pilitus*[w] servisse dicitur, atque etiam ostiarius veteri[5] more in catena fuisse;[x] donec ob ingenium

ficat, probantque Oud. et Wolf. Statim *a Cratino* Ed. Ald. et plures. *Acratino* Voss. Harl. *Atracino* Schild. Pitisc. al. sed *Atratino* jam olim edidere Steph. Cass. Vinet. aliique, quos Burm. Oud. et recentt. secuti.—3 *Subiratoque* Voss. Harl. Dein *ordinarium* Ed. pr. *hordeum eum* alter Ms. Stat. Abest *appellat* a Voss. Harl.—4 *Voltacilius* Harl. Voss. qui cum Fouc. Colb. Ms. Stat. et O. fere Codd. Casaub. item Edd. pp. *Pilutus* dant. *Pitholaus* legit Giraldus, ex Macrob. Sat. II. 2. teste Leopard. Emend. III. 17. Heins. et Scalig. maluerunt *Piletus*. Oud. conj. *Philtatus*, v. *Philotas*, v. *Philetus*, Voss. de Hist. I. 9. *Plotus*. Ceterum *Octacilius* ante Vinet. edebatur.—5 *Ve-*

NOTÆ

[u] *Dictasse a Cratino*] In vet. impr. *Atratino*, unico verbo, et dandi casu: quod placet, itaque erat in manusc. *Achill. Stat.*

[v] *Ordearium eum Rhetorem appellat, deridens ut inflatum ac levem et sordidum*] In vet. impr. *ordinarium*, non *ordearium*; atque ita in manuscripto altero: at in altero, *hordeam eum Rhetorem*. Sed quod impressum, rectius: illud corruptum ex *hordiario:* in antiquiss. enim monumentis, 'sementes et messes hordiariæ.' *Achill. Stat.*

Hordearium eum Rhetorem appellat, deridens, ut inflatum ac levem et sordidum] Quem M. Tullius appellat oratorem gracilem et strigosum, is hoc loco dicitur hordearius: translata vox a pane, quod præcipuum est omnium alimentorum fundamentum. Omnium optimi panes sunt triticei, *πύρινοι* vel *αὐτόπυροι*; minus laudabiles *κρίθινοι* et hordeacei. Minus enim alit hordeum quam triticum; et parata ex hordeo alimenta esse *φυσώδη* *tumefacientia*, scribit Dioscorides; quod ad illa verba Suetonii pertinet, 'ut inflatum.' Potest et ad rem militarem esse respectus: nam inter ignominias militares erat hordeo pasci; quod in sexta historia Polybius non prætermittit: et sunt multa in historia Romanorum exempla. Galenus libro primo de facultate alimentorum super ea re hæc observat: *Οἱ παλαιοὶ καὶ τοῖς στρατευομένοις ἄλφιτα παρεσκεύαζον. ἀλλ' οὔτι γε νῦν τὸ Ῥωμαίων στρατιωτικὸν ἀλφίτοις χρῆται, κατεγνωκὸς αὐτῶν ἀσθένειαν, ὀλίγην γὰρ τροφὴν δίδωσι τῷ σώματι.* *Veteres quoque militibus apparabant farinam hordeaceam: sed nunc Romanorum exercitus non utitur hordeis, damnata eorum imbecillitate; modicum enim alimentum tradunt corpori.* Casaub.

[w] *L. Octacilius Pilitus*] In vet. imp. *Pilutus*, itaque in manusc. *Achill. Stat.*

Lucius Otacilius Pilitus] Vultacilius Plotus in Eusebii Chronicis ad annum quartum Olympiadis centesimæ et septuagesimæ quartæ. *Vinet.*

L. Otacilius Pilitus] Mediolan. ut fere scripti, *Ootacilius Pilutus*. Casaub.

[x] *Atque etiam hostiarius, veteri more in catena fuisse*] Hostiarius pro ostia-

ac studium literarum manumissus, accusanti patrono subscripsit.[y] Deinde Rhetoricam professus, Cn. Pompeium Magnum docuit, patrisque[6] ejus res gestas, nec minus ipsius, compluribus libris exposuit; primus omnium libertinorum, ut Cornelius Nepos opinatur, scribere historiam orsus, non nisi ab honestissimo quoque scribi solitam.[z]

[4.] Ad id[7] tempus[a] *Epidius*, calumnia notatus, ludum dicendi aperuit: docuitque inter ceteros M. Antonium, et Augustum. Quibus quondam C. Canutius,[8] objicientibus sibi, quod in Republica administranda potissimum consularis[9] Isaurici[b] sectam sequeretur, 'Malle,' respondit, 'Isaurici esse discipulum, quam Epidii[c] calumniatoris.'

tere Harl. Tum *ing. et st.* Fonc. Conj. Stat. *patr. suo scripsit.*—6 Ita Voss. Harl. Edd. Oud. Bip. Wolf. et al. In priorib. *que* deest. In fine Cap. *scribi* non habet Fonc. cum Ed. pr. haud improbante Stat.—7 Conj. Græv. *ad idem t.* et ita est in Ed. Casaub. min. Lugd. Dein *dicendi* ex Ed. Flor. restituit Ern. cum seqq. suffragante Oud. et sic habet Fonc. Vulg. *docendi.*—8 Voss. dat *in quib. q. Caius Can.* Pro *C.* Ern. jubet reponi *Tib.* Oud. et Wolf. delere malint.—9 *Considis Isaur.* Harl. Voss. pro *consul.* Pith. *Considii.* Mox *Epidici* Pith. Voss. Harl. Verb. *consularis* in prox. loc. trajecit Acidal. ad Dial. de Orat. Cap. 21. *Isaur. consul. discip. q. Ep. cal.* probantib. Burm.

NOTÆ

rio. Fuerunt quondam apud Romanos janitores vinculis ad fores alligati. Ejus autem moris mentio et apud alios, et apud Ovidium in illo versu, 'Janitor indigne dura religate catena.' *Muretus.*

[y] *Accusanti patrono subscripsit*] Legendum fortasse, *accusanti patrono suo scripsit.* Quod multi alii factitarunt Rhetores; ipsi foro abstinentes aliis orationes scripserunt: quamobrem a patrono sit ille manumissus. Sin illo modo malumus, subscriptorem intelligamus. Sunt autem subscriptores, ut jurisconsulti definiunt, qui se accusationi ejus, qui rei nomen detulerat, subscribunt. *Achill. Stat.*

[z] *Scribere historiam orsus, nonnisi ab honestissimo quoque scribi solitam*] In vet. imp. verbum *scribi* non erat: quæ lect. etiam probanda. *Achill. Stat.*

[a] *Ad id tempus*] In vet. impr. novum ac distinctum caput, ut esse omnino debet: sed fefellit eos, qui confudere, et veterum scribendi ratio, de qua ante, et quod Suetonius, cum dicat, 'Ad id tempus,' utrumque simul videatur contexere. *Achill. Stat.*

Ad id tempus Epidius] Forte, *Ad idem tempus.* Græv.

[b] *Consularis Isaurici*] Pithœi liber, *Considii Is.* perperam: neque enim Considiorum, verum Serviliorum cognomen erat Isauricus. *Casaub.*

[c] *Epidii*] In vet. impr. *Epidii* more veterum scriptum. *Achill. Stat.*

Quam Epidii calumniatoris] Pithœanus, *Epidici.* An est jocus cum allu-

Hic Epidius ortum se ab Epidio[10] Nunciono prædicabat: quem ferunt olim, præcipitatum in fontem fluminis Sarni,[1][d] paulo post cum cornibus extitisse, ac statim non comparuisse, in numeroque Deorum habitum.

[5.] *Sextus Clodius*,[2] e Sicilia, Latinæ simul Græcæque eloquentiæ professor, male oculatus, et dicax, 'par oculorum in amicitia M. Antonii Triumviri extitisse se,' aiebat.[e] Ejusdem uxorem Fulviam, cui altera bucca inflatior erat, 'acumen styli tentare' dixit,[f] nec eo minus, immo vel magis, ob hoc Antonio gratus. A quo mox Consule ingens etiam congiarium accepit, ut ei in Philippicis[g] Cicero objicit: 'Adhibes joci[h] causa[3] magistrum suffragio tuo, et

Ern. Oud. qui tamen *calumniatoris* omitti mallet.—10 *A C. Epid.* Fouc. *Nuncino* Harl. Colb. et Coll. Voss. qui inde fecit *Nucerino*. Muret. V. L. XVI. 10. vult *Nursino*. Edd. Schild. Gron. Pitisc. *Nuncione*.—1 Fouc. et Ed. pr. *Scarni*. Paulo ante *principatum in f.* Voss. qui cum Harl. *non comperisse* præbet.—2 *Claudius* Ed. Lugd. Mox conj. Muret. *pari ocul. amicitiam M. Ant. Tr. stetisse s. dicebat*, quod probant Schott. Obs. IV. 7. et Broukh. Sed Mss. Statii cum Ed. pr. dant *extricte se*, unde ipse *extrisse* vel *extrivisse* eruit, idque probabilius videtur Oud. Wolf. et aliis. Heins. tentat *par corculorum s. poculorum*, Guj. *perdidisse se a.* et statim *in ejusd.*—3 In Harl. et Voss. *adhibes* non comparet, spatio relicto: dein est, *Tibi ut joci c.* In Fouc. et Edd. Vett

NOTÆ

sione ad vocem Græcam *ἔκδικος*? qui legibus est obnoxius, et qui, ut sic dicam, status controversiam patitur. Initio dixit Tranquillus, Epidium calumnia fuisse notatum: *ἔκδικος* interdum fere idem atque *ὑπόδικος*. *Casaub.*

[d] *Fluminis Sarni*] In vet. impr. *Scarni*, sed vitio, opinor. *Achill. Stat.*

[e] *Male oculatus, et dicax, par oculorum in amicitia M. Antonii Triumviri extitisse se aiebat*] In vet. impr. *Male oculatus et dicax, par oculorum in amicitia M. Antonii extricte se aiebat*: itaque erat in utroque manuscripto. In quibus verbis mutabam tantummodo *extricte* in *extrisse*, id est, extrivisse: quod est consumsisse ac disperdidisse, a verbo *extero*. Sic etiam Catullus 'tristi' pro trivisti dixit. Itaque se libidine et lustris cum Antonio socio et conscelerato perdidisse oculos significat, et Antonium sic notat. *Achill. Stat.*

[f] *Cui altera bucca inflatior erat, acumen stili tentare dixit*] Stilo enim medici inflationes fodicabant, qua re cognita jocus apparet. Aciem tentare sic idem dixit in vita Neronis Cæs. c. 49. 'Duos pugiones, quos secum attulerat, arripuit, tentataque utriusque acie, rursus condidit.' *Achill. Stat.*

[g] *Ut ei in Philippicis*] In secunda. *Vinet.*

[h] *Tibi et joci*] Credo apud Ciceronem esse *ibi*: sed videndus locus. *Achill. Stat.*

compotorum[4] tuorum, Rhetorem; cui concessisti, ut, in quem vellet, diceret: salsum omnino hominem! sed materia facilis, in te[5] et in tuos[1] dicere. At quanta merces Rhetori est data? Audite, audite,[6] Patres Conscripti, et cognoscite Reipublicæ vulnera. Duo millia jugerum[7] campi Leontini Sexto Clodio Rhetori assignasti, et quidem immunia: ut tanta mercede nihil sapere disceres.'

[6.] C. *Albutius Silus*,[k] Novariensis, cum ædilitate in patria fungeretur, cum[8] forte jus diceret, ab iis, contra[9] quos pronuntiabat, pedibus e tribunali detractus est. Quod indigne ferens, statim contendit ad portam, et inde Romam: receptusque in Planci oratoris[l] contubernium,[m] cui declamaturo mos erat, prius aliquem, qui ante diceret, excitare,[10] suscepit eas partes, atque ita implevit,[n] ut Planco silen-

Tibi et joci c.—4 Fouc. *comperitorum*. Harl. Voss. *competitorum*, cum Edd. ante R. Steph. qui hoc et sequentia, ut vulgo in Cic. Phil. II. 17. leguntur, hic expressit. Deest *cui* Voss. et Harl.—5 *Ut in te, quæ vell.* Cic. et Ed. Steph. Tum *falsum* Harl. Fouc. in quo etiam *animo hom.*—5 Non leguntur *in te* in Mss. et Edd. Vett. sed addenda monuit Stat. et ita Ed. Steph. et seqq. Dein vulg. *dicta dicere*, et apud Cic. Sed abest *dicta* a Colb. Harl. et plerisque, delevitque Vinet. Oud. Bip. Etiam voluit abesse Schott. vel *dicta jacere*. Tuetur Wolf.—6 Iterant voc. *audite* Oud. et seqq. ex Cic. et Edd. O. ante Casaub. sed semel tantum legitur in Voss.—7 *Vulnera secundum jug.* Fouc. Tum *assignati* Voss. et *immuni* cum Harl. et Edd. ante Steph. In Cic. vulg. *pro tanta m.*—8 Ern. conj. *atque forte*, vel *dicens*, sine τῷ *cum*. Oud. videtur excidisse copula *et* v. *que*.—9 Exulat *contra* a Voss. Harl. Mox *trib. tractus* Voss.—10 *Excitaret* Ed. Lugd. Mox *part. itaque impl.* Voss. Harl.—

NOTÆ

[1] *Sed materia facilis et in tuos*] Lege, *sed materia facilis in te, et in tuos.* Achill. Stat.

[k] *C. Albutius Silus*] Silo pro Silus apud Eusebium sub Octaviano Augusto, apud annum tertium Olympiadis centesimæ nonagesimæ tertiæ. Et Silius etiam pro Silus apud Senecam. *Vinet.*

C. Albutius Silus Novariensis] Hieronymus in Chronico Eusebii ad numerum MMXI. 'Albucius Silo Novariensis clarus Rhetor agnoscitur.' In Suetonii et Senecæ libris Silus hic dicitur, non Silo. *Casaub.*

[l] *Planci oratoris*] Lucii Munacii Planci: de quo sic Latina Eusebii Chronica, de Octaviani Augusti temporibus, apud annum quartum Olympiadis centesimæ octogesimæ octavæ. Munatius Plancus, Ciceronis discipulus, orator habetur insignis. Qui, quum Galliam Romanam regeret, Lugdunum condidit. *Vinet.*

[m] *Contubernium*] Scribi etiam potest *Contibernium*: namque in veteri monumento Romæ in hortis Albertinis, CONTIBERNALI. *Achill. Stat.*

[n] *Actaque ita implevit*] Vet. impr. *atque ita implevit*, quod placet: vel

tium imponeret, non audenti in comparationem se demittere.[1] Sed ex eo clarus, propria auditoria instituit, solitus proposita controversia sedens incipere,[2] et calore demum provectus consurgere[o] ac perorare. Declamabat autem genere[p] vario:[3] modo splendide atque adornate:[4] tum, ne usquequaque scholasticus existimaretur,[q] circumcise ac sordide, et tantummodo[5] trivialibus verbis. Egit et causas, verum rarius, dum amplissimam quamque[6][r] sectatur; nec alium in ulla locum, quam perorandi.[s] Postea renun-

1 Sic Edd. Jac. Gron. Oud. Ern. et seqq. jubente Drakenb. ad Liv. III. 85. Vulg. *dimitt.* Paulo ante *comparatione* Ed. Lugd.—2 Pro *incipere* habent *in opere* Fonc. et Edd. ante Casaub. Correxere Faërn. Muret. et Schott. cum Mss.—3 Ita dederunt Steph. Cass. Casaub. et seqq. ut emendavit Muret. *declamare aut genere v.* Ed. Vinet. *declamare aut gemere* Mss. et Edd. Vett. et *declamare* servari potuisse censet Oud. ut pendeat a verbo *solitus.* Supra *cal. densum* Fonc.—4 *Adeo ornate* Heins. et Broukh. *adorante* Voss. *adoranter* Harl.—5 Muret. suadet *tantum non.* Tum *verius et rarius* Harl. Voss.—6 Edd. ante R. Steph. *quamquam.* Emendarunt Muret. et Stat. qui mox

NOTÆ

illo modo, *itaque implevit.* Achill. Stat.

[o] *Solitus proposita controversia sedens in opere et calore demum provectus consurgere*] Recte hunc Gabriel Faërnus locum distinguebat, ac restituebat: *solitus proposita controversia sedens incipere, et calore demum provectus consurgere.* Achill. Stat.

[p] *Gemere*] Indignans scilicet. *Achill. Stat.*

[q] *Ne usquequaque scholasticus existimaretur*] Scholasticum appellabant, qui in umbra circa fictas hypotheses se occuparet. Quintilianus libro XII. 'Cognoscere et præcepta vivendi perdiscere, et in foro nos experiri potuimus, dum scholastici sumus.' In aureo Longini libello ἀληθινοῖς λόγοις, *genuinis sermonibus*, opponitur νόησις σχολαστικὴ, *sententia scholastica*, sive puerilis, frigida, et ineptæ affectationis plena. Τί ποτ' οὖν, ait, τὸ μειρακιῶδές ἐστιν; ἢ δῆλον, ὡς σχολαστικὴ νόησις ὑπὸ περιεργίας λήγουσα εἰς ψυχρότητα. *Quid igitur*, ait, *puerile est? patet, velut sententia scholastica præ nimia diligentia frigide desinens.* Sed de varia acceptione hujus vocis diximus ad Capitolini Maximinos. *Casaub.*

[r] *Dum amplissimam quamquam*] Legendum ut in vet. *amplissimam quamque.* Achill. Stat.

[s] *Nec alium in ulla locum, quam perorandi*] Legi etiam fortasse possit, *nec alio in illa loco.* Achill. Stat.

Nec alium in ulla locum quam perorandi] M. Tullius in Oratore: 'Miserationibus eo sum usus pluribus, quod, etiam si plures dicebamus, perorationem mihi tamen omnes relinquebant.' In Bruto ait ipse Brutus: 'de te quid optarent rei, quid ipse Hortensius judicaret, videbamus: qui, cum partiretur tecum causas, (sæpe enim interfui,) perorandi locum, ubi plurimum pollet oratio, semper tibi relinquebat.' *Casaub.*

tiavit Foro, partim pudore, partim metu. Nam cum, in lite quadam centumvirali, adversario, quem ut impium erga parentes incessebat, jusjurandum, quasi per figuram[t] sic obtulisset: 'Jura per patris matrisque cineres, qui inconditi jacent:' et alia in hunc modum: arripiente eo conditionem, nec judicibus aspernantibus, non sine magna sui invidia[7] negotium afflixit.[u] Et rursus in cognitione cædis,[v] Mediolani, apud L. Pisonem Proconsulem defendens reum, cum, cohibente lictore nimias laudantium voces, ita excanduisset, ut et, deplorato Italiæ statu, quasi iterum in formam provinciæ redigeretur, Marcum insuper Brutum, cujus statua in conspectu erat,[8] invocaret, legum ac libertatis auctorem et vindicem, pæne pœnas luit. Jam autem senior ob vitium vomicæ Novariam rediit: convocataque plebe, causis, propter quas mori destinasset, diu, ac more concionantis,[w] redditis, abstinuit cibo.[x]

conj. *nec alio in illa loco.* Harl. *operandi* pro *peror.*—7 Harl. et Voss. *sua inv.* Postea *et rursus cum in, &c. excanduit, ut deplor. &c.* legit Muret. In Fouc, *Pis. personalem*, et *cohiberent lictores*, ut et in Voss. qui dein cum Harl. exhibet *excanduisse, et ut de plicato Ital.* nisi quod *et* omittit Harl. In Fouc. *ut depl.*—8 Fouc. *st. in ispeum erat.* In eodem infra *vomice Novarium.* Ascriptum erat in marg. Harl. ab ead. man. *Hic antiquissimum exemplar desinit, et non integrum videtur.*

NOTÆ

[t] *Quasi per figuram*] Dixit ante in prooemio, 'per omneis figuras:' vel per figuram, ὡς ἐν τύπῳ. *Achill. Stat.*

[u] *Negotium adflixit*] Causam perdidit. *Achill. Stat.*

[v] *In cognitione cædis*] In judicio. *Achill. Stat.*

[w] *More concionantis*] Concionem habentis, verba facientis. *Achill. Stat.*

[x] Deesse huic libro multum, intelligi potest ex catalogo Rhetorum eorum, qui principio utriusque manuscripti libri legitur: namque præter superiorum nomina, hæc etiam leguntur:

L. Cestius Pius.
M. Porcius Latro.
Q. Curtius Rufus.
L. Valerius Primanus.
Virgilius Flavus.
L. Statius Ursulus.
P. Clodius Quirinalis.
M. Antonius Liberalis.
Sex Julius Gabinianus.
M. Fabius Quintilianus.
Jul. Tito.

Cassii Parmensis versus, qui sequuntur, in Bruttiis inventos, quos inde mihi Sertorius Quadrimanus, juvenis doctrina moribusque elegantissimis, curavit, auctarii loco damus, ne pereant scilicet: dignissimi enim Cassio visi sunt, cujus Horatius, Plinius, ceterique meminerunt.

NOTÆ

CASSII PARMENSIS ORPHEUS.

ARGUTA primum cum plectra parentis et auro
Distinctam sumsit citharam Rhodopeius heros,
Ridebant segnes pulsus, digitosque micantes
Serius, et chordis indoctæ dissona vocis.
Mox pudor exardens, et gloria dulcis honesti,
Lusibus avertit puerilibus, omnis et illuc
Perditus incumbens Musæ pallebat amore.
Et nunc maternis inhiat, nunc ille paternis
Cantibus, hinc illinc discens dependet utrimque.
Nulla Venus faciem cepit mentita dolosis
Compedibus: somni fuerat parcusque Lyæi:
Donec, ridiculus dudum, modulamine silvas,
Evulsosque suis scopulos radicibus egit,
Ausus et ire viam viventibus inconcessam,
Pœnarum oblitos demulsit carmine Manes.
Non levis ascensus, si quis petit ardua: sudor
Plurimus hunc tollit, nocturno exsomnis olivo
Immoritur, delet quod mox laudaverat in se,
Qui cupit æternæ donari frondis honore.

Achill. Stat.

Multa hodie in hoc libello desiderari, ex indice apparet, quem in vetustis codicibus repertum hujus editionis fronti præfiximus. Quoniam autem B. Hieronymus, ut antea dicebamus, quæcumque de Claris Oratoribus in Eusebii Chronico annotavit, ea ab hoc scriptore fuit mutuatus, nos vicissim, quæ huc pertinebant, ex illo præstantissimo opere descripsimus, atque infra subjecimus.

L. CÆSTIUS PIUS.

Chronicon Eusebii numero MMIV. in anno Augusti XXXI. 'Cestius Smyrnæus Rhetor Latine Romæ docuit.' Multa de hoc Rhetore passim leguntur apud M. Senecam in Controversiarum libris.

M. PORCIUS LATRO.

Hieronymus numero MMXIII. in anno Augusti XL. 'Marcus Porcius Latro Latinus Declamator tædio duplicis quartanæ semet interficit.'

L. STATIUS URSULUS.

Chronicon Eusebii numero MMLXXIV. in anno tertio Neronis: 'Statius Surculus Tolosensis in Galliis celeberrime Rhetoricam docet.' Legendum, *Statius Ursulus*, ut habent omnes codices Suetonii in nostro laterculo. Errorem eorum, qui Statium Papinium poëtam cum hoc confundunt, docte confutat Josephus Scaliger ad hunc locum.

DOMITIUS AFER.
P. CLODIUS QUIRINALIS.

Hieronymus numero MMLX. in anno IV. Claudii: 'Domitius Afer Nemausensis clarus Orator habetur; qui postea Nerone regnante ex cibi redundantia in cœna moritur.'

'Clodius Quirinalis Rhetor Arelatensis Romæ insignissime docet.'

In nostro indice nomen Domitii non extat: sed nos judicium Scaligeri secuti sumus, qui etiam ista e libro Suetonii putabat esse descripta: est tamen dubitationi locus; quia Hieronymus ait ORATOR, non autem Rhetor. Sane Domitius etiam honores gessit in Rep. Prætor enim fuit ac Consul. videndus Dio.

NOTÆ

M. Antonius Liberalis.

Hier. numero MMLXIV. in anno Claudii nono: 'M. Antonius Liberalis Latinus Rhetor gravissimas inimicitias cum Palæmone exercet.' Cur non possit hic ille esse, cujus hodie exstat Μεταμορφώσεων συναγωγὴ, causam equidem video nullam.

Sex. Julius Gabinianus.

Hieronymus numero MMXCII. in anno Vespasiani octavo, 'Gabinianus celeberrimi nominis Rhetor in Gallia docuit.' Meminit etiam alibi idem Hieron. ut annotat Scaliger.

Isti sunt Rhetores Suetoniani, quorum in Eusebiano Chronico meminit Hieron. Existimat Scaliger ex eodem Tranquillo etiam alia esse desumta, quæ ibi leguntur: ut quæ in anno Augusti XXXIX. de M. Tullio Tirone Ciceronis liberto; et si qua his similia. Sunt et nonnulli in nostro laterculo, quorum in Chronico non meminit Hieronymus: velut Q. Curtius Rufus: quem illum esse cujus historia rerum Alexandri elegantissime scripta in doctorum manibus versatur, pene assentior viris eruditis sic existimantibus. At ille Curtius Rufus, cujus meminit Tacitus in XI. Annalium, cum nostro Rhetore nihil videtur commune habuisse. *Casaub.*

PUBLII TERENTII AFRI,

CARTHAGINIENSIS,

VITA.[1]

[1.] PUBLIUS TERENTIUS AFER, Carthagine natus, servivit Romæ Terentio Lucano[2] Senatori:[a] a quo ob ingenium et formam non institutus modo liberaliter, sed et mature manumissus est. Quidam captum esse existimant: quod fieri nullo modo potuisse, Fenestella docet; cum inter finem secundi belli Punici et initium tertii natus sit et mortuus, nec, si a Numidis aut Gætulis captus sit, ad ducem[3] Romanum pervenire potuisset,[b] nullo commercio inter Italicos[4] et Afros, nisi post deletam Carthaginem, cœpto. Hic cum multis nobilibus familiariter vixit, sed maxime cum Scipione Africano et C. Lælio, quibus etiam corporis gratia conciliatus existimatur, quod et ipsum Fenestella arguit, contendens, utroque majorem natu fuisse;

1 Hæc vita in nullis Vett. Edd. nec in ipsis Casaub. Edd. conspicitur. In Schild. exhibetur, et hinc in seqq.—2 Emend. Gron. *Culleoni.*—3 Gron. conj. *dominum*, probantib. Oud. Ern. Wolf. Mox Harl. mallet *Italos.*—4 Sic maluit Oud. cum Muret. Hareo, et plerisque, et ita Edd. Schild. Jac. Gron. Pitisc. Ern. Bip. et al. *voci divinæ* edidit Dan. Heins. *divina voce* Burm. alii-

NOTÆ

[a] *Terentio Lucano Senatori*] An *Terentio Culleoni?* ut sit ille, quem major Africanus e captivitate liberavit. Gronov.

[b] *Ad ducem Romanum pervenire potuisset*] Forte, *ad dominum Romanum.* Idem.

quamvis et Cornelius Nepos æquales omnes fuisse tradat, et Porcius suspicionem de consuetudine per hæc faciat:

Dum lasciviam nobilium, et fucosas laudes petit;
Dum Africani vocem divinam inhiat avidis auribus;
Dum ad Furium se cœnitare et Lælium,[5] [c] pulchrum putat;
Dum se amari ab hisce credit, crebro in Albanum rapi
Ob florem ætatis suæ; ipsus sublatis rebus ad summam
Inopiam redactus est.[6]
Itaque e conspectu omnium abiit Græciam in terram[7] ultimam.
Mortuus est in Stymphalo, Arcadiæ oppido: nihil Publius
Scipio profuit, nihil ei[8] Lælius, nihil Furius:
Tres per idem tempus qui agitabant nobiles facillume,
Eorum ille opera ne domum quidem habuit conducticiam,
Saltem ut esset, quo referret[d] obitum domini servulus.[9]

---

que.—5 Scalig. ad Enseb. p. 144. legit, *Dum ad Furi se c. et Lælii.*—6 In Ed. Heins. quam secuti sunt T. Faber et Westerhov. *Ob fl. æt. suæ, ad s. inop. red. est*, omissis *ips. subl. reb.* Burm. melius congruere putat seqq. *atque subl. reb. ab. in Græc.* Petit. Obs. I. 8. conj. *sub lætis reb.* Scalig. *rapi* (resectis plane verb. *ob fl. a. s.*) *sublatis ibus*, (i. e. iis,) *ad s. i. r. e.* Hare sic hos vers. concinnat: *ob fl. æt. suæ: Ipsus subl. r. ad s. i. r. est, Itaque.* Oud. sic: *creb. in Alb. et rapi Ob fl. æt. suæ, Ipsos sublectans ad s. i. r. est.* Ceterum *cr. Alb.* Ed. Burm. sine *in*. Edd. Vett. Ter. *ipsis subl.*—7 Vulg. *in Gr. in terr.* sed prius *in* delevit Oud. et seqq. ut jam ediderant Muret. Hare et Westerh. Alii secundum *in* extruserunt.—8 Mallet Guj. *illi L.* Pro *nobiles* legit Scalig. *homines.*—9 Conj. Guj. *quo ref. se obitu domini serv.* Heins. *qui defleret obitum.* Scalig. *qui ref. obitum domini, servolum*, repugnante Gronov. Schott. Obs. II. 16. citat *quod referat obitu domini.* In Ed. Wolf. hos versus ipse ita refinxit: *Dum lasc. nob. et laud. fuc. petit: Dum Afr. vocem divinam i. a. auribus: Dum se ad Furium cœnare et L. p. putat: Dum s. a. a. h. c. c. i. A. rapi Ob f. a. suæ ... ipsus ... Suis abl. reb. ad s. i. r. est. Itaq. e c. o. a. Gr. i. t. ultimam. Mort. e. i. Stymphalo Arc. oppido: nil Publius Scipio illi profuit, nil Læl. nil. Furius, Tres*

NOTÆ

[c] *Dum ad Furium se cœnitare et Lælium*] Scaliger in Eusebium, *ad Furii se cœnitare et Lælii.* Si e scripto antiquo, tolero et applaudo; sin, profecto illud mutandum non est. Nam, ad Furium, ad Lælium eleganter dicitur in illorum ædibus. Ut Ciceroni IV. Attic. 4. 'Fuit ad me cum Cæsare.' In quo opere sæpe sic loquitur; ut et Comici. *Idem.*

[d] *Saltem ut esset, quo referret*] Id est, si nihil aliud, ut locus esset, vel domus, quo servus eum comitatus in peregrinatione et redux nuntiaret

[2.] Scripsit comœdias sex: ex quibus primam Andriam cum Ædilibus daret, jussus ante Cærio[10] recitare, ad cœnantem cum venisset, dictus est, initium quidem fabulæ, quod erat contemtiore vestitu, subsellio juxta lectulum residens legisse;[1] post paucos vero versus invitatus, ut accumberet, cœnasse una, deinde cetera percurrisse, non sine magna Cærii admiratione. Et hanc autem,[2] et quinque reliquas æqualiter populo probavit. Quamvis Volcatius de enumeratione omnium[3] ita scribat:

Sumetur Hecyra sexta ex his fabula.

Eunuchus quidem bis die[4] acta est, meruitque pretium, quantum nulla antea cujusquam comœdia, id est, octo millia nummum: propterea summa quoque titulo ascribitur. Nam Adelphorum principium Varro etiam præfert principio Menandri. Non obscura fama est, adjutum Terentium in scriptis a Lælio et Scipione, quibuscum familiariter vixit. Eandem ipse auxit: nunquam enim, nisi leviter,[5] se tutari conatur, ut in prologo Adelphorum:

Nam quod isti dicunt malevoli, homines nobiles
Hunc adjutare, assidueque una scribere;
Quod illi maledictum vehemens existimant,
Eam laudem hic ducit maximam, cum illis placet,
Qui vobis universis et populo placent;

per id t. q. a. n. facillume: et seqq. nisi quod *servolus* in fine.—10 Muret. et Heins. *Cæcilio* legend. putant, et mox *Cæcilii.* Pighius *Acilio*, probantib. Oud. et Ern.—1 *Egisse* Ed. Ven. Ter. 1485.—2 'Vitia bis inesse suspicor ex omissione plurium verborum vel membrorum; similiterque dein post verbum *ascribitur.*' Wolf.—3 Deest *omnium* Edd. pp. Ter. quæ et *sumeretur.* Tum *ex iis* Ed. T. Fabri et apud Funecium, improbante Oud. *hisce* Ed. Harei. —4 Abest *die* a Vett. Edd. Ter. ut et a Paræana et Heins. sed propugnat Faber cum Petit. Obs. I. 8. Aliter sentit Wolf.—5 *Leniter* Edd. Vett. et mox

NOTÆ

mortem patrisfamilias. Eo enim naturaliter contingit et ex destinatione illorum, qui absenti adfuerunt, hunc nuntium portari. Nullo igitur modo probare possum Scaligeri, *qui referret obitum domini, servolum.* Quæ est enim ista oratio, *non habuit domum, saltem servolum?* Dein quid est, *qui referret obitum domini?* Et quis credat ne servolum quidem Terentio fuisse? *Idem.*

Quorum opera in bello, in otio, in negotio,
Suo quisque tempore usus est sine superbia.

Videtur autem se levius defendisse, quia sciebat, Lælio et Scipioni non ingratam esse hanc opinionem: quæ tamen magis et usque ad posteriora tempora valuit. [3.] Q. Memmius in oratione pro se ait: 'P. Africanus, qui a Terentio personam mutuatus, quæ domi luserat ipse, nomine illius in scenam detulit.' Nepos auctore certo[6] comperisse se ait, C. Lælium quondam in Puteolano Kalendis Martiis admonitum ab uxore, temporius ut discumberet, petiisse ab ea, ne interpellaretur: serius tandem ingressum triclinium dixisse, non sæpe in scribendo magis successisse sibi: deinde rogatum, ut scripta illa proferret, pronuntiasse versus, qui sunt in Heautontimorumeno:

Satis pol proterve me Syri promissa huc induxerunt.

[4.] Santra[7] Terentium existimat, si modo in scribendo adjutoribus indiguerit, non tam Scipione et Lælio uti potuisse, qui tunc adolescentuli fuere, quam Sulpicio Gallo, homine docto, et qui consularibus[8] ludis initium fecerit fabularum dandarum: vel Q. Fabio Labeone, et M. Popillio,[9] consulari utroque, ac poëta. Ideo ipsum non juvenes designasse, qui se adjuvisse[10] dicerentur; sed viros, quorum operam et in bello, et in otio, et in negotio populus sit expertus. Post editas comœdias, nondum quintum atque tricesimum egressus annum, causa evitandæ opinionis, quia[1] videbatur aliena pro suis edere, seu percipiendi Græcorum instituta, moresque, quos perinde exprimeret in scriptis, egressus Urbem est,[2] neque amplius rediit. De morte ejus Volcatius tradit:

Sed ut Afer sex populo edidit comœdias,
Iter hinc in Asiam fecit. Navim cum semel
Conscendit, visus nunquam est. Sic vita vacat.

lenius, dein etiam *quod ill. placet*.—6 Edd. Vett. *Cerio*, et infra *temperius*.—
—7 *Satra* Edd. Vett. sed Ven. omittit.—8 Muret. legit, *Consualibus*, T. Faber *Cerealibus*. Pro *et qui* Ms. Lindenbrogii *cujus*.—9 Edd. Vett. *Pompilio*. Al. ante Oud. *Popilio*.—10 Edd. Vett. *adjuvasse*.—1 Hare volebat *qua*.
—2 Desunt *Urb. est* Edd. Vett. Exhibuit *Urbe* Dan. Heins. probantib.

[5.] Q. Cosconius[3] redeuntem e Græcia perisse in mari dicit cum centum et octo fabulis, conversis e Menandro. Ceteri, mortuum esse in Arcadiæ Stymphalo, sive Leucadia,[4] tradunt, Cn. Cornelio Dolabella, Marco Fulvio Nobiliore Consulibus, morbo implicitum acri, dolore[5] ac tædio amissarum sarcinarum, quas in navi præmiserat, ac simul fabularum, quas novas fecerat. Fuisse dicitur mediocri statura, gracili corpore, colore fusco. Reliquit filiam, quæ post Equiti Romano nupsit: item hortulos viginti jugerum in via Appia ad Martis villam. Quo magis miror, Porcium scribere,

nihil Publius
Scipio profuit, nihil ei Lælius, nihil Furius:[6]
Tres per idem tempus qui agitabant nobiles facillume,
Eorum ille opera ne domum quidem habuit conducticiam,
Saltem ut esset, quo referret obitum domini servulus.

Hunc Afranius quidem omnibus Comicis præfert, scribens in Compitalibus:

Terentio non similem dices[7] quempiam.

Volcatius autem non solum Nævio et Plauto et Cæcilio, sed Licinio[8] quoque et Attilio postponit. Cicero in Limone hactenus laudat:

Tu quoque, qui solus lecto sermone, Terenti,
Conversum expressumque Latina voce Menandrum
In medio[9] populi sedatis vocibus effers,
Quicquid come loquens, atque omnia dulcia dicens.

Item C. Cæsar:

Tu quoque, tu in summis,[10] O dimidiate Menander,
Poneris, et merito, puri sermonis amator.
Lenibus atque utinam scriptis adjuncta foret vis,

Oud. et Wolf.—3 Recepit Oud. cum Wolf. et seqq. ex Mss. Lindenbrogii. Vulgo *Consentius*. Edd. Vett. et Heins. *Consetius*.—4 Edd. Vett. *in Arcadia Stimphali sinu Leucadiæ*.—5 Ed. Heins. *implicitur*, *acri dolore*. Mox *sarci narum* ex Lindenbr. Codd. amplexi sunt Græv. Gron. Burm. Oud. et seqq. Edd. Vett. *fabularum*. Al. *satirarum*.—6 Iterum edidit Wolf. *nil Publius Scipio illi profuit, nil Lælius, nil Furius, &c.* Cf. Cap. 1.—7 *Dicens* Edd. Vett.—8 Ms. Lindenbr. et Edd. Vett. *Livio*. Eædem addunt *et Attilio*, quod in textum admisit Oud. et eum secuti. Vulgo desunt.—9 *In medium*

Comica ut æquato virtus polleret honore
Cum Græcis; neque in hac despectus parte jaceres!
Unum hoc maceror, et doleo tibi deesse, Terenti.

Ms. Daniel. *sed. motibus* Barth. Adv. XXIV. 7. Mox ex Burm. monito dedit Oud. *atque* pro vulg. *ac*, deinde recept. in recentt. Edd.—10 *Summisso* Edd. Vett. *tu quoque tam summisso* Ascent. Ceterum in interpunctione secutus est Baumg. Ed. Wolf. In aliis distinguitur, *foret vis Comica, ut æquat. &c.*

HORATII POETÆ

VITA.

HORATIUS FLACCUS, Venusinus, patre, ut ipse tradit,[1] [a] libertino, et exactionum[2] coactore; ut vero creditum est, salsamentario; cum illi quidam in altercatione exprobrasset, 'Quotiens ego vidi patrem tuum cubito se emungentem?'[3] Bello Philippensi,[b] excitus a Marco Bruto imperatore, Tribunus militum meruit: victisque partibus,

1 Sic Nannius lib. III. Misc. e Cod. Blandiniano; sed Cruquius, ex eodem Cod. alione incertum est, et Muret. ad calc. Ed. suæ Horat. edidit *quidem tradit:* ac sic dedit Rutgers. et al.—2 Conj. Ern. *auctionum*, J. M. Gesn. *exauctionum.* Tum *vero* dederunt Oud. Wolf. et seqq. cum Cruq. Rutgers. et Bentl. Vulg. et Nann. *vere.* Casaub. suadet *fere.* Sed hæc usque ad *emung.* pro glossemate delenda putat Janus ad Horat.—3 Vulg. *cub. emung.* sed reciprocum *se* addidit Oud. et seqq. ex Edd. Muret. Cruq. et Bentl. in quorum apographis *brachio* extat. Casaub. et Heins. conjecere *se mung.* Rut-

NOTÆ

[a] *Ut ipse tradit*] In sexto sermone libri prioris. *Vinet.*

[b] *Bello Philippensi*] Sidonius Apollinaris in carmine quarto. *Vinet.*

venia impetrata, scriptum quæstorium comparavit.[c] Ac primo Mæcenati, deinde Augusto insinuatus,[4] non mediocrem in amborum amicitia locum tenuit. Mæcenas quantopere eum dilexerit,[5] satis monstratur[6] illo epigrammate,[d] ubi inquit:

> Ni te visceribus meis, Horati,
> Plus jam diligo, tu tuum sodalem[e]
> Hinnulo videas strigosiorem.[7]

gers. habet *brachio se immung.*—4 Cruq. et Rutgers. edidere *Aug. in gratiam ins.* sed putat Oud. glossam a Cruq. insertam esse. Uncinis inclusa habet Wolf. Ceteris desunt.—5 Ita pro *dilexit* dedit Baumg. uti conj. Ern. In Ed. Burm. *quanto opere.*—6 Cruq. Rutgers. et Bentl. *demonstratur*. Ms. Puteanus *testatur*, teste Rutg. Mox *ubi inquit* desunt libb. Cruq. et Muret. et Ed. Rutgers. probante Ern. et cum eo Oud. si modo *demonstrat* vel *demonstravit*, aut potius *testatur* e Ms. Put. legatur, cui astipulatur Wolf.—7 Ita dederunt Wolf. Bip. secuti Oud. In vulgatis *Titium sodalem Mimo tu vid. strig.* quod primus edidit Schild. cum Nann. e Ms. produxerit *Titum* (sic et Ed. Græv.) *sodalem Minio vid.* Sed *mimo* jam dedere Vinet. et Casaub. qui probat, *Jam pl. dil. ut tuum sod. Ninnio vid. strig.* Unde J. F. Gron. emend. *tu Titii* v. *Titi sod. Ginno me vid.* Apud Masson. p. 368. *Titti.* Sed, uti corr. Guj. dedit hos vers. Cruq. et cum illis Rutgers. ac Bentl. *tu tuum sod. Hinno me vid. str.* Cod. Blandin. *Minio*, Pith. *Ninnio* vel *nimio*, quomodo edidit Muret. qui *tu tuum* quoque expressit. In iisdem et aliis multis membbr. *inuleus* pro *hinnuleus.* 'Nisi nomen hominis latet in *hinnulo* v. *mimo*, malim,

NOTÆ

[c] *Scriptum quæstorium comparavit*] Hoc est, scribæ quæstorii munus, seu partes sibi comparavit. Sic apud Cic. 'scriptum facere,' hoc est, scribam esse. *Græv.*

[d] *Illo epigrammate*] Constat Mæcenatem (Servii verba sunt in librum secundum Georgicôn) fuisse literarum peritum, et plura composuisse carmina. Horatius ipse in ode duodecima libri secundi, 'tuque pedestribus Dices historiis prœlia Cæsaris, Mæcenas, melius.' Sed vide plura de Mæcenate in poëtis Lilii Græegorii. *Achill. Stat.*

[e] *Plus jam diligo, Titium sodalem*] Alii, *tu tuum sodalem Ninnio.* Lego, *tu Titi sodalis Ginno me videas strigosiorem.* Ginnus, brevis mulus. Martialis VI. 77. 'Non aliter monstratur Atlas cum compare ginno.' Ubi vide Scriverium et Scaligerum ad Manilium. Talem vocem poscebat τὸ strigosus, in jumentis proprium. Livius lib. XXVII. 'scuta vetera hostium notavit, quæ ante non viderat et strigosiores equos.' Frontinus in eadem historia I. 2. 'quod ab itinere strigosiores notabat equos, et coloratoria hominum corpora.' Massurius Sabinus apud Gellium IV. 20. 'equum nimis strigosum et male habitum, sed equitem ejus uberrimum et habitissimum.' Quibus omnibus locis strigosus ἰσχνὸς est, sive attenuato corpore ac macilentus: non morabundus aut tergiversator, ut volunt. Sed nec apud Lucilium, secus atque Scaliger

Sed multo magis extremis,[8] tali ad Augustum[9] elogio; 'Horatî Flacci, ut mei, memor esto.' Augustus ei Epistolarum officium obtulit, ut hoc[10] ad Mæcenatem scripto significat: 'Ante ipse scribendis epistolis amicorum sufficiebam: nunc[1] occupatissimus, et infirmus, Horatium nostrum a te cupio abducere. Veniet ergo ab ista parasitica mensa ad hanc regiam, et nos in scribendis[2] epistolis juvabit.' Ac ne recusanti quidem aut succensuit quicquam, aut

Mulo me vid. str.' Baumg.—8 E Ms. Regio addidit cum Rutgers. Guj. aliisque Bentleius *judiciis* post *extr.* quo facit Cruq. lectio *ext. Esquiliis.* Nannius conj. *extr. verbis*, vel *in extremis.*—9 Ms. Put. *Augustam.* Dein *Horati* Nann. Casaub. Græv. Oud. &c. In multis *Horatii.* Statim *Flacce* Nann. qui cum Græv. ejecit *ut.* Muret. Cruq. alii, *esto memor.*—10 Exhibuit Oud. et seqq. *ut hoc*, cum Cruq. Rutgers. Casaub. Bentl. Deest vulgo *ut.*—1 Rutgers. in ora Cod. sui notavit, *a me ipso s. e. a. s. nunc autem, &c.* et mox *abs te.* Ediderat olim cum Muret. Cruq. *nostr. te cupio adducere.* In iisdem *veniet igitur* et *adjuvat*, sed Rutgers. *veniat ergo ab illa par.* Ceterum in Edd. Schild. plenius distinguebatur post *infirmus.*—2 Heins. maluit *rescribendis.*

NOTÆ

ét alii homines docti tradidere. Verba sunt, 'Hicce strigosus bovinatorque ore improbus duro.' Bovinator equidem est tergiversator, at non strigosus: sunt enim hæc duo separata vitia in equo; alterum corporis est, alterum ingenii. Itaque quod in equo vitium, in cane venatico virtus est. Columella VII. 72. 'Pecuarius canis neque tam strigosus aut pernix debet esse, quam qui damas cervosque et velocissima sectatus animalia, nec tam obesus aut gravis, quam villæ horreique custos.' Vides τὰ 'strigosus' et 'obesus' divortere, ut 'pernix' et 'gravis;' ut apud Massurium 'strigosus' et 'uberrimus,' 'male habitus' et 'habitissimus.' Neque aliter accepit Cicero, ut ostendit, ubi pulcherrime transfert in Bruto, de Lysia: 'Habet enim certos sui studiosos, qui non tam habitus corporis opimos quam gracilitates consectentur, quos, valetudo modo bona sit, tenuitas ipsa delectat: quanquam in Lysia sunt sæpe etiam lacerti, sic ut fieri nihil possit valentius: verum est certe toto genere strigosior.' 'Titii sodales' notum genus sacerdotii. Credibile est, quendam ex istis vicinum Mæcenati, aut qui crebro ædes ejus præterveheretur parum curato jumento insidens, viciniæ aut Cilnio ipsi, aut familiæ ejus, occasionem proverbii fingendi dedisse, ut 'Titii sodalis equum' vel 'mulum' quo male curato, 'Titii sodalis mulo strigosiorem' pro macilento, male vivo, vix vivo et monogrammo, ut alibi Lucilius, dicerent. 'Videas' genus est jurandi. Dio in Nerone: Ἦν δέ τις Μάρκος Σαλούιος Ὄθων, ὃς οὕτως ἔκ τε τῆς ὁμοιότητος τῶν τρόπων καὶ τῆς κοινωνίας τῶν ἁμαρτημάτων τῷ Νέρωνι ᾠκείωτο, ὥστε καὶ εἰπών ποτε πρὸς αὐτὸν, Οὕτω με Καίσαρα ἴδοις, οὐδὲν διὰ τοῦτο κακὸν ἔπαθε. *Cum Nerone autem M. Salvius Otho tanta morum similitudine et societate scelerum conjunctus erat, ut Neroni aliquando dixerit, Tu me quoque Cæsarem videbis. Quod dictum ei nihil obfuit.* Gronov.

amicitiam suam ingerere[3] desiit. Extant epistolæ, ex quibus argumenti gratia, pauca subjeci: 'Sume tibi aliquid juris apud me, tanquam si convictor[4] mihi fueris: recte enim, et non temere feceris; quoniam id usus mihi tecum esse volui, si per valetudinem tuam fieri possit.' Et rursus: 'Tui qualem habeam[5] memoriam, poteris ex Septimio[f] quoque nostro audire: nam incidit, ut illo coram fieret a me tui mentio. Neque si tu superbus amicitiam nostram sprevisti, ideo nos quoque ἀνθυπεϱηφανοῦμεν.'[6] Præterea sæpe, inter alios jocos, 'purissimum[7] penem,' et 'homuncionem lepidissimum' appellat: unaque et altera liberalitate locupletavit. Scripta quidem ejus usque adeo probavit, mansuraque perpetuo opinatus est,[8] ut non modo Sæculare carmen componendum injunxerit, sed et Vindelicam victoriam Tiberii Drusique privignorum:[9] eumque coëgerit, propter hoc, tribus carminum libris ex longo intervallo quartum addere: post Sermones quoque lectos, nullam sui mentionem habitam ita sit questus: 'Irasci me tibi scito, quod non in plerisque ejusmodi scriptis mecum potissimum loquaris. An vereris, ne apud posteros tibi infame[10] sit, quod videaris familiaris nobis esse?' expressitque eclogam,[1] cujus initium est:

Alios legisse *in ep. scr. adjuv.* notavit Guj.—3 Cruq. Rutgers. *suggerere*, sed illud e Cod. Reg. postea prætulit Rutg. in V. Lect. Cap. 30.—4 Sic edidere Muret. Cruq. Rutgers. Fabric. Bentl. Oud. &c. uti placuit etiam Casaub. et Heins. Nann. edidit *victor*, ut vulgo.—5 Ita Nann. Muret. Casaub. et recentt. In ceteris et Fabric. *habeo*.—6 Sic cum Casaub. Bentl. plurimisque retinent Oud. et Wolf. et sic, vel ἀνθυπερηφανεύομεν, emendavit Nann. cum in Ms. repererit ἀντηρφανοῦμεν. At Cruq. edidit ἀνθυπερφρονοῦμεν, quem sequi maluerunt Rutgers. Fabric. et Muret. ex Cod. Lauredani.—7 Wolf. post Bentl. dedit Scalig. conjecturam in Catalect. Virg. p. 244. *putissimum*, nec displicet Baumg. Statim *pænæ* exemplaria Nann. unde ipse edidit *pene*.—8 Addidit *opin. est* Wolf. cum Rutgers. ex Ms. Regio, in Venus. Lect. Cap. 30. Cruq. lacunam in Ms. esse punctis ostendit. Oud. conj. *ominatus est*. Nann. deesse verb. *credidit* vel sim. notavit, et inseruit Muret.—9 *Suorum* addidere Muret. et Cruq. Idem mox dedit *post Serm. vero lectos quosdam n.* In Var. Lect. Rutgers. *ejusdem*, quod errori typographico ascribit Oud.—10 *Infame tibi* Muret. Cruq. Rutg. Fabr.—1 Ita cum Muret. Cruq. Rutg. Torr. Bentl. exhi-

NOTÆ

[f] *Ex Septimio*] Ode sexta libri secundi carminum ipsius Horatii. *Vinet.*

Cum tot sustineas[g] et tanta negotia solus,
Res Italas armis tuteris, moribus ornes,
Legibus emendes; in publica commoda peccem,
Si longo sermone morer tua tempora, Cæsar.

Horatius[2] habitu corporis brevis fuit, atque obesus: qualis a se ipso et in Satiris[h] describitur, et ab Augusto hac epistola: 'Pertulit[3] ad me Dionysius libellum tuum, quem ego, ut accusem[4] te, quantuluscumque est, boni consulo. Vereri autem mihi videris, ne majores libelli tui sint, quam ipse es. Sed si tibi statura deest, corpusculum non deest.[5] Itaque licebit in sextariolo scribas, cum circuitus voluminis tui sit ὀγκωδέστατος, sicut est ventriculi tui.'[6] Ad res Venereas intemperantior traditur. [Nam speculato cubiculo scorta dicitur habuisse disposita, ut, quocumque respexisset, ibi ei imago coitus referretur.][7] Vixit plurimum in secessu ruris sui Sabini aut Tiburtini: domusque ejus ostenditur circa Tiburni[8] luculum. Venerunt in ma-

bent Oud. Wolf. &c. uti est in Cod. Put. Vulgo *elogium*.—2 Vulg. *Idem Horat.* sed *idem* deest Cruq. *item* in Nann. ideo delevit Oud. et cum eo Bip. Immo utrumque *Idem Horat.* non agnoscunt Muret. Cruq. Rutg. ac Nannio ipsi et Guj. videntur delenda, nec repugnat Oud.. Ceterum *habitus* in Muret.—3 Ita Muret. Cruq. Rutg. Fabr. Bentl. Guj. Oud. Bip. Wolf. Vulg. *protulit.* Dein *Dionys.* est ex corr. Nannii. Ante erat *Onysius.*—4 Hæc Bentl. est lectio, recepta Oud. Wolf. Bip. Vulg. *ne accusem.* Cruq. Rutg. et Fabr. dant *ne accusem brevitatem*, ex conjectura Nannii, legentis, *ut non accus. brevitatem*; cum invenerit in Ms. Blandin. *ut accusantem*, sicut et extat in Regio, ediditque Muret. qui dedit etiam *quantulusque.*—5 Edidit Nann. *deest unde est*, lacuna post *deest* relicta, quem secuti plures. Unde fecit Scriv. *V. N. deest*, i. e. *venter non deest*, probante Oud. Conjecerunt Casaub. *venter abunde est*, Heins. et Græv. *vena abunde est*, Barth. Adv. XXVII. 2. *cor corpusculo non deest*, Salmas. de Modo Us. p. 408. *ventris abunde est.* Sed recepta lectio jam vulgata a Cruq. et Muret. placuit Guj. et Burm.—6 Corr. Salmas. *Itaque licebit in Sextario illos scribere, quo circ. v. t. sit ὀγκωδέστατος, s. e. v. t.* probante Wolf. Minus necessarium putat Baumg. sed veram esse mutationem τοῦ *cum* in *quo*. Vulgo legebatur ὀτηκωδύντατος, sed alterum reponend. censuerunt Nann. Casaub. Guj. et ita jam expresserunt Cruq. Rutg. Fabr. aliique, quos secuti Oud. Bip. Wolf.—7 Hæc Suetonii non esse, post alios judicat Oud. ideo uncinis inclusit; secuti sunt Bip. et Wolf. Alii, ut Bentl. hæc una cum illis *Ad res V. i. t.* tacite abjecerunt.—8 Ita cum Bip. Wolf. edidit Oud. apographa secutus Muret. Cruq. Rutgers. Bentl. et Ms. Reg. Vulg.

NOTÆ

[g] *Cum tot sustineas*] Epistola prima libri secundi. *Vinet.*

[h] *Et in Satiris*] Et in epistola quarta libri prioris. *Vinet.*

nus meas [9] et Elegi sub ejus titulo, et Epistola prosa oratione, quasi commendantis se Mæcenati: sed utraque falsa puto. Nam Elegi vulgares, Epistola etiam [10] obscura: quo vitio minime tenebatur. Natus est sexto Idus Decembres, Lucio Cotta,[i] et Lucio Torquato Consulibus. Decessit quinto Kalendas Decembres, Caio Marcio [1] Censorino, et Caio Asinio Gallo Consulibus, post septimum [2] et quinquagesimum annum, hærede Augusto palam nuncupato, cum, urgente vi valetudinis, non sufficeret ad obsignandas testamenti tabulas. Humatus et conditus est extremis Esquiliis, juxta Mæcenatis tumulum.[k]

cum Nannio *Tiburtini*. Ms. Put. *Tirbum*. Cf. Var. Lect. ad Hor. Sat. I. 7. 13.—9 *Meas* addidit Oud. et seqq. fide Muret. Cruq. Rutg. ita e suis Codd. exhibentium. Ceteris, in quibus et *tit. ejus*, deest *meas*. Mox eorundem libb. ac Bentleii auctoritate reposuit Oud. *commendantis*, pro vulg. *commendans*.—10 Abest *etiam* ab Edd. Cruq. Rutg. Bentl. Infra pro *sexto* vel *VI*. in Ms. Put. est *III*.—1 *Mario* Edd. Cruq. et Muret. Copula deest Edd. Casaub. et seqq. etiam Burm. Mallet Oud. utroque loco in Consulum nominib. abesse. Sed agnoscunt hic Mss. et Edd. Vett.—2 Ita cum Wolf. rescripsit Baumg. pro vulg. *nonum*, uti jam monuerunt ex Hieron. Chron. multi.

NOTÆ

[i] *Lucio Cotta*] Cujus sui natalis ipse meminit in carmine vicesimo primo libri tertii. Consules autem fuerunt Lucius Aurelius Cotta, et Lucius Manlius Torquatus, anno urbis sexcentesimo octogesimo nono: sed Caius Marcius Censorinus, et Caius Asinius Gallus, annis post quinquaginta septem, hoc est, anno Romæ septingentesimo et quadragesimo sexto. Quare in Eusebii Chronicis rectius notatum est, Horatium quinquagesimo septimo ætatis suæ anno Romæ esse mortuum, quam hic scriptum, post nonum et quinquagesimum annum decessisse. *Vinet.*

[k] Non pertinere hanc vitam ad libellos de Grammaticis et Rhetoribus, initio ostendimus: neque dubitare possumus, de poëtica et poëtis Suetonium quoque scripsisse. Quædam in hac vita, ex fide virorum eruditorum, qui illam primi publicarunt, hic edita, sunt animadvertenda. Initio, *ut vere creditum est*, malim, *ut fere cr.* Hellenismus est in illis, 'vidi patrem tuum cubito emungentem,' *ἀπομύττοντα* pro *ἀπομύττοντα ἑαυτὸν*, vel *ἀπομυττόμενον*, ut in Laërtii Bione. Sic exercere pro, se exercere. Puto tamen scripsisse heic Suet. *cubito se mungentem*. Mæcenatis versiculi alibi scribuntur emendatius: *Ni te visceribus meis, Horati, Jam plus diligo, tu tuum sodalem Ninnio videas strigosiorem*. Scribe mox, *ut hoc ad* M. Deinde, *tanquam si convictor mihi fueris:* ea mens Augusti certo. Sequitur item in verbis Augusti, *sed si tibi statura deest, unde est*. Videtur postulare sententia, *si t. st. deest, venter abunde est*. Vocem Græcam, quæ depra-

NOTÆ

vatissime est edita, restitue, *ὀγκωδέστατος*, id est, *latissimus*. Illa sub finem verba, *post nonum et quinquagesimum annum*, conferenda cum iis quæ Hieronymus scribit in Eusebiano Chronico, et Notis ad locum illum virorum præstantissimorum Arnaldi Pontaci Episcopi, et Josephi Scaligeri. *Casaub.*

LUCANI

VITA.[a]

M. ANNÆUS LUCANUS, Cordubensis, prima ingenii experimenta in Neronis laudibus dedit quinquennali certamine. Dein civile bellum, quod a Pompeio et Cæsare[1] gestum est, recitavit. Qui[2] tantæ levitatis et tam immoderatæ linguæ fuit, ut, in[3] præfatione quadam, ætatem et initia sua cum Virgilio comparans, ausus sit dicere: 'Et quantum mihi restat ad Culicem?'[4] Hic, initio adolescentiæ, cum ob infestum[5] matrimonium patrem suum ruri agere longe cognovisset, revocatus Athenis a Nerone, cohortique amicorum additus,[6] atque etiam quæstura honoratus,[b] non tamen permansit in gratia. Siquidem ægre fe-

1 Vulg. *cum Pomp. et Cæs.* Mss. nonnulli et Edd. Vett. *a Cæs.* unde textum corr. Baumg.—2 Oud. cum Burm. et Ern. legi jubet *quin*, vel cum Guj. deleri: sicut non compareret in aliquot Mss. et Edd. Vett. Dein *tam* primus ex conjectura Salm. ad marg. Ed. Casaub. addidit Schild. Deest Codd. et Edd. Burm. Pitisc. deletumque malit Wolf. Sed Oud. retinere maluit, quam cum Barth. Adv. XXIII. 28. ejicere *qui tantæ lev. et.*—3 Abest *in* a Mss. Oud. —4 Barth. scribit, *Et q. m. restat Ad Cul.* ut sint duorum versuum partes. Tum delet *hic*, vel *hinc* legit.—5 Conj. Burm. *infaustum*. Post *cognov.* aliquid excidisse arbitrantur Ern. et Oud. Pro *longe* alii *longissime*.—6 Mutat verborum ordinem Barth. *rev. Athenis, coh. amic. a Ner. add.* Mox alii *quæsturæ hon.* unde Casaub. *quæstura* fecit, vel *honore* addendum censuit.—

NOTÆ

[a] Hanc vitam ita ut erat descripta e veteri codice ad me misit Theodorus Canterus, vir clarissimus, cujus etiam pleræque notæ sunt, quas subjeci. *Casaub.*

[b] *Quæsturæ honoratus*] Deest *honore*, vel scrib. *Quæstura*. Casaub.

rens, recitante se, subito, ac nulla nisi refrigerandi sui causa, indicto Senatu, Neronem recessisse; neque verbis adversus Principem, neque factis extantibus[7] post hæc temperavit: adeo ut quondam in Latrinis publicis, clariore strepitu[8] [c] ventris emisso, hemistichium Neronis magna consessorum[9] fuga pronuntiarit: 'Sub terris tonuisse putes.' Sed et famoso carmine cum ipsum, tum potentissimos amicorum, gravissime proscidit. Ad extremum pæne signifer Pisonianæ conjurationis extitit: multus in gloria tyrannicidarum palam prædicanda,[10] [d] ac plenus minarum; usque eo intemperans, ut Cæsaris caput proximo cuique jactaret.[1] Verum, detecta conjuratione, nequaquam animi constantiam[2] [e] præstitit. Facile enim confessus, et ad humillimas devolutus preces, matrem quoque innoxiam inter socios nominavit; sperans, impietatem sibi apud parricidam Principem profuturam. Impetrato autem mortis

7 Conj. Heins. *exacerbantib.* v. *infestantib.*—8 Vulg. *clar. cum str.* Delevit *τὸ cum* Baumg. id jubentib. Casaub. Cantero, Salmas. et Ern. Tutius putat Wolf. cum Guj. scribere *clar. cum strepitu crepitu v. emisso*, vel cum Græv. et Heins. *clar. crepitu v.* Casaub. etiam suasit *clar. sono strep.* Ex vestigiis Mss. in quib. *emissi*, fecit Oud. *clariorem cum strepitum v. emisisset.*—9 Emendarunt sic Salmas. Grot. Casaub. ut e Mss. et Edd. Vett. ad Lucanum et hic edidit Oud. cumque eo Ern. Bip. Wolf. In reliquis *cum sessorum.* Dein *putes* e Mss. firmat Oud. In nonnullis, ut Burm. *puto*, qui conj. *puta.*—10 Ita corr. Barth. in Adv. Ined. xcvii. 1. teste Ern. et edidit ad Luc. ex Mss. et Edd. Vett. Oud. uti jam hic Burm. &c. Vulg. *multis in gloriam tyr. pal. indicenda.* Casaub. conj. *multus in gloriam t. pal. in dicendo, ac.* Græv. *multus in gloria t. præd. fuit.* Heins. *incitando* v. *inciendo.* Alii aliter.—1 Mallet Heins. *venditaret* s. *objectaret.*—2 Ms. Bouhier. *parem. an. const.* ut conj. Salmas. qui et *æquam* margini alleverat, probante Ern. Suadet Barth. *Annæi*

NOTÆ

[c] *Clariore cum strep.*] Dele *cum*, aut scrib. *clariore sono str.* Deinde scribe *magna consessorum fuga*, non *cum sess.* Casaub.

[d] *Multis in gloriam tyrannicidarum indicenda*] Scribe, *Multis in gloriam tyrannicidarum palam in dicendo, ac plenus minarum.* Hoc adeo verum est, ut ne in scribendo quidem, nedum in dicendo, temperare sibi potuerit a certis indiciis animi veteris libertatis revocandæ cupidissimi, et imperantibus infesti. Lector attentus passim deprehendet in libris decem de Bello Civili. *Casaub.*

[e] *Nequaquam animi constantiam*] Lege *nequaquam parem animi constantiam.* Salmas.

libero arbitrio, codicillos ad patrem de[3] corrigendis quibusdam versibus[f] suis exaravit: epulatusque largiter, brachia ad secandas venas medico præbuit.[g] Poëmata[4] ejus etiam prælegi memini; confici vero, ac venalia proponi, non tantum operose et diligenter, sed inepte quoque.

const. Heins. *in animi constantia; et* mox *inter noxios* vel *conscios.*—3 Delevit Oud. cum Barth. τὸ *de*, additum a Schild. et recentt. ex conjectura Salmas. *patr. corrigendos* Edd. Casaub.—4 Hæc ultima verba Suetonio a sciolo assuta censet Barth. Adv. XXIII. 28. Græv. vel delenda, vel restituenda: *Poëm. ejus venalia proponi, prælegi etiam memini, non modo op. et dil. sed inepte quoque.* Oud. tuetur, sed transponit: *Poëm. vero ejus prælegi; confici etiam memini, ac p.* Pro *confici* olim conj. Oud. *comi*, sed hic sententiam revocavit. Burm. corr. *conscribi* v. *conquiri.*

NOTÆ

[f] *Ad patrem corrigendos quibusdam versibus*] Leg. *ad patrem de corrigendis quibusdam versibus.* Idem.

[g] *Brachia ad secandas venas medico præbuit*] Videtur hinc mutuatus Hieronymus, cum scriberet numero MMLXXX. in anno X. Neronis: 'M. Annæus Lucanus Cordubensis poëta in Pisoniana conjuratione deprehensus brachium ad secandas venas medico præbuit.' *Casaub.*

CAII PLINII
VITA.[a]

Plinius Secundus, Novocomensis,[1] equestribus militiis industrie functus, procurationes quoque splendidissi-

1 A Codd. aliquot abest hæc vox, teste Harduino. In Fuxensi *novem*

NOTÆ

[a] Cum Plinii ex Suetonio Tranquillo vitam Pictavio edendam abhinc annos quindecim curavi, eam non ante videram, nec de ea quicquam audieram, quam Arnoldus ille Ferronus Tolosa, ex vetusto codice Fuxensis Bibliothecæ descriptam, mihi Burdigalam suam misisset. Verum quatuor post annis venit forte in manus meas Historia Naturalis Plinii ante impressa, quam natus fuissem: in quo exemplari eam vitam

mas, atque continuas, summa integritate administravit, et tamen liberalibus studiis tantam operam dedit, ut non temere quis plura in otio scripserit. Itaque bella omnia, quæ unquam cum Germanis [2] gesta sunt, viginti voluminibus comprehendit. Item naturalis historiæ triginta septem libros absolvit. Periit clade [3] Campaniæ.[b] Nam cum Misenensi classi præesset, et flagrante Vesevo [4] ad explorandas propius causas Liburnica pertendisset,[5] neque ad-

mensibus, in duob. Voss. *novem menses*. Uncinis notavit Wolf.—2 *Romanis* Fuxens. Voss. ac Leid. Codd. Tum *sint* Voss. pr. et *XXXVII.* pro *viginti* in utroque et Leid.—3 *Gades* Fux. *Grades* Voss. uterque et Leid. *Gadis* Edd. Vett. *Stabiis* Vinet.—4 Ita corr. Græv. receperuntque Bip. Wolf. Malit Oud. *Vesvio*. Cf. Tit. Cap. 8. *Vesuvio* Edd. Vett. *Vesubio* Voss. Leid. *Vesebio* Vulg.—5 Hæc est emendatio Burm. recepta Oud. Ern. Bip. Wolf.

NOTÆ

cum reperissem, non potui non succensere, et imprecari, qui ex nostris codd. illam sustulissent. Diceres in Veronensium gratiam id fecisse, qui minime libenter ibi legunt, Plinium fuisse Novocomensem. Cum namque in præfatione Plinius Catullum vocet 'suum conterraneum;' qui poëta patriam habuit Sirmionem, si quid ipsi de se credimus, peninsulam lacus Benaci in agro Veronensi; Plinium Historiæ Naturalis auctorem, et Plinii alterius avunculum, Torellus, Mathæus Rufus, et alii Veronenses, in mediis ipsis mœnibus Veronæ natum esse contendunt. Quasi vero conterranei dici nequeant, qui sint tantum ex eadem terra, regione, provincia: ut Novocomum, quod prius Comum fuit dictum, auctore Strabone libro quinto, et Verona, quæ civitates sunt ambæ in eadem Italia, illa nimirum, quam veteres Romam Transpadanam et Cisalpinam Galliam vocitabant. Sed Suetonius Tranquillus, qui Plinium utrumque vidit, et juniorem intimum amicum habuit, nosse satis potuit, nisi fallor, quæ utrique patria fuerit. *Vinet.*

Non est Suetonii: quod et dictio clare arguit, et supina negligentia in tanti viri rebus memoriæ prodendis. Amat, fateor, brevitatem Tranquillus: sed eruditam, et quæ cognitioni rerum nihil officiat. Denique, auctor hujus vitæ neque Suetonius est, neque quisquam alius, qui meliore illo sæculo vixerit, sicut etiam Josephus Scaliger pronuntiavit. Scripsisse tamen Tranquillum Plinii hujus vitam, testimonio est locus ille, quem ex ejus libro de Viris Illustribus laudatum, commemorat Achilles Statius. 'Dum idem Plinius legiones in Siciliam duceret, eruptione favillarum ab Ætna eructantium præfocatus interiit, anno vitæ suæ LVI.' *Casaub.*

[b] *Periit clade Campaniæ*] Vide Hermolai Barbari castigationes, quoniam in exemplari Tolosano par mendum erat, atque in iis quibus usus est Plinii castigator Hermolaus. Ceterum de eodem Plinio si quis plura nosse cupierit, quam hic ex Suetonio sit excerptum, is legat Plinii junioris epistolam quintam libri tertii, et quintam decimam, et undevicesimam libri sexti. *Vinet.*

versantibus ventis remeare posset, vi pulveris ac favillæ oppressus est; vel, ut quidam existimant, a servo suo occisus, quem, deficiens æstu, ut necem sibi maturaret, oraverit.

In ceteris Edd. *Libernicas prætend.* Extat *liburnica* in Ed. Tarvis. 1479. In fine *oraverat* Edd. pp. et Hard.

D. JUNII JUVENALIS VITA.

Junius Juvenalis, libertini[1] locupletis incertum filius, an alumnus, ad mediam fere ætatem declamavit, animi magis causa, quam quod scholæ se[2] aut Foro præpararet. Deinde paucorum versuum Satira non absurde composita in Paridem pantomimum[3] poëtamque [Claudii Neronis, ejus semestribus militiolis tumentem,] genus scripturæ industrie[4] excoluit. Et tamen bene[5] diu ne modico quidem auditorio quicquam committere est ausus. Mox magna frequentia, magnoque successu bis ac ter auditus est, ut ea quoque, quæ prima[6] fecerat, inferciret novis scriptis:

Quod non dant proceres, dabit histrio: tu Camerinos,
Et Bareas, tu nobilium magna atria curas?
Præfectos Pelôpea facit, Philomela Tribunos.'

1 Ita dederunt Oud. Ern. et seqq. ex conjectura Burm. et auctoritate Henninii ad Juv. ex Ms. Voss. et L. Vallæ. Vulg. *liberti*.—2 Sic ante Baumg. edidit Wolf. cum Henninio e Ms. Prob. Vallæ. Vulg. *se* deest. Heins. conj. *sc. a. F. se pr.* Ern. *se pararet*.—3 Addit *Domitiani* Henn. ex Ms. Voss. et ex altero *P. Statium*, sed utroque carent Codd. Pith. pr. Vall. aliorumque, in quib. etiam illa *Claud. Ner.* non comparent, unde Oud. et Bip. uncinis inclusere cum seqq. Wolf. tantum voc. *Cl. Ner.* ita notavit: dein corr. *militiis*. In antiquissimo Voss. *semenstrib.* Aliis deest *militiolis*. In Pr. Vall. *sem. mil. exultante*.—4 Sic Oud. Bip. ex Codd. Pr. Vall. et Voss. Servat Wolf. vulg. *industriose*.—5 Ante Oud. deerat *bene*. Firmant opt. Voss. et Prob. Vall. cum Ed. Henn. Dein *magna quidem fr.* Voss.—6 Henn. conj. *primo*.

Erat tum in deliciis aulæ histrio:[7] multique fautorum ejus quotidie provehebantur. Venit ergo Juvenalis in suspicionem, quasi tempora[8] figurate notasset: ac statim per honorem militiæ,[9] quanquam octogenarius, Urbe summotus, missusque ad præfecturam cohortis, in extrema Ægypti parte tendentis. Id supplicii genus placuit, ut levi atque joculari dilicto par esset. Verum intra brevissimum tempus angore et tædio periit

Versus sunt ex Sat. VII. 90.—7 *Historio* Vall. Alii hic addunt plures versus: sed vulgatis consentiunt Probus Vall. et antiquissimus Voss. Cf. Oud. ad h. l. —8 *Præsentia* addidit Henn. e Cod. Voss. Sed optimo deest. Dedit *figura* Vall. sive *per figuram*.—9 Mss. Voss. *militiolæ*. Mox in opt. *submotus est*. item cum Vall. *in extr. Æg. partem.* Vulg. *parte tend. Æg.* Græv. mallet *missus ad pr. coh. tend. in ext. p. Æg.* 'Cetera, quæ vulgo post *intra brev. temp.* adduntur, sunt spuria, et ex alio vitæ Junianæ consarcinatore in Cod. Voss. altero per Henninium hic admixta.' *Oud.*

AULI PERSII
VITA.[1]

Aulus Persius Flaccus natus est pridie Nonas[2] Decembris, Fabio Persico, L. Vitellio, Consulibus. Decessit octavum Kalendas Decemb. Publio[3] Mario, Asinio Gallo Consulibus. Natus[4] in Etruria Volaterris, Eques Romanus, sanguine et affinitate primi ordinis viris conjunctus, decessit ad octavum milliarium via Appia in prædiis suis. Pater ejus Flaccus pupillum reliquit moriens, annorum fere sex. Fulvia Sisennia[5] mater nupsit postea

1 In vetust. membb. in Bibl. Leid. servatis, teste Oud. hæc inscriptio præfigitur: *A Persi Flacci vita, de Commentario Probi Valerii* vel *Valerii Probi sublata.*—2 Voss. *Nonarum.* Dein *Vitellioque* Leid. uterque. *F. Prisco* Ms. Vin.—3 Vulgo erat *Rubrio*. Cod. Bongars. *Rubro*. Correctum a Lips. ad Tac. Ann. XIV. 48. et aliis, quos secuti Oud. Ern. Bip. Wolf.—4 *Natus est* Voss. et mox *ann. fere V.*—5 Mss. Pith. Leid. *Sisenna*. Bongars. *Sesinnia*. Hinc Bouhier.

Fusio,[6] Equiti Romano: et eum[7] quoque extulit intra paucos annos. Studuit Flaccus usque ad annum duodecimum Volaterris: inde Romæ apud Grammaticum Remmium Palæmonem, et apud Rhetorem Virginium Flavum.[8] Cum esset annorum sedecim, amicitia cœpit uti Annæi[9] Cornuti, ita ut ab eo nusquam discederet: a quo inductus aliquatenus in philosophiam[10] est. Amicos habuit a prima adolescentia Cæsium Bassum[1] poëtam, et Calpurnium Suram,[2] qui eo vivo juvenis decessit. Coluit ut patrem Servilium Nonianum[3] [a] Per Cornutum cognovit Annæum etiam Lucanum, æquævum[4] auditorem Cornuti. Nam Cornutus illo tempore Tragicus fuit, sectæ Stoicæ, qui libros Philosophiæ reliquit. Sed Lucanus adeo mirabatur scripta Flacci, ut vix retineret se illo recitante a clamore [quin 'illa esse vera poëmata' diceret[5]]. Sero cognovit et[6] Senecam, sed non ut caperetur ejus ingenio. Usus est

conj. *Sisinnia.* Deest vox *mater* Leid.—6 Al. *Fufio.*—7 Mallet Oud. *sed eum.* Dein *ad ann. XII. ætatis suæ* Leidd. duo.—8 Ita corr. Oud. et seqq. cum in Mss. esset *Verg.* vel *Virg. Flanum* v. *Flavium* v. *Flavum.* Vulgo *Flaccum.*—9 Glandorp. et Bouhier. malint *Anneii.* Ms. Leid. sec. *Annei.*—10 Vulg. *introductus in philosophia*, unde *philosophiam* fecit Græv. sed *inductus a. in philosophiam* reposuit Oud. cum seqq. fide membb. Leidd. in quibus deerant *a quo.* Paulo ante *nunquam* malit Baumg. Ceterum huc pertinere locum in extremo totum inde a vocib. *Sed mox* monuit Bouhier. Probat Oud. nec dubitavit sic edere Reizius. Sed potius censet Burm. post *Virg. Flav.* transponendum.—1 *Cesium Bassum* Pith. *Cesium Bassam* Bongars. *Cæs. Bassium* Leidd Vulgo deest *poëtam.* Reposuit Oud. a Bong. et Leid.—2 In nonnullis *Calph.* ex more. *Straturam* Voss. *Statucam* Pith. et Ed. Vin. *Staturam* vulg. Sed *Suram* restituit Wolf. uti jam correxerant Casaub. et Bouhier. probante Oud.—3 Sic emendavit Gronov. quem secuti Oud. Ern. &c. Vulg. *Numanum.* Ms. Vineti *Romanum.* Leid. *Nomianum.* Bong. *Nomanum.* Supra *discess.* Edd. Schild. Pitisc. Græv. maj. et Burm. qui tamen vidit, legend. *decess.* ut est in Mss. et ceteris editis.—4 *Equitum* Leid. unde Breitting. conj. *equitem.* Mox *sectæ Poëticæ* Mss. Vin. Bong. Leid. uterque, et Edd. Vett.—5 Desunt hæc in uno Bong. et suspecta sunt Bouhier. uncis etiam inclusa a Vin. Schild. Græv. aliisque, probantib. Oud. Wolf. In utroque Leid. est *retineret se recitantem clam.* Dein Voss. *quæ illa esse vera ipsa Poëm. ipse luto facere.* Leid. *q. i. e. v. Poëtica d.* Pith. *q. i. e. vere Poëtica d.*—6 Oud. *et Sen.* dedit cum seqq.

NOTÆ

[a] *Coluit ut patrem Servilium Numanum*] Lege *Nonianum.* M. enim Servilius Nonianus est Pliniis, alteri XXVIII. 2. et XXXVII. 6. alteri Epist. I. 13. et Quintiliano X. 1. appellatus. *Gronov.*

apud Cornutum duorum convictu doctissimorum et sanctissimorum virorum,[7] acriter tum philosophantium, Claudii Agathemeri,[8] medici Lacedæmonii, et Petronii Aristocratis Magnetis,[9] quos unice miratus est et æmulatus, cum æquales [10] essent, et Cornuto minores. Ipse etiam decem fere annis summe dilectus a Pæto Thrasea [1] est, ita ut peregrinaretur quoque cum eo aliquando, cognatam ejus Arriam uxorem habente. Fuit morum lenissimorum, verecundiæ virginalis, formæ pulchræ, pietatis erga matrem et sororem et amitam exemplo [2] sufficientis. Fuit frugi et pudicus. Reliquit circa [3] HS. vicies matri et sorori: scriptis tamen ad matrem codicillis, rogavit eam, ut daret Cornuto sestertia, ut quidam dicunt, centum;[4 b] ut alii volunt, argenti facti pondo viginti, et libros circa septingentos,[5] sive bibliothecam suam omnem. [Verum Cornutus, sublatis li-

ex utroque Leid. Vulgo *et* abest.—7 Bong. *conjunctum vel amicitia d. d. viror. et sanctissimæ vitæ*. Hinc Breitting. faciebat *convictu et amicitia*. Dein *tum* deest Voss.—8 Sic corr. Reines. Inscr. p. 10. probantib. Bouhier. et Burm. recepit Oud. et seqq. Vulg. *Agaterni*. Pith. *Agatunni*. Vin. *Agaturini*. Voss. *Agaturrini*. Leid. *Agathurrini*.—9 Vin. *Patronis A. Magnatis*. Pith. et Breitting. *Aristotegratis Magnatis*. Voss. *Aristotegratis Magnetis*. Pith. Cod. *Aristotelici* addit, quod probatur Bouhierio.—10 Vox *æquales* deficit Voss. Tum *nec Corn.* legit Breitting. In Leid. extat *æq. ess. Cornuti min.* et *Cornuti* recepit Reiz. et al. Mox *ipse idem d.* Leid.—1 Suspicatur Burm. vel excidisse *versatus*, vel pro *est* scribend. *vixit*. Sed in ejus Ed. est lectio vulg. *apud Thraseam*, quam Lips. jam correxerat ad Tacit. Ann. XVI. in f. cum pluribus. Eamque unice firmat Ms. Vin. in Ed. Morell. iccirco amplexi sunt Oud. Wolf. &c. In Ms. Vulcanii *apethithrasea*. Leid. *apetithrasea*.—2 Pro *exemplo* in Vin. Ed. quadam *eximiæ*, et in eadem et Bong. Cod. *sufficiens fuit*, unde *sufficienter* conj. Bouhier. Dein *frugi pud.* Leid. omisso *et*.—3 Mss. Pith. *circiter*, Vin. *sestertia vicies*. In Pith. Cod. et Ed. Vin. *scr. tamen*, quod pro vulg. *tantum* dederunt Bip. Wolf. probantib. Bouhier. et Oud. In Leid. *Cornuto ut daret*, *rog.* sine *τῷ eam*. Exulat *dicunt* ab eod. Cod. et omittit Reiz.—4 Vulg. *centies*. Illud reposuit Oud. Ern. &c. jubentib. Casaub. Gron. Bouhier. Mox vulgo *pondera*, quod dudum emendarunt Casaub. Gron. astipulante Leid. cum Edd. Oud. Ern. Bip. Wolf. In Edd. Vin. Schild. Græv. maj. Burm. *ut al. vol. plus, &c.* In Mss. Vin. *plures*. Sed *plus et* desunt Pith. Casaub. aliisque Edd. nec agnoscunt plurimi Mss. nisi quod adsit Leid. item Ed. Reiz.—5 In Edd. Casaub. Schild. Pitisc. Gron. Græv. min. Burm. post *septing.* additum *Chrysippi*, quod cum Pith. ejecit Oud. et

NOTÆ

[b] *Sestertia, ut quidam dicunt, centies*] Lege *centum*. Nam ne ipse quidem centies possedit: dein, *argenti facti pondo XX*. Gronov.

bris, pecuniam sororibus, quam frater hæredes fecerat, reliquit.][6] Et raro, et tarde scripsit.[7] Hunc ipsum librum imperfectum reliquit. Versus aliqui demti sunt ultimo[8] libri; et, quasi finitus esset, leviter retractavit Cornutus,[9] et Cæsio Basso petenti, ut ipse ederet,[10] tradidit edendum. Scripserat etiam in pueritia Flaccus 'Prætextam'[1c] [Vescio], et 'Ὀδοιπορικῶν'[2d] librum unum, et paucos uxori Thaseæ in Arriam matrem[3e] versus, quæ se ante virum occiderat. Omnia autem ea, Cornutus auctor fuit matri ejus, ut aboleret.[4] Editum[5] librum continuo mirari ho-

seqq. Breitting. pro *sive* emendat *et*.—6 Ut spuriam uncis primus inclusit hanc periodum Oud. In Leid. *a Cornuto*. Ern. pro *sororib.* legit *matri et sorori*. Reiz. corr. *sorori et matri*.—7 Deest *scripsit* Leid. *scriptitavit* Ed. Vin. quod Bouhier. placuit. Dein pro *hunc* maluit Bouhier. *hinc*.—8 Vulg. *in ult.* Mss. Vin. et Bong. *de ult.* Sed neutram præpositionem agnoscit Leid. ideo plane abjecit Oud. Pro *libri* Leid. *ibi*.—9 Vulg. *leviter recitavit Cornuto*. Paulo ante pro *et* Mss. Vin. *quos*, Leid. *ut*, et *finitum*. Dein *leniter* Bong. *contractavit* Leid. *contraxit* Bong. *Cornutus* iidem et Vin. Mss. Conj. Oud. *quos*, *quasi*, vel *ut quasi*, aut *eos quasi finitus esset*, sc. liber, *leviter retraxit Cornutus*. In textu rescripsit tantum *lev. recit. Cornutus*, quam lect. receperunt Ern. Bip. Legit Breitting. *libri*. *Ut quasi f. e. lev. contraxit Cornutus*. Bouhier. *libri, ut quasi f. esset*. *Leviter retractavit Cornutus*. Et sic Reiz. quoque posuit, probante Wolf. sed in contextu dante eandem lect. ac Baumg.—10 Bouhier. prætulit *perficeret* cum Ed. Vin. non assentiente Oud. Dein *scripsit* habet Reiz.—1 Corr. Græv. *prætextatam*. Vulg. ante Oud. non comparet vox *Vescio*, cum vero Mss. Pith. Vin. Leid. et alii apud Barth. Adv. xI. 27. addant, eorum auctoritate adjecit Oud. et seqq. sed uncinis inclusit Wolf. quem sequitur Baumg. *Vestitus* Bong.—2 *Opericarum* Pith. oporicῶν Roussati, apud Barth. opericῶν Leid. ὑπωρικῶν Vin. *cohopertus* Bong. Mallet Burm. ὁδοιπορικὸν, suffragante Wolf.—3 Ita ex Ms. Vin. reposuit Oud. astipulante Bouhier. quos secuti Bip. Wolf. et al. Addidit etiam *fecit* Vin. Cod. quo opus esse non putavit Oud. Vulgares Persii Edd. cum Græv. min. et Gron. habent *sororum Traseæ in Arriam matrem*. Sed aliæ tam Persii quam Suetonii, in quibus Schild. Pitisc. Burm. *in sororem Thraseæ et in Arriæ matr.* Aliæ paulo aliter. Ms. Leid. præbet *in socrum Thraseæ, in Arriam matr*, quod placuit Breitting. et Rubenio, aliisque, sed sine repetitione τοῦ *in*. Casaub. in notis ad h. Vit. in Persii Ed. legit *in socrum Thraseæ, Arriæ matrem*. —4 Vulg. *Omn. autem Corn. a. f. m. e. ut ea abol.* unde Græv. *Omn. a. C. a. matri ejus fuit ut abol.* Heins. quoque delevit *ea*. Sed retinendam voculam, ac post *autem* restituendam, docuit Oud. et sic edidit cui recentiores obsecuti. Maluit tamen *omnia ea*, uti erat in Leid. Boug. et Ed. Vin. in qua amplius:

NOTÆ

c *Prætextam*] Lege *Prætextatam*. Græv.

d 'Ὀδοιπορικῶν] Leg. 'Ὀδοιπορικὸν, i. e. *Itinerarium*. Burman.

e *In sororem Thraseæ in Arriæ matrem*] Lege *in socrum Thraseæ Arriam matrem*. Duæ enim fuerunt Arriæ, mater et filia, illa Pæto Cæcinæ, hæc

mines, et diripere [f] cœperunt. Decessit autem vitio stomachi, anno ætatis tricesimo.[6] Sed mox, ut a schola et magistris diverterat,[7] lecto libro Lucilii decimo, vehementer Satiras componere studuit: cujus libri principium imitatus est, sibi primo, mox omnibus detrectaturus,[8] cum tanta recentium Poëtarum et Oratorum insectatione, ut etiam Neronem culpaverit. Cujus versus in Neronem cum ita se haberet,

> Auriculas asini Mida rex habet,

in hunc modum [9] a Cornuto ipso tantummodo est emendatus,

> Auriculas asini quis non habet?

ne hoc Nero in se dictum arbitraretur.

mater ej. ut abol. Corn. auct. fuit, quod elegantius censuit Bouhier. In Bong. *ut abol. Cornutus, mater ej. auct. fuit.* Ceterum in Ed. Vin. *magister ejus*, e glossa, judice Oud.—5 Hanc periodum post *trad. edend.* debuisse poni, monet Breitting. assentiente Oud. Mox *dirip.* pro vulg. *derip.* cum Ruben. et Casaub. rescripserunt Oud. Ern. &c.—6 Vitium in numero inesse, ac substituend. *XXVII.* monuerunt Vin. Casaub. Breitting. Bouhier. Oud. et al. Ita fecit Wolf.—7 *Magistrisque divertit* Leid. probante Oud. et inde *diverterat* cum seqq. pro vulg. *dev.* edente.—8 *Detract.* ex more Leid. Dein in eodem et aliis Mss. *Neronem illius temporis principem*, quod in contextum admisit Vin. aliis, ut Oud. pro glossa habentib.—9 *In eum mod.* Leid. Mox pro *tantummodo* conj. Barth. Adv. xi. 21. *nondum mortuo.* Recepit Reiz. *Nero* deest libro Bong. qui addit hæc: *Persius hic diu dubitans, utrum militiæ, an poëticæ incumberet, tandem ad satiram scribendam animum applicuit, et cum cœpisset, utramque inchoavit:* teste Breittingero.

NOTÆ

Pæto Thraseæ nupta. Tacitus xvi. 'Annalium extremo, Plinius iii. Ep. 19. *Ruben.*

[f] *Deripere*] Lege *Diripere.* Seneca iii. de Ira: 'ac tota civitate direptus est.' Item de Brev. Vitæ cap. 7. 'diripitur ille toto foro patronus.' Martial. vii. Epist. 75. 'Quod te diripiunt potentiores Per convivia, porticus, theatra.' *Ruben.*

C. SUETONII TRANQUILLI

OPERUM QUÆ PERIERUNT

FRAGMENTA.

Suidæ Catalogus operum Tranquilli.

ΤΡΑΓΚΥΛΛΟΣ ὁ Σουητόνιος, χρηματίσας γραμματικὸς, Ῥωμαῖος, ἔγραψε περὶ τῶν παρ' Ἕλλησι παιδιῶν βιβλίον α'. περὶ τῶν παρὰ Ῥωμαίοις θεωρικῶν καὶ ἀγώνων βιβλία β'. περὶ τοῦ κατὰ Ῥωμαίους ἐνιαυτοῦ βιβλίον α'. περὶ τῶν ἐν τοῖς βιβλίοις σημείων α'. περὶ τῆς Κικέρωνος πολιτείας α'. ἀντιλέγει δὲ τῷ Διδύμῳ, περὶ ὀνομάτων κυρίων, καὶ ἰδεῶν ἐσθημάτων καὶ ὑποδημάτων, καὶ τῶν ἄλλων, οἷς τις ἀμφιέννυται. περὶ δυσφήμων λέξεων, ἤτοι βλασφημιῶν, καὶ πόθεν ἑκάστη. περὶ Ῥώμης καὶ τῶν ἐν αὐτῇ νομίμων καὶ ἠθῶν βιβλία β'. Συγγενικὸν Καισάρων. περιέχει δὲ καὶ βίους καὶ διαδοχὰς αὐτῶν ἀπὸ Ἰουλίου ἕως Δομετιανοῦ, βιβλία η'. στέμμα Ῥωμαίων ἀνδρῶν ἐπισήμων.

De Regibus Liber.

Ausonius Paulino, Epist. XIX.

His longe jucundissimum poëma subdideras, quod de tribus Suetonîi libris, quos ille 'De Regibus' dedit, in epitomen coëgisti tanta elegantia, solus ut mihi videare assecutus, quod contra naturam est, brevitas ut obscura non esset. In his versibus ego ista cognovi :

Europamque Asiamque duo vel maxima terræ
Membra, quibus Libyam dubie Sallustius addit,
Europæ adjunctam; possit cum tertia dici:
Regnatas multis, quos fama obliterat, et quos
Barbara Romanæ non tradunt nomina linguæ.
Illibanum, Numidamque, Avelim, Parthumque Vononem,
Et Caranum, Pellæa dedit qui nomina regum,
Quique magos docuit mysteria vana Nechepsi,
Et qui regnavit sine nomine mox Sesoostris.

De institutione officiorum Liber.

Priscianus Lib. VI. *pag.* 679. *edit. Putsch.*

Quod tamen comprobat etiam Suetonius, diversos ponens usus in libro, qui est ‘De institutione officiorum.’

Chronicon Paschale, Fastorum Siculorum antea nomine insignitum, ad Olympiadem XVII. *pag.* 117. *edit. Cangianæ.*

Οὗτος Νουμμᾶς, ὁ καὶ Πομπήλιος, δεξάμενος πρεσβευτὰς ἐκ τῆς χώρας τῶν λεγομένων Πελασγῶν, φορούντων χλαμύδας ἐχούσας ταβλία ῥούσια, καθάπερ οἱ ἀπὸ τῆς Ἰσαυρίας χώρας, καὶ τερφθεὶς τοῦ σχήματος, ἐπενόησεν πρῶτος ἐν Ῥώμῃ χλαμύδας φορεῖσθαι, τὰς μὲν βασιλικὰς πορφυρᾶς, ἐχούσας ταβλία χρυσᾶ, τὰς δὲ τῶν Συγκλητικῶν καὶ τῶν ἐν ἀξίαις καὶ στρατείαις χλαμύδας σήμαντρον τῆς βασιλικῆς φορεσίας ταβλία πορφυρᾶ, ἀξίαν δηλοῦντα Ῥωμαϊκῆς πολιτείας καὶ ὑποταγήν· κελεύσας μηδένα συγχωρεῖσθαι εἰσελθεῖν εἰς τὸ αὐτοῦ Παλάτιον πρὸς αὐτὸν δίχα τοῦ σχήματος τῆς αὐτῆς χλαμύδος. καὶ οὐ συνεχώρουν τινὶ εἰσελθεῖν οἱ φυλάσσοντες τὸ Παλάτιον, εἰ μὴ ἐφόρει χλαμύδα ἔχουσαν φιλοτιμίαν βασιλικῆς ἐσθῆτος, καθὼς ὁ σοφώτατος Σουετώνιος Στραγκύαλος (l. Τράγκυλλος) Ῥωμαίων ἱστοριογράφος συνεγράψατο.

Prætorum libri.

Priscianus Lib. VIII. *pag.* 744.

Suetonius autem passive protulit in quarto Prætorum:

'Lætoria, quæ vetat minorem annis XXV. stipulari. ἐπερωτᾶσθαι.'

Idem Lib. VIII. *pag.* 743.

Suetonius in IV. Prætorum: 'Minor XXV. ann. stipulari non potest,' passive dixit.

Idem Lib. XVIII. *pag.* 1164.

Suetonius in VIII. Prætorum: 'Fasti dies sunt, in quibus fatur, id est, dicitur, ut nefasti, in quibus non dicitur.'

De ludis et spectaculis liber, aut libri varii.

A. Gellius Lib. IX. *cap.* 7.

Sed de fidibus rarius dictu et mirabilius est: quam rem et alii docti viri, et Suetonius etiam Tranquillus in libro ludicræ historiæ primo satis compertam esse, satisque super ea constare affirmat: 'nervias in fidibus brumali die alias digitis pelli, alias sonare.'

Tertullianus de spectaculis cap. 6.

Qui, quotque in ordinem, et quibus idolis ludos instituerunt, positum est apud Suetonium Tranquillum, vel, a quibus Tranquillus accepit.

Diomedes Grammat. Lib. III.[a] *pag.* 489.

Primis temporibus omnia, quæ in scena versantur, in comœdia agebantur. Nam Pantomimus, et Pythaules, et

[a] 'Non dubitandum, quin hæc sint e libro Suetonii de ludis ac spectaculis: quem ab eo scriptum esse, testis Suidas: variaque inde depromunt A. Gellius, Tertullianus, Servius, Diomedes, Tzetzes. Absque eo esset, dicerem esse ex libro ejus de poëtis: unde et fragmentum adducit Isidorus Orig. lib. VIII. 7. Immo ex eodem supersunt vita Terentii et Horatii; ac, ut censeo, Lucani, etiam Persii et Juvenalis.' Ita Ger. Jo. Vossius lib. II. Instit. Poët. cap. 29. qui tamen debuerat agnoscere Casaubonum, quippe primum hujus indicem, cujus sunt quoque multa sequentia. *Gronov.*

Choraules, in comœdia canebant. Sed quia non poterant omnia simul apud omnes artifices pariter excellere, si qui erant inter actores comœdiarum pro facultate et arte potiores, principatum sibi artificii vindicabant. Sic factum est, ut, nolentibus cedere mimis in artificio suo ceteris, separatio fieret reliquorum. Nam dum potiores inferioribus, qui in omni ergasterio erant, servire dedignabantur, se ipsos a comœdia separaverunt: ac sic factum est, ut, exemplo semel sumto, unusquisque artis suæ rem exequi cœperit, neque in comœdiam venire: cujus rei indicia produnt nobis antiquæ comœdiæ, in quibus invenimus, ACTA TIBIIS PARIBUS, AUT IMPARIBUS, AUT SARRANIS. Quando enim chorus canebat, choricis tibiis, id est, choraulicis, artifex concinebat. In canticis autem, Pythaulicis responsabat. Sed quod PARIBUS TIBIIS, vel IMPARIBUS, invenimus scriptum, hoc significat: si quando monodio agebat, unam tibiam inflabat; si quando synodio, utramque.

Joannes Tzetzes Histor. Chiliade VI. *v.* 877.

Τράγκυλλος Σουητῖνός τις ἐν παιδιαῖς Ἑλλήνων,
Πολλὰς μὲν ἄλλας παιδιὰς καὶ συμποσίων λέγει.
Ὠν συμποσίων μία μὲν ἡ ἑωλοκρασία·
Ἑτέρα δὲ ὁ κότταβος, ὁμοῦ καὶ ἡ λατάγη.
Οἱ νέοι γὰρ κωμάζοντες τόποις ἀφωρισμένοις,
Περὶ ἑσπέραν τοὺς χοᾶς καὶ τοὺς βίκους τιθέντες,
Ἕκαστος ἀνδριζόμενος, ἔπινε τὸν οἰκεῖον.
Ὃς δὲ οὐ πιεῖν ἴσχυσε τὸν ἑαυτοῦ χοέα,
Περιεχεῖτο ἔωθεν, τῶν συμποτῶν γελώντων.
Τόδ' ἑωλοκρασία μέν. τὸν κότταβον δὲ μάθε.
Τῷ συμποσίῳ ἵστατο ζυγὸς καὶ λεκανίσκαι,
Παρ' ἑκατέρῳ τοῦ ζυγοῦ κάτωθεν τῶν πλαστίγγων.
Αἱ λεκανίσκαι μέσον δὲ εἶχον ἀνδριαντίσκους,
Ἀνδριαντίσκους, οὓς μανᾶς ὠνόμαζον τότε
Οἱ κωμασταί· πληροῦντος οὖν οἴνου τὸ τούτων στόμα,
(Ὁ λάταξ καὶ λατάγη δὲ, ἤγουν ὑγρὸν καὶ ῥῦσις,)
Τοῦτο ἀπεκοττάβιζον εἰς μίαν τῶν πλαστίγγων,

Τουτέστιν, ἐξετίνασσον, ἀπέπτυον, ἐχένουν.
Κότταβον καὶ τὸ ὄργανον ἅπαν ἐκάλουν τοῦτο.
Ἂν οὖν πλάστιγξ τῇ φορᾷ κατέῤῥεψε τοῦ οἴνου,
Καὶ τὸν μανᾶν εἰς κεφαλὴν ἤχησε κεκρουκυῖα,
Ὁ κωμαστὴς συγκωμασταῖς ἐδόκει τῶν γενναίων,
Εἰ δ' οὐ, πολὺν ἐλάμβανεν, ὡς ἀσθενὴς, τὸν γέλων.

Servius in III. *Georgicorum* 24.

Apud majores theatri gradus tantum fuerunt. Nam scena de ligno tantum ad tempus fiebat, unde hodieque permansit consuetudo, ut componantur pegmata a ludorum theatralium editoribus. Scena autem, quæ fiebat, aut versilis erat, aut ductilis. Versilis tunc erat, cum subito tota machinis quibusdam convertebatur, et aliam picturæ faciem ostendebat. Ductilis tunc, cum tractis tabulatis hac atque illac species picturæ nudabatur interior. Unde perite utrumque tetigit, dicens, 'Versis discedat frontibus,' singula singulis complectens sermonibus. Quod Varro et Suetonius commemorant.

Idem in V. *Æneidos* 602.

Ut ait Suetonius Tranquillus, 'Lusus ipse, quem vulgo Pyrrhicham appellant, Troja vocatur:' cujus originem expressit in libro de puerorum lusibus.[1]

De vitiis corporalibus Liber.

Servius in Eclogam III. 8.

Hirqui autem sunt oculorum anguli, secundum Suetonium Tranquillum, in vitiis corporalibus.

Isidorus Originum Lib. III.

Nam hirci sunt oculorum anguli, secundum Suetonium, &c.

1 'Fortasse legendum *de Græcorum lusibus* ex Tzetze, Suida, et Eustath.' *Casaub.*

Servius in VII. *Æn.* 629.

Secundum Suetonium, in libro de vitiis corporalibus, 'Arvina est durum pingue, quæ est inter cutem et viscus.'

De re vestiaria Liber.

Servius in Lib. VII. *Æn.* 612.

Suetonius in libro de genere vestium dicit, tria esse genera trabearum. Unum Diis sacratum, quod est tantum de purpura. Aliud regum, quod est purpureum, habet tamen album aliquid. Tertium augurale, de purpura et cocco.

De rebus variis Liber.

Sosipater Charisius Lib. II. *pag.* 210.

Suetonius Tranquillus, de rebus variis, Præpositiones (inquit) omnes omnino sunt Græcæ duo de viginti, qui numerus inter omnes criticos Grammaticos perfecte convenit. Nostras vero esse has, ab, ad, præter, pro, præ, in, ex, sub, super, subter.

Idem Lib. II. *pag.* 175.

Suetonius Tranquillus Præverbium putat dici debere, quod ante, vel Adverbium, quod post verbum appellatio etiam nomenque ponatur.

De vocibus ominosis.

Servius ad II. *Æn.* 683.

Suetonius tria genera pileorum dixit, quibus sacerdotes utuntur, apicem, tutulum, galerum: sed apicem, pileum sutile, circa medium virga eminente; tutulum, pileum lanatum metæ figura; galerum, pileum ex pelle hostiæ cæsæ.

Auctor Etymologici Magni.

Ἀρχολίπαρος, ὁ λιπαρῶν ἵνα ἀρχῆς τύχῃ, ὁ ἐκ τοῦ ἄρχειν λιπαινόμενος. οὕτω Τράγκυλλος περὶ βλασφημιῶν.

De Grammaticis et Rhetoribus Libri.

D. Hieronymus in præfatione Catalogi Scriptorum ecclesiasticorum.

Hortaris, Dexter, ut, Tranquillum sequens, Ecclesiasticos scriptores in ordinem digeram: et quod ille in enumerandis literarum viris fecit illustribus, ego in nostris faciam.

Idem in Epistola ad Desiderium.

Scripsi librum de illustribus viris ab Apostolis usque ad nostram ætatem, imitatus Tranquillum, Græcumque Apollonium.

Ex libris incertis.

Censorinus de natali die cap. 20.

Annum vertentem Romæ Licinius quidem Macer, et postea Fenestella, statim ab initio duodecim mensium fuisse scripserunt; sed magis Junio Gracchano, et Fulvio Varroni, et Suetonio, aliisque, credendum, qui decem mensium putaverunt fuisse, ut tunc Albanis erat, unde orti Romani.

A. Gellius Lib. XV. *cap.* 4.

Eundem Bassum Suetonius Tranquillus præpositum esse a M. Antonio provinciis Orientalibus, Parthosque in Syriam introrumpentes tribus ab eo præliis fusos scribit, eumque primum omnium de Parthis triumphasse, et morte obita publico funere sepultum esse.

Servius in Eclogam III. 105.

Dicta 'ulna' *ἀπὸ τῶν ὠλενῶν*, id est, a brachiis; unde et

λευκώλενος Ἥρη. Licet Suetonius unum cubitum velit esse tantummodo.

Idem in III. *Georgicorum* 27.

Quod autem ait, 'Victorisque arma Quirini,' non est contrarium: nam, ut etiam in primo Æneidos 292. diximus, Suetonius Tranquillus hoc de Augusto commemorat, 'quodam tempore tres partes populi consentiente Senatu obtulisse ei tria nomina, Quirini, Augusti, Cæsaris. Ille, ne, unum eligendo, alias offenderet partes, primo Quirinus est dictus: inde Cæsar: post in nomine permansit Augusti.'

Isidorus Orig. Lib. XVIII. *cap.* 2.

Tranquillus autem, triumphum Latine potius appellatum, quod is, qui triumphans Urbem ingrederetur, tripartito judicio honoraretur.

Lib. eodem, cap. 6.

Tranquillus autem dicit: Dum cujusdam gladiatoris in ludum emissi gladius curvatus fuisset ex acie recta, procurrit unus ad eum corrigendum: tumque a pugnante responsum est, 'sic pugnabo' (al. *sica pugnabo*): inde sicæ nomen datum est.

Commentator vetus Horatii ad carmen de arte poëtica, vs. 354.

'Scriptor,' librarius, bibliopola, uti veteres dicebant, quod et Tranquillus affirmat.

Suidas.

Ἀσσάρια, ὀβολοί. Νούμμας ὁ πρῶτος βασιλεὺς μετὰ Ῥωμύλον Ῥωμαίων γεγονὼς, ἀπὸ σιδήρου καὶ χαλκοῦ πεποιημένα (νομίσματα) πρῶτος ἐχαρίσατο Ῥωμαίοις, τῶν πρὸ αὐτοῦ πάντων διὰ σκυτίνων καὶ ὀστρακίνων τὴν χρείαν πληρούντων, ἅπερ ὠνόμασεν ἐκ τοῦ ἰδίου ὀνόματος νούμμια, ὥς φησι Τράγκυλλος.

Servius ad IV. *Georg.* 127.

Corycos enim civitas est Ciliciæ, in qua antrum illud famosum pæne ab omnibus celebratum. Et per transitum tangit historiam memoratam a Suetonio. Pompeius enim, victis piratis Cilicibus, partim ibidem, partim in Græcia, partim in Calabria, agros donavit.

Idem in VI. *Æneid.* 799.

Quod autem dicit, verum est. Nam et Suetonius ait in vita Cæsaris,[2] responsa esse data per totum orbem, nasci invictum Imperatorem.

Idem in Æneid. XII. 185.

Homo 'rebellis' dicitur: res ipsa 'rebellio,' non 'rebellatio:' sic Suetonius. *Vid. Calig. cap.* 51.

Isidorus Originum Lib. VIII. *cap.* 7.

Poëtæ unde sint dicti, sic ait Tranquillus: Cum primum homines exuta feritate rationem vitæ habere cœpissent, seque ac Deos suos nosse, cultum modicum ac sermonem necessarium commenti sibi, utriusque magnificentiam ad religionem Deorum suorum excogitaverunt. Igitur ut templa illis domibus pulchriora, et simulacra corporibus ampliora faciebant, ita eloquio quasi augustiore honorandos putaverunt, laudesque eorum et verbis illustrioribus et jucundioribus numeris extulerunt. Id genus quia forma quadam efficitur, quæ ποιότης dicitur, poëma vocitatum est, ejusque fictores[3] poëtæ.

Diomedes Lib. I. *pag.* 362.

'Inchoavi' ab inchoo. Sic dicendum putat Julius Modestus, quia sit compositum a chao, initio rerum. At Ver-

2 Al. *Cæsarum.*

3 'In perantiquis schedis, quæ Rabani Mauri nomen præferebant, legi *ejusque factores poëtæ.*' Casaub.

rius et Flaccus in postrema syllaba aspirandum probaverunt. 'Cohum' enim apud veteres mundum significat. Inde tractum incohare. Tranquillus quoque, his assentiens, libello suo plenissime 'ædem incohatam' ita disseruit.

Commentator vetus in Horat. I. *Sat.* 7. 20.

Bithus et Bacchus gladiatorum nomina celebrata apud Suetonium.

Charisius Lib. II. *Inst. Gram. p.* 180.

'Istoc vilius.' Rex qui vocabat ad cœnam, si sibi ea res exhibenda indiceretur, quam exhibere non posset, respondit, ut Tranquillus refert, 'isto vilius hominis erit cœna.'[4]

Eustathius in Odyss. *'Ραψ.* A. vs. 106.

῞Οδε τὰ περὶ 'Ελληνικῆς παιδιᾶς γράψας, διαφορὰν καὶ αὐτὸς εἰδὼς κύβων καὶ πεσσῶν, καὶ παλαιοτάτην εἰπὼν τὴν κυβιστικὴν παιδιὰν, παράγει Σοφοκλέους μὲν ἐκ Παλαμήδους, ὁμωνύμου τῷ ἥρωϊ δράματος, τὸ, 'Εκεῖνος ἐφεῦρε πεσσοὺς κύβους τε τερπνὸν ἀργίας ἄκος. καὶ Εὐφορίωνος τὸ, Πεσσὰ Ναυπλιάδαο. λέγει δὲ καὶ, &c.

Hoc excerptum ex libro Ms. de natura rerum retulit Oxonio Jac. Gronovius.

De omnibus maris ac fluminum in pratis in Annalibus Tranquillus sic ait: Extremum mare Oceanus: internum medius, quod ex Oceano fluit. Supernum et infernum, quibus Italia alluitur. Ex his superum et Adriaticum dicitur et Tuscum inferum. Fretum angustum quasi fervens

4 Legit Casaub. *erat moris respondere, ut Tr. refert, isto vilius nobis cœna erit.* Passeratius ad Prop. I. ecl. 1. *isto vilius hæc mihi erit cœna.* Palm. in Spicileg. t. IV. *isto vilius erit hodie c.* quem alii secuti sunt. Scriv. emendat, *isto vilius domini erit c.* et Bentl. ad Terent. Adelph. v. 9. 25. *isto vilius; hoc est, erit cœna.* Vulg. tuentur Gronov. ad Plaut. Curc. II. 1. 28. et Burm. ad loc.

mare, et Siculum et Gaditanum (Ms. *Gaditianum*) Æstuaria sunt omnia, per quæ mare vicissim tum accedit (Ms. *occidit*) tum recedit. Altum proprie mare profundum. Vada (Ms. *vaga*) quibus in mari potest stari, quæ Virgilius brevia appellat, quæ eadem Græci brachia. Sinus majores recessus maris dicuntur, ut Caspius, Arabicus, Indicus: majores autem anguli, ut Pæstanus, Matrestæ, Amyclanus et similes nomina maris dixerunt. Flustra motus maris sine tempestate fluctuantis. Nævius in bello Pœnico (Ms. *Pontico*) in inscriptione quod ait, 'honerariæ honustæ stabant in flustris,' ut si diceret in salo (Ms. *Sola*.) Moles, quæ eminent et procurrunt mari, de quibus Pacuvius (Ms. *Fauculius*) ait, 'omnes latebras sublætu mole abstrusas sinus.' Cæcus fluctus tamen, nec dum tamen canus, de quo Atta (Ms. *aota*) in togata sic ait: 'Populo fluctus cæcos faciunt per discordiam;' et Augustus ait: 'nos venimus Neapolim, fluctu quidem cæco.' Littus, quicquid aqua alluitur. Flumen omnis humor, qui vel modice fluit. Torrens fluvius, qui a pluvia crescit, siccitate torrescit, id est, arescit, de quo Pacuvius ait, 'Flammeo vapore torrens torret.' Ostia exitus fluminum in mare. Tolli aquarum projectus, quales sunt in Aniene (Ms. *assiense*) flumine quam se maxima præcipitio.

INSCRIPTIONES

ANTIQUÆ ILLUSTRIORES

DE

CÆSARIBUS SUETONIANIS.

D. JULIO CÆSARI.

I.

In Hispania Tarraconensi.

BELLVM. CAESARIS
ET. PATRIAE. EX. MAGNA. PARTE. CONFECTVM. SEX. ET
CN. MAGNI. POMPEII. FILIIS. HIC. IN. AGRO. BATESTANIO-
RVM. PROFLIGATIS.

II.

Augustæ Taurinorum.

C. IVL. CAESAR. C. F.
DE
GALLEIS
ET
ALLOBROGIBVS
TRIVMPHAVIT.

III.

Treveris.

CAES. PRO. EXERC. IMP. P. P.
S. C. AV. TREVE.
INGRESSVM. H. CASTRA. SARRAE
FLV. PRO. MIL. CVSTODIA
BIEN. POTITVS EST.

IV.

Eboræ.

DIVO IVLIO
LIB. IVL. EBORA
OB. ILLIVS. IN. MVN. ET MVN.
LIBERALITATEM
EX. D. D. D.
QVOIVS. DEDICATIONE
VENERI. GENETRICI
CAESTVM. MATRONÆ
DONVM. TVLERVNT.

D. AVGVSTO CÆSARI.

I.

Tergestæ.

IMP. CAESAR. COS. DES. TERT. $\overline{\text{III}}$. VIR. R. P. C. ITERVM
MVRVM. TVRRES. QVE. F.

II.

SENATVS. POPVLVSQVE. ROMANVS
IMP. CAESARI. DIVI. IVLI. F. COS. QVINCT.
COS. DESIGN. SEPT. IMP. SEPT.
REPVBLICA. CONSERVATA.

III.

IMP. CAES. DIVI. F. AVGVSTVS. PONT. MAX.
COS. $\overline{\text{XI}}$. TRIBVNIC. POTEST. $\overline{\text{X}}$. IMP. $\overline{\text{VIIII}}$.
ORBE. MARI. ET. TERRA. PACATIS. TEMPLO
IANI. CLVSO. ET. REP. P. R. OPTIMIS. LEGIBVS
ET. SANCTISSIMIS. INSTITVTIS. REFORMATA
VIAM. SVPERIOR. COS. TEMPORE. INCHOATAM
ET. MVLTIS. LOCIS. INTERMISSAM. PRO
DIGNITATE. IMPERI. P. R. LATIOREM
LONGIOREM. QVE. GADEIS. VSQ. PROMOVIT.

IV.

Romæ.

IMPERATOR
CAESAR. DIVI. F. AVGVSTVS
PONTIFEX. MAXIMVS. IMP.
$\overline{XII}$. COS. $\overline{XI}$. TRIB. POT.
$\overline{XIV}$. AEGYPTO. IN. POTESTATEM
POPVLI
ROMANI. REDACTA
SOLI. DONVM. DEDIT.

V.

Romæ.

IMP. CAES. DIVI. F. AVGVSTVS
PONTIFEX. MAXIMVS
IMP. $\overline{XIII}$. COS. $\overline{XI}$. TRIB. POTEST. $\overline{XV}$.
EX. STIPE. QVAM. POPVLVS. ROMANVS
ANNO. NOVO. APSENTI. CONTVLIT
NERONE. CLAVDIO. DRVSO
T. QVINCTIO. CRISPINO. COS.
VOLCANO.

VI.

LARIBVS. PVBLICIS. SACRVM
IMP. CAESAR. AVGVSTVS
PONTIFEX. MAXIMVS
TRIBVNIC. POTESTAT. $\overline{XVIII}$.
EX. STIPE. QVAM. POPVLVS. EI
CONTVLIT. K. IANVAR. APSENTI
C. CALVISIO. SABINO
L. PASSIENO. RVFO. COS.

VII.

Romæ.

COLLEGIO. CENTONARIORVM. . . . . . .
CVM. BASI. MARMOREA. ET. CERIOLARIB. DVOBVS. AEREIS
HABENTIBVS. EFFIGIEM. CVPIDINIS. TENENTIS. CALATHOS. L.
SEXTILIVS. SELEVCVS. DECVRIO. D. D. HOC. AMPLIVS. ARK.

RET. P. COLLEGII. SS. DONVM. DEDIT. -X- V. VT. EX. VSVRIS CENTESIMIS. EIVS. QVANTITATIS. QVÆ. EFFICIT. ANNVOS -X- DC. DIE. VIIII. KAL. OCTOB. NATALI. DIVI. AVGVSTI EROGENTVR. EX. ARK.

VIII.

Romæ.

IMP. CAESAR. DIVI. IVLI. F. AVGVSTVS
PONTIFEX. MAXIMVS. COS. XII.
TRIBVNICIAE. POTESTAT. XIX. IMP. XIIII.
RIVOS. AQVARVM. OMNIVM. REFECIT.

IX.

Seduni in Valesia.

Ex emendatione Casauboni.

IMP. CAESARI. DIVI. IVLI. F.
AVGVSTO. COS. XIII.
TRIBVNITIA. POTESTATE. XXVIII.
PATRI. PATRIAE
PONTIFICI. MAXIMO
CIVITAS. SEDVNORVM
...PATRONO.

X.

In Piceno.

IMP. CAESAR. DIVI. F. AVGVST.
PONTIFEX. MAXIMVS. COS. XIII.
TRIBVNITIAE. POTESTATIS. XXXII.
IMP. XVI. PATER. PATRIAE
MVRVM. DEDIT.

TIBERIO NERONI CÆSARI.

I.

Romæ.

TI. CLAVDIVS. TI. F. NERO
PONTIFEX. COS. ITERVM
IMP. ITERVM

LVDOS. VOTIVOS. PRO. REDITV
IMP. CAESARIS. DIVI. F. AVGVSTI
PONTIFICIS. MAXIMI
IOVI. OPTIMO. MAXIMO. FECIT
EX. S. C.

II.

Alliæ.

TI. KAISARI. AVG. F.
DIVI. IVLII. N. AVGVSTO
PONT. MAX. COS. V̄. IMP. V̄ĪĪĪ. TRIBVNIC.
POTEST. X̄V̄ĪĪĪ.
PONTIFICES. ALBANI
Q. JVLIVS. Q. F. FAB. RVFVS
C. JVLIVS. C. F. SCA. BASSVS
T. JVLIVS. TIB. F. FAB. MERVLA
M. JVLIVS. C. F. FAB. SENICIO.

III.

In Hispania.

TI. CAESARI. DIVI. AVG. F. DIVI. IVLI. N.
AVGVSTO. PONT. MAX. TRIB. POT. X̄X̄ĪĪX̄.
COS. ĪĪĪĪ. IMP. V̄ĪĪĪ. AVGVRI. XV. VIRO. S. F.
VII. VIRO. EPVLON.
T. PAPIRIVS. EVRVS
DECRETO. ORDINIS. ILVRCONIENSIS
A. F.
Q. MARCIO. BAREA } COS.
T. RVSTIO. NVMMIO }

IV.

Romæ juxta Ædem S. Andreæ.

OSSA
TIB. CAESARIS. DIVI. AVG. F. AVGVSTI
PONTIFICIS. MAXIMI
TRIB. POTEST. X̄X̄X̄ĪĪX̄.
IMP. V̄ĪĪĪ. COS. V̄.

TI. CLAUDIO DRUSO.

I.

Ravennæ.

TI. CLAVDIVS. DRVSI. F. CAESAR. AVGVSTVS. GERMANICVS. PONT. MAX. TRIB. POT. $\overline{\text{II}}$. COS. DES. $\overline{\text{III}}$. IMP. $\overline{\text{III}}$. P. P. DEDIT.

II.

Romæ.

TI. CLAVDIVS. DRVSI. F. CAESAR. AVGVSTVS. GERMANICVS PONTIFEX. MAXIMVS. TRIB. POTEST. $\overline{\text{V}}$. IMP. $\overline{\text{X}}$. P. P. COS. DESIG. $\overline{\text{IIII}}$. ARCVS. DVCTVS. AQVAE. VIRGINIS. DISTVRBATOS. PER. C. CAESAREM. A. FVNDAMENTIS. NOVOS. FECIT. AC. RESTITVIT.

III.

In Hispania.

CLAVDIO. CAES.
AVG. GERMAN. PONT. MAX.
TRIB. POT. $\overline{\text{V}}$. IMP. $\overline{\text{X}}$. P. P. COS. DESIG. $\overline{\text{IIII}}$.
OPTATVS. REBVRRI. L.
IMAG.
CAES. AVG. IMP.
D. S. P. D.
EAMQVE. CVM. OPTATO. ET. REBVRRO
FILIIS. DEDICAVIT
SENATVS. CENSVIT. PERPETVO
ONIS. PVBLICIS. INTERESSE.

IV.

PRO. SALVTE

TI. CLAVDI. CAESARIS. AVG. GERMANICI. PONTIF. MAX. TRIB. POT. $\overline{\text{VII}}$. COS. $\overline{\text{IIII}}$. IMP. $\overline{\text{XV}}$. P. P. CENSORIS ..... LIBERORVM. QVE........ EX. VOTO. SVSCEPTO. C. IVLIVS SEX. F. COR. POSTVMVS. PRAEF. AEGYPTI. TI. CLAVDI CAESARIS. AVG. GERMANICI. EX. AVRI. P. $\overline{\text{XVI}}$.

V.

Romæ.

TI. CLAVDIVS
DRVSI. F. CAISAR
AVG. GERMANICVS
PONT. MAX. TRIB. POT.
$\overline{\text{VIIII}}$. IMP. $\overline{\text{XVI}}$. COS. $\overline{\text{IV}}$.
CENSOR. P. P.
AVCTIS. POPVLI. ROMANI
FINIBVS
POMERIVM
AMPLIAℲIT. TERMINAℲIT. QVE.

VI.

PRO. SALVTE

TI. CLAVDI. CAES. AVG. GERMANICI. PONT. MAX.
TRIB. POTEST. $\overline{\text{X}}$. IMP. $\overline{\text{XIIX}}$. COS. $\overline{\text{IIII}}$. DESIGN. $\overline{\text{V}}$.
SIGN. ARGENTI. P. X. ET. PRO. SALVTE
NERONIS. CAESARIS. F. AGRIPPINAE. AVG.
SIGN. ARG. P. V. . . . . VOTO. SVSCEP.
VIATORES. ET. SCRIBAE. LIBR. ET. PRAEF.
PRINCEPS. ET. LVTINVS. FELIX. DED.

NERONI CLAUDIO CÆSARI.

I.

Romæ.

NERONI. CLAVD. CAIS.
AVG. PONT. MAX.
OB. PROVINC. LATRONIB.
ET. HIS. QVI. NOVAM
GENERI. HVM. SVPER-
STITION. INCVLCAB.
PVRGATAM.

II.

Neapoli.

Q. VOLVSIO. SATVRN.
P. CORNELIO. SCIP. COS.
AVGVSTALES
QVI. NERONI. CLAVDIO
CAESARI. AVGVST. ET
AGRIPPINAE. AVGVSTAE
I. O. M. ET. GENIO. COLONIAE
LVDOS. FECER. XIIII. XII. K. MART.

SERGIO GALBÆ CÆSARI.

I.

Romæ.

IMAGINVM. DOMVS
AVG. CVLTORIBVS. SIGNVM
LIBERTATIS. RESTITVTAE
SER. GALBAE. IMPERATORIS. AVG.
CVRATORES. ANNI. SECVNDI
C. TVRRANIVS. POLYBIVS
L. CALPVRNIVS. SENA.
C. MVRDIVS. LALVS
C. TVRRANIVS. FLORVS
C. MVRDIVS. DEMOSTHENES.

In sinistro latere.

DEDIC. IDIB. OCTOB.
C. BELLICO. NATALE } COS.
P. CORNELIO. SCIPIONE. ASIATIC. }

A. VITELLIO.

I.

Romæ.

A. VITELLIVS. L. F.
IMPERATOR
COS. PERP.

D. VESPASIANO.

I.

Romæ.

PACI. AETERNAE
DOMVS
IMP. VESPASIANI
CAESARIS. AVG.
LIBERORVMQ. EIVS
SACRVM
TRIB. SVC. IVNIOR
DEDIC. XV. KAL. DEC.
L. ANNIO. BASSO } COS.
C. CAECINA. PAETO }

II.

VICTORIAE. AVGVSTI
SACRVM
PRO. REDITV
IMP. CAES. T. FLAVI
VESPASIANI. AVG.
PONT. MAXIM.
TRIB. POT. COS. II.
P. P.
STATVAM. EX. AERE
ORDO. SPOL. CONLOC.

III.

IMP. CAESAR. VESPASIANVS. AVG. PONT. MAX. TRIB. POT. II. IMP. VI. COS. III. DESIGN. IIII. P. P. AQVAS. CVRTIAM. ET CAERVLEAM. PERDVCTAS. A. DIVO. CLAVDIO. ET. POSTEA INTERMISSAS. DILAPSAS. QVE. PER. ANNOS. NOVEM. SVA IMPENSA. VRBI. RESTITVIT.

IV.

Cumis.

IMP. CAESARI
VESPASIANO. AVG.
PONT. MAX. TR. POT. III.
IMP. IIX. P. P. CONS. III. DES. IIII.
S. PVTEOL.
QVOD. VIAS. VRBIS
NEGLIGENTIA
SVPERIOR . . . . TEMPOR.
CORRVPTAS. IMPENSA. SVA
RESTITVIT.

V.

IMP. CAESARI
VESPASIANO. AVG.
PONTIF. MAX. TR. POT. IIII.
IMP. VIIII. P. P. COS. IIII.
LEG. III. AVG.

VI.

EX. AVCTORITATE
IMP. CAES. VESPASIANI
AVG. P. M. TRIB. POT. IIII.
IMP. X. P. P. COS. IIII. DES.
V. CENSORIS
C. CALPETANVS. RANTIVS
QVIRINALIS. VAL. CESTVS
CVRATOR. RIPARVM. ET
ALVEI. TIBERIS. TERMINAVIT
R. R. PROX. CIPP. P. P. CLXXIIII.

VII.

Romae.

IMP. CAESARI. VESPASIANO
AVG. PONT. MAX. TRIB. POT. IIII.
COS. VIII. DES.

SACRARVM. AEDIVM. RESTITVTORI
ET. RITVVM. ANTIQVORVM
CONSERVATORI
SODALES. TITII.

VIII.

IMP. CAESAR.
VESPASIANVS. AVG.
PONTIF. MAX. TRIBVNIC.
POTESTAT. VI. IMP. XIIII. P. P.
COS. VI. DESIG. VII. CENSOR.
LOCVM. VINEAE. PVBLICAE
OCCVPATVM. A. PRIVATIS
PER. COLLEGIVM. PONTIFICVM
RESTITVIT.

IX.

IMP. CAESARI
VESPASIANO. AVG.
PONT. MAX. TRIB.
POT. VIII. IMP. XIIX.
COS. VIII. P. P.
L. PORCIVS. SABELLVS
II. VIR. PEQVNIA. SVA
D. D. D.

X.

Romæ.

FRANCISCUS DE ALBERTINIS,

LIB. II. De Mirandis Veteris Romæ,
edit. ibid. anno 1510.

In ærario et in templo Jovis Capitolini (ut supra diximus) multa extabant æreæ tabulæ affixæ: e quibus unam tantum nostro tempore in Lateranensi basilica prospexi apud Tabernaculum sacratissimi corporis Christi. Latitudo ejus ped. IV. *longitudo vero* VI. *in qua continentur infra scripta:*

Fœdusve cum quibus volet facere liceat, ita uti licuit Divo

Aug. Ti. Julio Cæsari Aug. Tiberioque Claudio Cæsari Aug. Germanico. Utique ei Senatum habere, relationem facere, remittere Senatusconsulta per relationem discessionemque facere liceat, ita uti licuit Divo Aug. Ti. Julio Cæsari Aug. Ti. Claudio Cæsari Aug. Germanico.

Utique cum ex voluntate auctoritateve, jussu mandatuve ejus, præsenteve eo Senatus habebitur, omnium rerum jus perinde habeatur, servetur, ac si e lege Senatus edictus esset habereturque.

Utique quos magistratum, potestatem, imperium, curationemve, cujus rei petentes Senatui populoque Rom. commendaverit, quibusque suffragationem suam dederit, promiserit, eorum comitIs quibusque extra ordinem ratio habeatur.

Utique ei fines Pomerii proferre, promovere, cum ex Republica censebit esse, liceat, ita uti licuit Ti. Claudio Cæsari Aug. Germanico. Utique quæcunque ex usu Reipublicæ, Majestate divinarum, humanarum, publicarum, privatarumque rerum esse censebit, ei agere, facere jus potestasque sit, ita uti Divo Aug. Tiberioque Julio Cæsari Aug. Tiberioque Claudio Aug. Germanico fuit.

Utique, quibus legibus plebeive scitis scriptum fuit, ne Divus Aug. Tiberiusve Julius Cæsar Aug. Tiberiusque Claudius Cæsar Aug. Germanicus tenerentur, iis legibus plebisque scitis Imp. Cæsar Vespasianus solutus sit; quæque ex quaque lege, rogatione Divum Aug. Tiberiumve Julium Cæsarem Aug. Tiberiumve Claudium Cæsarem Aug. Germanicum facere oportuit, ea omnia Imp. Cæs. Vespasiano Aug. facere liceat.

Utique quæcunque ante hanc legem rogatam acta, gesta, decreta, imperata ab Imperatore Cæsare Vespasiano Aug. jussu mandatuve ejus a quoque sunt, ea perinde justa rataque sint ac si populi plebisve jussu acta essent.

SANCTIO.

Si quis hujusce legis ergo adversus leges, rogationes, plebisve scita, Senatusve consulta fecit, fecerit, sive quod eum ex lege, rogationeve, plebisve scito, S. ve C. facere oportebit, non fecerit, hujus legis ergo id ei ne fraudi esto, neve quid ob eam rem populo dare debeto, neve cui de ea re actio, neve judicatio esto, neve quis de ea re *apud se* agi sinito.

Omittitur particula ex anguli fractura.

D. TITO CÆSARI.

I.

Romæ.

IMP. T. CAESARI
DIVI. VESPASIANI. F.
VESPASIANO. AVG.
PLEBS. VRBANA
QVAE. FRVMENTVM
PVBLICVM. ACCEPIT
ET
TRIBVS.

II.

Romæ.

IMP. TITO. CAESARI
DIVI. VESPASIANI. F.
VESPASIANO
CENSORI. CONSERVATORI. AEDIVM. PVBLICARVM
ET. RESTITVTORI. AEDIVM. SACRARVM
SODALES. FLAVII
P. MARTIVS. VERVS.

III.

IMP. TITVS. CAESAR. DIVI. F. VESPASIANVS. AVG. PONTIF. MAX. TRIBVNICIAE. POTEST. $\overline{\text{IX}}$. IMP. $\overline{\text{XV}}$. CENS. COS. $\overline{\text{VII}}$. DES. $\overline{\text{IIX}}$. RIVOM. AQVAE. MARCIÆ. VETVSTATE. DILAPSVM REFECIT. ET. AQVAM. QVAE. IN. VSV. ESSE. DESIERAT. REDVXIT.

IV.

Romæ.

IMP. T. CAES. DIVI. F. VESPASIANVS. AVG. PONT. MAX. TRIB. $\overline{\text{X}}$. POT. IMP. $\overline{\text{XVII}}$. P. P. CENSOR. COS. $\overline{\text{VIII}}$. AQVAS CLAVDIAM. ET. ANIENEM. PERDVCTAS. A. DIVO. CLAVDIO. ET POSTEA. A. DIVO. VESPASIANO. PATRE. SVO. VRBI. RESTITVTAS. CVM. A. CAPITE. AQVARVM. A. SOLO. VETVSTATE. DILAPSAE. ESSENT. NOVA. FORMA. REDVCENDAS. SVA. IMPENSA

C V R A V I T.

V.

Ibidem.

IMP. TITO. CAESARI. VESPASIANI. F.
VESPASIANO. AVG. PONTIFICI. MAXIMO. TRIB.
POT. $\overline{\text{X}}$. IMP. $\overline{\text{XVIII}}$. COS. $\overline{\text{VIII}}$.
PRINCIPI. SVO
S. P. Q. R.
QVOD. PRAECEPTIS. PATRIS. CONSILIISQ. ET. AVSPICIIS
GENTEM. IVDAEORVM
DOMVIT
ET
VRBEM. HIEROSOLYMAM
OMNIBVS. ANTE. SE. DVCIBVS. REGIBVS
GENTIBVSQVE. AVT. PETITAM. FRVSTRA. AVT. OMNINO
INTENTATAM
DELEVIT.

DOMITIANO CÆSARI.

I.

CAESARI. AVG. F.
DOMITIANO
COS. DESIGNATO. II.
PRINCIPI. IVVENTVTIS
C. PAPIRIVS. AEQVOS. 7. LEG. III. AVG.
TESTAMENTO. PONI. IVSSIT
EX. AVRI. P. X.

II.

IMP. CAESAR. DIVI. VESPASIANI. F. DOMITIANVS. AVGVSTVS GERMANICVS. PONTIFEX. MAXIMVS. TRIBVNIC. POTESTAT. XII. IMP. XXII. COS. XVI. CENSOR. PERPETVVS. P. P. AD III. IDVS. IVLIAS. M. LOLLIO. PAVLLINO. VALERIO. ASIATICO. SATVRNINO. C. ANTIO. IVLIO. QVADRATO. COS.

III.

IMP. CAESARI
DIVI. VESPASIANI. F.
DOMITIANO. AVGVST.
GERMAN. PONT. MAX.
TRIB. POTEST. XIII.
IMP. XXII. COS. XVI.
CENSOR. PERPET. P. P.
REG. VICI
VESTORIANI. ET
CALPVRNIANI.

IV.

In Tabulis Capitolinis.

A. P. R. C. DCCCXLI.

IMP. CAESARE. DIVI. VESPASIANI. FILIO
DOMITIANO. AVGVSTO. GERMANICO
MAGISTRO. XV. VIR.
EX. S. C. LVDI. SAECVLARES. FACTI.

Nomen Domitiani, quod eradendum ubique Senatus decreverat, Onuphrius hic restituit. Corollarium inscriptionum esto, quam Scaliger ad Eusebium laudat, illa non inficeta Palæmonis, cujus vita extat de Ill. Gramm. cap. 23.

PALAEMON. L. L. L. D. F.
GRAMMA. VEICET. ATQVE. RHET.
SIBI. ET. TVBERONIAE. CONTVBERNALI
ATQVE. BENEMERENTI
LAPIDEVM. STRVXIT. TVMVLVM
IN. EO. QVIDEM. CADAVER. QVIES. ESTO
ALIO. AVTEM. REVERTITO. ANIMVS.

CENOTAPHIUM

CAII CÆSARIS AUGUSTI F.

Desunt dies ac mensis. PISIS. IN. FORO. IN. AVGVSTEO. SCRIB. AD.......
FVER. Q. SERTORIVS. Q. F. ATILIVS. TACITVS. P. RASINIVS. L. F. BASSVS. L. LAPPIVS
P. F. THALLVS. Q. SERTORIVS. Q. F. ALPIVS. PICA. C. VETTIVS. L. F. VIRCVLA. M. HERIVS
M. F. PRISCVS. A. ALBIVS. A. F. GVTTA. TI. PETRONIVS. TI. F. POLLIO. L. FABIVS. L. F. BASSVS
SEX. APONIVS. SEX. F. CRETICVS. C. CANIVS. C. F. SATVRNINVS. L. OTACILIVS. Q. F. PANTHERA

QVOD. ADSVNT. CVM. IN. COLONIA. NOSTRA. PROPTER. CONTENTIONES. CANDIDATO
RVM. MAGISTRATVS. NON. ESSENT. ET. EA. ACTA. ESSENT. QVAE. INFRA. SCRIPTA. SVNT
CVM. AD. IIII. NONAS. APRILES. ALLATVS. ESSET. NVNTIVS. CAIVM. CAESAREM. AVGVSTI. PATRIS. PATRI
AE. PONTIF. MAXSVMI. CVSTODIS. IMPERI. ROMANI. TOTIVSQVE. ORBIS. TERRARVM. PRAE
SIDIS. FILIVM. DIVI. NEPOTEM. POST. CONSVLATVM. QVEM. VLTRA. FINIS. EXTREMAS. POPV
LI. ROMANI. BELLVM. GERENS. FELICITER. PEREGERAT. BENE. GESTA. RE. PVBLICA. DEVICTEIS. AVT
IN. FIDEM. RECEPTIS. BELLICOSISSIMIS. AC. MAXSIMIS. GENTIBVS. IPSVM. VOLNERIBVS. PRO. RE
PVBLICA. EXCEPTIS. EX. EO. CASV. CRVDELIBVS. FATIS. EREPTVM. POPVLO. ROMANO. IAM. DESIGNA
TVM. IVSTISSVMVM. AC. SIMILLVMVM. PARENTIS. SVI. VIRTVTIBVS. PRINCIPEM. COLONIAEQVE

NOSTRAE. VNICVM. PRAESIDIVM. EAQVE. RES. NON. DVM. QVIETO. LVCTV. QVEM. EX. DECES
SV. L. CAESARIS. FRATRIS. EIVS. CONSVLIS. DESIGNATI. AVGVRIS. PRONI. NOSTRI. PRINCI
PIS. IVVENTVTIS. COLONIA. VNIVERSA. SVSCEPERAT. RENOVASSET. MVLTIPLICASSETQVE
MOERROREM. OMNIVM. SINGVLORVM. VNIVERSORVMQVE. OB. EAS. RES. VNIVERSI. DECV
RIONES. COLONIQVE. QVANDO. EO. CASV. IN. COLONIA. NEQVE. IIVIR. NEQVE. PRAEFECTI
ERANT. NEQVE. QVISQVAM. IVRE. DICVNDO. PRAERAT. INTER. SESE. CONSENSERVNT. PRO
MAGNITVDINE. TANTAE. AC. TAM. INPROVISAE. CALAMITATIS. OPORTERE. EX. EA. DIE
QVA. EIVS. DECESVS. NVNTIATVS. ESSET. VSQVI. AD. EAM. DIEM. QVA. OSSA. RELATA. ATQVE
CONDITA. IVSTAQVE. EIVS. MANIBVS. PERFECTA. ESSENT. CVNCTOS. VESTE. MVTATA. TEMPLIS
QVE. DEORVM. IMMORTALIVM. BALNEISQVE. PVBLICIS. ET. TABERNIS. OMNIBVS. CLAVSIS
CONVICTIBVS. SESE. APSTINERE. MATRONAS. QVAE. IN. COLONIA. NOSTRA. SVNT. SVBLVGERE
DIEMQVE. EVM. QVO. DIE. C. CAESAR. OBIT. QVI. DIES. EST. A. D. VIIII. K. MARTIAS. PRO. ALLIENSI
LVGVBREM. MEMORIAE. PRODI. NOTARIQVE. IN. PRAESENTIA. OMNIVM. IVSSV. AC
VOLVNTATE. CAVERIQVE. NEQVOD. SACRIFICIVM. PVBLICVM. NEVE. QVAE. SVPPLI
CATIONES. NIVE. SPONSALIA. NIVE. CONVIVIA. PVBLICA. POSTEA. IN. EVM. DIEM
EOVE. DIE. QVI. DIES. ERIT. A. D. VIIII. K. MART. FIANT. CONCIPIANTVR. INDICAN
TVRVE. NIVE. QVI. LVDI. SCAENICI. CIRCIENSESVE. EO. DIE. FIANT. SPECTENTVRVE
VTIQVE. EO. DIE. QVOD. ANNIS. PVBLICE. MANIBVS. EIVS. PER. MAGISTRATVS. EOSVE
QVI. PISIS. IVRE. DICVNDO. PRAERVNT. EODEM. LOCO. EODEMQVE. MODO. QVO
L. CAESARI. PARENTARI. INSTITVTVM. EST. PARENTETVR
VTIQVE. ARCVS. CELEBERRIMO. COLONIAE. NOSTRAE. LOCO. CONSTITVATVR. ORNA
TVS. SPOLEIS. DEVICTARVM. AVT. IN. FIDEM. RECEPTARVM. AB. EO. GENTIVM. SVPER
EVM. STATVA. PEDESTRIS. IPSIVS. TRIVMPHALI. ORNATV. CIRCAQVE. EAM. DVAE

EQVESTRES. INAVRATAE. GAI. ET. LVCI. CAESARVM. STATVAE. PONANTVR
VTIQVE. CVM. PRIMVM. PER. LEGEM. COLONIAE. DVO. VIROS. CREARE. ET. HABERE. PO
TVERIMVS. II. DVO. VIRI. QVI. PRIMI. CREATI. ERVNT. HOC. QVOD. DECVRIONIBVS
ET. VNIVERSIS. COLONIS, PLACVIT. AD. DECVRIONES. REFERANT. EORVM. PV
BLICA. AVCTORITATE. ADHIBITA. LEGITVME. ID. CAVEATVR. AVCTORIBVSQVE
IIS. IN. TABVLAS. PVBLICAS. REFERATVR. INTEREA. T. STATVLENVS. IVNCVS
FLAMEN. AVGVSTALIS. PONTIF. MINOR. PVBLICORVM. P. R. SACRORVM. ROGARE
TVR. VT. CVM. LEGATIS. EXCVSATA. PRAESENTI. COLONIAE. NECESSITATE. HOC
OFFICIVM. PVBLICVM. ET. VOLVNTATEM. VNIVERSORVM. LIBELLO. REDDITO
IMP. CAESARI. AVGVSTO. PATRI. PATRIAE. PONTIF. MAXSIMO. TRIBVNICIAE
POTEST. XXVI. INDICET.

IDQVE. T. STATVLENVS. IVNCVS. PRINCEPS. COLONIAE. NOSTRAE. FLAMEN. AVGVST
PONTIF. MINOR. PVBLICORVM. P. R. SACRORVM. LIBELLO. ITA. VTI. SVPRA. SCRIPTVM
EST. IMPERATORI. CAESARI. AVGVSTO. PONTIFICI. MAXIMO. TRIBVN. POTEST. XXVI. PATRI
PATRIAE. REDDITO. FECERIT. PLACERE. CONSCRIPTIS. QVAE. A. D. IIII. NONAS. APRILES
QVAE. SEX. AELIO. CATO. C. SENTIO. SATVRNINO. COS. FVERVNT. FACTA. ACTA. CON
STITVTA. SVNT. PER. CONSENSVM. OMNIVM. ORDINVM. EA. OMNIA. ITA. FIERI. AGI. HA
BERI. OBSERVARIQVE. AB. L. TITIO. A. F. ET. T. ALLIO. T. F. RVFO. IIVIRIS. ET. AB. EIS. QVICVM
QVE. POSTEA. IN. COLONIA. NOSTRA. IIVIR. PRAEFECTI. SIVE. QVI. ALI. MAGISTRATVS
ERVNT. OMNIA. IN. PERPETVOM. ITA. FIERI. AGI. HABERI. OBSERVARIQVE. VTIQVE. L. TITIVS
A. F. T. ALLIVS. T. F. RVFVS. IIVIRI. EA. OMNIA. QVAE. SVPRASCRIPTA. SVNT. EX. DECRETO
NOSTRO. CORAM. PRO. QVAESTORIBVS. PRIMO. QVOQVE. TEMPORE. PER. SCRIBAM. PV
BLICVM. IN. TABVLAS. PVBLICAS. REFERENDA. CVRENT

CENSUERE

C E N O T A P H I U M

LUCII CÆSARIS AUGUSTI F.

XIII. K. OCTOBR. PISIS. IN. FORO. IN. AVGVSTEO. SCRIB. ADFVER.
Q. PETILIVS. Q. F. P. RASINIVS. L. F. BASSVS. M. PVPPIVS. M. F.
Q. SERTORIVS. Q. F. PICA. CN. OCTAVIVS. CN. F. RVFVS. A. ALBIVS
A. F. GVTTA

QVOD. C. CANIVS. C. F. SATVRNINVS. IIVIR. V. F. DE. AVGENDIS. HONORIBVS
L. CAESARIS. AVGVSTI. CAESARIS. PATRIS. PATRIAE. PONTIFICIS. MAXSVMI
TRIBVNICIAE. POTESTATIS. XXV. FLII. AVGVRIS. CONSVLIS. DESIGNATI. PRINCIPIS
IVVENTVTIS. PATRONI. COLONIAE. NOSTRAE. Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C.
CVM. SENATVS. POPVLI. ROMANI. INTER. CETEROS. PLVRIMOS. AC. MAXSIMOS
HONORES. L. CAESARIS. AVGVSTI. CAESARIS. PATRIS. PATRIAE. PONTIFICIS. MAXIMI. TRIBV
NICIAE. POTESTATIS. XXV. FILIO. AVGVRI. CONSVLI. DESIGNATO. PER
CONSESVM. OMNIVM. ORDINVM

**Hæc lacuna, in qua nonnullæ lineæ
periere, hodie cæmento et calce expleta est.**

TETVR. DATA. CVRA. C. CANIO. SATVRNINO. IIVIRO. ET. DECEM. PRIMIS. ELIGENDI
ASPICIENDIQVE. VTER. EORVM. LOCVS. MAGIS. IDONEVS. VIDEATVR. EMENDVS
PVBLICA. PECVNIA. A. PRIVATIS. EIVS. LOCI. QVEM. MAGIS. PROBAVERINT. VTIQVE
APVD. EAM. ARAM. QVOD. ANNIS. A. D. XII. K. SEPT. PVBLICE. MANIBVS. EIVS. PER. MAGIS
TRATVS. EOSVE. QVI. IBI. IVRI. DICENDI. PRAEERVNT. TOGIS. PVLLIS. AMICTOS
QVIBVS. EORVM. IVS. FASQVE. ERIT. EO. DIE EIVS. VESTIS HABENDAE. INFERIAE. MIT
TVNTVR. BOSQVE. ET. OVIS. ATRI. INFVLIS. CAERVLIS. INFVLATI. DIIS. MANIBVS. EIVS
MACTENTVR. EAEQVE. HOSTIAE. EO LOCO. ADOLEANTVR. SVPER. QVE. EAS.
SINGVLAE. VRNAE. LACTIS. MELLIS. OLEI. FVNDANTVR. AC. TVM. DEMVM. FACTAM
CETERIS. POTESTATEM. SI. QVI. PRIVATIM. VELINT. MANIBVS. EIVS. INFERIAS. MITTERE
NIVE. QVIS. AMPLIVS. VNO. CEREO. VNAVE. FACE. CORONAVE. MITTAT. DVM. II. QVI. IM
MOLAVERINT. CINCTI. CABINO. RITV. STRVEM. LIGNORVM. SVCCENDANT. ADQVE.
EXINDE. HABEANT.
VTI. LOCVS. ANTE. EAM. ARAM. QVO. EA. STRVES. CONGERANTVR. COMPONANTVR. PATEAT
QVOQVE. VERSVS. PEDES. XL. STIPITIBVSQVE. ROBVSTIS. SAEPIATVR. LIGNORVMQVE
ACERVOS. EIVS. REI. GRATIA. QVOD. ANNIS. IBI. CONSTITVATVR. CIPPOQVE. GRANDI
SECVNDVM. ARAM. DEFIXSO. HOC. DECRETVM. CVM. SVPERIORIBVS. DECRETIS. AD. EIVS
HONORES. PERTINENTIBVS. INCIDATVR. INSCVLPATVRVE. NAM. QVOD. AD. CETERA
SOLEMNIA. QVAE. EODEM. ILLO. DIE. VITARE. CAVERIQVE. PLACVISSENT. PLACERENT
QVE. ID. SEQVENDVM. QVOD. DE. IIS. SENATVS. P. R. CENSVISSET. VTIQVE. PRIMO
QVOQVE. TEMPORE. LEGATI. EX. NOSTRO. ORDINE. IMPER. CAESAREM. AVGVSTVM
PATREM. PATRIAE. PONTIFICEM. MAXIMVM. TRIBVNICIAE. POTESTATIS. XXV.
ADEANT. PETANTQVE. AB. EO. VTI. COLONIS. IVLIENSIBVS. COLONIAE. OBSEQVENTI
IVLIAE. PISANAE. EX. HOC. DECRETO. EA. OMIA. FACERE. EXSEQVIQVE. PERMITTAT

MONUMENTUM ANCYRANUM

EX RECOGNITIONE

EDM. CHISHULLI.

[Ex Editione Wolfiana, Lips. 1802. 8vo.]

RERVM. GESTARVM. DIVI. AVGVSTI. QVIBVS. ORBEM. TERRARVM. IMPERIO. POPVLI. ROM. SVBIECIT. ET. IMPENSARVM. QVAS. IN. REMPVBLICAM. POPVLVMQVE. ROMANVM. FECIT. INCISARVM. IN. DVABVS. AHENEIS. PILIS. QVAE. SVNT ROMAE. POSITAE. EXEMPLAR. SVBIECTVM.

Tabula prima intrantibus a læva.

ANNOS . VNDEVIGINTI . NATVS . EXERCITVM . PRIVATO . CONSILIO . ET . PRIVATA . IMPENSA
COMPARAVI . PER . QVEM . REMPVBLICAM . obsTINATIONE . FACTIONIS . OPPRESSAM
IN . LIBERTATEM . VINDICAVI . SenaTVS . DECRETIS . HONORIFICIS . ornatus . IN . eum
ORDINEM . SVM . adlectus a CONSVLIBVS . inter consulares ut sententiam dice
REM . LOCVMque . et IMPERIVM . MIHI . DEDIT . RESPVBLICA . Vti . PRAETORI . SIMVL . CVM
CONSVLIBVS . IRtio et Pansa. Huic AVTEM . EODEM . ANNO . ME . suffectum

CONSVLEM . *cum* *edi*DISSET . ET . TRIVMVIRVM . REIPVBLICAE . CONSTITVE*ndae*
QVI . PARENTEM . *co*NIV*rati occidissent* IN . EXILIVM . EXPVLI . IVDICIIS . LEGI
TIMIS . VLTVS . POSTEA . BELLVM . INFERENTIS . REIPVBLICAE . . . .
. . . .
ARMA . TERRA . MARIQVE . . . . . . *sig*NAQVE . TOTO . ORBE . TERRARVM . *circumtuli*
VICTORQVE . OMNIBVS . *supplicib*VS . CIVIBVS . PEPERCI . *et in* EXIL*io sponte sua de-*
GENTES . QVIBVS . TVTO . *liceret* . SERVARI . QVAM . EXCIDERE . M*alui* . . . .
MILLIA . CIVIVM . ROMA*norum adacta* SACRAMENTO . MEO . FVERVNT . CIRCITER . *quingen-*
TA . EX . QVIBVS . DEDV*xi in colonia*S . AVT . REMISI . IN . MVNICIPIA . SVA . STIPEN*diis solu-*
TIS . MILLIA . ALIQVANTO . *plus qu*AM . TRECENTA . ET . IIS . OMNIBVS . AGROS . A*dsignavi*
AVT . PECVNIAM . PROP*riam ex.* ME . DEID⁊ *Longas* NAVES . CEPI . SESCEN*tas* . *praeter ali-*
AS . SIQVAE . MINORI*s quam tri*rEMES FVERVNT⁊
BIS . OVANS . TRIVMPHA*vi tris egi cu*RVLIS . TRIVMPHOS . ET . APPELLA*tus sum viciens et*
*se*MEL . IMPERATO*r* . *cumque plu*RIS . TRIVMPHOS . MIHI . SE*natus decrevisset, iis tamen*
*agendis su*PERSEDI . *et tantummodo laur*VS . DEPOSVI . IN . CAPITOLIO . *Delmatis et Illur-*
*iis q*VOQVE . BELLO . NVNC . *perdomi*TIS . OB . RES . *Aut ductu meo aut per lega-*
TOS . AVSPICIIS . MEIS . TERRA . MARIQVE . PROSPERE . GESTAS . QV*aesitamque bello re-*
QVIEM : DECREVIT . SENATVS . SVPPLICANDVM . ESSE . DIS . IMMO*rtalibus* . . . .
. . . QVO . *ex* SENATVS . CONSVLTO . SVPPLICATVM . EST . IN . DEO*rum* . . .
. . . . . . VO . . . . VM . REC . . . AVT . R . . . .
. . . AM . TER . DECIENS . . . .
. . . . . AE . POTES . . . .
. . . ME . IA . . . .
. . . . Cetera huic Tabulæ inscripta cuncta penitus evannerunt.

Tabula secunda a lævа.

PATRITIORVM . NVMERVM . AVXI . CONSVL . QVINTVM . IVSSV . POPVLI . ET . SENATVS . SENA
TVM . TER . LEGI . ET . IN . CONSVLATV . SEXTO . CENSVM . POPVLI . CONLEGA . M . AGRIPPA . EGI
LVSTRVM . POST . ANNVM . ALTERVM . ET . QVADRAGENSIMVM . FECI . QVO . LVSTRO . CIVI
VM . ROMANORVM . CENSA . SVNT . CAPITA . QVADRAGIENS . CENTVM . MILLIA . ET
SEXAGINTA . TRIA . MILLIA . *Alteru*M . CONSVLARI . CVM . IMPERIO . LVSTRVM
censumque SOLVS . FECI . CENSORIN*o et* ASINIO . COS . QVO . LVSTRO . CENSA . SVNT
CIVIVM . ROMANORVM . *capita* QVADRAGIENS . CENTVM . MILLIA . ET . DVCEN
TA . TRIGINTA . TRIA . *Millia* . *Tertiu*M . CONSVLARI . CVM . IMPERIO : LVSTRVM
CONLEGA . TIB . CA*esare feci* SEX . POMPEIO . ET . SEX . APPVLEIO . COS .
QVO : LVSTRO . ET*iam censa sunt* R*o*MANORVM . CAPITVM . QVADRAGIENS .
CENTVM . MI*llia tr*IGINTA . ET . SEPTEM . MILLIA
LEGIBVS . NOVI*s latis e*XEMPLA . MAIORVM . EXOLESCENTIA . *revocavi, et fugientia*
IAM . EX . NOS*tro conspectu* AVITARVM . RERVM . EXEMPLA . IMITANDA . *proposui?*
. . . . . . ATVS . ET . SACERDOTES . . . .
. . . . . . V . TIS . . . . EFEC . . . .
. . . . . . QVATTVOR . AMPLISSIMA . COLLE*gia* .
. . . . . . MPEIAM . ET. MVNICIPI . . . M. VNI
. . . . . . APVD . OMNIA . PVLVINARIA . PRO . VALE*tudine*
. . . . . . VSVM . EST . IN . SALIARE . CARMEN . ET . SACROSAN
. . . . . . VO . . . EREA . . . TRIBVNITIA . POTESTAS . MIHI
. . . . . . MVS . . . ITER . M . IN . . . .

Vs. 13. 14. Fortasse . . . . . . AVITARVM . RERVM . EXEMPLA . IMITANDA . *ad exercituum et provinciarum rectores et magistr*ATVS . ET . SACERDOTES . *misi* . . .

populo SACERDOTIVM . DEFERENTE . MIHI . QVOD . PATER . MEVS . *procuravit*
suscepi id SACERDOTIVM . ALIQVOD . POST . ANNOS . EO . MOR*tuo qui post patrem*
*meum illud proc*VRAVERAT . CVNCTA . EX . ITALIA . . . .
. . . . . *valet*VDINE . QVANTA . ROMAE . NVN*quam* . . . .
. . . . *P. Sulp*ICIO . C. VALGIO . CONSVLIBVS . . . .
. . . . *ae*DIS . HONORIS . ET . VIRTVTIS . AD . *mem*ORIAM
. . . . *se*NATVS . CONSACRAVIT . IN . QVA . PON . . . .
. . . . *a*NNIVERSARIVM . SACRIFICIVM . FACERE . . . .
. . . . R . . . T . . . IN . VRBEM . EX . . . .
. . . . . AVIT . . . .
. . . . . PARS . . . .
. . . . . . ET . PRIN . . . . A . MIHI
. . . . ONOS . . . . . RAE . . . .
. *res in Hispa*NIA . GAL*liaque pr*OVINCIIS . PROS*pere* . . . .
. . . . NEP . QV . . . . . ARAM . . . .
. . . . *pro* REDITV . MEO . CO*nsacrari ut* AD . EAM . . . .
. . . . . MAGISTRATVS . ET . SAC . . . .
. . . . IVM . . C . . P . . . .
. . . . . CVSSVM . ESS . . . .
. . . . . *peR* . TOTVM . *Imperium* . POPVLI . ROMANI . *parta est terra*
*marique p*AX . CVM*que a condita urbe* . *Ianum* . *QuiRinum* BIS . OMNINO . CLAVSVM
*fuis*SE . PRODATVR . EVM . *Senatus* . PER . ME . PRINCIPEM . *ter c*LAVDENDVM . ESSE . *iussit?*

Vs. 42. 43. Fort. . . CVM . *post Romam conditam Ianum Quirinum* BIS . OMNINO . CLAVSVM . *ante me fuis*SE . PRODATVR . *memori*AE . TER . ME . PRINCIPE . *c*LAVDENDVM . ESSE . *decrevit Senatus.*

*Inter fil*IO*s* MEOS . QVOS . SIN*istra sors* MIHI . ERIPVIT . EORVM . CAIVM . ET . LVCIVM . CAESAR
ES . . . .

Tabula tertia a læva.

HONORIS . MEI . CAVSA . SENATVS . POPVLVSQVE . ROMANVS . ANNVM . QVINTVM . ET . DECI
MVM . AGENTIS . CONSVLES . DESIGNAVIT . VT . EVM . MAGISTRATVM . INIRENT . POST . QVIN
QVENNIVM . ET . EX . EO . DIE . QVO . DEDVCTI . SVNT . IN . FORVM . VT . INTERESSENT . CONSILIS
PVBLICIS . DECREVIT . SENATVS . EQVITES . AVTEM . ROMANI . VNIVERSI . PRINCIPEM
IVVENTVTIS . VTR*um*QV*e eo*RVM . PAR*mis e*T . HASTIS . ARGENTEIS . DONATVM . AP
PELLAVERVNT7

PLEBEI . ROMANAE . VIRITIM . *S*S . TRECENOS . NVMERAVI . EX . TESTAMENTO . PATRIS
MEI . ET . NOMINE . MEO . QVADRINGENOS . EX . BELLORVM . MANIBIIS . CONSVL
QVINTVM . DEDI . ITERVM . AVTEM . IN . CONSVLATV . DECIMO . EX . PATRIMONIO
MEO . IIS . QVADRINGENOS . CONGIARI . VIRITIM . PERNVMERAVI : ET . CONSVL
VNDECIMVM . DVODECIM . FRVMENTATIONES . FRVMENTO . PRIVATIM . COEMPTO
EMENSVS . SVM . ET . TRIBVNITIA . POTESTATE . DVODECIMVM . QVADRINGENOS
NVMMOS . TERTIVM . VIRITIM . DEDI . QVAE . MEA . CONGIARIA . PERVENERVNT
*ad sestert*IVM . MILLIA . NVNQVAM . MINVS . QVINQVAGINTA . ET . DVCENTA7
TRIBVNITIAE . POTESTATIS . DVODEVICINSIMVM . CONSVL . XII . TRECENTIS . ET . VIGINTI
MILLIBVS . PLEBEI . VRBANAE . SEXAGENOS . DENARIOS . VIRITIM . DEDI
ET . CVOIVIS . MILITVM . MEORVM . CONSVL . QVINTVM . EX . MANIBIIS . VIRITIM
MILLIA . NVMMVM . SINGVLA . DEDI . ACCEPERVNT . ID . TRIVMPHALE . CONGIARIVM
IN . CO*loniis* . HOMINVM . CIRCITER . CENTVM . ET . VIGINTI . MILLIA7 CONSVL . TER
TIVM . DECIMVM . SEXAGENOS . DENARIOS . PLEBEI . QVAE . TVM . FRVMENTVM . PVBLICVM

ACCEPERVNT . DEDI . EA . MILLIA . HOMINVM . PAVLO . PLVRA . QVAM . DVCENTA . FVERVNT
PECVNIAM . *pro* AGRIS . QVOS . IN . CONSVLATV . MEO . QVARTO . ET . POSTEA . CONSVLIBVS
M. Crasso et CN . LENTVLO . AVGVRE ⁻.⁻ ADSIGNAVI . MILITIBVS . SOLVI . MVNICIPIS7 EA
SESTERTIVM . CIRCITER . SEXSIENS . MILLIENS . FVIT . QVAM . *ex* COLLATIONIBVS . *pro*
PRAED*iis* NVMERAVI . ET . CIRCITER . BIS . MILLIENS . ET . SESCENTIENS . QVOD . PRO . AGRIS
PROVINCIALIBVS . SOLVI7 ID . PRIMVS . ET . SOLVS . OMNIVM . QVI . DEDVXERVNT
COLONIAS . MILITVM . IN . ITALIA . AVT . IN . PROVINCIIS . AD . MEMORIAM . AETATIS
MEAE . FECI . ET . POSTEA . *Ti.* NERONI . ET . CN . PISONI . CONSVLIBVS . ITEMQVE . C. ANTISTIO
ET . D . LAELIO . COS . ET . C . CALVISIO . ET . L . PASIENO . CONSVLIBVS . ET . *Lentulo et* MESSALINO
CONSVLIBVS . ET . L . CANINIO . ET . Q . FABRICIO . CONSVLIBVS : *veteranis qu*OS . EME
RITEIS . STIPENDIS . IN . SVA . MVNCIP*ia reduxi* PRAEM*ia aere num*ERATO
PERSOLVI . QVAM . IN . REM . SEST*ertium* MILL . . . .
IMPENDI7
QVATER . PECVNIA . MEA . IVVI . AERARIVM . ITA . VT . SESTERTIVM . MILLIENS . ET
QVINQVIENS . AD . EOS . QVI . PRAEERANT . AERARIO . DETVLERIM . ET . M . *Aemilio*
ET . L . ARVNTIO . COS . IN . AERARIVM . MILITARE . QVOD . EX . CONSILIO . . . . .
CO*nstitu*TVM . EST . EX . *quo* PRAEMIA . DARENTVR . MILITIBVS . QVI . VI*ginti*
stipendia EMERVISSENT . HS . MILLIENS . ET . SEPTINGENTI*ens Tib. Caesaris*
*nomine et m*EO . DETVLI . . . .
. . . . *qu*O . CN . ET . P . LENTVLVS . *cons*VLES . FVERVNT . CVM . D . . CERENT . . . .
. . . . . . CENTVM . MILLIBVS . HOMINVM . . . . IBVS . . . . O . FRV . . . . .

Tabula prima a dextra.

CVRIAM . ET . CONTINENS . EI . CHALCIDICVM . TEMPLVMQVE . APOLLINIS . IN
PALATIO . CVM . PORTICIBVS . AEDEM . DIVI . IVLI . LVPERCAL . PORTICVM . AD . CIR
CVM . FLAMINIVM . QVAM . SVM . APPELLARI . PASSVS . EX . NOMINE . EIVS . QVI . PRI
OREM . EODEM . IN . SOLO . FECERAT . OCTAVIAM . PVLVINAR . AD . CIRCVM . MAXIMVM
AEDES . IN . CAPITOLIO . IOVIS . FERETRI . ET . IOVIS . TONANTIS . AEDEM . QVIRINI
AEDES . MINERVAE . ET . IVNONIS . REGINAE . ET . IOVIS . LIBERTATIS . IN . AVENTINO
AEDEM . LARVM . IN . SVMMA . SACRA . VIA . AEDEM . DEVM . PENATIVM . IN . VELIA
AEDEM . IVVENTATIS . AEDEM . MATRIS . MAGNAE . IN . PALATIO . FECI7
CAPITOLIVM . ET . POMPEIVM . THEATRVM . VTRVMQVE . OPVS . IMPENSA . GRANDI . REFECI
SINE . VLLA . INSCRIPTIONE . NOMINIS . MEI7 RIVOS . AQVARVM . COMPLVRIBVS . LOCIS
VETVSTATE . LABENTES . REFECI . ET . AQVAM . QVAE . MARCIA . APPELLATVR . DVPLICAVI
FONTE . NOVO . IN . RIVVM . EIVS . IMMISSO7 FORVM . IVLIVM . ET . BASILICAM
QVAE . FVIT . INTER . AEDEM . CASTORIS . ET . AEDEM . SATVRNI . COEPTA . PROFLIGATA
QVE . OPERA . A . PATRE . MEO . PERFECI . ET . EANDEM . BASILICAM . CONSVMPTAM . IN
CENDIO . AMPLIATO . EIVS . SOLO . SVB . TITVLO . NOMINIS . FILIORVM . *meorum* INCO
HAVI . ET . SI . VIVVS . NON . PERFECISSEM . PERFICI . AB . HEREDIBVS . *meis iussi*
DVO . ET . OCTOGINTA . TEMPLA . DEVM . IN . VRBE . CONSVL
. . . . REFECI . NVLLO . PRAETERMISSO . QVOD . *eo* TEMP*ore* . . . . . .
. . . . MV . . M . . . IRVMINEA . A . . . . BI . . . .
. . . . . . PRAETER . . . . IVME . LINV . . LVM . . . .
PRIVATO . SOLO . *dedicato* MARTIS . VLTORIS . TEMPLVM . FORVMQVE . AVGVSTVM . ET
THEATRVM . AD . AEDEM . APOLLINIS . IN . SOLO . MAGNA . EX . PARTE . *Ad . id* . . . .
EMPTO . FECI . QVOD . SVB . NOMINE . M . MARCELLI . GENERI . NITESCIT7 DONA *ex*

MANIBIIS . IN . CAPITOLIO . ET . IN . AEDE . DIVI . IVLI . ET . IN . AEDE . APOLLINIS . ET . IN . AE
DE . VESTAE . ET . IN . TEMPLO . MARTIS . VLTORIS . CONSACRAVI . QVAE . MIHI . CONSTI
TERVNT . HS . CIRCITER . MILLIENS7 AVRI . CORONARI . PONDO . TRIGINTA . ET . QVIN
QVE . MILLIA . MVNICIPIIS . ET . COLONIS . ITALIAE . CONFERENTIBVS . AD . TRIVMPHOS
MEOS . QVINTVM . CONSVL . REMISI . ET . POSTEA . QVOTIENSCVMQVE . IMPERATOR . AP
PELLATVS . SVM . AVRVM . CORONARIVM . NON . ACCEPI . DECERNENTIBVS . MVNICIPIIS
ET . CON*fere*N*tibus quae tunc* ADQVE . ANTEA . DECREVERANT7 . . . .
*mu*NVS . GLADIATORIVM . DEDI . MEO . NOMINE . ET . QVINQVIENS . FILIORVM . MEO
RVM . AVT . NEPOTVM . NOMINE . QVIBVS . MVNERIBVS . PVGNAVERVNT . H*ominum*
circiter DECEM . MILLIA . . . . BIS *dedi f*ERARVM . VNDIQVE . ACCIN*ctarum*
. . . . *spectae*VLA . PRO*prio meo* NOMINE . ET . TERTIVM . NEPO*tum* . . . .
. . *Ludos* FECI . MEO . NOMINE . QVATER . ALIORVM . AVTEM . M*agistratuum*
*absenti*VM . TER . ET . VIGIENS . . . . *in colle*GIO . XV . VIROR^VM . MAGI*ster ad-*
lecto in COLLEGIVM . M . AGRIPPA . . . PER . QV*indec*CI*m viro*S . C . FVRNIO . C . SILANDO . COS.
quiNtos feci LVDOS . *saeculares nulli vivorum visos ante i*D . TEMPVS . DEINDE . . .
. . . . *Venationes bestia-*
RVM . AFRICANARVM . MEO . NOMINE . ET . FILIORVM . MEORVM . ET . NEPOTVM . IN . CIR
CO . AVT . IN . FORO . AVT . IN . AMPHITHEATRIS . POPVLO . DEDI . SEXIENS . ET . VIGIENS . QVIBVS
CONFECTA . SVNT . BESTIARVM . CIRCITER . TRIA . MILLIA . ET . QVINGENTAE7

NAVALIS . PROELI . SPECTACVLVM . POPVLO . DEDI . TRANS . TIBERIM . IN . QVO . LOCO
NVNC . NEMVS . EST . CAESARVM . CAVA*to solo in longitudinem mille*
ET . OCTINGENTOS . PEDES . IN . LATITVDINE . *Mille erant et* DVCENTI . IN . QVO . TRI
GINTA . ROSTRATAE . NAVES . TRIREMES . *et quadrirem*ES . PLVRIS . AVTEM

MINORES . INTER . SE . CONFLIXERVNT . *Atticis et Persicis* CLASSIBVS . PVGNAVE
RVNT . PRAETER . REMIGES . MILLIA *hominum trigin*TA . CIRCITER7
IN . TEMPLIS . OMNIVM . CIVITATIVM . *Primarum Europae* ET . ASIAE . VICTOR . ORNA
MENTA . REPOSVI . QVAE . SPOLIATIS . TEMP*lis is cum* QVO . BELLVM . GESSERAM
PRIVATIM . POSSEDERAT . *Meae* STATVAE . PEDESTRES . ET . EQVESTRES . ET . IN
QVADRIGEIS . ARGENTEAE . STETERVNT . IN . VRBE . XXC . CIRCITER . QVAS . IPSE
SVSTVLI . EXQVE . EA . PECVNIA . DONA . AVREA . IN . AEDE . APOLLINIS . MEO . NOMI
NE . ET . ILLORVM . QVI . MIHI . STATVARVM . HONOREM . HABVERVNT . POSVI .

Tabula secunda a dextra.

MARE . PACAVI . A . PRAEDONIBVS7 EO . BELLO . SERVORVM . QVI . FVGISSENT . A . DO
MINIS . SVIS . ET . ARMA . CONTRA . REMPVBLICAM . TVLERVNT . *trigi*NTA . FERE . MILLIA . CAPTA
DOMINIS . AD . SVPPLICIVM . SVMENDVM . TRADIDI7 IVRAVIT . IN . MEA . VERBA . TOTA
ITALIA . SPONTE . SVA . ET . *Me pr*O . VICT*is duCibus* DVCEM . DEPOPOSCIT7 IVRA
VERVNT . IN . EADEM . *Verba Gal*LIAE . *Hisp*ANIAE . *Afri*CA . SICILIA . SAR
DINIA . QVI . . . . . VE . . . . *Sena*TORES . PLVRES
QVAM . DCC . IN . . . . . CONSVLIBVS . FACTI . SVNT . AD . EVM . DIEM
QVO . SCRIPTA . SVNT . . . . CIRCITER . CLXX7
OMNIVM . PROVINCIARVM . . . . . . QVIBVS . FINITIMAE . FVERVNT
GENTES . QVAE . *Nondum subiectae erant Pop. Roman*O . FINES . AVXI . GALLIAS . ET . HISPA
NIAS . PROVINCIA*sque* . . . *quas allui*T . OCEANVS . A. GADIBVS . AD . OSTI
VM . ALBIS . FLVMINIS . . *ab usque regi*ONE . EA . QVAE . PROXIMA . EST . HA
DRIANO . MARI . *armis perlustravi* . NVLLI . GENTI . BELLO . PER . INIVRIAM

INLATO⌉ *Classis Romana* . . . . . AB . OSTIO . RHENI . AD. SOLIS . ORIENTIS . RE
GIONEM . VSQVE . AD . *orbis extrem*A . NAVIGAVIT . QVO . NEQVE . TERRA . NEQVE
MARI . QVISQVAM . ROMANORVM . ANTE . ID. TEMPVS . AD⌈IT⌉ CIMBRIQVE . ET . CHARIIDES
ET . SEMNONES . ET . EIVSDEM . TRACTVS . ALII . GERMANORVM . POPVLI . PER . LEGATOS . AMICI
TIAM . MEAM . ET . POPVLI . ROMANI . PETIERVNT⌉ MEO . IVSSV . ET . AVSPICIO . DVCTI . SVNT.
duo EXERCITVS . EODEM . FERE . TEMPORE . IN . AETHIOPIAM . ET . IN . *Arab*IAM . QVA . EA . *tem-*
pestate . . . .
. . . ESAE . SVNT . IN . SICILI . . SAT . TI . . IN . . ET . H . . . VS . . . . .
DV . . NI . . B . . . .
. . . NES . . ABAE. . . . .
. . . PIVM . . . MAM . AD . . . . *Arme*NIAM . *ma*IOREM . INTER
FECTO . REGE . EIVS . ARTAX*ia* . . M . POSSE . . . . MA . . . .
NOSTRORVM . EXEMPLO . REGI . . M . ID . . . . *in potesta-*
TEM . TIGRANIS . REGIS . PER . *Ti. Ne*RO*nem diademate eius capiti imposito transtuli Ar-*
*me*NIAM . GENTEM . POSTEA . *Inqu*I*etam* . GENTEM . ET . REBELLANTEM . *Domitam* PER . CA
IVM . FILIVM . MEVM . REGI . ARI*obarzani gubernandam et frenan-*
DAM . TRADIDI . ET . POST . *Eius Mort*EM . FILIO . EIVS . ARTAVASDI . QVO*dam iure Ariobarza-*
NE . QVI . ERAT . EX . REGIO . GENERE . ARMENIORVM . ORIVNDVS . IN . ID . REG*num deducto*⌉ PRO
VINCIAS . OMNIS . QVAE . TRANS . HADRIANVM . MARE . VERGVNT . *et Ponticas Asia-*
NASQVE . IAM . EX . PARTE . MAGNA . REGIBVS . EAS . POSSIDENTIBVS . *concessi*⌉ *Siciliam et*

Vs. 11—18. Fort. . . . . A . GADIBVS . AD . OSTI
VM . ALBIS . FLVMINIS . *et ad Istrum flumen a regi*ONE . EA . QVAE . PROXIMA . EST . HA-
DRIANO . MARI . *ad obsequium redegi* . . . .

SARDINIAM . OCCVPATAS . BELLO . SERVILI . RECIPERAVI7
COLONIAS . IN . AFRICA . SICILIA . *Mace*DONIA . VTRAQVE . HISPANIA . *in Gallia Comata et*
GALLIA . NARBONENSI . PR*aeter praesi*DIA . MILITVM . DEDVXI7 ITALIA . AVT*em coloni-*
AS . QVAE . VIVO . ME . CELEBERRIMAE . ET . FREQVENTISSIMAE . FVERVNT . *iixxx*
DEDVCTAS . HABET7
SIGNA . MILITARIA . COMPLVRA . *per nostros duc*ES . AMISSA . DEVICTIS *legionibus recepi*
EX . HISPANIA . ET . GEN*tibus Delm*ATEIS7 PARTHOS . TRIVM . EXERCITVVM . ROMANO
RVM . SPOLIA . ET . SIGNA *restituere* MIHI . SVPPLICESQVE . AMICITIAM . POPVLI . ROMANI
PETERE . COEGI . EA . AVTEM . SIGNA . IN . PENETRALI . QVOD . EST . IN . TEMPLO . MARTIS . VL
TORIS . REPOSVI7
PANNONIORVM . GENTES . QVAS . ANTE . ME . PRINCIPEM . POPVLI . ROMANI . EXERCITVS . NVN
QVAM . ADIT . DEVICTAS . PER . TI . CAESAREM . QVI . TVM . PRAEER*at exercitib*VS
IMPERIO . POPVLI . ROMANI . SVBIECI . PROTVLIQVE . FINES . *imperii ad Istri* FLVMINIS
ripam . . . QVOD . A . . V . . . . . VS . EXERCITVS . . EIS . . . SPRO . . . . . A .
TVSQVE . . . . POS . . . . VCIVS . . . .
GENTES . I . . . .
AD . ME . EX . IND*ia* . . . .
APVD . QV . . Q . M . NOSTRAM . . . .
PER . LEGA*tos* BASTARNARVM . . . N . . . ET . SAR*mata*RVM . . . .

Vs. 32 33. Fort. PROVINCIAS . OMNIS . QVAE . TRANS . HADRIANVM . MARE . VERGVNT . *et Ponticas Asia-*
NASQVE . IAM . EX . MAGNA . PARTE . REGIBVS . EAS . POSSIDENTIBVS . *et Siciliam et*

Vs. 39 40. Fort. SIGNA . MILITARIA . COMPLVRA . *per nostros duc*ES . AMISSA . DEVICTIS . *iis provinciis recepi*
EX . HISPANIA . ET . GENT*ibus Delm*ATEIS . . . .

TANAIMQVE . VLTRA . REC . . . RVMO . . . REX . ET . HIBER . . . .
AD . ME . SUPPLICES . CONFUGE*runt* REGES . PARTHORVM . TIRIDA*tes* . . . .

Tabula tertia a dextra.

REGIS . PHRATIS (*sic*) . . . . . MEDORVM . . ARTA . . . .
. . RES . , BRITANN . . . . . DAMNO . BELLA . . ET . TIM . . . ORVM
MAELO . MAR . OMANORVM . SVEBO . F . . . . *Rex* PARTHORVM
PHRATES (*sic*) ORODIS . FILIVS . FILIOS . SVOS . NEPO*tesque misit* IN . ITALIAM . NON
BELLO . SVPERATVS . SED . AMICITIAM . NOSTRAM . PER . *hac* SVORVM . PIGNORA
PETENS . PLVRIMAEQVE . ALIAE . GENTES . EXPE*rtae sunt Romanam* FIDEM . ME . PRIN
CIPE . QVIBVS . ANTEA . CVM . POPVLO . ROMANO . *nullum omnino fuit l*EGATIONVM
ET . AMICITIAE . COMMERCIVM7
A . ME . GENTES . PARTHORVM . ET . MEDORVM *petierunt per* PRINCIPES . EARVM . GENTI
VM . REGESQVE . PER . EOS . ACCEPERVNT . PA*rthi Vononem regis Phra*TIS . FILIVM
REGIS . ORODIS . NEPOTEM . MEDI . *Artabanum* . . REGIS . ARTAVASDIS . FI
LIVM . REGIS . ARIOBARZANIS . NEP*otem* . . . .
IN . CONSVLATV . SEXTO . ET . SEPTIMO . *postquam bella civili*A . EXTINXERAM
PER . CONSENSVM . VNIVERSORVM . *Romanorum civ*IVM . REMPVBLICAM
EX . MEA . POTESTATE . IN . SENATV*s et populi Romani a*RBITRIVM . TRANSTVLI
QVO . PRO . MERITO . MEO . SENA*tus me appelLavit Augus*TVM . ET . LAVREIS
POSTES . AEDIVM . MEARVM . *Vinxit* . . . IVI . CASV . . R . . . . . .
IANVAM . MEAM . ET . QVA . . ST . . R . IN . VLIA . POSI . . . . . .

Vs. 13. Fort. IN . CONSVLATV . SEXTO . ET . SEPTIMO . *postquam bellorum civilium odi*A . EXTINXERAM

. . VS . QVEM . . . SC . . R . . . . . M . ET . . . VIRTVTIS . CLE
. . . . EST . P . . VS . CLVPEI . . . .
. . . . POST . . D . . . .
. . . . ILO . AMPLIO . . . .
. . . . . CONI EO . . . .
*te*RTIVM . DE*ci*MVM . CONSVLATVS . . . . *Senatus et eque*STER . ORDO
POPVLVS*que* ROMANVS . VNIVERSVS . . . . *memo*RIAE . IDQVE
IN . VESTIBV*lo a*EDIVM . MEARVM *i*NSCRIBEN*dum* . . . . . *et* IN . FORO . AVG
. . *sub* QVADR*igas* QVAE . MIHI *ex* S . C . POS*itae sunt*. *Scrip*SI . HAEC . *cum*
*an*NVM . AGE*re*M . SEPTVAGENS*imum sextum*.

SVMMA . PECVNIAE . QVAM . DEDI*t* . . . .
. . SIS . MILITIBVS . NECESSARIVM . . . .
OPERA . FECIT . NOVA . AEDEM . MA*tris Magnae* . . . .
DIVI . IVLI . QVIRINI . MINERVA*e* . . . .
LARVM . DEVM . PENATIVM . IVV*entatis* . . . .
AD . CIRCVM . CVRIAM . CVM . *Chalcidico* . . . .
IVLIAM . *the*ATRVM . M . MARCELLI . . . . . . *Basilicam Cai et Luci*
CAESARVM . . . .
REFECIT . CAPITO*lium* . . . *u*SQVE . A . . . . . . *theatr*VM . POM
PEI . AQV*am* . MA*rciam* . LA . . . .
IMPENSIS . R . . . . GLADIATORVM
. . . . . . *ter*RAE . MOTV . INCENDIOQVE . CENSVM . . . .
. . . . . VSQVE . QVORVM . CENSVS . EXPLEVIT.

IS. CASAUBONI

IN ANCYRANUM MARMOR

ANIMADVERSIONES.

VIVO Augusto aras et templa fuisse in provinciis posita, testantur et historici et alia prisci ævi monumenta. Primus ipse hoc in honorem patris sui vel imperaverat, vel petentibus concesserat, ut est apud Dionem lib. LI. Quod postquam semel institutum est, pleræque provinciæ, exemplum secutæ, pro magno beneficio postularunt sibi jus dari aræ ponendæ, aut templi, in aliqua suarum urbium, ubi communi nomine populi totius provinciæ, honoris ejus causa, et sacra facerent et ludos ederent. Talis in Gallia Lugdunensis ara, ad quam sexaginta populos convenire solitos refert Strabo: talis in altera Galliæ parte ara Narbonensis, et in aliis provinciis aliæ, tum Augusto, tum Julio Cæsari positæ: tanto quidem studio et adulatione, ut earum urbium incolæ, quæ hujusmodi templa apud se haberent, non alio magis nomine superbirent, quam quod essent istorum *νεοφύτων* numinum æditui: quemadmodum olim in Senatu Romano Lætorium esse locutum refert Sueton. Aug. c. 5. Sic interpretor veteres illos nummos, in quibus extat vox ΝΕΩΚΟΡΩΝ, cujusmodi sunt cum alii, tum isti, ΚΑΙΣΑΡΕΙΑ ΣΕΒΑΣΤΑ ΝΕΩΚΟΡ. ΙΟΥΛΙΟΣ ΘΕΟC, et ΜΑΜΕΡΤΙΝΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Antiquarii, quorum diligentiæ et industriæ plurimum debemus, falso existimant, in hujusmodi nummis vocem *νεωκόρος* idem significare ac *νεόκτιστος*: quæ Græci sermonis imperitia pluribus arguenda non est. Sunt etiam nummi, in quibus adjecta particula *δὶς*, ut ΚΝΩΣΙΕΩΝ, ΔΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ, et ΜΕΣΣΑΝΙΩΝ ΔΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Ea vocula putem (si ullus in re perobscura conjecturæ locus) geminum templum notari, alterum D. Julio, alterum D. Augusto sacrum. Porro inter alias urbes, quæ mature templum Augusto exstruxerunt, urbs Ancyra fuit. Nam ibi divinos honores Augusto vivo fuisse exhibitos, testis ipse in edicto, quod refert Josephus Origg. XVI. 10. Verba edicti sunt: *Τό τε ψήφισμα τὸ δοθέν μοι ὑπ' αὐτῶν ὑπὲρ τῆς ἐμῆς εὐσεβείας, ἧς ἔχω πρὸς πάντας ἀνθρώπους, καὶ ὑπὲρ Καΐου Μαρκίου Κηνσωρίνου, καὶ τοῦτο τὸ διάταγμα κελεύω ἀνατεθῆναι ἐν ἐπισημοτάτῳ*

τόπῳ γεννηθέντι μοι (malim *ἀνατεθέντι μοι*) *ὑπὸ τοῦ κοινοῦ τῆς Ἀσίας ἐν Ἀγκύρῃ· ἐὰν δέ τις παραβῇ τι τῶν προειρημένων, δώσει δίκην οὐ μετρίαν. Ἐστηλογραφήθη ἐν τῷ Καίσαρος ναῷ.* Vulgo legitur in Josephi codd. *ἐν ἀργύρῃ*: nullo sensu. Quare etiam Rufinus, Josephi vetus interpres, ea verba omisit. Sed docuit nos in magno opere De emendat. temporum Jos. Scaliger, unicum literarum decus, legendum esse *Ἀγκύρῃ*. Qua conjectura meo judicio nihil certius. Etsi subit mirari, cur commune Asiæ ei potius civitati illum honorem habuerit, quam Epheso, quæ erat per illa tempora *πρόσχημα* et velut metropolis Asiæ. At Ancyra non Asiæ, sed Galatiæ tantum metropolis erat. Sed causa fortasse fuit, quod Augustus peculiari cura et amore hanc urbem prosequeretur. Reperio enim etiam conditorem Ancyræ Augustum fuisse: cujus rei auctorem habeo Jo. Tzetzem, qui id narrat Chiliade prima, capite de Mida. Olim non totius Galatiæ, sed partis tantum Tectosagum metropolis ea urbs fuit: verum postquam tota Galatia per Augustum in unam provinciam est redacta, totius Galatiæ caput esse cœpit; quod non ex Strabone discas, quem mirari satis non possum tam levem harum rerum fecisse mentionem, sed ex ista veteri inscriptione, quam Romæ extare testimonio doctorum Virorum discimus:

Α. ΦΑΒΙΟΝ
ΚΕΙΛΩΝΑ
ΤΟΝ. ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΝ
ΕΠΑΡΧΟΝ. ΡΩΜΗϹ
ΤΠΑΤΟΝ. ΤΟ. Β.
Η. ΜΗΤΡΟΠΟΛΙϹ
ΤΗϹ. ΓΑΛΑΤΙΑϹ
ΑΝΚΤΡΑ
ΤΟΝ. ΕΑΤΤΗϹ
ΠΡΟϹΤΑΤΗΝ.

Hinc est, quod legimus apud Suidam, 'Ancyranos' dictos esse, qui olim appellabantur *Ἑλληνογαλάται*. Auctor Itinerarii antiquissimi, a Petro Pithœo editi, hanc urbem nunquam Ancyram simpliciter, sed semper cum adjectione Ancyram Galatiam aut Galatiæ nominat. Similiter et Græci *Ἄγκυραν τῆς Γαλατίας*, ut apud Epiphanium lib. III. in Marcello Ancyrano: vel una voce *Ἀγκυρογαλατίαν*, ut apud Athanasium in epistola quadam patrum Sardicensium. Mortuo Augusto quin multa ambitiose decreta in ejus honorem fuerint et Ancyræ et in aliis plerisque oppidis provinciarum, nemo dubitabit, qui eorum temporum adulationes noverit. Tunc temporis videntur Ancyrani et petiisse et impetrasse a Senatu facultatem transferendi in templum Augusti, quod in ipsorum urbe erat, hunc rerum gestarum ejus indicem, quem manu Græcorum linguæ Latinæ prorsus imperitorum fuisse vel Romæ descriptum, vel postea sculptum, res clamat ipsa: adeo multa sunt perperam et contra omnem Latinitatem expressa. Multa in hoc nobilissimo vetustatis monumento nuper erudite animadversa sunt ab eruditissimo clarissimoque Viro, Justo Lipsio: conabimur et nos aliquam illi lucem ex historia afferre. *Cas.* Scaligeri correctionem apud Josephum in dubium vocat Chishull. Antt. Asiat. p. 166. legendum putans vel cum Sam. Petito *ἐν ἀργυρῷ*, *in argentea tabula*, vel sua de conjectura, *ἐν Περγάμῳ*.

Tit. *Impensarum quas in rempubl. populumque Romanum fecit*] Non parum gloriari solitus fuit hoc nomine Augustus, ut refert Dio non uno loco: et in testamento quoque suo fecerat idem harum impensarum mentionem. Breviter indicant illa apud Suetonium in compendio earum tabularum: 'Quod pæne omne cum duobus paternis patrimoniis ceterisque hæreditatibus in rempubl. absumsisset.'

Tab. I. vs. 1. *Annos undeviginti natus*] Velleius Paterculus lib. II. 'C. Cæsar, XIX. annum ingressus, mira ausus, ac summa consecutus, privato consilio, majorem Senatu pro republ. animum habuit.' Ubi vides adulationem hominis: ambitiose enim usus est voce 'ingressus.' Melius Augustus, 'natus:' nam anno, qui præcessit cædem Julii, nono Kal. Octobr. ingressus annum XIX. erat, ac jam totum ferme confecerat, quando contra Antonium pro optimatibus bellum primum suscepit. Atque hæc Octavii ætas in equestri statua fuerat notata, quam ei Senatus in rostris posuerat, teste eodem Velleio. Florus, qui Octavium, quando furori Antonii cœpit resistere, ait fuisse 'intra decem et octo annos tenerum,' ad calculum Octavii annos parum exegerat.

1. *Exercitum privato consilio et privata impensa comparavi*] Florus de Octavio: 'revocatis ad arma veteranis, privatus (quis crederet?) Consulem aggreditur.' Idem elogium ab historicis etiam Pompeio non multo natu grandiori tribuitur. Velleius: 'Cn. Pompeius XXIII. annos natus, abhinc annos CXIII. privatis ut opibus, ita consiliis magna ausus, magnificeque conata executus, ad vindicandam restituendamque dignitatem patriæ, firmum ex agro Piceno, qui totus paternis ejus clientelis refertus erat, contraxit exercitum.'

4. *Ordinem suum*] Nihil putem mutandum in his verbis, sed sententiam aperte mutilam ita explendam, *Senatus decretis honorificis ordinem suum mihi communicavit*, vel *in ordinem suum me adscivit*. Decreta quæ ait, nota sunt ex Cicerone et historicis. Dio inter alia istud fuisse ait, τὸ βουλεύειν Καίσαρα ἐν τοῖς τεταμιευκόσι: quo dicendæ sententiæ jus inter quæstorios Octavio tributum.

II. 1. *Patriciorum numerum auxi Consul quintum*] Postrema verba non carent difficultate, sive illa cum præcedentibus conjungas, sive cum sequentibus: sæpius enim Augustus et patriciorum numerum auxit, et Senatum legit. Vide Dionem in secundo ejus consulatu lib. XLIX. et lib. LII. sub finem, in actis anni DCCXXV. qui Coss. habuit Cæsarem V. et Sex. Apuleium. De eo anno loquitur hic Augustus: nam eodem et Senatum ordinavit, et patricias gentes supplevit.

1. *Jussu populi et Senatus*] Dio lib. XLIX. ψηφισαμένης τῆς βουλῆς, et lib. LII. τῆς βουλῆς οἱ δῆθεν ἐπιτρεψάσης. De populo altum silentium: Tacitus contra Ann. XI. 25. lege Sænia hoc negotium Augusto fuisse mandatum scribit. Vere igitur Augustus jussum se, ait, a populo et Senatu.

2. *In consulatu sexto censum populi collega M. Agrippa egi*] Huc refer notam Eusebii in Chronico ad numerum MDCCCCLXXXIX. 'Censu Romæ agitato inventa sunt civium Romanorum XLI. centena, et LXIV. millia.' Anno priore Consul quintum censuram sive regimen morum susceperat Augustus: sed census eo anno non est actus, cum maximam ejus partem Roma afuerit.

3. *Lustrum post annum alterum et quadragesimum feci*] Tot anni sunt a novissimis Censoribus Cn. Lentulo et L. Gellio, qui lustrum condiderunt anno DCLXXXIV. ad hoc lustrum Augusti anno DCCXXVI. factum.

3. *Feci, legi*] 'Facere lustrum' et 'condere lustrum' Latina sunt. *Lustrum legere* quid sit, nescio. Ita tamen mox iterum sculptum: meo judicio latet mendum.

5. *Quum nuper lustrum solus feci*] Si ita scripsit, 'nuper' posuit pro postea.

6. *Asinio Cos.*] Anno vigesimo post lustrum superius, U. C. DCCXLVI.

8. *In consulatu si*] Hæc verba nihil significant: prorsusque erratum lapidicidæ esse videntur.

8. *Cum nuperrime*] Anno uno et vigesimo post proximum lustrum, U. C. DCCLXVII. Ex hoc loco apparet, paucis diebus ante suum ex Urbe novissimum discessum, scriptum hoc ab Augusto breviarium. Suetonius lib. II. c. 97.

9. *Conlega Tiberio*] Suetonius lib. III. c. 21.

11. *Mil. . . . iginta et septem mil.*] Scr. *millia triginta et septem millia*. Postrema vox vacat: non enim solet addi a Latine loquentibus. Tamen ferri potest, et fortasse ita paulo ante expleri debent lacunæ post vocem *tria*, duobus locis. Ad hunc porro censum pertinent Eusebii verba in Chronico ad numerum MMXXVIII. 'Augustus cum Tiberio filio suo censum Romæ agitans invenit hominum nonagesies ter centena millia,' cujus loci immanissimum numerum ex hoc lapide corrigendum esse, recte observat Jos. Scaliger.

12. *Legi Pno . . . . . exempla majorum*] *Legi* ad superiora referri non potest. Scribo, *lectus Pontifex max.* Suetonius lib. II. de Augusto, Pontifice maximo: 'Nonnulla etiam ex antiquis cærimoniis abolita restituit, ut Salutis Augurium, Diale Flaminium, Sacrum Lupercale, Ludos sæculares et compitalitios.' De eodem studio Augusti imitandi exempla majorum vide c. 89. Horatius de eodem: 'Et veteres revocavit artes, Per quas Latinum nomen et Italæ Crevere vires, famaque et imperi Porrecta majestas ad ortum Solis ab Hesperio cubili.'

13. *Ex nos*] Scribo *ex nostra rep.*

13. *Multarum rerum exempla imitanda*] Sententia tale quid postulat, *multarum rerum imitanda proposui*, aut sic potius, *multa restitui, aliaque exempla imitanda proposui.* Videtur enim duplicem laudem sibi tribuere, quod fugientia majorum instituta revocaverit, quodque multa ipse egregia instituerit, quæ futura sint exempla posteris ad imitandum proposita.

III. 1. *Annum quintum et decimum*] Hoc fortasse verum de Lucio: nam Caium XIV. natum annos creatum fuisse Consulem, ex historia Dionis et veteri lapide, qui hoc diserte continet, notum est. Quod igitur in altero verum erat, utrique συλληπτικῶς Augustus tribuit.

2. *Agentis*] Scribe *agentes filios.*

2. *Consules designavit*] Suetonius c. 64. Sed vide historiam Dionis in anno DCCXLVIII. lib. LV.

3. *Interessent consiliis publicis*] Vide supra ad cap. 38.

4. *Principem . . . . hastis argenteis donatum appellaverunt*] Mirum, ita Augustum loqui, quasi alter tantum filiorum eo honore fuerit affectus: nam certum est, ambos principes juventutis esse appellatos. Etiam de hastis argenteis dissentit Dio, qui aureas vult fuisse lib. LV.

7. *Libri Romani viritim*] Pro *liberis Romanis viritim*. Sed illud *liberis* emblema est ascititium: nunquam enim Augustus ita locutus: verum, *civibus Romanis*, aut *tribubus Romanis*.

7. . . . *cenos numeravi ex testamento patris mei*] Lego, *Trecenos nummos* (vel *sestertios*) *num*. Suetonius in Julio Cæsare c. 83. 'Populo hortos circa Tiberim publice et viritim trecenos sestertios legavit.' Sed notamus ad hæc verba Suetonii Dionem, qui ipsum Octavium laudat, in numero dissentire, et pro trecenis ponere *centenos vicenos*. Quare ita potius hoc quoque loco rescribendum fortasse fuerit.

8. *Consul quintum*] Post triumphum Actiacum. Vide Dionem lib. LI.

9. *In consulatu decimo*] Reversus ex bello Cantabrico. Dio lib. LIII.

10. *Bis quadringenos congiarii viritim*] Dio, τῷ δήμῳ καθ' ἑκατὸν δραχμὰς δώσειν ὑπέσχετο, id est, *populo viritim quadringenos nummos daturum se promisit*. Quare *bis* hoc loco, si ita scripsit Augustus, valet, 'iterum,' πάλιν.

10. *Iterum ære merui et Consul und.*] Assentior Viris eruditis, qui corrigendum putant, *Iterum ære meo viritim Consul undecimum*.

11. *Duodecim frumentationes*] Videtur dicere, toto illo anno se privatis sumtibus aluisse turbam frumentantium: nam in anno duodecim frumentationes, id est, frumenti largitiones, fiebant. Vide c. 40. De his gratuitis frumentationibus intelligit Suetonius c. 41.

12. *Emensus sum*] Suetonius dicto capite, *viritim admensus est*.

12. *Tribunitia potestate duodecimum*] Is fuit annus U. C. DCCLI. quo rediit Augustus Romam ex itinere Gallico, triennio ante suscepto. Eodem anno ludi votivi pro reditu Augusti a Tiberio Nerone Cos. sunt editi, et Augustus in locum Lepidi demortui Pont. Max. creatus, ludos pontificales, ut videtur, edidit. Hæ fuere causæ liberalitatis hoc tempore collatæ. Vide Dionem l. LIV.

13. *Quali mea congiaria frumenti .... num*] Conclamatus per me locus: ad cujus lucem neque nos olim, neque alii post nos afferre quicquam potuimus, quod videatur vel mediocriter probandum. Omnino apparet, Ancyranos usos esse in monumento hoc in saxum incidendo opera lapidicidæ et negligentissimi et linguæ Latinæ ignarissimi: quod in urbe Asiæ ita accidisse, ubi nullá admodum Latinæ linguæ notitia erat, mirari nemo debet; cum etiam Romæ et in Italia ab id genus hominibus similia persæpe peccarentur. Hæc sunt, quæ Cicero appellat 'errata fabrilia,' ad Atticum lib. VI. epist. 1.

14. *Frumenti .... num*] Lego cum Lipsio *frumenti medimnum:* sed hæc verba importune huc intrusa sunt: nam oratio ita fuerat continuanda: *Qualia mea congiaria nunquam minus quinquaginta et duo*.

15. *Duodecimum Consul*] Hoc anno Caium filium Augustus die tirocinii in forum solenni cum pompa deduxit, quæ fortasse occasio fuit hujus liberalitatis. Nam ita solitum fieri, sequentium principum historiæ docent. Sueton. c. 26.

15. *Trecentis et viginti millibus plebis urbanæ*] Hæc fuit frumentantium

turba ante Julii Cæsaris recensum et ordinationem, qui ad centum quinquaginta millia eam redegit, ut narrat Suet. lib. I. c. 41. Augustus, ut mox sequitur, et Dio testatur, τὸ σιτοδοτούμενον πλῆθος εἰς εἴκοσι μυριάδας κατέκλεισε. Verum ad congiarium accipiendum quam ad frumentationem major, uti videtur, numerus admittebatur. Fortasse tamen etiam frumentum accipientium ante Augusti constitutionem hic numerus fuit, estque hoc illud πλῆθος ἀόριστον, quod vocat Dio lib. LV.

16. *Sexagenos sexagenos denarios viritim dedit*] Tolle alterum *sexagenos*, vel fac *sexagenos senos*, aut *septenos*. Sic Claudius congiarium dedit τοῖς σιτοδοτουμένοις denarios septuagenos quinos. Dio lib. LVIII.

17. *Et quivis militum meorum Consul quinctum*] Intelligit donativum, quod dedit post illos tres triumphos, quos egit anno U. C. DCCXXV. Vox *quivis* sine dubio corrupta ex numero militum, qui congiarium acceperant: qui cum expressus non sit ab historicis, jure tantum arbitrario constitui hujus loci lectio potest. Lego autem, *Et quinquag. mill. militum meorum.*

19. *In colonias hominum circiter centum et viginti millia*] Deest verbum. Scribo *millia misi*. Vide supra c. 46. Non solum autem numerum deductarum coloniarum annotabant: sed etiam civium, qui id beneficium acceperant. Sic in Julio Suetonius, *Octoginta civium millibus in colonias distributis.*

19. *Consul tertium decimum*] Eo anno Lucium filium in forum deduxit, ut biennio ante Caium, sicut modo diximus.

22. *In consulatu meo quarto*] Videtur referendum ad historiam, quam refert Suetonius c. 17. cum Augustus Brundusium venire coactus est, et desideria militum tumultuantium ordinare.

23. *Marco et Cneo Lentulo*] Male sculptum pro *M. Crasso et Cn.* Non enim ita scripserat Augustus, ut est expressum. Horum consulatus incidit in annum DCCXL. Vide Dionem lib. LIV. In cujus verbis obscuram harum impensarum Augusti mentionem reperio: Ὁ Αὔγουστος, inquit, πολλὰ μὲν ἀναλώσας ὡς ἑκάστοις, πολλὰ δὲ καὶ παρ' ἑτέρων λαβὼν ἀνεκομίσθη.

24. *Circiter sexgensim*] Scrib. *circiter sexagiens IM.* hoc est, sexagies et semel centum millibus. *Sexagiens* pro sexagies, ea consuetudine scribendi, qua *totiens*, *quotiens*. Quia tamen hic numerus videtur infra modum pecuniæ expensæ in emtionem agrorum, fortasse scribendum *sexcenties*, aut *septingenties I.*

24. *Itineris emit*] Nihil hic video, quod ad verborum restitutionem: sententiam quidem satis certo assequi mihi videor. Commemorat enim agros a se militibus suis emtos, partim de municipiis, partim de ipso pop. Rom. qui, ut videtur, agros publicos nondum divisos aliquos habuit. Hos Augustus veteranis et legionariis suis divisit, et pretium illorum Prætoribus, qui ærarium administrabant, numeravit. Hoc, ni fallor, Augustus voluit: sed videntur omissa quædam verba. *Emi* saltem legendum, non *emit*.

25. *Romanis .... eræ*] Aliorum descriptio habet *præ*, quod firmat emendationem Lipsii *Prætoribus*. Sed an ita locutus Augustus, *Romanis Prætoribus?* non videtur. Potius *Romæ* scripsisse eum putem.

26. *Qui deduxerunt colonias militum*] Ut Sylla, Julius Cæsar, et Triumviri. Coloniarum militarium meminit Velleius lib. priore.

34. *Quater .... avi ærarium*] Lego, *Quater levavi ærarium*, aut *sustentavi*.

Vult dicere, quod Dio in actis anni DCCXXVI. initio lib. LIII. *Ἐπειδὴ χρημάτων τῷ δημοσίῳ ἐδέησεν, ἐδανείσατό τινα, καὶ ἔδωκεν αὐτῷ.* 'Levare ærarium,' pro inopiam ærarii levare, breviter et eleganter dictum.

34. *Sestertium millia .... quingenta*] Scripserant fortasse *millies et quingenties.*

I. 1. *Curiam et continens et Chalcidicum*] Dio in quinto Augusti consulatu, lib. LI. *Ἐπεὶ δὲ ταῦτα διετέλεσε, τό, τε Ἀθήναιον, καὶ τὸ Χαλκιδικὸν ὠνομασμένον καθιέρωσε.* Hoc ædificium postea Domitianus refecit, ut est auctor Eusebius in Chronico, ad numerum MMCV. ubi de Chalcidico plura beatæ memoriæ Vir, Jos. Scaliger, *ὁ πάνσοφος.*

2. *Cum porticibus*] Ex isto loco scribimus apud Suetonium, c. 29. quod fugit nos monere, *Addit porticus, cum bibliotheca Latina Græcaque.* Sic cod. Memmianus, Viterb. et Groslotii, non, ut vulgo, *Addita porticus.*

2. *Porticum ad Circum Flaminium, quem sum app. p.*] Leve mendum falsi notam Augusto inurit. Lege *quam*, et de porticu Cn. Octavii accipe, quam refecisse ait, et sivisse appellari veteri nomine. Ea fuit regione Urbis nona ad Circum Flaminium, ut hic Augustus narrat, et confirmat P. Victoris descriptio. Scribo deinde *Octaviam*, non *Octaviani*. 'Pulvinar Octaviani' nusquam legi: nec puto sic accipiendum.

5. *Ædes in Capitolio Jovis Feretrii et Jovis Tonantis*] Hanc fecit primus: Suetonius, Dio. Illam vetustate dilapsam refecit. Livius lib. IV.

6. *Ædem Quirinis*] Barbare, pro *Quirini.* Dio in actis anni DCCXXXIX. *Τὸν τοῦ Κυρίνου ναὸν καθιέρωσεν ἐκ καινῆς οἰκοδομήσας.*

7. *Ædem Deum Penatium in Velia*] Hanc quoque refecit, non fecit. Dionysius Halicarn. lib. I. loquens de Penatibus: *Νεὼς ἐν Ῥώμῃ δείκνυται τῆς ἀγορᾶς οὐ πρόσω, κατὰ τὴν ἐπὶ Καρίνας φέρουσαν ἐπίτομον ὁδὸν ἱδρυμένος, ὑπεροχῇ σκοτεινὸς, οὐ μέγας. Λέγεται δὲ κατὰ τὴν ἐπιχώριον γλῶτταν Οὐέλιαι τὸ χωρίον.* Ita scribi debet hic locus: nam olim falsus sum, cum ex vulgata lectione corrupta *ὑπελαίας*, emendabam *Ὑποπαλαίαις.* Nihil quidem inepti continet ea conjectura, ut illa fatua quorundam et vesana hariolatio, quam refutabamus: vera tamen non est. Varro de Vita populi Rom. lib. I. 'Tullium Hostilium in Veliis, ubi nunc est ædes Deum Penatum.' Meminit etiam Festus, in voce *Mutium.*

9. *Sertorium et P.*] Lego *diribitorium.* Quod mirandum ædificium, ab Agrippa inchoatum, perfecit post illius obitum Augustus, et publicavit, sine ulla nominis sui inscriptione. Lege Dionem in anno DCCLVII. lib. LV. Hoc nisi est, putem intelligi aliquam ex astructis ædibus Pompeiano theatro, de quibus fecimus mentionem ad c. 31. Ea ædificia sæpe incensa, sæpe restituta. Velleius de Tiberio: 'Quam magnifico animi temperamento Cn. quoque Pompeii munera absumta igni restituit!'

11. *Duplicavi, fonte novo in rivum ejus immisso*] Julius Frontinus de Aquæductibus Urbis Romæ: 'Augustus, in supplementum Martiæ, quoties siccitates agerent, auxilio aliam aquam ejusdem bonitatis opere subterraneo perduxit usque ad Martiæ rivum, quæ ab inventore appellatur Augusta.'

23. *Quod suo nomine*] Quo refertur istud *quod?* Manifestissime deest in fine superioris versus aliquid. Lego totam sententiam hoc modo: *Theatrum quo-*

que sub nomine M. Marcelli generi ex manubiis. Suetonius: 'Quædam opera sub nomine alieno fecit, ut theatrum Marcelli.' Repete ex proximo, *feci.* Nam, ut alii describunt nobis hoc marmor, minimum intervallum relictum est vacuum ante vocem *manibus.* Quod eo libentius amplector, quia necessario post hanc dictionem apponenda alia est: aperte enim sequentia manca sunt et claudicant.

24. *In Capitolio*] Scrib. *dona in Capitolio.*

25. *Quæ mihi constiterunt circiter millenis auri coronarI pondo, triginta quinque millium*] Donaria Augusti partim ex auro conflata erant, partim margaritis gemmisque maximæ indicaturæ ornata. Utrumque hic ab eo fuerat expressum: et auri, inquam, pondus, quod in ἀναθήματα impendisset, et pecunia, qua constarent, tum manupretium, tum ornamenta alia. Auri ait fuisse circiter mille pondo: reliquam impensam triginta quinque millium: hæc vero summa depravatissime et ineptissime notata est. Taceo, quod Latinitas eam lectionem non patitur. Omnino scripserat Augustus, *XXXV. HS.* quod est, *tricies quinquies HS.* faber sculptor, vel is potius, qui Romæ descripsit, et in numerorum interpretatione peccavit insulse, et in nota HS. quam putavit millenarii numeri esse indicem. Stabilimus hanc nostram et emendationem et interpretationem auctoritate Suetoniani loci, qui isti plane geminus est, c. 30. 'Ædes sacras opulentissimis donis adornavit: utpote qui in cellam Capitolini Jovis sedecim millia pondo auri, gemmasque ac margaritas quingenties HS. una donatione contulerit.'

28. *Quotiescumque Imperatorem .... auri coronarium non accepi*] Lego, *quotiescumque Imperator sum appellatus, aurum coronarium non accepi.* Moris veteris fuit, ut quotiescumque duces exercituum re feliciter gesta Imperatores salutarentur a suis, provinciæ et sociæ civitates ac reges dono darent illis coronas aureas, vel auri tot pondo: quod appellatum est *aurum coronarium.* Sub Impp. retenta est hæc consuetudo: nam illi toties salutabantur Imperatores, quoties ipsorum auspiciis hostis insigni clade afficiebatur: vide quæ notamus ad lib. I. c. 76. et salutato aurum coronarium ex ritu offerebatur, non solum a provincialibus, sed etiam ab Italiæ coloniis et municipiis: a quibus se non accepisse gloriatur Augustus. Dio in quinto consulatu Augusti lib. LI. Παρὰ τῶν πόλεων τῶν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ τὸ χρυσίον τὸ τοῖς στεφάνοις προσῆκον οὐκ ἐδέξατο. Simile est, quod narrat Spartianus de Hadriano, *Aurum coronarium Italiæ remisit, in provinciis minuit.* Idem esse factum aliquando et a Juliano, testis Ammianus Marcellinus.

33. *Tempus defunctarum Africanarum*] Non solum corrupta sunt ista, sed etiam mutila et perturbata. Sententia tamen non obscura: narrat enim magnificentiam suam in venationibus exhibendis. Qua de re libro singulari plura, ubi hunc locum tractamus. Fortasse autem scripserat Octavius, *Spectacula amplius mille ducentarum Africanarum,* ut in unam summam contrahatur numerus Africanarum, ad populi voluptatem exhibitarum. Quem quidem numerum, vereor, ne justo minorem longe faciam, cum certum sit, unis aliquando ludis sexcentas Africanas Augustum exhibuisse: ut in commissione ludorum, quibus Marcelli theatrum dedicabat. Dio lib. LIV. Κἀν τῇ πανηγύρει τῇ διὰ τοῦτο γενομένῃ καὶ θηρία Λιβυκὰ ἑξακόσια ἀπεσφάγη.

49. *In templis*] Pridem quo ista pertinerent, indicavimus ad lib. XIII. Stra-

bonis. Notat diligentissimus ille scriptor de quibusdam signis furto Antonii sublatis, ab Augusto restitutis. Plinius quoque XXXIV. 8. 'Fecit Myro et Apollinem, quem a Triumviro Antonio sublatum restituit Ephesiis Divus Augustus, admonitus in quiete.' Exemplum hujus æquitatis a P. Scipione, quem Siculis ablata signa, et Romam illata, restituisse Plutarchus scribit in Apophthegmatis. Εὑρὼν, ait, *τὴν πόλιν ἀνδριάντων Ἑλληνικῶν καὶ ἀναθημάτων ἀπὸ Σικελίας μεστὴν οὖσαν, ἐκήρυξε τοὺς ἀπὸ τῶν πόλεων παρόντας ἐπιγινώσκειν καὶ κομίζεσθαι.*

51. *Statuæ*] Adi c. 52. de iis enim statuis intelligit Augustus, de quibus ibi Tranquillus.

II. 1. *Mare pacavi a prædonibus*] Vide ad illa c. 98. 'per illum se vivere: per illum navigare.'

54. *Regis Parthorum*] Pertinet ad missos obsides, et reddita signa a Parthis, quæ M. Crasso et M. Antonio ademerant. Nota historia: supra c. 21.

III. 9. *A me gentes P.. thorum et Medorum*] *Parthorum et Med.* Loquebatur de Parthis et Medis, qui regem ab ipso petierunt. Strabo, Tacitus, Suetonius, Dio, alii.

Ne huic editioni aliquid deesset eorum, quæ in Casauboni Suetonio reperirentur, etiam has in vetus Marmor animadversiones summi Viri repetere placuit. Verum scriptæ sunt eæ ad tam vitiosum apographum lapidis, ut interdum difficile sit indagare verba in nostro exemplari, quæ istis scripturæ portentis respondeant. Nostrum enim exemplar diligenter expressum est ex eo, quod a *Tourneforto*, clarissimo peregrinatore Orientis, a. 1701. acceptum, edidit et illustravit *Edmundus Chishull* inter *Antiquitates Asiaticas, Christianam æram antecedentes*, Lond. 1728. fol. cum plures post Casaubonum, inprimis *Jac. Gronovius*, in eo emendando supplendoque doctrinam et conjectandi artem varia fortuna experti essent. Dedimus autem operam, ut ex prolixo commentario Chishulli quam brevissime excerperemus omnia, quæ ad rem pertinerent et studiosis utilia essent cognitu. Illius enim diligentiæ nihil admodum adjici licet.

Tit. *Rerum gestarum ... subjectum*] Titulus manum fatetur descriptoris nescio cujus, sed haud dubie antiquam, ut et ultimi 13. versus. *Res gestæ Augusti* in Marmore inde ab a. U. 710. a. Chr. 44. deducuntur usque ad extremam vitam, ut numerus annorum compleatur fere 57. Ceterum ex PILIS in hac inscriptione Lipsius ad Tac. Ann. I. 11. non infeliciter conjecit apud Suet. Aug. c. 101. *in æneis pilis*, pro *tabulis*.

I. 1. *Annos XIX. natus*] Siquidem natus est Aug. a. U. 691. Ita eo anno, quo exercitum comparabat, a. 710. complevit mense Octobri annum ætatis 19. egebatque 20. Conf. Tac. Ann. XIII. 6. Liv. epit. 119.

2. *Senatus decretis*] Præcipue eo, quod in Ciceronis sententiam factum est, de quo hic ipse Or. Phil. III. ubi vide extrema. Conf. Dio Cass. XLVI. 29.

4. *Adlectus a Consulibus*] Vide auctt. laudatos ad Velleium II. 61. in edit. Krausii.

6. *Me suffectum Consulem*] Suffectum scil. Pansæ loco, a. 711. a. d. 14. Kal. Sept. (mense tum quidem Sextili.) Mox m. Novemb. cum Lepido et Antonio in primum quinquennium Triumvir factus, teste lapide Colot. ap. Grut. 289. 1.

8. *In exilium*] Vellei. II. 69. ibique not. p. 338.

9. *Bellum inferentis*] Interfectores Cæsaris. Vide Suet. Aug. c. 10. pr. et Intpp. ad Cœlii epist. in Cic. ad Famil. VIII. 8.

17. *Longas ... sescentas*] Ex omnibus præliis navalibus: ex uno Actiaco 300. ipso auctore ap. Plut. Anton. p. 947. E.

19. *Bis ovans*] Suet. c. 22.

19. *Viciens et semel*] Tac. Ann. I. 9.

21. *Delmatis et Illuriis*] In fastis Pighii hic primus triumphus inscriptus est de *Iapydibus*. Vide Appian. Illyr. c. 16. s. f.

25. *In Deorum*] Suppl. *templis* una cum nota numeri, quam tamen nemo divinare potest.

II. 1. *Patritiorum, &c.*] Sic distingue: *Patritiorum numerum auxi Consul V. jussu populi et Senatus. Senatum ter legi. Et in consulatu VI. censum populi, conlega M. Agrippa, egi.* De novis patritiis allectis a. 725. v. Tac. Ann. XI. 25. De lecto Senatu aa. 725. 735. 741. v. etiam Suet. c. 35. et de acto censu eundem c. 27. f. cum Dione 53. 1. et Euseb. Chron. n. MDCCCCLXXXIX.

3. *Post annum XLI.*] Inde ab a. 684. ubi novissimi Censores erant Cn. Lentulus et L. Gellius. Conf. Lips. Elect. I. 27.

4. *Centum millia et ... millia*] Rarior est hæc cura repetendi numeri majoris, ob quam a Chishullo laudatur Moses Num. II. 9. cum aliis locis Hebraicis.

6. *Censorino et Asinio Cos.*] Sic et alibi in lapidibus scriptum pro *Coss.* De re conf. Massoni Janum reser. p. 281. Ad eundem a. 746. pertinet SĊ. quo mensis Sextilis accepit nomen Augusti, ex Macrob. Sat. I. 12. huc positum a Chishullo.

12. *Legibus novis*] Suet. c. 32. et 89. Tac. III. 28. et IV. 16.

16. *Quattuor amplissima collegia*] Pontificum, Augurum, VIIvirorum, XVvirorum S. F. Cons. Dio LIII. 1.

18. *Apud omnia pulvinaria*] Loquitur de supplicatione a. 731. Augusto XI. Consule.

23. *Aliquod post annos*] *Aliquod* pro *aliquot*, uti posthac *adque* pro *atque*; contra alibi *set, haut, &c.* Hi *aliquot anni* sunt fere ab a. 718. 741. Illo anno Lepidum, quem h. l. significat, sacerdotio et potestate exuit.

37. *Pro reditu meo*] Bis in tali occasione honores decreti sunt Augusto a. 729. et 740.

43. *Ter claudendum*] Vide ad Suet. c. 22.

44. *Quos sinistra sors mihi eripuit*] Conf. Suet. Tib. c. 23. Ad illos ornandos pertinent decreta Pisanorum, quæ adhuc extant, vulgo dicta *Cenotaphia Pisana*. Ceterum continuanda sunt legendo verba, *Cæsares honoris mei causa, &c.*

III. 7. *Plebei Romanæ viritim*] Conf. Suet. Jul. c. 83. fin.

8. *Manibiis*] Ex Verrii etymo, *manibus*. Sed et aliis in vocibus *I* olim po-

nebatur pro *U*, ut *contibernalis*. Alia veteris seu rudioris scripturæ exempla in hoc Marmore hæc sunt, *consacrare* pro *consecrare*, *incohare* pro *inchoare*, *sescenta* pro *sexcenta*, &c.

10. *Iis . . . pernumeravi*] Int. *plebi Romanæ*. Ut paulo post, 'plebi quæ acceperunt.'

12. *Tribunitia potestate duodecimum*] A. 742. Conf. Joseph. Antiqq. 16. 4.

12. *Quadringenos nummos*] Suet. c. 41. Obiter notabis, hic sæpe scribi *nummum*, non *numum*, ut hodie solent plerique doctorum.

18. *Triumphale congiarium*] *Congiarium* h. l. de eo, quod tribuitur militibus.

24. *Sexsiens milliens*] Ex vestigio lacunæ legendum potius videtur *sexagesiens milliens*; etsi enormis summa est.

25. *Pro prædiis*] Sic bene Chishull. V. Dio, LI. 4. Gronovius dederat *prædiatoribus*; male Lips. *Prætoribus*.

27. *Colonias militum*] Conf. ad Suet. c. 46.

28. *Ti. Neroni et Cn. Pisoni*] Ablativi, pro *Nerone*, *Pisone*. Sic in lapidibus *Labeoni*, &c.

36. *Ex consilio*] Sive *Senatus*, s. *Mæcenatis*, s. *Liviæ*. Incertum, quid ex his supplendum sit.

38. *Tib. Cæsaris nomine et meo*] Conf. Dio LV. 24. seq.

I. 1. *Continens ei chalcidicum*] H. e. chalcidicum curiæ Juliæ conjunctum, συνεχὲς αὐτῇ. Chalcidicum h. l. Chish. ædificium putabat esse Minervæ sacrum ob verba Dionis LI. 22. ubi v. Reimar. De ceteris Sueton. c. 29.

7. *Ædem Larum*] Intell. publicorum. Ædes hæc ex collationibus facta ab Aug. Tribun. pot. XIX. a. 750. teste marmore ap. Grut. CVI. 4.

10. *Rivos aquarum*] Eodem anno: v. Grut. CLXXVII. 1.

18. *Refeci*] H. e. reparavi, ne conciderent. Quanquam boni scriptores *reficere* etiam de ædibus collapsis ponunt aut incendio deletis, ut Suet. c. 30. De re Ovid. Fast. II. 59.

29. *Aurum coronarium*] Conf. Dio LI. 21. *Coronarium* pro *gratuito*, vox honesta inde orta, quod olim apud Græcos publice privatimque coronæ magni pretii dabantur honoris ergo: ita jam *aurum* non videbatur esse pro *mercede*.

35. *Quater . . . ter et vigiens*] Vide ad Sueton. c. 43.

38. *Quintos ludos sæculares*] A. 737. de quibus sunt scripta multorum, etiam recentia Gattereri et Beckii. Sed paulo probabilius in notis supplet Chish. *Ludos sæculares intermissos ante id tempus, deinde post CX. annum, ut edicto monui, repetendos*.

43. *Navalis prœlI spectaculum*] A. 752. V. Suet. c. 43. Nemus Cæsarum (Caii et Lucii) idem est, quod Suet. Tib. c. 72. vocat *hortos naumachiæ*.

49. *Ornamenta reposui*] Confirmat hoc Strabo XIII. p. 595. (890.) et XIV. p. 637. (944.)

50. *Is cum quo bellum gesseram*] Antonius. Nam nullo loco modestus vir nominat duces a se debellatos.

53. *Exque ea pecunia*] Suet. c. 52.

II. 1. *Mare pacavi a prædonibus*] Conf. Vellei. II. 73. Int. de bello Siculo, contra Sex. Pompeium gesto, quod tanquam piratici nomine infamatur, infra *servilis*. Ceterum semel notandum est, eo signo, quod *prædonibus* ascrip-

tum est, terminari et quasi coërceri interdum periodos, sed admodum inconstanter.

3. *Juravit in mea verba tota Italia*] Conf. Suet. c. 17. de Bononiensibus.

9. *Omnium provinciarum*] Conf. Eutrop. VII. 5.

14. *Classis Romana*] Memorabilis cursus navigationis, de quo præter Velleium II. 106. videndus Plin. II. 67.

17. *Amicitiam meam petierunt*] Vide Strab. VII. p. 293. (449.) *Chariides* sunt iidem, qui *Harudes* scribuntur Cæs. B. G. I. 7.

19. *In Æthiopiam et in Arabiam*] Illuc per Petronium, huc per Ælium Gallum, amicum Strabonis, quem vide XVI. p. 780. (1126.) et XVII. p. 820. (1175.)

24. *Interfecto rege ejus Artaxia*] Hæc concinnata sunt ex loco Tac. Ann. II. 3. 'Armenia inter Parthorum,' &c. Conf. Suet. Tib. c. 9. Vellei. II. 122.

33. *Ex parte magna*] Huc pertinent verba ap. Suet. c. 48. 'præter pauca.' De regnis ab Augusto redditis singulatim egit Noris. ad Cenot. Pis. p. 224. seqq.

38. *Deductas*] De numero v. Ern. ad Sueton. c. 46.

39. *Devictis legionibus*] Scil. quarum signa amissa erant, ut ex Velleio II. 90. patet. Res clara est; at verba, ut sæpe alibi, valde incerta.

40. *Trium exercituum*] Vid. Suet. c. 21. et Vell. II. 91. impr. 82.

42. *In templo Martis Ultoris*] A. 734. Aliud templum Martis, supra IV. 21. memoratum, dedicavit Augustus a. 752. Hoc posterius fuit in foro Augusto, illud in Capitolio. V. Ovid. Fast. V. 551. sqq.

44. *Pannoniorum gentes . . . subjeci*] Vide Velleium II. 96. Pertinet huc nobilis achates Musei Vindob. qui lætitiam Urbis ob devictas a Tiberio gentes Pannonicas repræsentat.

46. *Ad Istri fluminis ripam*] Conf. Tac. Ann. I. 11. et Agric. c. 13. Strab. VI. et XVII. extrr.

47. *Exercitus, &c.*] Desperatæ huic lacunæ nuper operam criticam adhibuit V. C. Sainte-Croix, inscriptione Græca per Pocockium edita usus, in libro Gallico: Magaz. encyclop. IV. 4. p. 94.

50. *Ex India*] A. 729. et 734. Conf. Suet. c. 21. Dio LIV. 9. ubi v. Reim. ad quem locum etiam pertinere videntur legationes Bastarnarum, Sarmatarum, Colchorum, Hiberorum.

54. *Tiridates*] Notus ex Horatio et Justin. XLII. 5. ex quo Chish. lacunam sic explet: *Tiridates obsidem ferens regis Phratis filium.*

III. 1. *Arta*] Fortasse, *Artabanus.* Cetera exciderunt regum externorum nomina, in his regis alicujus Britannorum.

4. *Filios suos nepotesque*] Plane consentit Strab. VI. p. 288. (441.) Idem filios Phraatis quatuor nominat, sed corrupte, XVI. p. 748. (1085.) qui sunt *Saraspadanes, Rhodaspes, Phraates, Vonones.*

9. *Parthorum et Medorum*] De Medis tacent ceteri; de Parthis v. Tac. Ann. II. 1.

13. *In consulatu VI. et VII.*] Conf. Dio. LIII. 2. seqq. et de provinciarum partitione Strabo XVII. s. fin.

16. *Me appellavit Augustum*] Suet. c. 7. et Censorin. c. 21. qui annum ponit 727.

24. *Tertium decimum*] Conf. Tac. Ann. I. 9. Locus sic fere resarciendus: [*Susceptum a me*] *tertium decimum consulatus* [*magistratum*]. *Senatus et equester ordo populusque Rom. universus* [*prodiderunt*] *memoriæ; idque in vestibulo ædium mearum inscribendum* [*jusserunt*], *et in foro Augusto* [*sub*] *quadrigas, quæ mihi ex S. C. positæ sunt.*

28. *Septuagensimum sextum*] A. 767. Coss. Sex. Pompeio et Sex. Appuleio, quos ipse memoravit supra II. 9. eodemque anno obiit Aug.

29. *Summa pecuniæ, &c.*] Reliquiæ hæ sunt supplementorum, quibus aliquis monumentum augere voluit, repetitis etiam iis, quæ IV. princ. legebantur. Ad ult. versum de pecunia Equitibus data *Senatoribusque, quorum census explevit*, conf. Suet. c. 41.

FASTORUM PRÆNESTINORUM

RELIQUIÆ

COLLECTÆ ET ILLUSTRATÆ

A

P. FRANC. FOGGINIO.

[Ex Editione Wolfiana, Lips. 1802. 8vo.]

Cum semel ad Suetonium illustrandum ab Editoribus congesta sit copia nummorum et Inscriptionum, hic locus nobis admodum idoneus visus est, in quo fragmenta nuper effossa Fastorum Prænestinorum ex Fogginii V. C. editione repeteremus, et ita Verrii Flacci, cujus notitiam Suetonius exhibet de ill. Grammatt. c. 17. intermortuam memoriam renovaremus. Dicemus autem primum de inventione præstantissimi monumenti, tum de opera, quam in eo publicando egregie navavit Italus Editor, partim hujus ipsius verbis, partim Viri eruditi, qui censuram libri egit in Biblioth. crit. Amst. Vol. II. P. 3. Addemus deinde ipsis tabulis, ad lapidum normam diligenter expressis, Animadversiones ex Fogginii commentariis decerptas, ita ut prope nihil sit omissum, quod operis, in nostris regionibus rarioris, desiderium movere possit, præter Fastos singulorum mensium ex reliquis hactenus repertis Kalendariis in Appendice quadam expressos.[a]

Nobilissimum Grammaticum, quem integro nomine Hieronymus in Chron. ad a. 2024. Chr. 9. vocat *M. Verrium Flaccum*, ex Suetonio innotuerat, statuam habuisse 'Præneste, in inferiore Fori parte contra hemicyclum, in quo Fastos a se ordinatos et marmori incisos publicarat.' At latebat statua, latebant ipsi Fasti. Ecce vero, posteaquam Romæ inter rudera veteris Fori repertæ erant marmoreæ illæ Tabulæ, quæ Fastos civiles populi Rom.

[a] Operis titulus hic est: 'Fastorum anni Romani a Verrio Flacco ordinatorum reliquiæ, ex marmorearum tabularum fragmentis, Præneste nuper effossis, collectæ et illustratæ. Accedunt Verrii Flacci Operum fragmenta omnia, quæ extant, ac Fasti Romani singulorum mensium ex hactenus repertis Kalendariis marmoreis inter se collatis expressi, cura et studio P. F. F.' Romæ a. sal. 1779. f. max.

continent, nunc affixæ in Capitolio, in Palatio III. Virorum, qui Conservatores Urbis vocantur; puduit plures illius temporis Eruditos fateri, ignorare se operis auctorem, et continuo hos 'Fastos consulares Capitolinos' huic Verrio tribuentes, Suetonii testimonium ad opinionem suam stabiliendam audacter perverterunt. Jam alius ex illis pro *Præneste* legendum edicebat *pro Vestæ;* alius *prope Vestæ*, sc. templum, quod erat regione VIII. ubi etiam Forum; quidam *pura veste;* nonnemo *pedestrem.* Atqui hæc et similia vix seria animadversione digna viderentur, nisi eximium illud ad quasvis doctrinas bene tractandas adjumentum, Critica, tali hominum temeritate, qua, ut levissimis suspicionibus colorem quendam concilient, e quolibet quidlibet fingant, in hoc discrimen adduceretur, ut apud cordatos suspecta, apud imperitos propemodum infamis reddita, si non de salute, at dignitate sua jam dimicare cogatur. Igitur ut appareat, quam falsi fuerint conjectores isti ingenio abutentes, en, ipse sub a. 1770. Præneste detectus est hemicyclus, cujus Suetonius meminit, et circa illum pars quædam marmorearum Tabularum, in quibus incisi leguntur Fasti, a Verrio Flacco ordinati.

Jam vero, qualis sit ille antiquitatis thesaurus, et quænam Fogginii in eo tum e terra eruendo, tum etiam illustrando, partes fuerint, age, paulo accuratius exponamus.

Primum quidem, cum Præneste prope Forum celeberrimæ Romanorum coloniæ, ipsumque Palatium Cæsareum,[a] ubi Augustus et Tiberius rusticari solebant,[b] et quorum supersunt quædam reliquiæ, cum ergo frusta nonnulla marmorearum Tabularum ex agro Prænestino casu quodam in lucem prodierant, statim in hanc spem venit Editor, tandem aliquando detectum esse locum, quo Fasti Verriani delitescerent. Neque jam spes, sed certa res erat, cum illæ marmorum particulæ juxta reliquias cujusdam ædificii, figuram semicircularem referentis, repertæ essent. Enimvero hoc esse hemicyclum a Suetonio designatum, quis non credat? Itaque operariis a Cardinali Jo. Franc. Stuppanio, amici studium et diligentiam adjuvante, admotis, mox effodiuntur marmoreæ Fastorum Verrianorum Tabulæ quatuor, JANUARIUM, MARTIUM, APRILEM, et DECEMBREM exhibentes; nec illæ tamen, quod maxime dolendum est, integræ, sed intercisæ, corrosæ, et in parvula frusta misere diffractæ. Ibi ergo Fogginius, ut singula in ordinem suum redigeret, minutiores quasque particulas in quatuor ligneis capsis, ejusdem altitudinis ac latitudinis, cujus veteres fuisse Tabulas ex ipsis superstitibus fragmentis conjecerat, disposuit, firmavit, et vero lacunas, gypso impletas, plastica ratione sic composuit et complanavit, ut fracturarum vestigia apparerent, et tamen hæ Tabulæ illarum veterum marmorearum speciem referrent.

[a] Palatii hujus ingentes ruinæ distant a montis Prænestini radicibus mille fere passuum, et a læva in conspectu habent æque distantem a montis radicibus locum illum, ubi hemicycli vestigia et Calendarii illius fragmenta effossa sunt; media vero interjacet quædam vallicula, ad quam utrimque a summo æqualis declivitas deducit.

[b] Vid. Sueton. Aug. c. 72. Gell. XVI. 13. conf. Cic. Philipp. II. 40. ad Att. XII. 2. Tac. Ann. XV. 46.

Tabularum forma ita erat elaborata, ut in concavo hemicycli spatio aptari possent, cum aliarum superficies esset plana, contra nonnullarum concava. Literæ nundinales, et quæ variam dierum rationem distinguunt, maximæ sunt, scalptæque omnes elegantissime. Elegantes etiam sunt minores literæ, quibus sacra eorumque causæ et aliæ res historiæ notantur, sed variis modis formatæ ob majorem minoremve seu notarum brevitatem, seu loci amplitudinem, fortasse etiam ob scalptorum diversitatem.

Nec temere statuas, hemicyclum aliis ornamentis fuisse insignitum; quoniam circum ejus reliquias plurium columnarum reperta sunt fragmenta cum quarundam marmorearum Tabularum frustis, in quibus nonnullorum ipsius coloniæ magistratuum, forsan etiam alicujus collegii nomina scripta extant. Etenim illustrium ac bene de republ. merentium virorum statuas in Foro ponere consuevisse magistratus Prænestinos, et Livius testatur XXIII. 19. et plures comprobant tituli, ex basibus ibidem repertis descripti. Has inter numeretur Verrii ipsius statua, contra hemicyclum posita, quasi Auctor compositos a se Fastos contemplari videretur. Quid? quod ipsius loci splendor talibus ornamentis non parum augebatur. Nam Præneste venustiorum hominum multitudine celebratum esse constat, cum æstivas suas delicias haberent Romani, ipsisque Cæsaribus placeret ibi rusticari: unde facile erit ad intelligendum, cujuscumque generis operibus tum ad usum, tum ad splendorem et voluptatem, auctum esse atque ornatum.

Porro, ut ipsa horum Fastorum ratio intelligatur, tenendum est, eos non secus ac libros Fastorum Ovidianos complexos esse 'Tempora cum causis Latium digesta per annum,' et 'Sacra annalibus eruta priscis, Ac quo sit merito quæque notata dies.' Præterea incisa illis erant Augustæ domus 'festa domestica' cum 'præmiis Fastos signantibus,' (Ovid. Fast. I. init.) quæ Jul. Cæsari, Augusto, et Tiberio Patrum cura et Quiritium favor detulerat. Sunt ergo Verriani Fasti ex eorum genere, qui vel 'sacri' vel 'calendares' dicantur, utpote sacra et ferias statas, quæ a Calendis ad Calendas singulis anni mensibus celebrabantur, designantes. Antiquissimis quidem temporibus illi tantum sacrorum et feriarum notationem habebant; postea nonnihil de ratione eorundem sacrorum adjiciebatur; tandem etiam nomina et facta hominum accesserunt ambitione Principum et assentatorum perversitate. Eaque res inde a M. Antonio in exemplum abiit: Cic. Philipp. II. 34. Sed hæc licentia posterioribus sæculis in immensum crevit, occupata republica ab Imperatoribus; unde 'Fastos adulatione temporum fœdatos' queritur Tac. Hist. IV. 10. Jam hoc, quod dudum ex Ovidii carmine et aliorum veterum Calendariorum fragmentis apparuerat, inprimis nunc testantur reliquiæ Fastorum Verrianorum. Etenim in his non modo feriarum dies indicantur adjectis causis et rationibus; verum notantur etiam dies et anni rerum, a Jul. Cæsare, Augusto, et Tiberio gestarum, honorumque, qui iisdem Principibus publice decreti sunt.

Quæ cum ita se habeant, et in paucis, quæ hic in conspectum venerunt, fragmentis plura, quæ adhuc ignota erant, reperiantur; quis tam alienus a prisca doctrina est, quin vehementer doleat, hos Fastos ad nos pervenisse laceros, mutilos, et quasi decurtatos? præsertim si animo obversetur Verrii auctoritas, qui nomen Grammatici suo merito obtinuit, non quod scholastico

pulvere sorderet, syllabarum minutias aucupans, quales hodie fere censentur ab imperitis ii, qui olim *Literati*, i. e. rerum divinarum humanarumque scientissimi, numerabantur, sed quia inter illustres sui ævi et accurata eruditione excellentes viros in ea Grammaticorum schola floreret, quæ 'gloriosa mater facundiæ' dicta est a Cassiodoro Epist. IX. 21.

Ceterum non sine probabilitatis specie disputat Fogginius, Ovidium F. VI. 62. hos ipsos Verrii Fastos respexisse, cum dixit 'Prænestinæ mœnia sacra Deæ:' porro Prænestina hæc marmora Augusto imperante posita videri, atque conspicua fuisse certe usque ad Theodosium M. cujus tempore Macrobius multam eorum mentionem I. 10. sq. faciens, Saturnaliorum libros scripsit: denique a quarto inde sæculo Tabulas per nimiam superstitionis licentiam diffractas, dirutoque tandem ipso, quo continebantur, hemicyclo, ruinis esse sepultas.

Jam ne ceterorum scriptorum hujus Grammatici mentionem prorsus omittamus, quæ a Gellio, Macrobio, Servio, aliis, inprimis a Festo laudantur, scripsit ille præter *Carmina*, quorum Priscianus meminit, libros 'Epistolarum,' 'Rerum memoria dignarum,' 'de orthographia,' 'de obscuris,' s. vocabulis s. locis; alium librum, 'Saturni' nomine, denique magnum opus 'de verborum significatione,' quod in epitomen redegit Festus, unus ex paucissimis, qui nobis in manibus sunt, veteris Latinitatis Lexicographis. Ex hoc et reliquis scriptoribus collegit Fogginius corpusculum Fragmentorum Verrianorum, quod tamen ne eam quidem perfectionem, quæ in hoc genere expectatur, habere potest, cum plura ex Verrii libris tum apud alios, tum apud Festum, sine nomine allata esse videantur. Itaque ea farrago hoc loco repeti non debuit, sed servanda est novæ editioni sane quam necessariæ ejus, quem modo nominavi, Lexicographi, si modo in hujus sæculi elegantissima *αἰσχροκερδείᾳ* talium librorum editiones suscipere Viris doctis licebit.

JANUARIUS.

AKIAN . F

B IIII F

C III C

AL
QVEM . LEGI
D PR C LEGE . AGI . NON

E NONF

IE
F VIII F CAVSSA

IMP . CAESAR . AVGVST
G VII C HIRTIO . ET . PANSA
VII . VIR . EPVL . CREATVS

VR . IN . LATIO
T . LIBO . QVOD
LAPIO . VEDIOVI . IN . INSVLA . HAE . ET
AE . CALENDAE . APPELLANTVR . QVIA
MVS . IS . DIES . EST . QVOS . PONTIFEX . MINOR . QVO
MENSE . AD . NONAS . SIN
TOLIO . IN CVRIA . CALA ISNO
QVIA . EO . DIE . MAG . IN . EVNT . QVOD . COEPIT
C A DCI
LANTVR . QVOD . IIS . LICET . FARI . APVD
VERBIS . LEGE . AGI . NON . POTEST . IDEM
TRIDIE . OMNIS . CALENDAS . QVOD . IIS

VS . COIRE . CONVOCARE . COGI . POTEST

H VI C SIGNVM . IVSTITIAE . AVGVS
ET . SILIO . COS

A V AGON
AGONIA
AVT . QVIA

B IIII EN HAEC . NOTA . SIGNI
PRO . INPONEBATVR
QVAM . HOSTIA . IMMO
NEFAS . FIT . ITAQVE . IA
LICERE . AGI . TI . CAESA

C III KARM
FVTVRA . OB . QVAM . CA
OMINE . MORTICINO

D PR C AB . ROMVLO . ET . IANVM
AVGVSTVS . TI . CAESAR
LVD

E EIDNP ID . IS
NOS
AI

CORONA . QVER
F XIX EN AVGVSTI . ONER
P . R . RES
VITIOSVS . EX . S . C
EANDEM . CAVSSAM NIS . CALENDA

G XIIX KARNP FERIAE . CA NTI . OB . EANDEM . CAVSSAM
III . IDVS . HERCVLES . DICITVR . INSTITVIS
SI . FIDENAS . EO . DIE . CEPISSIT

H XVII C IMP . CAESAR PPELL VS . IPSO . VII . ET . AGRIP
CONCORDIAE . AV AEST . P . DOLABELLA . C . SILANO . COS
TI . CAESAR . EX . PA AVIT

A XVI C PONTIFICES . M VIR . EPVLONVM . VICTVMAS . IN
NT . M VAM . DEDICAVIT . TI CAESAR
F AVG . PATR . DEDICAVIT

B XV C

C XIIII C

D XIII C

E XII C

F XI C

G X C

H VIIII C

A VIII C

B VII C

C VI C AED LLVCIS . DEDICA

D V C

FERIAE IMP . CAES
E IIII F MA
MARINA

DIVVS . CAESAR . ADI AVGERETVR . A
F III NP FERIAE . EX . S . C . QVO DIE . ARA . PACIS . AVGVSTA
MARTIO DEDICATA TI . DRVSO . ET . CRISPINO . C

G PR C

XXXI

M A R T I U S.

MARTIVS . AB . LATINORVM LANDI . ITAQVE . APVD
ALBANOS . ET . PLEROSQVE VLOS . LA OS . IDEM . FVIT . ANTE
CONDITAM . ROMAM . VT . A . TEM . ALII . CR NT . QVOD . ET . SACRA
FIVNT . HOC . MENSE

DK . MART . NP

E VI F FERIAE . MARTI . IVNONI . LVCINAE . EXQVILIIS
QVOD . EO . DIE . AEDIS . EI TA . EST . PER . MATRONAS
QVAM . VOVERAT . ALBI VEL . VXOR . SI . PVERVM
OVE . IPS

F V C

G IIII C

H III C

A PR NP F I OB IMP . CAESAR . AVGVST . PONT
NIO . ET . VALGIO . COS . II . VIRI
OPVLVS . CORONATVS . FERIATVS

B NON OVI . ARTIS . VEDIOVIS . INTER . DVO
VCOS

C VIII F

D C

E C FERIAE . EX . S . C . Q TI . CAESAR . PONTIFEX . MAX . FAC EST . DRVSO. ET
NORBANO

F

G

H

A

B

C

D

E

F XIIII QVINQ N
IN . LATIO . POST

NARENTVR . ARTIFICVM . DIES
AEDIS . IN . AVENTINO . EO . DIE . EST
ACIVNT . IN . COMITIO . SALTV
TIFICIBVS . ET . TRIB . CELER

G XIII

H XII

A XI

MARTI . HIC . DIES . APPELLATVR . ITA . QVOD
IN . ATRIO . SVTORIO . TVBI . LVSTRANTVR

B X TVBIL NP QVIBVS . IN . SACRIS . VTVNTVR . LVTATIVS
QVIDEM . CLAVAM . EAM . AIT . ESSE . IN . RVINA . PALA
NCENSI . A . GALLIS . REPERTAM . QVA . ROMVLVS . VRBEM
INAVGVRAVERIT

C VIII Q. R. C. F HVNC . DIEM . PLERIQVE . PERPERAM
INTERPRETANTES . PVTANT . APPELLAR
QVOD . EO . DIE . EX . COMITIO . FVGERIT

AM . NEQVE . TARQVINIVS . ABIIT . EX . COMITIO
T ALIO . QVOQVE . MENSE . EADEM VNT
IGNIFICANT . Q
A . FIERI . INDIC

D VIII C

E VII

F

G

H

A C

B PR LVNAE . IN . AVI

XXXI

A P R I L I S.

VINIRI . QVOD . EA . CVM AE . REGIS
VM . A . QVO . P . R . ORTVS . E ISE . QVIA
FRVGES . FLORES . ANIMALIAQVE . AC MARIA . ET . TERRAE . APERIVNTVR

CK. APR. F FREQVENTER . MVLIERES . SVPPLICANT
FORTVNAE . VIRILI . HVMILIORES . ETIAM
IN . BALINIIS . QVOD . IN . IIS . EA . PARTE . CORPO
VTIQVE . VIRI . NVDANTVR . QVA . FEMINARVM
GRATIA . DESIDERATVR

D IIII F

E III C

F PR C LVDI . M . D . M . I . MEGALENSIA . VOCANTVR . QVOD . EA . DEA
MIGALE . APPELLATVR . NOBILIVM . MVTITATIONES . CENARVM
SOLITAE . SVNT . FREQVENTER . FIERI . QVOD . MATER . MAGNA
EX . LIBRIS . SIBVLLINIS . ARCESSITA . LOCVM . MVTAVIT . EX . PHRYGI
ROMAM

G NON. N LVDI . FORTVNAE . PVBLICAE . CITERIO
IN . COLLE

H VIII NP LVDI . E . Q . E . D . C . CAESAR . C . F . IN . AFRICA . REGEM

A

B

C

D

E N VM . MAXIMV

FORTVNAE . PRIM G VTRO . EORVM . DIE

ORACLVM . PATET IIVIRI . VITVLVM . I

F PR N LVDI . IN . CIRCO . M . D . M . I . IN . PAL QVOD . EO . DIE . AEDIS . E

DEDICATA . EST

G EID

RI H XIIX N FRVCTVS

O A XVII FORD

B XVI N LVDI GO

C XV N LV

D XIIII N LV

E XIII CER

F XII N

I G XI PAL

EST
DAE . Q
IGNES . TRA
I H X N PRINCIPIO . A
RED IGITVR

IO
A VIIII VIN F M
DEL
CONSECRATVM

RENTVR . AB . RVTVLIS . QVIA . MEZENTIVS . REX . ETRV VM
PACISCEBATVR . SI . SVBSIDIO . VINISSIT . OMNIVM . ANNORVM

B VIII C VINI . FRVCTVM . SIG . DIVO . AVGVSTO . PATRI . AD . THEATRVM . MAR
IVLIA . AVGVSTA . ET . TI . AVGVSTVS . DEDICARVNT
TI . CAESAR . TOGAM . VIRILEM . SVMPSIT . IMP . CAESARE . VII . M . AGRIPP
III . COS .

C VII ROB FERIAE . ROBIGO . VIA . CLAVDIA . AD . MILLIARIVM
NP V . NE . ROBIGO . FRVMINTIS . NOCEAT . SACRIFICIV
ET . LVDI . CVRSORIBVS . MAIORIBVS . MINORIBVSQ
FIVNT . FESTVS . EST . PVERORVM . LINONIORVM
QVIA . PROXIMVS . SVPERIOR . MERETRICVM . EST

D VI F HVNC . DIEM . DIVVS . CAESAR . ADDIDIT

E V C

LVDI . FLORAE . FERIAE . EX. S . C . QVOD . EO . DI ET
VESTAE . IN . DOMV . IMP . CAESARIS . AVGV . NTIF . MA

F IIII NP DEDICATA . ST . QVIRINIO . ET . VALGIO . COS EODEM
DIE . AEDIS . FLORAE . QVAE . REBVS . FLORESCENDIS . PRAEEST
DEDICATA . EST . PROPTER . STERILITATEM . FRVCVM

G III C LVDI

H PR C LVDI

XXX

DECEMBER.

GKDEC

H

A

B

C

D

E

F VI C

G	V	C		
H	IIII	C TR		
A	III	AGON		
B	PR	EN		
C		EID		
D	XIX	F		
E	XIIX	CONS NP	FERIAE . CONSO . EQVI . ET QVOD . IN . EIVS . TV QVE . REX . EQVO	AL . IN . CARINIS . AEDI ET . LECTISTERNIVM . ELEC MANCEPS . PRAESTAT
F	XVII	C		

G XVI

H XV

A XIIII

B XIII

FERIAE . DIVA
NP APPEL
C XII DIVA PRAE
IN . AR
OCCVL
D XI M . AIVNT . OB . AN
M
RINIS . IN . PORT VCI
IAE . IOVI . ACCAE LARENTIN
E X LAR NP HANC . ALII . REM ET . ROM
MERETRICEM . HERCVLIS . SCORTVM VNT
PARENTARI . ET . PVBLICE . QVOD . P . R . HE RIT
MAGNAE . PECVNIAE . QVAM . ACCEPE ITO
F VIIII TARVILII . AMATORIS . SVI

G	VIII	C
H	VII	C
A	VI	C
B	V	C
C	IIII	F
D	III	F
COS E	PR	C

XXXI

ANIMADVERSIONES

IN

RELIQUIAS

FASTORUM PRÆNESTINORUM.

IN JANUARIUM.

Ad nomen mensis. . . *ur in Latio*] Forsan legendum : *appellabat*VR IN LATIO, scil. Januarius *a Jano*. Conf. Censorin. de D. N. c. 22.

T. Libo quod] Lego, *Facium*T. LIBO QVOD *Janual appellatur*. Festus, Verrii compilator: 'Janual libi genus, quod Jano tantummodo libatur.' Ovid. Fast. I. 127. 'libum Cereale' vocat.

Ad diem 1. . . *lapio — insula*] Supple, *Feriæ Æscu*LAPIO, &c. Conf. Ovid. F. I. 289. sq.

Vedjovi] Quis Deus esset *Vedjovis*, seu, ut variat scriptura, *Vejovis*, *Vedejovis*, *Vadijovis*, ipsis veteribus dubium et incertum erat. Vide Ovid. F. III. 430. sq. Gell. v. 12. Notanda est nominis scriptura in lapide.

In insula] Tiberina. Ovid. Met. XV. 739.

Hæ et, &c.] Supple: *Hæ et aliæ calendæ appellantur, quia dierum primus is dies est, quos Pontifex minor quolibet mense ad nonas singulas calat in Capitolio in Curia Calabra.* Similiter certe Varro L. L. v. 4. Conf. Macrob. Sat. I. 9.

Calendæ] Jam tum igitur C in hoc vocabulo usitatum erat, etsi K retinebatur pro nota, quæ et *Kalendas*, et *Kæsonem*, et *Kaput*, (sc. legis,) et *Kalumniam* significaret. Conf. Quintil. I. 4. et Scaur. de Orthogr. p. 2252. Hic igitur ad primum diem mensis lege A. KALENDÆ. IAN. FASTVS. Sed quæ nundinalibus octo literis adjunctæ sunt notæ hujusmodi, vel perspicuæ sunt, vel suis locis attingentur.

Pontifex minor] Quo is ritu nonas publice declararit, exponit Macrob. Sat. I. 15.

In Curia Calabra] Vid. Liv. XLI. 27. Festus v. *Curia*. Fuit hæc Curia in Reg. VIII. quæ Capitolium complectebatur.

Isno] Fort. *Ann*VS NO*vus incipit, quia e. d. magistratus ineunt*. Conf. Ovid. F. I. 149.

Quia — DCI] Hinc discimus, quando certus annus consulatui ineundo constitutus sit. Conf. Epit. Liv. XLVII. Ovid. F. III. 147. Errat igitur Plut. Qu. Rom. 10.

Ad d. 2. . . *lantur*] H. e. *appel*LANTVR. Explicarat h. l. Verrius, quid significarent literæ F. N. *Fastus, Nefastus.*

. . *tridie — quod iis*] Lego, *Pos*TRIDIE OMNIS CALENDAS QVOD IIS *res publica male gesta est.* Notarat hic, postriduanum singularum Calendarum diem fuisse *atrum.* Vide Gell. v. 17. et ubique a Verrio pendentem Festum v. *Nonarum postridie*, Plut. Qu. R. 25.

Ad d. 3. . . *us coire — potest*] H. e. *Populus coire, convocari, cogi potest.* Explicabat haud dubie, qui essent Comitiales dies.

Ad d. 6. . . *ie* . . . *caussa*] Primum post Nonas *d*IE*m* habitum esse atrum, eadem de *caussa*, qua primum post Calendas, hic annotatum erat. De scriptura *caussa* pro *causa* v. Quintil. I. 7. Res notissima.

Ad d. 7. *Imp. — Pansa*] Supple: IMP. CAESAR AVGVST*us imperium orbis auspicatur* HIRTIO ET PANSA *Coss.* Sic enim in marmore ap. Grut. p. 229. VII. IDVS. IANVAR. QVA. DIE. PRIMVM. IMPERIVM. ORBIS. TERRARVM. AVSPICATVS. EST. Conf. Suet. Aug. c. 95. et Plin. XI. 73. cujus loci fabulosam interpretationem affert Harduin. Sel. Opp. p. 699. bene refutatam a Spanhem. U. et P. N. Diss. XII. § 4. Quod autem *Imp.* Cæsar h. l. vocatur et *August.* id satis arguit, Fastos suos fecisse Verrium post delatos Cæsari hos titulos.

Hirtio et Pansa] Suppl. *Coss. a. Cal. Jan. a. U.* 710. Sic et Sueton. Dio, &c. male Velleius II. 61.

VII. Vir epul. creatus] Sc. *Tiberius Cæsar:* cui hoc sacerdotium in aliis quoque monumentis tribuitur, ap. Grut. p. 235. 10. Murator. p. 223. 6. Eidem collegio ipse ascriptus fuerat Augustus, teste lapide Murator. p. 220.

Ad d. 8. *Signum Justitiæ — Cos.*] Cum alterius Consulis nomen perierit, nec alia ulla succurrat vetus auctoritas de hujus signi dedicatione, incerta res manet.

Ad d. 9. *Agonia — aut quia —*] Ter in anno agebatur festum, *Agonia* s. *Agonalia* dictum. Antiquæ vocis *Agonia* hic variam originem indicasse videtur Verrius. Vide Ovid. F. I. 317. sq. Varro L. L. v. 3. Fest. v. *Agonium.*

Ad d. 10. *Hæc nota*] *EN* pro *IN*, antiquo usu, *endotercisus.* Docuerat Verrius, quid hæc nota huic diei apposita significaret, scil. *diem intercisum.* Vide Varron. L. L. v. 4.

Ti. Cæsar] Animadvertendum est, cur Verrius *Imperatoris* prænomen Tiberio non addiderit, in iis etiam notis, quas de illo jam imperante Fastis suis adjici curavit. Nempe recusavit illud nominis Tiberius, testibus Suet. c. 26. Dione LVII. 2. Ceterum quid de Tiberio ad hunc diem notatum fuerit, divinare non ausim.

Ad d. 11. *Karm*] Calendarium Vindob. habet, *Dies Carmentariorum*, quo nomine signatur hic dies in aliis quoque Calendariis et in Fastis Ovidii I. 461. Conf. Varro L. L. v. 3.

Futura ob quam caus.] Attulerat rationem, cur hæc Dea diceretur *Car-*

menta: nimirum, quod *futura* canebat *Carmenta* s. *Carmentis*. Conf. Serv. ad Virg. VIII. 336. Varro L. L. v. 3.

Omine morticino] Varro L. L. VI. 5. Ovid. F. I. 629. Quid vero essent *morticina* s. exanimata, docet Serv. ad Æn. IV. 518. Causam superstitionis affert Festus: 'Mortuæ pecudis corio calceos aut soleas fieri Flaminibus nefas habetur, sed aut occisæ alioqui, aut immolatæ, quoniam sua morte extincta omnia funesta sunt.' Sed hic legere malim, *omine funesta sunt*.

Ab Romulo — Augustus] Lego: *Janum Geminum*, AB ROMVLO ET IANVM *Quirinum appellatum, claudit* AVGVSTVS. Quo die id factum sit, nunc primum hic legimus. Falso res diversis temporibus gestas in unum diem et annum cumulat Orosius VI. 20.

Ad d. 13. *Ludi*] Notabantur sive ludi tibicinum, de quibus v. Plut. Qu. R. 54. seu potius ludi ideo celebrati, quia eo die Octavianus *Augusti* nomine auctus erat.

Id. is] Lego, EID. IS *dies appellatur*. Dixit enim, opinor, cui numini sacer esset Iduum dies, et cur Idus vocaretur. Conf. Ovid. F. I. 56. et 588. Macrob. Sat. I. 15. Fest. v. *Idulis ovis*.

Corona quer —] Nota divisio provinciarum ab Augusto instituta, oratione eam ob rem in Senatu habita Idib. Jan. Itaque *corona querna* ex S. C. imposita est ædibus *Augusti*, ONER*osas* quod eo die recepit provincias, et pacatas *populo Rom.* RES*tituit*. Ovid. F. I. 389. et 614. Huc spectant nummi Augusti cum illa corona et hisce literis, OB CIVES SERVATOS, quæ literæ in ipso etiam palatii Cæsarei fastigio inscriptæ fuisse videntur, arguente Ovid. Trist. III. I, 47.

Ad d. 14. *Vitiosus — Calendas*] Quem hic 'vitiosum diem' dicit, 'religiosum' vocant Liv. VI. 1. et Cic. ad Att. IX. 4. Conf. Gell. IV. 9. Ceterum legendum *postridie om*NIS CALENDA*s*, et addendus locus iis, quæ Norisius collegit in Cenot. Pis. IV. 3.

Ad d. 15. *Feriæ Carmenti — cepissit*] Res aliunde prorsus ignota, et fabula innumeris aliis, quæ de Hercule narrantur, adjicienda. Conf. tamen Serv. ad Virg. VIII. 203. Vox *cepissit* pro *cepisset* sequitur analogiam sermonis priscarum legum, *verberit*, *plorassit*. Conf. Fest. v. *plorare*. Denique videmus h. l. non per 5. continuos dies acta esse Carmentalia, sed III. Idus Jan. et inde iterum post quintum diem.

Ad d. 16. *Imp. Cæsar — et Agrippa*] Lego, IMP. CAESAR Augustus est aPPELL*at*VS IPSO VII. ET AGRIP*pa Coss.* Ovidius quidem I. 589. seq. testari videbatur, Augustum Idibus Jan. tum provincias P. R. restituisse, tum salutatum esse *Augustum*. Jam ex Verrii verbis sic est explicandus, ut putetur utriusque rei junctim meminisse, non quia eodem die utraque acciderit, sed quod *Augusti* nomine dictus est Octavianus ob meritum, quo sibi S. P. Q. R. devinxit dividens provinciarum imperium. Conf. Dio LIII. 16. et Censorin. de D. N. 21. Rem actam esse a. d. XVII. Cal. Febr. jam ex hoc lapide cognoscimus. Ceterum ex eo, quod Cæsar se VII. et M. Vipsanio Agrippa III. Coss. dictus est *Augustus*, nova ex Calendis Jan. hujus anni exorta est annorum series, quos *Augustorum* et *Augustanos* appellat Censorinus c. 21. et 22.

Concordiæ — Silano Cos.] Lego: CONCORDIAE AV*gustæ ædes dedicat*A

EST P. DOLABELLA C. SILANO COS. Diem dedicationis ex Ovid. F. I. 639. noramus: ecce hic etiam annum, scil. U. C. 762. Conf. Dio LVI. 25. Cum autem plura essent in Urbe templa Concordiæ, huic ædi nomen inditum est *Concordiæ Augustæ*, tum quod inscripta essent Cæsarum nomina ad concordiam eorum declarandam, tum quod Tiberius una cum Livia Augusta eam instauravit. Conf. Ovid. F. I. 640. sq. Dio LV. 8. Spanhem. Diss. XIII. p. 648.

Ti. Cæsar — avit] Supple: TI. CAESAR EX PA*nnoniis triumph*AVIT. Ita discimus, quo die Tiberius egerit triumphum ex Pannoniis Dalmatisque, de quo Velleius II. 121. Ex Capitolinis fastis annus compertus erat 764. Nempe in hunc annum dilatus est triumphus, propter adversum ex Germania nuntium et cladem Varianam, cum jam decretus esset a. 762. Conf. Dio LV. 17. et 18. Suet. Tib. c. 17. et 20.

Ad d. 17. *Pontifices — immolant*] Narrat Dio LIII. 20. cum *Augusti* cognomen accepisset Cæsar, Sex. Pacuvium Trib. pl. ut præ aliis Cæsari gratificaretur, se illi in Senatu devovisse, cumque se foras proripuisset, alios, ut idem facerent, adegisse. Fortasse hanc ob causam deinceps quoque hoc die victimas immolare consueverunt summa quatuor collegia, Pontificum, Augurum, XV. Virorum et VII. Vir. Epulonum. Hæc conjectura an satis probabilis sit, alii judicent.

Ti. Cæsar — dedicavit] Suetonium Tib. c. 47. et Tac. Ann. IV. 43. si inspicias, difficile est conjecturam facere de ædificio per Tiberium dedicato. Agitur ergo h. l. de minore quodam opere, de quibus loquitur Dio LVI. XLVI. et LVII. 10. pr.

Ad d. 27. *Æd — . . llucis dedica*] Lego: AED*es Castoris* et *Po*LLVCIS DEDICA*ta est*. Rem attigit Dio LV. 27. et Suet. Tib. c. 20. Conf. Ovid. F. I. 705.

Ad d. 29. *Feriæ — marina*] Dies notatur, ob aliquam rem ab Augusto bene gestam insignis, quem tamen nec Ovidius, nec ullum aliud Calendarium indicat. Nobis incidit suspicio, an forte Verrius h. l. notaverit, quam Augustus Cos. XIII. exhibuit in Campo MA*rtio*, mirificam naumachiam, ubi plurimæ tum fluviales, tum MARINA*e* naves conflixerunt; an potius aliquod aliud Neptuno dicatum seu sacrificium, seu spectaculum, in Campo Martio, ea de causa quod Augustus 'mare pacavit a prædonibus.' De utroque sibi Augustus plaudit in lap. Ancyrano.

Divus Cæsar —] Lego: *Hunc et posterum diem* DIVVS CAESAR AD*didit ut* AVGERETVR A*nnus*. De Juliano anno agens Macrob. Sat. I. 14. præter cetera observat, Cæsarem 'adjectos a se dies Fastos notasse, ut majorem daret actionibus libertatem, et non solum nullum nefastum, sed ne comitialem quenquam instituisse.' Illud vero non diu obtinuisse, apparet ex h. l. et ex Calendario Maffeiorum. In altero enim a. d. 3. Cal. Febr. appositum est N, in hoc autem NP, i. e. *ex parte nefastus*. Præterea Verrius prid. Cal. Febr. notavit diem comitialem.

Ad d. 30. *Feriæ ex S. C. &c.*] Lego: FERIAE EX S. C. QVO*d eo* DIE ARA PACIS AVGVSTA*e in Campo* MARTIO DEDICATA *est* TI. DRVSO ET CRISPINO *Cos*. Dedicatam esse hoc die Aram *paci Augustæ*, docuerat nos Ovid. F. I. 709. nunc Verrius addit, quo et loco et anno facta

sit dedicatio, cum Consules nominat a. U. 744. Plus semel autem Senatus decrevisse videtur aram *Pacis Augustæ* dedicandam, siquidem in Calendario Amiternino a. d. 4. Non. Jul. hæc nota legitur: FER. EX S. C. Q. E. D. ARA PACIS AVG. CONSTITVTA EST NERONE ET VARO COS. qui quatuor annos ante fuerunt Consules. At vero ubi reversus est, C. Sentio et Q. Lucretio Coss. a. U. 734. ut domesticos in Urbe motus compesceret, *Ara Fortunæ reduci* consecrata est, non Paci. Jam quod Dio narrat LIV. 10. Augustum honorem aræ Pacis sibi consecrandæ a Senatu decretum rejecisse, pertinet tantum ad locum. Senatus decreverat dedicationem in Curia. Hoc detrectavit Augustus, quando, ut constat ex Calendario Amiternino, dedicatio facta est in Campo Martio, quod deinceps in exemplum abiit. Quod denique ad res pertinet Druso et Crispino Coss. gestas, animadvertas velim, eas magna ex parte apud Dionem desiderari, quia ejus libros post LIV. aut mancos aut breviatos habemus. Aliquid tamen mihi videtur apud illum elici posse ex eo, quod sub finem libri LIV. c. 35. narratur, quod, cum iterum Senatus et populus pecuniam ad imagines Augusto faciendas contulissent, nullam ille sibi, sed Saluti publicæ, Concordiæ, ac *Paci* posuerit. Hanc igitur *Pacis* imaginem super aram *Pacis Aug.* in Campo M. ex S. C. dedicatam positam suspicor: nam etsi Dio historiam ibi enarrat rerum gestarum Q. Tuberone et P. Fabio Coss. a. U. 743. al. 742. ita tamen enarrat, ut videatur loqui de re, quæ postea acciderit, et quæ plane convenit tempori, quo Augustus ex Gallia rediit, i. e. sub initium consulatus Drusi et Crispini.

Ex *Februario* quidem nuper nihil effossum est: sed jam sæc. XVI. ex eodem loco, ubi nunc quatuor mensium frusta reperta sunt, prodiisse constat lapidem, cujus inscriptionem F. Ursinus in libro De familiis Romanorum Rom. 1577. f. edidit, unde eam plures antiquitatum scriptores repetierunt. Quæ quoniam ad Fastos Verrianos pertinuit, etiam hic cum fructu legetur:

NON. N. CONCORDIAE
IN ARCE FERIAE EX
S. C. QVOD EO DIE
IMPERATOR CAESAR
AVGVSTVS PONTIFEX
MAXIMVS TRIB. POTEST
XXI. COS. XIII. A SENATV
POPVLOQVE ROMANO PATER
PATRIAE APPELLATVS.

Dirimitur his verbis controversia de anno quo Cæsar Augustus *Pater patriæ* appellatus est. Nam cujus mensis istæ Nonæ essent, jam ex Ovid. F. II. 127. innotuerat. Fuerunt igitur Nonæ Febr. a. U. 752. quo Augustus a Cal. Jan. consulatum XIII. et potestatem Tribunit. ex a. d. Cal. Jul. anni superioris gerebat XXI. Nunc conf. Suet. Aug. c. 18.

IN MARTIUM.

Ad nomen mensis. *Martius ab Lat.*] Fors. legendum: AB LATINORUM *Deo Marte*. Conf. Ovid. III. 79. Censorin. c. 22.

. . . *landi — idem fuit*] H. e. *Appel*LANDI ITAQVE APVD ALBANOS ET PLEROSQVE *pop*VLOS LA*tii* *m*OS IDEM FVIT. Conf. Ovid. III. 97. Macrob. Sat. I. 12. Varro L. L. v. 4. Isidor. Origg. v. 33. *Populos* illos *Latii* enumerat Ovid. III. 87. sq.

Ut — mense] Lego: VT A*u*TEM ALII CR*edu*NT QVOD EI (h. e. Marti) SACRA FIVNT HOC MENSE. Scil. per Salios.

Ad d. 1. *Feriæ Marti*] Nimirum hoc die ancilia movebantur, non 5. Non. Mart. ut ad Ovidium putabat Neapolis. Hoc autem festum sl *per* 30. *dies* continuatum dicit Polyb. Exc. legatt. c. 23. alii *per plures dies*, utrumque ita videtur capiendum, ut Salios toto Martio, non tamen singulis hujus mensis diebus, consuerint per Urbem ire canentes et tripudiantes, sed statis quibusdam diebus, quos eosdem fuisse suspicor, ad quos Calendaria apponunt verba, *Feriæ Marti*. Hæc vero apud Verrium bis leguntur, sæpius in aliis Calendariis. Conf. Dio XLIV. 93. Liv. XXXVII. 33. Tac. Hist. I. 80. Suet. Claud. c. 4. 33. Oth. 8. Cuper. Obss. IV. 1. sq.

Junoni — Exquiliis] Ædem Junonis Lucinæ in Exq. commemorat Varro IV. 8. Conf. Ovid. II. 435. sq. Plin. XVI. extr.

Quod eo die — matronas] Hoc ipsum videlicet ex Verrio tradit Festus: 'Martias Calendas matronæ celebrant, quod eo die Junonis Lucinæ ædes coli cœpta est.' Conf. Ovid. III. 245. sq. Hæc *Matronalia* quasi Saturnalia mulierum erant, ejusque festi manserunt vestigia usque ad sæc. VI.

Quam voverat, &c.] Notaverat Verrius, quis primus voverit hanc Junonis ædem, et qua de causa: utrumque haud scio an nullus alius auctor prodiderit.

Si puerum] Arnobius: 'Puerperiis Juno præposita est,' et 'auxiliatur genetricibus fœtis.' Unde Deæ cognomina, Februlis, Fluonia, Opigena, Lucina.

Ad d. 6. *Imp. Cæsar — Valgio Cos.*] Lego: *Feriæ ex S. C. quod eo die* IMP. CÆSAR AVGVST. PONTIF*ex max. factus est* QUIRI*NIO ET VALGIO COS. Nomina hæc annum signant 741. Diem noramus jam aliunde, et ex Ovid. III. 415. Annum adhuc Eruditi novo huic honori assignabant 740. quod in illum mors Lepidi incidit. Sed causam cunctationis conjicere licet ex Dione LIV. 27.

Quirinio et Valgio Cos.] Suffectus Consul est Valgius Rufus, cum in magistratu obiisset M. Valerius Messala Barbatus Æmilianus, et quidem, ut ex h. l. suspicor, ante Non. Martias. Consul, qui præponitur, ordinarius, quem alii perperam *Quirinum* scribunt, idem est ille, cujus meminerunt Tac. Ann. III. 48. sq. Suet. Tib. c. 49. et alii, in his Lucas Evang. c. 2.

II viri] Supplendum forsan: II VIRI *victimas immolant*. Sacerdotii et duumviratus dignitates non semper erant conjunctæ; sed sacerdotium et Duumviris delatum fuisse et duumviratu functis, ex antiquis monumentis

liquet. Ceterum isti Duumviri videntur iidem esse, qui notantur infra III. Id. April. scil. Prænestini. Neque enim dubitare licet, anniversarium diem, quo Augustus pontificatum max. cepit, ut Romæ, ita etiam in coloniis fuisse solennem, sicut deinde fuit dies, quo eandem dignitatem iniit Tiberius.

Populus coronatus — ob] Supple, OB *eandem caussam*. Apparet hinc, *ludos pontificales*, quorum mentionem facit Suet. Aug. c. 44. quotannis fuisse celebratos. Falluntur, si qui putant, etiam superiores Pontiff. max. jure suo ejusmodi ludos edidisse. Immo id licuit nemini, qui magistratus non esset, nisi funeris causa; et ut illi Augusti ludi appellarentur *pontificales*, ideo factum videtur, quod forte eo die, quo illud sacerdotium iniit, agebantur.

Populus coronatus] Mos fuit Romæ, ut Senatus et populus, interdum etiam milites, *laureati* in publicum procederent. Suet. Aug. c. 58. Dio XLVII. 10. et Herodian. passim.

Ad d. 7. *Ovi — . . ucos*] Corr. et supple, *Feriæ I*OVI seu *Vedj*OVI ARCIS VEDIOVIS INTER DVO (s. DVO*s*) *L*VCOS. Ubi intell. locus arcis, ubi Vedjovis ædes sita erat, sive ædes ipsa: ut Sulpicia in Satira 'arcem Monetæ' appellat ædem Junonis Monetæ, quæ in Arce erat. Nec mirum, quod, cum duæ essent in Urbe ædes Vedjovis, una earum distinctionis causa diceretur 'in insula,' de qua supra Cal. Jan. altera vero 'Arcis Vedjovis,' quia in Arce posita erat.

Inter duo lucos] *Ante duos lucos* dicit in eadem re Ovid. III. 429. Conf. Dionys. II. 15. Liv. I. 8.

Ad d. 10. *Feriæ ex S. C. — Norbano*] Lego: *Quod eo die*, mox, FAC*tus* EST, et infra addo *Cos*. Ex alio lapide ap. Grut. 228. 8. et Gorium Inscrr. antt. P. I. p. 317. innotuerat, VI. Id. Mart. pontificatum max. inisse Tiberium: nunc Verrius annum adjicit 767. Ad rem conf. Tac. Ann. III. 59.

Ad d. 19. *Quinq.*] *Quinquatria* præbet Calend. Vindob. de quibus vide et compara Ovid. III. 810. Varr. L. L. V. 3. Gell. II. 21. Fest. h. v. ubi leg. *apud Tusculanos triatrus et sexatrus et septimatrus* (vulg. *septenatrus*) *et Faliscos decimatrus*.

. . narentur artificum dies] Supple, *nomina*RENTVR. Hoc nomen Quinquatrium ex uno h. l. discimus, sed causam nominis suppeditat Ovid. III. 833. Adde Lactant. I. 18. 'Minerva est, quæ omnes (artes) reperit, ideoque illi opifices supplicant.'

Ædis — est] Suppleo, *Quod Minervæ* AEDIS IN AVENTINO EO DIE EST *consecrata*. Hinc sua petiit Festus l. c. quem conf. v. *scribas*, unde apparet, eam ædem antiquissimam fuisse. At aliam causam affert Ovid. III. 812. cui consentit Calend. Vindob. quod habet N. MINERVES h. e. *Natalis Minervæ*.

. . aciunt — celer] Fortasse: *f*ACIVNT IN COMITIO SALTVS *adstantibus Pon*TIFICIBVS ET TRIB*uno* CELER*um*. Scil. præcipue *in Comitio quotannis* saltabant Salii: Varro L. L. IV. 15. Ex h. l. cognoscimus, quo die factum sit

Ad d. 23. *Tubil. — Marti*] Supple, *Feriæ* MARTI. Hoc festum in editis libris Varr. L. L. V. 3. *Tubilustrum* vocatur: at ex Ovidio et Festo colligitur, nominandum potius esse *Tubilustrium*, uti illud nominat Calend. Vindob. Bis

in anno Romæ agebatur, hoc die x. Cal. April. et x. Cal. Jun. Conf. Ovid. III. 849. v. 725. quorum locorum priore Verrius confirmat scripturam plurium codd. *et forti sacrificare Deo*, pro vulg. *Deæ*, ubi egregie conjecit N. Heins.

Hic dies — lustrantur] Consentiet Verrius Varroni, si apud hunc l. c. legatur *tubi lustrantur*, non *tubæ*. Atque ipse IV. 24. docet: 'Tubæ a tubeis, quos etiam nunc ita appellant tubicines sacrorum.'

Lutatius — inauguraverit] Lege, IN RVINA PALAtii iNCENSI A GALLIS. Ex his autem verbis sequi videtur, non modo sacrarum cærimoniarum origines arcanas fuisse, sed ipsas etiam cærimonias: cui enim incertum esse potuisset, an tubos s. tubas lustrarint sacerdotes, an Romuli lituum? Ni forte mavis dicere, quod primitus in tubilustriis Romuli lituus lustraretur, deinceps tubæ, quod ejus speciem præ se ferrent. Gellius v. 8. inquirens, 'utrum lituus auguralis a tuba, quæ lituus appellatur, an tuba a lituo augurum lituus dicta sit,' animadvertit, quod 'utrumque a pari forma, et pariter incurvum est;' et quæstionem solvit contendens, quod 'virga auguralis a tubæ similitudine lituus vocetur:' quæ fuerat etiam Ciceronis sententia, de Romuli lituo dicentis, 'ab ejus litui, quo canitur, similitudine nomen invenit:' de Div. I. 17.

Lutatius] Q. Lutatius Catulus scripsit libros *Communium Historiarum*, ut eos nominat Serv. ad Virg. IX. 710. Ex iis nonnulla loca leguntur inter Fragmenta historicorum ab Auson. Popma collecta; iis locis nunc hic accedit.

Clavam] Haud memini alius veteris scriptoris, qui Romuli lituum 'clavam' appellarit, ut h. l. fit: simili tamen vocabulo utitur Cicero, ubi eum vocat 'bacillum.' Verrius Romuli lituum 'clavam' appellans, ejus non modo formam, sed et materiem ob oculos ponit, ut rei miraculum adjiciat.

In ruina — repertam] Ex hoc Lutatii testimonio clarius prodit historia, a Cic. l. c. et Val. Max. I. 8. narrata; siquidem affert, quo res acciderit tempore, traditque, totum Palatium, non unum sacrarium, aut unam Saliorum curiam fuisse incensam. Igitur inventus est Romuli lituus ab igne intactus, 'in ruina,' h. e. inter rudera deustarum mansionum, quas Salii habebant in monte Palatino, cum eas, devictis fugatisque Gallis, instaurare cœptum est. 'In moliendo,' scribit in Camillo Plutarchus, 'et purgando loco reperiunt sub magno cumulo cineris Romuli baculum, quo is uti ad auspicia solitus erat.'

Ad d. 24. *Q. R. C. F.*] I. e. *Quando Rex Comitio fugit*. Bis quotannis agebatur festum illis literis signatum, mense Martio et Maio. Semel ejus meminit Ovid. v. 727. Sed hujus festi quam mature obscurata sit origo, arguunt seqq. verba, quæ sic fere legenda sunt: HVNC DIEM PLERIQVE PERPERAM *litteras Q. R. C. F.* INTERPRETANTES PVTANT APPELLARi *ita* QVOD EO DIE EX COMITIO FVGERIT *Rex Tarquinius:* nAM NEQVE TARQVINIVS ABIIT EX COMITIO eT ALIO QVOQVE MENSE EADEM *sacra f*IVNT. Legebantur adeo illæ literæ etiam diverso modo: *Quando rex comitiavit fas*, i. e. ad Comitium itat. Conf. Festum v. *Quando* et *Regifug*.

.. *ignificat, &c.*] Forsan suppl. *Hæ notæ* Q. R. C. F. sIGNIFICANT,

Quando Rex Comitio fugit, (vel sic, *Quando Rex comitiavit fas.*) NP. *hunc diem* FIERI INDI*cant e nefasto fastum*. Conf. Varron. v. 4.

Ad d. 31. *Lunæ in Aventino*] Concinit Ovid. III. 883. Duo erant Romæ templa Lunæ dedicata: unum in Palatio, *Lunæ Noctilucæ* dictum: (Varro IV. 10. conf. Spanhem. Diss. x. § 12.) alterum in ea situm Aventini montis parte, quæ erat contra Palatium versus Forum boarium et principium Circi. Conf. Liv. XL. 2. Vitruv. III. 2. et Lips. ad Tac. Ann. XV. 41.

IN APRILEM.

Ad nomen mensis. *Viniri quod, &c.*] Suppl. *Aprilis a* VENERE, seu, *sacer* VENERI: et mox, QVOD EA CVM *Anchise parens fuit Æne*AE REGIS *qui genuit Iul*VM A QVO POPVLVS ROM. ORTVS E*st*. Conf. Ovid. I. 39. IV. 25. sq. et 35. Censorin. c. 22. Macrob. I. 12. Quod pro *Venere* scriptum est *Viniri*, hæc notavit Gell. X. 24. 'Sane quam consuetum veteribus fuerat literis E et I plerumque uti indifferenter.'

. . *ise quia — aperiuntur*] Aliud etymon: *Putant nonnulli ita appellatum es*SE QVIA FRVGES, &c. Conf. Varro v. 4. Ovid. IV. 85. Censorin. et Macrob. ll. cc. ubi postremus hæc ipsa verba Verrii ante oculos habebat.

Ad d. 1. *Frequenter — desideratur*] Hæc est illa sententia, quam Macrob. l. c. sic memorat: 'Non tamen negat Verrius Fl. hoc die postea constitutum, ut matronæ Veneri sacrum facerent; cujus rei causam, quia huic loco non convenit, prætereundum est.' In lapide post ETIAM supple *Veneri*, et paulo post CORPO*ris*. De ritibus hujus festi conf. Ovid. IV. 143. seqq.

Frequenter, &c.] *Frequenter* h. l. est magna frequentia, magno concursu. Ut ap. Liv. I. 11. et Cyprian. ep. 55. 'Concilio frequenter acto,' ad quem v. Gronov. Obss. in scrr. eccles. c. 14. *Fortunæ virilis* ædem Dionys. Hal. IV. 27. in ripa Tiberis positam scribit, exstructam a Servio Tullio. Conf. Plut. Q. R. 73. et Varro ap. Non. v. *undulatum*, ubi assentior legentibus *virilis Fortunæ* potius quam *virginis Fortunæ*. Eam conjecturam præter alios præstat Ovid. VI. 569. et 625.

Ad d. 4. *Ludi — appellatur*] Calendarium Maffeianum hac die: 'Ludi matr. mag.' Calendar. Vindob. 'Ludi Megalesiaci,' quo verbo utitur etiam Juvenal. XI. 191. Conf. Ovid. IV. 179. Ceterum h. l. apparet, *Megalensia* olim scriptum esse pro *Megalesia*, quod et Quintil. I. 5. docet, si cum Mss. legamus: *Quædam faciem solæcismi habent . . . ac Megalensia*.

Magnæ Deum matris Idææ] Ejus idolum lapis fuit, de quo v. Arnob. lib. VII. p. 253. (298.) et impr. luculentam Diss. in T. 23. Memorr. R. Acad. Inscrr. p. 213.

Nobilium mutitationes — fieri] Vox *mutitationes* nunc primum in lucem prodit, eaque tuetur scripturam *mutitarent* ap. Gell. II. 24. et XVIII. 2. ducitque ad veram lectionem ap. Ovid. IV. 354. *mutitata* pro *tum magis*, ubi jam N. Heinsius poni jubebat *mutuita*. Illud frequentativum est ex *muto*, ut vel Ovidius arguit.

Ex libris Sibull. arcessita] Iisdem verbis utitur de hac re Varro l. c. Scripturam *Sibulla* pro *Sibylla* ex Verrio confirmat Velius Longus p. 2215.

Ad d. 5. *Non. N. Ludi — colle*] Leg. CITERIOri IN COLLE. Hinc primum a Latino scriptore disce, quæ sit 'Fortuna Brevis,' cui fanum Ser. Tullius dedicavit, et quam unus, quod sciam, sic nominat Plut. Q. R. 73. Mihi Verrius 'citeriorem' eam vocans indicare videtur, 'Fortunam brevem' esse viciniorem, et brevi necessariam, seu brevi obventuram; aut, si mavis, Fortunam 'hujusce diei' appellatam, cujus meminit Cic. de Legg. II. 11. f. Ea enim est passim vis vocis 'citerior' ap. Latinos scriptores: hanc autem Fortunam, opinor, Plutarchus μικρὰν et βραχεῖαν, aptius vero Verrius 'Publicam citeriorem' appellavit, ut a Fortuna publica primigenia distingueretur, cujus festum duo alia marmorea Calendaria assignant VIII. Cal. Jun. de quo die v. Ovid. V. 739.

In colle] I. e. Quirinali. Inde porta quædam Urbis proprio nomine dicebatur 'Collina,' alias 'Salaria.' Conf. Ovid. IV. 378. Aliud 'Fortunæ publicæ' templum fuisse in Capitolio, ex Dione IV. 26. colligas; nec bene Rycquius de Capitol. c. 43. censuit, Dionem loqui de templo *Fortunæ obsequentis*.

Ad d. 6. *Ludi E. Q. E. D. C. &c.*] Forsan: LVDI E*questres* Q*uod* E*o* D*ie* C*aius* CAESAR C*aii* F*ilius* IN AFRICA REGEM, suppl. *Jubam devicit*. Conf. Ovid. IV. 379. Suet. Cæs. c. 35. Hirt. B. Afr. 79. 94. Senec. Provid. c. 11. Liv. epit. 114. Sext. Ruf. Breviar. c. 4.

Ad d. 11. .. *um maximu* .. — *vitulum* i ..] Nihil est in ceteris Calendariis aut Fastis Ovidii, quod nos ad certum supplementum ducat. Sed peculiare festum latitare videtur, quod biduo Præneste agebatur; et fortasse sic integrandum erit fragmentum: *Fest*VM MAXIM*um Iovis et* FORTVNAE PRIMIG*eniæ* VTRO EORVM DIE *omnibus* (*s. matribus*) ORACLVM PATET IIVIRI VITVLVM I*nmolant*. Nomen *Jovis* addidi, quia una cum Jove Fortuna primigenia Præneste colebatur: cujus idolum, teste Cicerone, Jovem puerum in gremio tenebat, mammam cum Junone appetentem: quam conjecturam plane firmant plurimi votivi lapides, Præneste reperti. Denique ex eodem Cic. de Div. II. 41. supplendum putavi *matribus*.

Oraclum] Ita contracte de loco dixisse videntur Prænestini, quorum proprium fuit, Romana vocabula decurtare, ut constat ex Plauto, Nonio, Festo. Jam h. l. 'oraculum' est delubrum, atque adeo sanctior delubri pars, ubi Fortunæ simulacrum, forsan etiam urna sortium servabatur. Qualis autem hic fuerit locus, docet Cic. de Div. II. 41. Quodsi in eo fuisse dicamus lithostroton, quod Syllam fecisse testatur Plin. XXXVI. 25. Syllanumque lithostroton id ipsum esse, quod nunc Præneste in palatio Barberiniorum Principum visitur, multisque celebratum est doctorum commentariis, ita supersunt adhuc illius 'oracli Prænestini' vestigia. Conf. Vulpii Vet. Lat. XVI. 6. T. 9. p. 136. Ceterum quod hic videmus partem sanctiorem delubri non quotidie, sed statis diebus, 'patuisse,' hinc explicandum arbitror Jovis cognomen 'Arcani,' quem plures Præneste reperti lapides offerunt. V. Fabretti Inscrr. c. 5. p. 411. n. 312. Murator. Inscrr. p. 181.

IIviri vitulum inmolant] Nimirum respublica Prænestinorum penes Duumviros erat, ex Decurionum ordine deligi solitos: cujus regiminis formam diu

ibi mansisse, arguunt plures lapides, quos descripserunt Suaresius, Valpius, et Cecconius in commentariis suis de Antiqq. Prænestinis. De *vitulo* notandum est, hanc propriam fuisse Jovis victimam, præsertim pueri. Conf. Serv. ad Virg. Æn. IX. 627. et III. 21. Macrob. Sat. III. 10. Varro R. R. II. 5.

Ad d. 12. *Ludi in Circo M. D. M. I.*] Hærebam, utrum IV. seu III. Idus, an pr..Id. April. ponenda essent hæc verba: sed posterius præferri jussit Liv. XXIX. 14. Etiam alia Calendaria 'Ludos Cereri' notant ad pr. Idus. Conf. Ovid. IV. 385. Una eademque Dea erat Magna Deum *Mater* Idæa, et Cybele, et Ops, et Ceres, et Bona Dea, et Isis, et Rhea.

In Pal.. dedicata est] Scr. IN PAL*atio* QVOD EO DIE AEDIS Ei D. EST. Hujus ædis in Palatio faciendæ primus auctor fuit Scipio Nasica, omnium consensione optimus judicatus, qui Matrem Deum adventantem exceperat. Conf. Liv. XXXVI. 36. Ovid. IV. 347. Martial. I. 71. Stetit templum usque ad imperium Theodosii.

Fructus] Pertinuit hoc, puto, ad causam ludorum Cerealium, qui agebantur per plures dies: unde singulis diebus a pr. Id. April. ad XIII. Cal. Maias apponitur nota LVDI in Calend. Maff. et LVDI CEREALICI in Vindob.

Ad d. 15. *Ford.*] *Fordicidia* huic diei omnia Calendaria assignant. Præter Festum et Ovid. IV. 629. conf. Varr. V. 3. Dicta sunt etiam *Hordicidia s. hordicalia*, ut apparet ex eodem Varr. R. R. II. 5.

Ad d. 21. *Pal.*] Scil. *Palilia.* Addidi autem L, quia ejus vestigium mihi visus sum videre adumbratum in marmore. Alii dicebant *Parilia*, ut et Græce Dionys. Hal. quod unice verum confidenter pronuntiat Marius Victorin. De hoc festo hic pluribus egerat Verrius, sed quinque tantum versuum initiales literæ supersunt, ex quibus nihil certo elici potest: nisi quod verba IGNES TRA sic supplenda videntur, IGNES TRA*nsiliunt*; indicantia morem pastorum, qui cum primo hujus diei mane ovilia lustrassent, (unde in vet. Calend. rustico m. Aprili indicitur: OVES LVSTRANTVR,) et Pali Deæ lacte, sapa, ac milio sacra fecissent, et convivia celebrassent; demum vespere palearum accensos acervos certo ordine in loco plano collocabant, et saltando *transiliebant*, ut se purificarent: ex quo illud Persii, 'fumosa Palilia fœno,' Sat. I. 72. Conf. Tibull. II. 5. Ovid. F. IV. 727. et totum locum, Fest. v. *October*.

Ad d. 23. *Vin.*] Vinalia edicuntur etiam in Calend. Maff. a. d. IX. Cal. Mai. sed in eo apponitur NP pro F. Erant autem etiam alia Vinalia, quæ 'rustica' appellabantur, acta XIV. Cal. Sept. auctore Festo et probantibus pluribus Calendariis. Atque ex his simul apparet, mendosum esse locum Varronis IV. 3. ubi id festum d. XII. Cal. Sept. tum Plinii XVIII. 29. ubi d. XIII. Cal. Sept. assignatur.

Jo..] Fors. IO*vis dies, non Veneris:* seu, IO*vi dies sacer est, non Veneri.* V. Varr. l. c. et Macrob. Sat. I. 4. Adjectio de Venere illuc pertinet, quod Venerem hoc die peculiariter colebant meretrices, ideoque vulgo festum Veneris esse credebant; eo magis quod erat alius dies, pariter Vinalia dictus, mense Augusto, de quo loquitur idem Varro. Sed Verrius etiam sic scribere potuit: IO*vi vinum novum libant.* Nam sic fere Festus vv. *rustica* et *calpar*.

. *Consecratum* — —*fructum*] Quid hic exciderit, difficile est divinare. Verum ad rem propius ducent loci de Mezentio ap. Plin. XIV. 12. Macrob. Sat. III. 5. Ovid. IV. 879. Plut. Q. R. 46.

Sig. Divo — *dedicarunt*] De hoc signo v. Tac. Ann. III. 64. ubi qui memoratur titulus Tiberio displicuisse, mihi quidem his videtur conceptus esse verbis:

D. AVGVSTO. PATRI
IVLIA. AVGVSTA
ET. TIBERIVS. AVGVSTVS
DEDICARVNT.

Nec mirere, superbam hanc mulierem suum nomen Tiberio præposuisse. V. Dio LVII. 12. Præterea aliud quoque signum Augusto domi Julia dedicavit, de quo Dio idem l. c. ubi noli credere Reimaro.

D. Augusto Patri] Ita etiam in nummis, post consecrationem Augusti cusis; quasi jam alter esset *Jupiter*, qui vulgo *Patris* nomen habebat. Nam si propter adoptionem Julia Augustum voluisset Patrem appellare, sibi et Tiberio literam F addidisset. Ac nummi ita inscripti varia, quæ Augusto variis in locis consecrata sunt, signa repræsentant.

Et Ti. Augustus] Sæpe Verrius Tiberium memorat, hoc uno loco cognomine 'Augusti.' Nempe hic, ut puto, ipsa recitat verba tituli, quem Livia Julia, Augusti conjux, inscribi jusserat; alibi, ubi ex sua persona loquitur, id cognomen non ponit, seu quod res a Tiberio privato gestas notabat, seu quod placere ei volebat, qui, teste Suet. c. 25. 'ne Augusti quidem nomen ullis nisi ad reges et dynastas epistolis addidit:' quod ipsum confirmat Dio LVII. 8. hoc adjecto, quod etsi 'Augusti' nomen ipse non usurpabat, 'audiens tamen aut scriptum legens ferebat;' ex quo testimonio intelligitur, cur extent tot nummi, in quibus 'Augusti' cognomen Tiberio non additur, et plures quoque, in quibus additur, præcipue inter nummos in coloniis cusos.

Ad d. 24. *Ti. Cæsar* — *Cos.*] Prodit nunc dies, prodit annus, quibus Ti. Cæsar togam vir. sumpsit: est is a. U. C. 726. quo *agebat* annum ætatis suæ 16. Simul hoc illustre exemplum est, quod multis aliis adjicias a Noris. Cenot. Pis. II. 4. allatis contra Salianum, qui diem 17. Mart. sumendæ togæ vir. definitum ex Ovidio perperam ducebat. Ita in Antiatino Calendario d. 20. Oct. ascripta est nota vir. togæ ab Augusto sumptæ. Ceterum hic notanda est certa aureæ ætatis scriptura, SUMPSIT. I nunc et irride, si potes, quorundam Grammaticorum disputationes, audacesque sententias.

Ad d. 25. *Rob.*] *Robigalia* hoc die etiam in Calend. Maff. iisdem literis ponuntur. De iis v. Varr. v. 3. Plin. XVIII. 29. Tertull. de Spect. 5. et Paullum ex Festo.

Feriæ—*fiunt*] In v. *robigo* scriptura ostendit etymon a colore *robo*, unde *robum* rustici dicebant bovem rufi coloris, ut Festus docet. Accedit vetus lapis, ubi legitur 'vitulo robio et verre:' et Senatus Cons. ap. Gell. IV. 6. quo decretum, ut hostiis majoribus Dii placarentur, ubi additur, 'si quid succidaneis opus esset, *robus* succederet.' Sic enim ex Mss. emendandum pro vulg. *Robigus*. Hunc vero Deum Verrius cum Varrone dicit 'Robigum,' ut et in titulo aræ, quem habet Murator. CII. 6. sed Ovidius et Columella, præter Tertullianum, Deam faciunt 'Robiginem.'

Via Claudia] Viæ hujus eodem nomine meminit Ovid. ex P. I. 8. 44. alii

Clodiam nominant. Juncta erat viæ Flaminiæ. Quæri hic potest, quibusnam in collibus fuerint horti Ovidiani, qui ex via Claudia spectabantur. Non bene de Apennino cogitabat N. Heinsius. Immo certum est, et ex ipsius quidem carminibus, fuisse eos in vicinia Urbis. Qua de re, nisi fallor, quem 'collem hortorum' appellat Suet. Ner. c. 50. alii 'hortulorum,' sub 'piniferorum collium' nomine montem Pincium indicatum esse ab Ovidio crediderim, tunc extra Urbem positum, deinde in pomœrio inclusum ab Aureliano, ubi plures hortos fuisse inditum ei nomen 'collis hortulorum' demonstrat. Hoc autem mihi constare etiam videtur ex eo, quod via Claudia aut incipiebat a porta Catularia, aut ei proxima erat; cum Flamines, qui, teste Verrio, per viam Cl. ibant ad lucum Robigi, per portam Catulariam exirent, ut observat Festus.

Sacrificium] Præcipue canis, tum ovis; unde id sacrificium Ateio Capitoni ap. Festum dictum est 'canarium.' Conf. Ovid. IV. 939. Colum. X. 342.

Et ludi—fiunt] De ludis sacrificio additis tacet Ovidius: erant ii duplices, juvenum ac puerorum. Conf. Virg. Æn. V. 563. 548. Suet. Cæs. c. 39. Aug. c. 43. Tib. c. 6. Sed ludus Trojæ, quo pertinent hi loci, equester erat; isti, de quibus Verrius, pedestres. 'Cursores' etiam memorat Suet. Aug. c. 43.

Quia—meretricum est] Scil. dies Vinaliorum IX. Cal. Mai.

Ad d. 28. *Ludi Floræ*] Ludi Florales, qui incipiebant IV. Cal. Maias, complebantur IV. Nonas, ut ex Ovidio apparet; seu V. Non. ut docet Calend. Vindob. Agebantur in Circo, cui nomen 'Circus Floræ,' quem Rufus et Victor ponunt in Reg. VI. Conf. Ovid. IV. 947. Plin. XVIII. 69.

Feriæ—Valgio Cos.] Lego: FERIAE EX S. C. QVOD EO DI*e ædes* ET VESTÆ IN DOMV CAESARIS AVGV*sti* P*o*NTIF*icis* MA*ximi* DEDICA-T*a* *e*ST QVIRINIO ET VALGIO COS. Ita innotuit nobis primum annus U. C. 741. rei, quam Ovid. IV. s. f. enarrat. Ibi verba, 'Sic justi constituere Patres,' respiciunt Senatus consultum. Apud Verrium ET ante VESTAE videtur esse pro *etiam*, i. e. præter ædem Floræ. *Domu* alias quoque legitur in lapidibus, et præcipue in libris Juris, notante Brissonio. Ita Priscian. ap. Lucret. pro *freto* legisse se testatur *fretu*.

Eodem—dedicata est] Adjicitur ratio, cur primus hic esset dies ludorum Floralium. Eo die ædes Floræ dedicata fuerat, eodemque anniversaria hujus dedicationis memoria celebrabatur. Conf. Ovid. l. c. Tac. Ann. I. 49. Varr. IV. 32. Vitruv. I. 2.

Floræ—præest] Plin. XVIII. 29. in eadem re ponit 'deflorescere,' quod idem est ac Varr. R. R. I. 1. 'tempestive florere.' Conf. Ovid. V. 195. ubi recte legitur *litera Græca*, et fortasse scribendum est *Sabina* pro *Latina*. Accepisse enim Romanos a Sabinis cultum Floræ, ex Varrone discimus, qui etiam docet, Sabinorum fuisse H per literam F pronuntiare. 'Hircus, quod Sabini Fircus; et quod illi Fedus, in Latio rure Hedus, quod in Urbe, ut in multis, AE addito, Hædus.'

Propter sterilitatem frucum] Particulam *propter* et alii sic ponunt, ut Palladius Mart. t. 10. 11. Nov. t. 13. 'propter injuriam pretiosi velleris,' pro, ad cavendam noxam velleris. *Frucum* pro *frugum*. Suspicor enim, Verrium hic vetustæ alicujus legis verba adhibuisse, ideoque curasse, ut more vetusto

insculperentur: nec dubito, in legg. XII. tabb. scriptum fuisse *secelem*, *fruces*, *&c.* Conf. Noris. Cenot. Pis. IV. 5.

IN DECEMBREM.

Ad d. 10. *Tr*..] Ex his duabus literis conjicio, Verrium hic annotasse, *diem* 4. *ante Idus Dec.* TRIBVNATVI PLEBIS *ineundo solemnem fuisse, quod eo die primi Tribuni pl. magistratum inierint.* Conf. Dionys. Hal. VI. 89. Nec obstat Cic. Verr. Act. I. c. 10. si eum ita accipias, ut non de perpetua, quæ tunc temporis facta esset, veteris solemnisque moris immutatione loquatur, sed de singulari re propter illius anni necessitatem, quam profecto ipsa Ciceronis verba exprimere videntur.

Ad d. 11. *Ag*..] Calend. Maff. et Amiterninum hoc die: AGON *NP.* Nec dissentit Calend. Vindob. in quo notatur *Septimontia*, ut docet Festus v. *Septimontium*, ubi nugas agit Dacerius.

Ad d. 15. *Cons. NP.*] Calend. Amitern. pr. Id. Dec. CONSO IN AVENTINO, ac postea: CONS. NP. FERIAE CONSO. ARA FORTVNAE REDVCI DEDIC. EST. Consus autem et Neptunus equester pro uno Deo habebantur; sed arcanorum populi Rom. peritiores putabant, Consum esse Deum, cujus nomen esset vulgo ignotum, ita dictum ob suggestum Romulo consilium de raptu virginum Sabinarum. Huc ducunt nos Plutarchus, Dionys. Hal. Strabo, et alii.

Equi et..*l*] Supple, EQVI ET *mulI.* Festus: 'Mulis celebrantur ludi in Circo max. Consualibus, quia id genus quadrupedum primum putatur cœptum currui vehiculoque adjungi.' Conf. Plut. Q. R. 47.

In Carinis] Missis opinionibus aliorum, puto, Carinas tum in convalle Exquiliis subjecta contra Palatinum, tum quoque in ea, quæ inter Palatinum et Cœlium jacet, et ad Circum max. exit, patuisse: unde facilius intelligo Livium scribentem, quod 'Flaccus porta Capena cum exercitu Romam ingressus, media Urbe per Carinas Exquilias contendit,' XXVI. 10.

Ædi..—*tu*..] Dubia hic sunt plura. Statim quid duas primas literas AE sequatur, non plane certum est, et dubitabam, an legendum esset AER. P. hoc est, ære publico. Tentabam etiam AEQVE: tandem scriptum divinavi AEDI, supplendumque AEDI*litii*, i. e. qui ad Ædiles curatores solemnium ludorum pertinebant. Potuit tamen etiam sculptum esse AEDITVANT, h. e. in conspectu ædis manent.

Et lectisternium—præstat] Horum Consualiorum solemnitatem augebat *quo*QVE lectisternium, sacrum scil. convivium ex victimis immolatis Deo Conso super instrato pulvinaribus lecto appositum, curante, qui 'Rex manceps equorum' electus esset. Haud occurrit alius scriptor, apud quem 'Regis mancipis equorum' mentio fiat; Asconius tamen in Cic. Philipp. 'Antonius,' inquit, 'redemptas habebat ab ærario vectigales quadrigas, quam redemptionem Senatori habere licet per legem.' Itaque inter decumas, quas P. R. a sociis et civitatibus exigebat, erant etiam vectigales quadrigæ, quibus forte utebantur in ludis Circensibus; et quoniam, eodem Asconio docente, cujuscumque generis decimarum mancipes, veluti publicanorum

principes habebantur, haud mirum est, quod 'manceps equorum,' quorum redemptionem suscipere ipsis etiam licebat Senatoribus, 'Rex' diceretur, quo vocabulo cujuscumque rei redemptores, et qui præ ceteris ditiores seu potentiores erant, vocabantur. Decursu temporum omnes quarumcumque rerum mancipes obtinuisse ut coirent, et corpus seu collegium constituerent, apparet ex titulo inscripto a. Chr. CCCLIII. ap. Grut. 438. 1. MEMMIO VITRASIO. ORFITO. CORPVS. OMNIVM. MANCIPVM. STATVAM. SVB. (leg. suo) AERE CONSTITVIT.

Ad d. 21. *Feriæ Diva* . .] Notatum opinor DIVAL. Sed ne L quidem addere volui, quia nullum ejus apparet in marmore vestigium: ut omnino hujus mensis fragmenta non tantum manca, sed etiam detrita et corrosa sunt. Festum modo 'Divalia,' modo 'Angeronalia' dictum est, scil. Deæ Angeronæ s. Angeroniæ. Conf. Macrob. Sat. III. 9. et I. 10. ex Verrio et aliis Grammatt. Solin. c. 1.

In ar . .] Lege, IN AR*a Volupiæ*, ex allatis locis Macrob. et Augustin. C. D. IV. 11. Apud Varr. L. L. V. 4. scribendum puto, *Angeronalia ab Angerona, cui sacrificium fit in ara ad navalia.* Scaliger tentabat, *cui sacrificium fit eo die, ac cujus eæ feriæ publicæ;* sed haud dubie perperam.

Ad d. 22. . . *rinis in port* . .] Ex Macrobio constat, in h. d. incidisse ferias *Laribus* sacras, quod eo die ædes illis dedicata est. Hanc autem ædem *Laribus perma*RINIS dedicatam fuisse a M. Æmilio Lepido, testatur Livius XL. 52. Conf. Atil. Fortunat. p. 2680. Putsch. Dicebantur hi Lares 'permarini,' de quorundam sententia, quod erant navibus attributi, ut 'compitales' compitis, 'familiares' domibus, 'viales' viis, 'rurales' ruri, 'publici' civitati alicui. Mihi vero 'permarini' dicti videntur 'mari potentes.' Nam cum ædi horum Larium præfixum titulum ligata oratione scriptum fuisse cognorim ex Fortunatiano, qui inde exemplum versus Saturnii affert, facile suspicor, epigrammatis auctorem eam vocem usurpasse ad metri commoditatem; neque id prorsus inepte, sed ut exprimeret Lares permaxime mari potentes, aut qui late regnabant per omnium regionum maria. Ceterum Turnebus testatur Adverss. XX. 35. in vetere quodam Lexico hos Lares explicari διαποντίους θεούς. Mox legendum videtur IN PORT*ubus*. Nam ædi aptissimum locum præbere potuit aliquis ex portubus apertis propter Tiberim, qui campum Martium ambiebat, in quo campo sitam eam ædem narrant Livius et Macrob.

. . *uci* . .] Lego *poll*VCE*nt*, h. e. offerunt, consecrant; sc. fortasse nautæ seu mercatores: nisi etiam addendum est *pisces*, ex lege Numæ, quam affert Plin. XXXII. 2. ex Cassio Hemina, judice Scaligero sic conceptam: PISCEIS, QUEI SQUAMOSEI NON SUNT, NEI POLLUCETO: SQUAMOSOS OMNEIS, PRÆTER SCARUM, POLLUCETO.

Ad d. 23. *Lar* . .] LAR*entalia* s. LAR*entinalia*, quod festum in X. Cal. Jan. incidisse Varro, Ovidius, et alii testantur.

. . *iæ Jovi*] *Fer*IAE IOVI. Cur hoc die, quo Accæ Larentinæ parentabatur, Jovi feriæ constitutæ fuerint, causam hanc reddit Macrobius: 'Quia æstimaverunt antiqui animas a Jove dari, et rursus post mortem eidem reddi.

Accæ Larentin . .] Scrib. ACCAE LARENTIN*æ parentalia* s. *sacrificium*.

Notes autem, cum parentalia agerentur, ubi erat sepulcrum illius, cui parentabatur, inde factum videri, ut quidam dicerent, teste Varrone, sacrificium illud fieri 'ad sepulcrum Accæ,' i. e. ad cenotaphium. Cic. Epp. ad Brut. 15. med. ubi pietatis suæ intemperantiam adversus defunctam Tulliam excusat: 'In eoque sum majorum exemplum secutus, qui hunc honorem mulieri Larentiæ tribuerim, cujus vos, Pontifices, ad aram in Velabro facere soletis.'

Hanc alii — . . unt] Forsan: HANC ALII REM*i* ET ROM*uli nutricem, Fauestuli conjugem, alii* MERETRICEM HERCVLIS SCORTVM *fuisse di*cVNT. Conf. Liv. I. 4. Ovid. III. 55. Gell. VI. 7. Macrob. Sat. I. 10. Augustin. C. D. VI. 7. Lactant. I. 20.

Parentari et publice] Festus, 'Publica sacra, quæ publico sumptu pro populo fiunt.'

Quod — amatoris sui] Publico igitur sumptu Accæ parentalia fiebant, QVOD POPVLVM ROM. HE*redem fece*RIT MAGNAE PECVNIAE QVAM ACCEPE*rat ex testamen*TO TARVILII AMATORIS SVI. At fortasse pro *heredem* leg. est *herem*, qua antiqua voce Nævium usum esse testatur Nonius. Ceterum *Tarvilii* nomen nunc primum prodit: reliqui scriptores hominem vocant *Carucium* s. *Tarutium*. Dempsterus de Etrur. reg. III. 7. in quadam Macrobii edit. invenisse scriptum dicit *Tanitium*; alibi etiam reperias *Taruntium* et *Tarratium*.

NOTÆ VARIORUM

IN

C. SUETONII TRANQUILLI

OPERA.

[illegible]
[illegible]
[illegible]

NOTÆ VARIORUM
IN
C. SUETONII TRANQUILLI
OPERA.

XII. CÆSARES.

C. JULIUS CÆSAR.



Habet, Quirites! diva Patriæ quondam
Desponsa toti, tota Cæsari nubit
Exlex potestas, si perire vos rerum
Coëgit orbis, sic perisse gaudete!

J. Schildius.

Cap. I. *C. Suetoni Tranquilli de XII. Cæsaribus Liber I.*] Cum apud Suidam legissemus, octo libris constare Suetonii istud πόνημα, non duodecim, percussit e vestigio animum deformis illa, quæ in vulgata divisione spectatur, voluminum inæqualitas: nam posteriorum sex librorum ea brevitas erat, ut cum aliquo e prioribus collati, cuncti vix ei mole sua pares essent, non multum certe superarent. Quare igitur Græcum illum magistrum recte præeuntem non sequerer? præsertim qui et antiquior longe, et, ut puto, omnibus iis doctior est, quorum manu descripti hodie Tranquilli codd. exstant. *Casaubonus.* In ea opinione sum, hoc Suetonii opus non libris, sed Cæsarum, de quibus agitur, titulis nominibusque fuisse distinctum. Et hoc fere in more habent omnes Βιογράφοι: qui non alia passim inscriptione utuntur, quam Cæsares, aut Vitæ Cæsarum. Prioris exemplum habemus in Juliani Παραβάτου opere, quod, teste Suida, ΚΑΙΣΑΡΕΣ inscripsit, ejusdem fere cum Suetoniano, sed satyrici argumenti. Apud Latinos illi, qui vulgo Historiæ Augustæ scriptores sex appellantur, non in libros, sed in Cæsares, de quibus agunt, opuscula sua distinxisse videntur; inscripseruntque, Vitæ Cæsarum; ut haud obscure indicat Julius Capitolinus in Opilio, vel De Cæsaribus: sive etiam, Cæsares, ut alii. Vide eundem Capitolinum in Ælio Vero: qui in Maximo et Balbino testatur, se Suetonium per omnia potissimum esse secutum. Vulgatam tamen lectionem et Suidæ auctoritatem sequi qui volet, fecerit me non illubente. *Boxhornius.*

Julius Cæsar Divus] Falluntur, judicio meo, vehementer, qui sibi aliisque persuadent, deesse multa initio hujus libri, propterea quod de Cæsaris origine et prosapia tacet. Quin potius statuimus, omissam auctori gentis Juliæ enarrationem, cujus nobilitas et nota erat et extra controversiam: aut, si ita malumus, cum sibi, alio loco, tum aliis expositæ: eundem cæterorum principum gentes enucleasse, ut minus notas, et propter diversitatem tradentium incertas atque controversas. *Casaub.* *Cæsar*] Scipionem Africanum priorem, primum Cæsarum ita vocatum tradidere, quod excisus utero matris fuerit. Sed hoc falsum est: nam ante bellum Samniticum Claudius quidam Cæsar exstitit. Falsa etiam nominis ratio: nec enim Cæsar a cæso utero dictus: id de Cæsone potius verum esset. Sed Cæsar antiqua vox Latina, quæ τὸν κουριῶντα significat; unde Cæsaries vel Cæsaria, ἡ κόμη κουριῶσα. *Salmasius.* *Divus*] Hoc est, inter Deos relatus, more Romano, de quo prolixe Joan. Rosinus Antiq. Rom. l. III. c. 18. ibique Th. Demsterus in paralipom. *Berneggerus.*

Annum agens] Natus Cæsar IV. Id. Quintil. (12. Jul.) anno U. C. 653. C. Mario VI. et L. Valerio Flacco Coss. Igitur annus ætatis ejus 16. incidit in Coss. L. Cornelium Cinnam IV. Cn. Papirium Carbonem II. *Bern.*

Patrem amisit] Qui, dum matutino calceatur, repente obiit. Plinius.

Sequentibusque Consulibus] Hoc est, sequenti anno, ætatis decimo septimo. *Bern.*

Flamen] De hoc Sacerdotio enucleate Alex. Genial. dier. lib. VI. cap. 12. et ibi Tiraquellus. Cæsarem vero tantummodo destinatum ait auctor, et a Sylla eodem sacerdotio mox multatum: non dicit inivisse aut gessisse. *Flamen Dialis destinatus*] 'Dium fulgur' Festo, pro fulmine diurno, quod attribuebant Jovi, ut nocturnum Summano. Pro Dio etiam Dialis, ut Dialis Flamen, id est, Jovialis. Et Apuleio 'Diale Fulmen.' Inde et 'sub Dio,' quod alii dicunt sub Jove. Est et Δῖον templum Jovis. *Salmas.*

Prætextato] Puero Cæsari. De

prætextæ origine et usu videatur omnino Macrobius lib. I. Saturnal. cap. 6. *Bern.*

Cinnæ quater Consulis] Quater Cos. an quarto aut quartum dicas, pili non interest: etsi subtiliter inter ea distingui potest. Plutarchus ait τοῦ μοναρχήσαντος: more Græcorum, qui et Syllam et Cinnam et Marium, et dictatores quoque, μονάρχας vocant. *Casaub.*

Neque ut repudiaret compelli] Vulgati codd. *ut repudiaret illam.* Passim in Suetonio observavimus pronominum ellipsin non invenustam, Græcis quoque usitatam. At imperiti homines de suo illa intruserunt, fulciendis sententiis, quas ruere alias putabant: quod semel dictum volumus. *Idem.*

Uxoris dote et gentilitiis hæreditatibus mulctatus] Lege Cornelia de proscriptione, quæ proscriptorum liberos et bonis patriis privavit, et ab honoribus petendis repulit. 'Gentilitia nota' a Livio, 'gentilitia funera' a Plinio nuncupantur. Gentilitium vocabulum a gente, id est, natione, non a familia, usurpavit Gellius: inde 'Gentilitia sacra' dicuntur a Livio, quæ statuta sunt eidem genti. *Beroald.*

Diversarum] Marianarum scilicet, ob affinitatis necessitudinem, quæ inter alia validum partium vinculum. Educatus enim Cæsar apud Aureliam matrem, C. Cottæ filiam, et Juliam amitam, Marii conjugem. Unde illi, patricio, amor plebeiæ factionis, quæ Mariana dicta, et odium Syllanæ, quæ ab optimatibus erat. *Bern.*

Discedere e medio] Fugit enim ad Sabinos.

Seque ab inquisitoribus pecunia redimere] Græci eleganter φυγαδοθήρας vocant, recentior Hellenismus etiam διώγμιτας. Justinianus ἐρευνήδας Græce nominat illos Quæstores a se institutos, quorum officium describit Novella LXXX. *Casaub.* *Inquisitoribus*] E quibus Cornelium Phagitam, Syllæ libertum, nominat autor infra cap. 74. a quo Cæsarem redemisse se duobus talentis, scribit Plut. in Cæs. *Bern.*

Donec per virgines] Solebant Romani in periculis delictisque adhibere Vestales deprecatrices, ut ita venia fieret impetrabilior. Hinc ait Cic. in dissuasione legis agrariæ, 'si quid deliquero, nullæ sunt virgines, quæ me a vobis deprecentur.' Hinc Messalina, cum audisset Claudium maritum ab Hostia redire festinantem ad ipsius ultionem, oravit Vibidiam virginum Vestalium vetustissimam, ut Claudii aures adiret, et clementiam expeteret. Tac. Ann. XI. *Beroald.*

Mamercum Æmilium] M. Æmilium Mamercum intelligit, qui A. U. C. 676. cum D. Junio Bruto consul fuit. Alii Mam. Æmilium Lepidum Livianum vocant, e gente Livia in Æmiliam adoptatum: et, puto, rectius. Nam Mamercus tantum prænomen est; ut cognomen Mamercinus, non uno Livii loco corruptum. *Torrent.*

Aurelium Cottam] Aurelia familia ex Sabinis oriunda a Sole dici creditur: cui peculiariter Romæ sacra faciebat. Antiquitus dicti Auselii, ut Valesii, Papysii, pro Aurelii, Valerii, Papyrii. *Idem.*

Deprecantibus, &c.] Ita est: non sponte sua Cæsarem servavit Sylla; sed victus precibus amicorum, ut declarant sequentia.

Expugnatum] Exoratum. Sic infra Tib. cap. 21. 'expugnatus precibus uxoris.' *Bern.* *Expugnatum tandem proclamasse, Vincerent*] 'Vincere,' ait Donatus, familiare est verbum iratis: nempe ea notione qua hic accipitur, et apud Terentium aliosque. Cæsar libro v. 'Vincite, inquit, si ita vultis, Sabinus.' Similiter apud Græcos νικᾷν. Sophocles Electra, εἰ δὲ μὴ καλῶς λέγω, σὺ νίκα· σοὶ γὰρ ἑψόμεσθ᾽ ἅμα. Ab eadem mente est hic quoque expugnatus, pro exoratus. Ita apud Columel-

lam præfatione l. x. 'nisi propositum meum expugnasset frequens postulatio tua.' Est hoc quoque Græcorum imitatione dictum: qui non solum *μάχεσθαι* de omni vehementiore studio usurpant, sed etiam *πολιορκεῖν* pro evincere precibus accipiunt. Ita usi sunt voce oppugnatio Impp. in constitutione quadam de nuptiis: 'In oppugnationem viduarum cessent sequestres atque interpretes, taciti nuntii renuntiique corrupti.' *Casaub.*

Sive divinitus, sive aliqua conjectura] En scriptorem accuratum, etiam in iis quæ obiter dicit. Omnino, inquit, divinavit Sylla; sed utro genere divinationis sit usus, naturali an artificioso, nescio: obiter significat duo esse genera divinandi; illa ipsa de quibus Cicero libro I. de Divinatione, et libro II. 'Duo,' inquit, 'genera divinandi esse dicebas; unum artificiosum, alterum naturale. Artificiosum constare, partim ex conjectura, partim ex observatione diuturna: naturale, quod animus arriperet, aut exciperet extrinsecus ex divinitate, unde animos haustos, aut acceptos, aut libatos haberemus.' *Idem.*

Nam Cæsari multos Marios inesse] Acriora illa et animi vehementius commoti apud Plutarchum: *Οὐκ ἔφη νοῦν ἔχειν αὐτοὺς, εἰ μὴ πολλοὺς ἐν τῷ παιδὶ τούτῳ Μαρίους ἐνορῶσιν.* Eodem loquendi genere usus quondam Dionysius major, cum filium increparet: *οὐκ ἔστιν ἐν σοὶ τύραννος. Idem. Marios*] Hoc est, multa consilia et studia optimatibus inimica, qualia in Mario, populari factioni addicto, fuere. Sic Ovid. 'Et multos illic Hectoras esse puta,' hoc est, viros fortes. *Bern.*

CAP. 2. *M. Thermi Prætoris contubernio*] Thermus quoque Minuciorum cognomen. Exstantque veteres denarii, in quorum parte altera duo viri dimicantes, quos inter tertius genu flexo ab altero protegitur. Ut quod de civica Cæsari a M. Minucio Thermo donata hic narrat Suetonius, nummo in ejus gratiam percusso, testatus videri possit Q. Minucius M. F. Triumvir monetalis, aut alius quispiam Minuciorum, fautor Cæsaris. *Torrent. Contubernio*] Hoc est, convictu, idque ex more et disciplina Romana, qua inter comites imperatoris ac magistratuum erant honestiores multi, immo Senatorum filii, et tale nobiliorum genus, qui amicitiæ causa, aut militiæ, sponte eos secuti. Hi e contubernio Prætoris, aut contubernales ejus dicebantur, quoniam eadem cum ipso pedatura tendebant. Et sane utilitas hic clara, quod juventus caste modesteque agebat, sub oculis et in latere Ducis: quod sermonibus militaribus, et interdum consiliis intererat: denique 'duces agere,' ut Plinius admonet, 'parendo discebat.' *Bern.*

Rursus repetita Bithynia] Fateor, sublata voce *rursus*, sententiæ nihil deerit, nego tamen recte sentire, qui eam putant inducendam: hac ratione scalpello indigebunt quæcumque apud optimos scriptores speciem habent *βαττολογίας*, quæque item dicuntur *ἐκ παραλλήλου*. Mitto illa pueris nota, *πάλιν αὖ, ὕστερον αὖθις*, *ergo igitur*, alia sexcenta. Sophocles Trachiniis: *Πρὶν κεῖνος αὐτὸν φανερὸς ἐμφανὴς σταθεὶς Δείξῃ.* Ibidem: *Ἔχρισα μὲν κατ' οἶκον ἐν δόμοις.* Plautus Pœnulo: 'Revertor rursus denuo Carthaginem.' *Casaub.*

Per causam, &c.] *Προφάσει χρησάμενος, ὡς χρέος ἀπαιτήσων.* In Othone: 'sepositus est per causam legationis in Lusitaniam.' Porro causa exigendæ pecuniæ, prætextus est honestus eorum, qui voluptatis causa ad infamia vel suspecta loca peregrinationes instituunt. *Idem.*

Cuidam libertino clienti suo] Etsi sunt relata patronus et libertus, tamen præter hunc patronum alium libertis olim habere jus fuit, cujus ipsi non liberti dicerentur, sed clientes. Cicero ad Atticum lib. primo:

'Libertum ego habeo, sane nequam hominem, Hilarum dico, ratiocinatorem et clientem tuum.' Sic Athenis servi, cum manumitterentur, optabant sibi ac publice asciscebant patronum, in cujus clientela essent, idque voce præconis. Aristoteles Rhetoricorum lib. III. *τῶν κηρύκων προλαμβάνουσι τὰ παιδία, τὸ τίνα αἱρεῖται ἐπίτροπον ὁ ἀπελευθερούμενος* ΚΛΕΩΝΑ. Sed de Græcis non mirum: apud quos et libertorum solutiora jura, et servorum etiam: adeo ut durius servitium mutare, fas et jus fuerit: quod *πρᾶσιν αἰτεῖν* dicebant. Auctores Pollux l. VII. et Plutarchus de superstitione. Cui juri simillimum illud est, quod hodie legibus Turcarum mancipia ipsorum obtinent. Lege Petrum Bellonium Observationum lib. III. c. 29. *Idem.* Constat ex moribus Pop. Romani, secundum pupillos, proximum locum clientes habere, qui sese in fidem patrociniumque nostrum dediderunt. Unde M. Cato ita scripsit: 'Adversus cognatos pro cliente testatur: testimonium adversus clientem nemo dicit.' Romulus conditor urbis instituit, patronos omnia pro clientibus facere debere, quæcumque efficiunt pro filiis patres. *Beroald.*

Corona civica] Quæ data illi qui civem servarat, et eodem tempore etiam hostem occiderat. Hac enim Imperator honestabat, et Tribuni cogebant servatos (nisi id quidem ultro facerent) servatorem suum coronare. E quercu sive ilice fuit; cujus causam vide, si lubet, apud Plutarchum. *Lipsius.* Vide et Carol. Paschal. lib. VII. Coron. c. 8. &c.

CAP. 3. *Meruit*] Stipendia scilicet, militavit. *Bern.*

Isaurico] 'Hæ duæ provinciæ (Isaurica et Cilicia) bello quondam piratico catervis mixtæ prædonum, a Servilio Proconsule missæ sub jugum, factæ sunt vectigales.' *Idem.*

Syllæ morte] Quippe 'magnis conatibus opportuni sunt transitus rerum,' inquit Tacitus I. Hist. 21. *Idem.*

Dissensionis] Talibus ingeniis *δραστηρίοις* omniaque vasta cupientibus, quale Cæsari erat, 'compositis rebus nulla spes: omne in turbido consilium,' ut ait idem auctor eodem in loco. *Idem.*

M. Lepidum] Is, invito Sulla, suffragante Pompeio, consulatum adeptus: cum acta Syllæ jam defuncti rescindere tentaret, excitato bello, a Q. Catulo collega ex Italia pellitur. *Idem.*

Ingenio] Socordi minimeque circumspecto, proinde ad molitiones rerum novarum inepto. *Idem.*

Occasioni] Ὁ *καιρὸς τῶν πραγμάτων ψυχή*: *occasio anima actionum est.* Ὁ *καιρὸς ἐν πᾶσι μεγάλην ἔχει μερίδα πρὸς τὰς ἐπιβολάς*: *plurimum valet ad perficienda quæ animo destinaveris occasio.* Polybius lib. X. *Idem.*

CAP. 4. *Seditione*] Quam Romæ Lepidus adversus collegam Catulum excitaverat. *Idem.*

Cornelium Dolabellam, consularem et triumphalem virum, repetundarum postulavit] Dolabella hic est ille, qui ex consulatu profectus in Macedoniam, de victis Thracibus, anno eo quo Lepidus pulsus fugatusque est, triumphavit. Adi ad Fastos et M. Tullium in ea contra Pisonem. More autem fecit Cæsar adolescentium ejus ætatis qui foro se præparabant, quod militiæ forensis hoc rudimentum edidit. Vide Apuleii Apologiam, et quæ ibi adnotavimus. *Casaub.* Dicimus repetundarum, et de repetundis, per duos tantummodo casus. Acilius Glabrio legem primus tulit de pecuniis repetundis, quæ Acilia dicta est: quæ, ut inquit Cicero, Lex socialis est, et tota sociorum causa constituta. *Beroald.*

Absolutoque, Rhodum secedere statuit] Sæpe miratus sum, in tam illustris viri vita, esse tantas inter

auctores diversitates. Quam multa enim Plutarchus aliter atque hic narrat? vel hunc locum vide: multa diversa: occasiones dico rerum, et τὰ περὶ τοὺς χρόνους. *Casaub.*

Apollonio Molonis, clarissimo tunc dicendi magistro] Non heri aut nudius tertius invasit hominum mentes hic error, quo duos clarissimos dicendi magistros confuderunt: Apollonium dico Molonis, qui et Μαλακὸς audiit, et Molonem: de quibus tam clara Strabonis verba, qui fuit illorum æqualis, ut mirer offendere in tanta luce quemquam potuisse. *Idem.* *Molonis*] Scil. filio, more Græco: sic enim legendum esse, non autem, ut alii, *Apollonio Moloni*, jam pridem ex Plutarcho docuit Jo. Baptista Pius annot. prior. cap. 8. Præclare vero Cæsar, quod hac ætate 'se dedit erudiendum iis artibus, quibus ingenia ad magnæ fortunæ cultum excitantur.' *Bern.*

Circa Pharmacusam] Vel *Pharmacusa* scribendum, vel *Pharmacoessa*, ut Prinoessa apud Plinium. Stephanus vult, Pharmacusas appellari duas insulas, quæ sunt ad Salaminem insulam ante Atticum littus. Pharmacusam vero aliam esse insulam ad littus Asiaticum supra Miletum. De hoc loquitur Suetonius hic. Hodie *Parmosa* corrupte dicitur. *Casaub.*

Mansitque apud eos non sine summa indignatione] Lego *dignatione*. Id enim dicere voluit, quod Velleius his verbis: 'Ita se apud eos gessit, ut pariter iis terrori venerationique esset.' Alioquin tueri vulgatam lectionem possemus, ut *indignatio* accipiatur καινοπρεπῶς, (ut multa in hoc scriptore,) hoc est, ἐνεργητικῶς, non ut sit ἀγανάκτησις, quæ est usitata ejus vocis significatio: sed οὐκ ἀξίωσις, καταφρόνησις, contemtus. Placet tamen magis prior emendatio, quam Fulvio quoque Ursino venisse in mentem, ex ejus notis didici. *Idem.* Forte, *non nisi summa indignatione*, P. Scriverius.

Cum uno medico et cubiculariis duobus] Quædam edit. *cum uno amico*. Primus Robertellus auctor mutandæ vulgatæ lectionis fuit: Plutarchum enim φίλον hunc vocare: neque esse verisimile, ulli medico (quippe servi illis temporibus eam artem exercebant Romæ) eum honorem habitum, ut inter amicos Cæsaris censeretur. Primum illud falsum, omnes Romæ tum medicinam profitentes servos fuisse: multi enim excellentes in ea arte, e Græcia terra illuc quæstus sui caussa, partim ingenui, partim manu pridem emissi, itabant. Falsissimum vero, medicos a magnatibus Romanis inter amicos non habitos, neque eo titulo dignatos. Tacitus Annalium lib. IV. 'Sumitur in conscientiam Eudemus amicus, ac medicus Liviæ.' Seneca de Beneficiis lib. VI. 'Quare medico et præceptori plus quiddam debeo, nec adversus illos mercede defungor? Quia ex medico et præceptore in amicum transeunt.' *Casaub.*

Ad expediendas pecunias, quibus redimeretur, dimiserat] Supple ex Plutarcho, alium in aliam vicinæ provinciæ Asiæ urbium: non enim sua redemtus est pecunia, sed 'publica civitatum,' ait Velleius. Idem factum in pluribus Romanis, qui illa tempestate in piratarum manus inciderant. Notum de P. Clodio, qui captus misit ad Ptolemæum Cypri regem ad expedienda lytra. Strabo XIV. Dio lib. XXXVIII. Quod igitur Cæsar prædonibus XV. talenta postulantibus, L. sponte sua obtulit, non liberalitas hæc fuit, sed summa confidentia civis ἀγεράχου sociorum P. R. fortunis insultantis. *Idem.*

Quinquaginta] Tot enim αὐτομάτως obtulit, illis non nisi XX. talenta postulantibus. *Bern.*

Classe deducta] Ex portu Milesiaco, teste Plutarch. in Cæs. *Idem.*

Supplicio] Merito. Nam 'latrones atque piratæ mortalium omnium hos-

tes communes sunt, atque fœdus humani generis (ut Florus lib. III. loquitur) abruperunt.' Cæterum de genere supplicii quo hos Cæsar affecerat, autor infra c. 74. *Idem.*

Ne desidere in periculo sociorum videretur] Quasi ad privati curam salus imperii aut sociorum, stante et florente Rep. (nam de extremis periculis non loquimur) pertineret. Quin illud verius, ambitione impulsum, et gloriæ cupiditate. Vidit hoc qui tum temporis Asiam obtinebat nomine P. R. Proconsul Junius; itaque conata ejus destituit. Velleius: 'Longum est narrare quid et quoties ausus sit, quanto opere conata ejus qui obtinebat Asiam magistratus P. R. metu suo destituerit.' *Casaub.*

Auxiliisque] Quæ sociorum proprie: cum legiones ex Romanis constent, ut patet ex Vegetio lib. II. de re milit. cap. 2. *Bern.*

Regis] Mithridatis. *Idem.*

Provinciæ] Asia minore. *Idem.*

Nutantes] Hoc est, ad defectionem spectantes, ob novum ibi orientem Solem. Sic fieri amat. 'Quo se fortuna, eodem et favor hominum inclinat,' ait Justinus lib. v. cap. 1. itemque Plautus Sticho, act. IV. scen. 1. 'Ut cuique homini res parata est, firmi amici sunt: si res labat, Itidem amici collabascunt. Res amicos invenit.' *Idem.*

CAP. 5. *Tribunatu*] Quo de munere Sigonius lib. II. de ant. jure provinc. cap. 2. accuratissimeque Lipsius libro II. mil. Rom. dial. 9. Malim hic cum Torrentio legere, *Tribunus militum*, hoc est, cum esset Tribunus militum. *Idem.*

Primus] Gradus enim hic ad Senatorium ordinem erat. Quod patet ex Senecæ verbis, epist. XLVII. ubi de Tribunis captis aut cæsis in clade Variana: 'Quam multos,' inquit, 'splendidissime natos, Senatorium, per militiam, auspicantes gradum, fortuna depressit?' Et sane promotio illa quæ per gradus fit, melior ea, quæ per saltum. *Idem.*

Auctores restituendæ Tribunitiæ potestatis enixissime juvit] Consul Pompeius Tribunitiam potestatem restituit, cujus Sylla imaginem in jure (seu intercessione) reliquerat. Velleius.

Cujus vim Sylla deminuerat] Lege lata, ne quis post tribunatum ullius honoris esset capax. Ita factum, ut qui ad majora aspirarent, hunc honorem aversarentur.

Necem Consulis] Quomodo necem? Nam 'Lepidum Cos. in Sardiniam profugum morbo et pœnitentia periisse,' scribit Florus in fine libri III. νόσῳ τηκεδόνι Appianus. Plutarchus in Pomp. vita, 'expirasse morbo correptum, non ob res perditas (ut autumant) sed quum esset nactus epistolium, ex quo stuprum uxoris suæ comperit.' An forte nex de tali quoque morte? Sed aliorum autorum exempla requiro. *Bern.*

Rogatione Plotia confecit] Lex, plebiscitum, privilegium, rogationis nomine continetur. Est enim Rogatio quasi caput et fons totius juris popularis. Nam rogare populum, est agere cum populo: in qua re hæc erant verba solennia: VELITISNE, JUBEATISNE, QUIRITES, UT HOC, VEL ILLUD FIAT? Unde rogatio quasi quædam interrogatio est. Inde Tranquillus rogationem Plotiam appellat legem latam a Plotio Tribuno plebis. *Beroald.*

Concionem] Orationem, cujus reliquias habet Agellius lib. XIII. cap. 3. *Bern.*

CAP. 6. *Amitam*] Patris sororem, Marii uxorem.

E more pro Rostris] Pro Rostris quidem laudare defunctos moris erat, sed, si Plutarcho credimus, e fœminis veteres tantum matronæ, qualis Popilia, Q. Lutatii Catuli Capitolini mater, et Julia, C. Cæsaris amita, C. Marii uxor, vita functæ laudabantur,

non juniores etiam, qualis hæc Cornelia. Livius quidem lib. v. non distinguit, additum matronis honorem narrans, ut earum, sicut virorum, post mortem solennis laudatio esset, quod aurum pro pacta Gallis summa contulissent. *Torrent.*

Utraque origine] Materna et paterna.

Anco Martio] Quarto scilicet Rege Romanorum, et Numæ Pompilii ex filia nepote.

Reges] Rex, gentis Martiæ cognomen, non potestatis nomen est. *Torrent.*

Venere Julii] Notum enim, quod ex concubitu Anchisæ et Veneris natus scribatur Æneas, pater Iuli, cujus Iuli nepotes sive posteri nominati sunt Julii. Adde Tacit. Annal. iv. 43. 7.

Gentis] Hoc interest inter gentem et familiam, quod inter totum et partem. Gens enim multas familias comprehendere potest. Ut in gente Cornelia familia est Syllarum, Scipionum, Dolabellarum, &c. præterea gens ad nomen, familia ad cognomen refertur. Sic Noster in Neron. cap. 1. 'Ex gente Domitia duæ familiæ claruerunt, Calvinorum et Ænobarborum.'

Genere] Amitæ Juliæ materno et paterno.

Q. Pompeii filiam] Pompeios patrem et filium, utrumque interfectos fuisse bello civili refert Livius libro vicesimo secundo. Qui Pompeium filium generum fuisse ait Lucii Syllæ; e quo nata sit hæc Pompeia, quam Suetonius Syllæ neptem appellat. *Fulvius Ursinus.*

Adulteratam] Adulterio stupratam. Sic infra, cap. 48. Et in Aug. c. 67. adulterare matronas, pro stuprare. Autori nostro peculiare, hoc quidem usu, verbum. Veteres eo absolute sunt usi. *Bern.*

P. Clodio] Publius Clodius Appii filius cum veste mulieris deprehensus domi C. Cæsaris, cum sacrificium pro populo fieret, perque manus Serviliæ servatus et eductus est. Res fuit insigni infamia. Cicero.

Inter publicas cærimonias] Sacrificium Bonæ Deæ fit per virgines Vestales, fit pro populo Romano, fit ab ea domo, quæ est in Imperio: fit incredibili cærimonia. Cicero.

CAP. 7. *Quæstori*] De Quæstoribus provinciarium Carol. Sigonius lib. ii. de ant. jur. provinc. cap. 2. 3. et ex eo Rosinus lib. vii. antiq. Rom. cap. 45. *Bern.*

Ulterior Hispania] Bætica scilicet, a flumine eam mediam secante cognominata. Citerior enim Tarraconensis est. Plin. lib. iii. cap. 1. *Idem.*

Obvenit] Sortito obtigit. *Idem.*

Conventus] Loca sunt, in quibus populi, juris dicendi causa, a magistratibus juridicis congregantur. Tales conventus in Bætica, Cæsaris provincia, quatuor fuisse, videlicet Gaditanum, Cordubensem, Astigitanum, Hispalensem, autor est Plinius iii. cap. 1. *Idem.*

Herculis templum] Erat id et conditoribus, et ætate, et religione, et opibus illustre, ut tradit Mela libro tertio, multaque in eo veterum Græcorum monumenta, si Philostrato in vita Apollonii credimus, libro quinto. Hinc ergo et Alexandri ibidem sive imago, sive statua. Nam Annibalem quoque refert Livius Gadeis profectum, solutis Herculi votis, nova insuper vovisse, si cætera prospere evenissent, libro vigesimo primo. *Torrent.*

Ingemuit] Pectus generosum, et, ut dicam cum Poëta, Horat. ii. epist. 1. vers. 59. 'laudis avarum!' Quale Themistocli quoque, quem tropæa Miltiadis dormire non sinebant: quale Theseo fuit, cui noctu in somnis gesta Herculis occurrebant, et interdiu concitabat æmulatio, stimulabatque, edere paria agitantem. Præclare Sym-

machus lib. x. cap. 25. 'Ornamentis honorum incitatur imitatio: et virtus æmula alitur exemplo honoris alieni.' *Bern.*

Confusum somnio] Plutarchus, a Tranquillo dissentiens, tradit Cæsarem ea nocte, quam insequutus est Rubiconis transitus, hoc vidisse somnium. *Beroald.* Recte inquit, hoc somnio Cæsarem confusum. Si enim læta, inter quæ etiam ista, somniantibus offerrentur, mala ut plurimum portendi, persuadebant sibi veteres: ut observamus ex Apuleio, apud quem Milesii sermonis l. IV. anus ad puellam: 'redire,' inquit, 'et mellitis dulciolis ventrem saginare, vel in voluptatem veneream convenire, tristitia animi, languore corporis, damnisque ceteris anxiatum iri prædicant.' *Boxhorn.*

Conjectores] Significanter ac proprie sic dicti οἱ ὀνειροκρίται, somniorum interpretes. Nam ars illa non nisi στοχαστικὴ sive conjecturalis est; et proinde fallax nonnunquam, sed nostri ratione. Quod enim in se certitudinem aliquam habeant insomnia, non dubitandum putamus. Ammianus Marcellinus egregie, l. XII. rer. gest. cap. 3. 'Somniorum rata fides,' inquit, 'et indubitabilis foret, ni ratiocinantes conjectura fallerentur. Unde præclare Tullius ait (lib. II. de Nat. Deor. cap. 4.) Signa ostenduntur a diis rerum futurarum. In his si qui erraverunt, non deorum natura, sed hominum conjectura peccavit.' Plura de somniorum certitudine ex hujus argumenti libris Aristotelis, Artemidori, &c. petenda. *Bern.*

Arbitrium terrarum orbis portendi interpretantes] Ita visum interpretari vanissimæ artis auctoribus vanissimis. Artemidorus libro τῆς ὀνειροκριτικῆς primo, de hujusmodi somnio loquens: ἀγαθὸν δὲ καὶ παντὶ δημαγωγῷ καὶ πολιτευτῇ· σημαίνει γὰρ τὴν πατρίδα ἡ μήτηρ· ὥσπερ οὖν ὁ μιγνύμενος κατὰ νόμον Ἀφροδίτης παντὸς ἄρχει τοῦ σώματος τῆς συνούσης πειθομένης, καὶ ἑκούσης, οὕτως ὁ ἰδὼν, πάντων προστήσεται τῶν τῆς πόλεως πραγμάτων. Astrampsychus in Oneirocritico: Μητρὶ πλακῆναι καλόν ἐστ' ὄναρ τόδε. Dissentiunt Persarum et Indorum sapientes; de quibus Achmet Seirim F. capite CXXVII. ἐάν τις ἴδῃ ὅτι συνουσίαζε μητρὶ ἢ ἀδελφῇ, ἀνάξιον ἀγαθοποιήσει, ψεγόμενος καὶ μεταγινώσκων. *Casaub.* *Interpretantes*] Idque minime vane, ut docuit eventus. *Bern.*

Terra parens] Congrue hoc ad sacras literas, Syræcid. c. 40. vs. 1. Livius lib. I. c. 56. f. 'Terra communis mater omnium mortalium.' Et lib. V. c. 54. 'Hæc terra, quam matrem appellamus.' Lucretius lib. II. 'Quare magna Deum mater, materque ferarum, Et nostri genetrix hæc dicta est corporis una.' *Idem.*

CAP. 8. *Colonias Latinas*] Duplex est Gallia: Cisalpina et Transalpina. Cisalpini iterum duplices: Cispadani et Transpadani. Ex his qui cis Padum, jus civitatis Romanæ sunt asseculi, post bellum Marsicum: qui trans Padum, jus Latii sive Latinitatem, eodem tempore. Sed non contenti Latinitate Transpadani, turbas sæpe moverunt, quibus Cæsar (ut est in hoc loco) rerum novarum studio fautorem instinctoremque se præbuit. Hæc fere Lipsius. Addit ex Dionis lib. XLI. eosdem promotione Cæsaris tum Dictatoris, denique civitatem etiam, seu jus civitatis, obtinuisse. Civitatem autem accipiamus, sine jure suffragii. Id enim a Claudio demum adsecutos, autor est Tacit. XI. Annal. 23. *Idem.* Coloniis vero vel pro civium meritis, vel pro S. P. Q. R. liberalitate alia aliis jura dabantur. Summum beneficium erat civitas Romana, secundo loco Latinitas, tertio jus Italiæ censebatur, ut nimirum et liberti nunc cives Romani, nunc Latini, nunc dedititii dicebantur. Atque hinc bellum Sociale exortum, quod Marc. Livius Drusus Tr. pl.

promissam Latinis civitatem præstare non potuit, A. U. DCLXII. Colonias quoque Latinas, quas Cæsar adiit, Transpadanos capio, qui Latinitate non contenti, civitatem insuper petere destinarent. Quod eos beneficium a Dictatore Cæsare impetrasse auctor Dion. *Torrent.*

Ob idipsum] Quia scilicet verebantur, ne a Cæsare concitarentur Latinæ coloniæ ad aliquid novi moliendum.

CAP. 9. *Ambitus*] Hoc est, vetitæ largitionis et suffragiorum corruptelæ. 'Vitium virtuti propius,' ut inquit Salustius Catil. c. 2. sed tamen vitium: ideoque legibus apud Romanos Calphurnia, Tullia, aliis (quas enumerat Carol. Sigonius lib. II. de judiciis, c. 30.) vetitum. 'At hæc omnis lex,' ut inquit Modest JC. lib. I. ff. ad l. Juliam de ambitu, 'postea cessavit in urbe: quia ad curam Principis magistratuum curatio, non ad Populi favorem pertinebat.' Sed annon apud Principes etiam pecunia et nundinatio in hæc comitia venit? Ecce Seneca (mittam enim alios) I. de Benef. 9. de suis temporibus queritur, 'nummarium tribunal, audita utrimque licitatione alteri addici.' *Bern.*

Crassus dictaturam invaderet] Legimus apud Dion. in v. Dictatoriam potestatem fuisse quasi quandam electam tyrannidem: quod a Græcis institutum, Romani transtulisse videntur: namque apud Græcos tales erant Æsymnetæ, qui erant electi tyranni, qualem elegerunt olim Mitylenæi Pittacum, cujus rei mentio quoque fit ab Aristotele in III. Politicorum. *Beroaldus.*

Meminerunt] Omnes hos Cæsaris inimicos fuisse, nemo est in illorum temporum historia vel leviter versatus, quin sciat. Edicta Bibuli, illa ipsa sunt, quorum in Pompeio Plutarchus meminit, et vocat διαγράμματα βλασφημίας ἔχοντα καὶ κατηγορίας: Cicero ad Atticum, 'Archilochia edicta.' *Casaub.*

Tanusius Geminus] Libri veteres *Tamisius;* unus etiam prænomen addit *L.* Annales Tanusii commemorat Seneca Epist. 94. vitam hominis sapientis brevem, libro, qui paucorum versuum sit, sed laudandus atque utilis, comparans; longam vero hominis insipientis Tanusii annalibus, prolixis nimirum, sed insulsis. *Torrent.*

Edictis] Sunt illa ipsa, quæ Cicero ad Attic. lib. II. epist. 21. vocat 'Archilochia edicta:' ideo quia Archilochi poëtæ maledicentissimi iambos acerbitate æquare possent. *Bern.*

Ad Axium] Alii aliter. Firmat hanc lectionem Turneb. XXIV. Advers. 14. *Idem.*

Pœnitentia] Nimirum ob spatium temporis interpositum, pro eo ac fieri amat. Bene Nicephorus Gregoras l. VI. hist. Byzant. c. 15. 'Consilia hujusmodi ipsa res statim sequi debet: neque quicquam aliud est omnium, quod eandem et ingenii et manus promtitudinem ardensque studium flagitet. Sin quis tempus terere velit, et militum (conjuratorum) animos suspensos atque ambiguos faciet, et debilitabit metu expectationeque incerti eventus.'

Non obiisse] Ad statum diem præsto non fuisse. Ut dicimus, obire vadimonium, obire diem auctionis, apud Ciceronem. Sed neque tamen *adisse*, seu *adiisse*, quod optimæ quædam habent membranæ, ut neve dictum, est rejiciendum, judice Grutero. *Bern.*

Cui ob suspicionem] Clare Salust. Catil. c. 19. 'Senatus provinciam Pisoni non invitus dederat: quippe fœdum hominem a Repub. procul esse volebat.' Ubi regnantium artem observa, qua removentur homines honoris specie, alioquin eo indigni, et quo melius sit statui publico. Hanc artem sæpe necessariam, pro-

indeque honestam faciunt. *Idem.*

Per Lambranos] Alii, *Ambranos.* Suspicor citerioris Hispaniæ barbarum aliquem populum intelligi, cujus opibus abuteretur Piso in rebus novandis: ut Romæ Cæsar Transpadanorum. Si id non est, sauto per me Lambrani *οἱ παραποτάμιοι* Lambri fluminis. Mentio ejus præter Plinium, etiam apud Sidonium Apollinarem lib. I. epist. 5. *Casaub.*

Morte] De qua Salust. Catil. c. 19. *Bern.*

CAP. 10. *Æditis, præter comitium ac forum*] A. U. C. CCCCXLIII. Papyrius Cursor ex S. C. triumphavit: cujus triumphi longe maximam speciem captiva arma præbuere. Tantum magnificentiæ visum in iis, ut aurata scuta dominis argentariorum ad forum ornandum dividerentur, inde natum initium dicitur fori ornandi ab Ædilibus, cum thensæ ducerentur. Livius. Scribit Dionys. in VI. ædiles ministros fuisse Tribunorum, et pene tales, quales sunt apud Græcos Agoranomi: quorum mentio fit apud Plautum, ita scribentem in Captivis, 'Mirum adeo est, nisi fecerunt hunc sibi Ætoli agoranomum.' *Beroald.* Comitium est locus in foro, quo coire Equitibus Romanis et Populo Romano licet: sic dictus, quod illuc coibant comitiis curiatis, et litium caussa. Varro. Et vide Alex. Genial. Dier. lib. IV. c. 4.

Basilicasque] Basilica proprie significat locum, in quo negotiationes, et consilia, et judicia exercebantur: dicta quasi regia. Plinius in Epistol. inquit: 'Descenderem in basilicam Juliam, auditurus quibus proxima comperendinatione respondere debebam.' Idem alibi centumviralia judicia indicat in basilica fieri solita. Jurisconsulti tit. de verb. oblig. basilicam publicis usibus accommodatam esse demonstrant. *Beroald.*

Ad tempus] Temporariis, tamdiu duraturis, donec spectacula peragerentur. Ita Plinius lib. XXXIV. c. 7. 'Scaurum,' ait, 'in ædilitate theatrum temporarium fecisse.' *Bern.*

Pars apparatus] Sic legunt Casaubonus, Torrentius, alii, et explicant, id quod forum et comitium non ceperat, Cæsarem in porticibus ad id extructis populo proposuisse. Sed Palatinorum Codicum consensus indicatus a Grutero, facit, ut præferam dudum a Jacobo Bononiensi suppeditatam lectionem, *par apparatus*, hoc est, abundanti illi rerum copiæ multitudine et elegantia respondens. Puto enim, apparatum hunc rerum, spectantium oculis in porticibus expositarum, ab illa rerum copia diversum fuisse: prout etiam in modo allegato Livii loco, fori ornatus a thensis cæteraque triumphali pompa distinguitur. *Idem.*

Tantum Castoris vocaretur] Imo Castores dicti Latinis, quos Græci vocant *Διοσκούρους.* Notum ex Plinio, Minutio Felice, Arnobio, aliis, et ita recte vetus interpres, Actor. c. 28. Sic in Euripidis Electra *τὼ Κάστορε*, quod docuit nos Josephus Scaliger. *Casaub.* *Castoris*] Vulgi quidem appellatione. Nam autores interdum aliter. Ecce Suetonius ipse, Tiber. c. 20. 'Pollucis et Castoris ædem' vocat. Cicero Verr. V. sub fin. 'templum Castoris et Pollucis, celeberrimo in loco prætorii locatum.' Plinius X. c. 43. et XXXIV. c. 6. 'ædem Castorum' vocat, cum injuria tamen alterius, cum alteri tantum id nominis fuerit. Porro quando et quare cum vota, tum dedicata fuerit ædes illa Castoris, e Livio discimus lib. II. c. 20. f. et 42. m. *Bern.*

Gladiatorium munus] In quo, omni apparatu harenæ argenteo usus est: quod alii postea imitati. Testis Plinius lib. XXXIII. c. 3. m. et lib. XV. c. 18. 'Munus' autem noster hic appellat spectaculum, seu ludum, qui populo quasi muneris loco exhibetur, et quo oblectamenti genere,

perinde ac munere quodam is capiebatur, ut volunt aliqui. Verior tamen originatio Tertulliani videtur in lib. de spectac. c. 12. ubi, 'Munus dictum est,' inquit, 'ab officio, quoniam etiam muneris nomen est. Officium autem mortuis hoc spectaculo facere se veteres arbitrabantur, &c. Nam olim quoniam animas defunctorum humano sanguine propitiari creditum erat, captivos vel malo ingenio servos mercati, in exequiis immolabant. Postea placuit impietatem voluptate adumbrare, itaque quos paraverant, armis quibus tunc et qualiter poterant eruditos, mox edicto die inferiarum, apud tumulos erogabant. Hæc muneris origo.' Unde et, qui ludos gladiatorios exhibent populo, dicti 'Munerarii.' Semel hoc monuisse sufficiat. Nam dictiones istæ sæpius recurrent. *Idem.*

Paribus] Par gladiatorum. Plutarchus in Cæs. et alibi vocat ζεῦγος μονομάχων, quod Gallice, *une couple des escrimeurs.* Cicero de opt. gen. oratorum c. 6. 'gladiatorum par nobilissimum.' Hinc et proprium arenæ verbum 'comparare,' hoc est, gladiatorum paria inter se committere. Adde Lips. lib. II. Saturnal. c. 19. Arcanum politicum hic velim iterum observes. Ambitionem Cæsaris aperte non ausi retundere ob increscentem ejus potentiam, retundunt ex obliquo. Qua de re, ut solet, egregie Gruterus ad illud Livii, lib. XLVI. in epitom. a pr. 'Eumenes quia Macedonico bello se medium egerat, ne aut inimicus judicatus videretur, si exclusus esset, aut liberatus crimine, si admitteretur, in comitio lata lex est, ne cuiquam Regi Romam venire liceret.' *Idem.*

Familia] Has autor in Aug. c. 42. explicatius 'Lanistarum familias' appellat. Nimirum familia hic, tota illa gladiatorum manus, quæ sub uno Lanista. Vide omnino Lips. Saturnal. l. I. c. 15. *Idem.*

Inimicos] Syllanos, optimates. *Idem.*

De numero gladiatorum] Cæsar Ædilis CCCXX. paria dedit. Augustus etiam de numero parium cavit, edixitque A. U. DCCXXXII. nec gladiatores sæpius quam bis anno dari, nec plurium quam IX. parium. *Lipsius.*

CAP. 11. *Ut sibi Ægyptus provincia plebiscito daretur*] Provincia proprie est regio a Pop. Rom. ut inquit Festus, 'provicta,' et jure provinciali donata. Ab hac significatione reliquæ omnes sunt profectæ, ita ut quibus bella quocunque modo essent mandata, iis provinciæ mandatæ: aut cui negotium publicum delatum esset, eidem quoque provincia delata diceretur. *Sigon.* Generali ergo notione provinciam accipe, pro quacunque publici muneris procuratione, qualis hic erat, reductio socii Regis in suum regnum, quam sibi extra ordinem demandari Cæsar petiit. Nec enim Ægyptus proprie dicta, provincia tum erat: quod clare patet infr. c. 35. quippe nec vectigalis populo Rom. nec a Romanis magistratibus administrata. *Bern.*

Regem suum] Ptolemæum, Cleopatræ patrem, Auletem ex eo, quod indignissimam viro Principe choraulam exercuisset, cognominatum. De hoc et ejecto, et post complures annos per Gabinium reducto, videndi Dio XXXIX. Strabo XII. Plutarchus in Catone, Cicero ad Lentulum. *Idem.*

Factione] Factio olim, et factiosus, honesta vocabula erant. Unde factiones histrionum et quadrigarum antiquitus dicebantur: nunc nomine factionis seditio nominatur, et factiosos intelligimus seditiosos. Festus.

Tropæa C. Marii] Nullo modo ferendus est, qui tantum hoc loco perdit verborum, ut probet veram scriptionem esse *trophæa.* Repugnat primo analogia, quippe cum sit a τρέπω, *verto.* Repugnant omnes libri melio-

res, repugnant denique etiam prisci lapides. *Casaub.* Jure neque Sylla dejicere potuit, cum semel dedicata moveri nefas esset, neque Cæsar restituere; nam ne vetustate quidem consumpta reficiebantur. Plutarch. Probl. Rom. *Torrent.* De his accipiendus Propert. lib. III. elegiar. 11. vs. 46. 'Jura dare statuas inter et arma Mari.' Recte 'arma.' Nam tropæorum illa moles ex armorum varia miscella construebatur, ut ex Virgil. Æn. XI. apparet. *Bern.*

Disjecta] Factum id contra vetus institutum, quo nefas erat, dedicata tropæa moveri, teste Vitruvio. *Idem.*

Atque in exercenda de sicariis quæstione] Cæsar post ædilitatem factus est judex quæstionis. A. U. DCXCI. eique prætori operam navavit, cui sorte contigerat quæstio inter sicarios. Id erat fere ædilitiorum hominum munus, et gradus ad præturam ex ædilitate. *Casaub.* Fugit hoc loco ratio Beroaldum, qui de *βασάνῳ* seu quæstione per tormenta hæc accipit. Quærere legibus, quod et veteres 'anquirere,' dicuntur, qui criminum quæstiones exequuntur, quique quæstiones publicas exercent. Id exemplis docet in de V. S. Brissonius. Unde qui rebus capitalibus præerant, olim quæstores vel quæsitores dicti, quos Justinianus Novell. LXXX. *ἐρευνήτας* interpretatur. Qui tamen (*ἐρευνῆτες* inquam) non sunt, quos auctor supra c. 2. vocat 'Inquisitores,' ut Casaubonus eo loco sentire videtur. Inquisitor enim ibi, qui Plutarcho in extremo Demosthene *φυγαδοθήρας*: quod muneris etiam militibus ac libertis, ut ibidem Phagitæ, mandatum: quæstionem autem exercere, seu quæstioni præesse, Prætorum erat proprie. *Bern.*

Exceptos] 'Quod autem legitime factum est, nullam pœnam meretur.' l. Gracchus IV. C. ad l. Jul. de adult. *Idem.*

Corneliis legibus] Sabellicus hoc loco vagatur extra oleas, 'Quærit et in scirpo, soliti quod dicere, nodum.' Erroris ei causa, quod legem Corneliam accepit, a Cornelio tribuno plebis (pro quo Ciceronis extat oratio) latam, de iis qui legibus solvuntur. Atqui erat accipienda, a L. Cornelio Sylla Dictatore lata denominataque 'lex Cornelia de sicariis et veneficiis,' qua etsi non tenebantur, qui a Sylla proscriptos occidissent: nihilominus tamen eosdem ut sicarios in judicium Cæsar pertraxit, id spectans, ut optimatium, Syllanorum hominum, ipse Marianus ac plebeiæ factionis, leges convelleret, autoritatemque quovis modo minueret. *Idem.*

CAP. 12. *Qui C. Rabirio*] Hoc est, qui Rabirium ob Saturninum tribunum plebis, quem ut sacrosanctum, violare nefas erat, occisum (ea perduellio est) accusaret. Extat oratio Ciceronis pro C. Rabirio perduellionis reo, quæ cum Dionis libro XXXVII. lucem huic toti loco dabit. *Idem.*

Ac sorte judex in reum ductus] Accipio de sortitione illa, qua factus Cæsar judex quæstionis in judicio Rabiriano. Quæstionis judex, quasi vicarius fuit prætoris, sive quæsitoris ejus cui aderat. Quamobrem non minus quam ille, quæstionem exercere dicitur: quod cæteris privatis judicibus non convenit. Refert Dio libro XXXVII. sedisse judicem in hac caussa et Lucium Cæsarem cum Caio Cæsare: sed ille quidem privatus fuit, ut unus aliquis e judicum selectorum numero: Caius non simpliciter judex, sed quæstionis judex de caussa cognovit; quo major ei facultas reo nocendi fuit. *Casaub.* *Sorte ductus*] Quia nomina tabulis insculpta in urnam conjiciebantur, et ita sorte educebantur. *Beroald.*

Provocanti] Ita Tacit. II. Hist. 10. 'Annio Fausto reo nihil æque proderat, quam nimia potentia accusatoris.' Et Æschylus in Supplicibus vs. 497. Τοῖς ἥσσοσι γὰρ πᾶς τις εὔνοιαν

φέρει. *Inferioribus quisque fert benevolentiam.* Quod adeo verum, ut pronunciet Valerius Max. v. c. 3. exemp. 3. 'Etiam quos injuriæ invisos faciunt, gratiosos miseriæ reddunt.' *Bern.*

Cap. 13. *Non sine profusissima largitione*] Duabus potissimum Cæsaris artibus effectum, ut in petitione hujus sacerdotii, homo juvenis, necdum præturam consecutus, amplissimos viros, Q. Catulum et P. Isauricum, superaret; profusa largitione in tenuiores, et potentiorum assectatione diligentissima, ad fœditatem adulationis usque: de hac fuse Dio lib. xxxvii. *Casaub.*

Cum mane ad comitia descenderet, prædixisse matri osculanti] Descendentem ad comitia osculari, peculiare materni affectus fuit: at redeuntem e comitiis, honore auctum, osculo excipere, commune matri cum aliis propinquis, amicis, clientibus. Elegans locus apud Arrianum in Dissertationibus Epicteti, libro primo, capite 19. Ἠξίωται τῆς δημαρχίας; πάντες οἱ ἀπαντῶντες συνήδονται, ἄλλος τοὺς ὀφθαλμοὺς καταφιλεῖ, ἄλλος τὸν τράχηλον· οἱ δοῦλοι τὰς χεῖρας. Notatu dignum est, etiam in Curia talibus blanditiis fuisse locum: narrat enim Plutarchus Bruto, conjuratos sellam Cæsaris Curiam ingressi circumstetisse, quasi aliquid rogaturos, osculabundos, manus alios, pectus alios, quosdam caput. Καὶ συνεδέοντο πάντες, ἁπτόμενοί τε χειρῶν, καὶ στέρνα, καὶ κεφαλὴν κατεφίλουν. Sic qui in Senatu honore aliquo afficiebantur, hos amici qui intererant osculo inibi excipiebant: quo ex more illud est, quod de optimo principum Trajano narrat Plinius in Panegyrico: 'Jam,' inquit, 'quo assensu, quo gaudio exceptum est, quum candidatis, ut quemque nominaveras, osculo occurreres, devexus in planum, et quasi unus ex gratulantibus.' *Casaub.* Comitia scribit Labeo Jurisconsultus calata esse, quæ pro collegio pontificum habentur: ab eo dicta, quod calari est convocari. Gellius. Vide Lips. Elect. lib. ii. c. 6.

Potentissimos duos competitores] Q. Catulum Luctatium, principem Syllanæ factionis, et Servilium Isauricum, sub quo militasse Cæsarem, dictum supra c. 3. *Bern.*

In eorum tribubus] Sensus est, Cæsarem adipiscendo pontificatu suffragia plura tulisse in tribubus Isaurici et Catuli competitorum, quam illi ambo tulerint in omnibus tribubus: cum naturaliter consueverint suffragatores magis suffragari suis tribulibus, quam alienis competitoribus. Erant autem Romanæ tribus omnes numero trigintaquinque, in quarum aliqua necesse erat censeri eum, qui civis Romanus esset. *Beroald.*

Cap. 14. *Prætor creatus*] Prætores in Comitiis fiebant, populique suffragio designabantur. postea sortiebantur inter se provincias: alius præerat juri dicundo, alius quæstioni de pecuniis repetundis, alius de sicariis, alius de peculatu, alius item de aliis criminibus cognoscebat. Cui vero sorte obvenerat, ut juri dicundo præesset, Prætor Urbanus dicebatur. Vide Cicer. pro Muræna. Ejus autem jurisdictionis duas reperio partes, alteram in judiciis dandis, alteram in decernendo; neque enim de rebus ipse controversis, nisi de certis, judicabat: sed aut Judices, privatos homines, aut Recuperatores dabat, qui ex ea formula quam ipse iis præscribebat, inter litigatores sententiam ferebant. De iis præterea rebus, quas ante judicium constitutas transactasque esse oportet, jus dicebat: veluti uter in possessione sit, ut satisdetur judicatum solvi, in integrum restituat, interdicat: quæ omnia proprie Decreti appellatione continentur. *Hottomann.*

Ultimam pœnam] Hoc est, mortem, quam ἐσχάτην δίκην Plutarch. ἐσχάτην

κόλασιν Appianus lib. II. Bell. Civil. p. 480. d. ἐσχάτην τιμωρίαν Demosthenes. Et tamen Silanus consul, de quo mox, Cæsaris oratione mutatus, sententiam suam de conjuratis puniendis ea lenire conatus est interpretatione, ut diceret, 'se per ultimum supplicium carcerem intellexisse, non mortem: eo quod carcer Romano viro ultimum supplicium sit.' *Bern.*

Solus municipatim dividendos custodiendosque publicatis bonis censuit] Quos in carcerem non conjiciebant, eos vel militibus, vel fidejussoribus, vel etiam sibi committebant, ut sit lex prima Dig. de custodia reorum: vel eos magistratibus custodiendos tradebant; vel per oppida Italiæ dividebant: cujus moris nobile exemplum in illis mille Achæis, quos, bello Persei confecto, Romani in Italiam acciverunt, ut ad Polybium ostendimus, qui inter illos fuit. Quemadmodum autem ad magistratus, sive privatos fidejussores aut vades, periculum ex evasione custodiarum spectavit, sic ad urbes vel municipia quibus fuerant rei traditi: quod in hac historia Dio observat illis verbis: ἐπὶ τῷ ἂν διαδράσῃ τὶς, ἐν πολεμίων μοίρᾳ τὴν πόλιν ἐξ ἧς ἂν φύγῃ εἶναι. *Casaub.*

Quanta eos in posterum a plebe Romana maneret invidia] Majores nostri quondam Græciæ morem imitati, verberibus animadvertebant in cives, de condemnatis summum supplicium sumebant. Postquam Resp. adolevit, et multitudine civium factiones valuere, circumveniri innocentes, alia hujuscemodi fieri cœpere: tunc lex Porcia, aliæque leges paratæ sunt, quibus legibus exsilium damnatis permissum est. Sallustius.

Labantem] Nutantem, et in mitiorem Cæsaris sententiam inclinantem Senatum. *Bern.*

M. Catonis oratio] Hanc solam in Senatu exscriptam ferunt, Cicerone consule velocissimos scriptores adhibente, qui per notas quasdam, multarum literarum vim habentes, Catoniana dicta colligerent: unde a notis 'notarii' dicti, quorum hoc primum Romæ vestigium extitisse fertur. *Beroald.*

Ut sedentem una proximi desseruerint] Senatorum in curia fuit hic mos, cavere ne homini obnoxio assiderent. Cicero in Catilinam: 'Quid, quod adventu tuo ista subsellia vacuefacta sunt? Quid, quod omnes consulares, qui tibi sæpe ad cædem constituti fuerunt, simul atque assedisti, partem istam subselliorum nudam atque inanem reliquerunt?' Similia notat Dio libro LVIII. de amicis Sejani illi assidentibus, quo die novissime in senatum venit. *Casaub.*

Vix pauci] E quibus Curionem nominat Plutarch. in Cæs. *Bern.*

In reliquum] A Nonis Decembribus ad Calendas Januarias. *Idem.*

CAP. 15. *De refectione Capitolii*] Pulsis regibus, Horatius Pulvillus iterum consul, Capitolium dedicavit ea magnificentia, quam immensæ postea Pop. Rom. opes ornarent potius quam augerent. Iisdem rursus vestigiis situm est, postquam, interjecto CCCCXV. annorum spatio, L. Scipione, C. Norbano Coss. flagraverat. Curam victor Sylla suscepit, neque tamen dedicavit. hoc solum felicitati ejus negatum. Lutatii Catuli nomen inter tanta Cæsarum opera usque ad Vitellium mansit, sub quo palam obsessum, palam incensum fuit. Tacitus.

Ad disquisitionem] Discussionem, judicium; an scilicet populus Catulo vel alii potius, reficiendi, quod igni consumtum erat, Capitolii curam demandare vellet. *Bern.*

In alium] Scilicet Pompeium, in quem non tam curationem, quam dedicationis et inscriptionis honorem Cæsar ambitiose transferre laboravit. Sed frustra fuit. Nam 'inscriptum Capitolino fastigio Catuli nomen, inter tanta Cæsarum opera, usque ad

Vitellium mansit, (asserente Tacito, III. Hist. 72.) cujus tempore iterum incendio periit.' Videndus Dio lib. XLIII. et præcipue J. Rycquius, comment. de Capit. Rom. c. 2. *Idem.*

Officio] Hoc est, honorifica novorum consulum deductione. Officium in hac notione (pro obsequio et honore quem digniori præstamus) est etiam infra cap. 82. Cæsarem assidentem conjurati, specie officii, circumsteterunt. *Idem.*

CAP. 16. *Metello Tribuno turbulentissimas leges ferenti*] Metellus Tribunus plebis legem promulgavit, qua censebat Magnum Pompeium cum exercitu ad urbem vocandum, eique demandandum, ut videret ne quid Respubl. detrimenti caperet: sed potius ut in unius Pompeii potestatem Resp. deveniret. *Beroald.*

Administratione Reip. summoverentur] Hac in re vetus et notanda locutio, circumscribere aliquem, id est, foro ac curia interdicere, seu a Rep. removere. *Hottoman.*

Lictoribus, &c.] Quo scilicet occultius fugeret. Erat enim utrumque magistratus insigne. *Bern.*

Abjecta prætexta] Quæ non tantum puerorum ac sacerdotum fuit, verum etiam magistratuum, et eorum, qui publicum munus curarent. Sic dicta, quod ei purpura esset prætexta, unde Græci scriptores περιπόρφυρον vocant. *Sigon.*

Operamque sibi in asserenda dignitate pollicentem] In omni Republica bene temperata, qualis Romana fuit, duplex observatur æqualitas, arithmetica et geometrica; sive, ut cum Aristotele dicam, τὸ ἀριθμῷ ἴσον et τὸ κατ' ἀξίαν ἴσον. Prior æqualitas appellatur libertas, posterior dignitas. Ut igitur plebs viliis, quoties fere tumultuatur, libertatem prætexit: sic optimates et potentes, dignitatem. Sic Catilina conspirandi adversus patriam hanc se habere caussam dicere solitus, quod statum dignitatis suæ non obtineret. Cæsar simillime, caussam cur patriæ bellum intulisset, hanc afferre solitus, pro asserenda et vindicanda dignitate sua. *Casaub.*

Coactus] Collectus, congregatus. *Bern.*

In integrum] Dignitatem ei prætoriam reddidit. *Idem.*

Inducto] Abolito, antiquato, et, ut vulgo nunc dicunt, cancellato. *Idem.*

CAP. 17. *Inter socios Catilinæ nominatus*] J. C. ubi de criminibus agitur, nominatos dicunt eos, qui rei facti postulatique sunt, lege prima de quæstionibus, lege sexta de interdictis et releg. lege undecima de bonis eorum, qui sib. mor. consc. eadem scilicet ratione qua appellare interdum pro accusare, seu in judicium vocare, accipitur. *Torrent.*

Apud Novium Nigrum Quæstorem] Quæstor hic non est qui pecuniam publicam tractat, sed qui judicium publicum exercet, et quæsitor sæpius dicitur, apud quem nominari majorem potestatem, ut Prætorem (id enim est compellari majorem potestatem) non oportuit. *Turnebus.*

L. Vettio Indice] Ex vetere denario scribendum judicamus *L. Vettio Judice*, quo videlicet cognomento usus est. In eo denario est T. VETTIVS IVDEX. Quem Sabinum fuisse intelligimus ex Tatii regis Sabinorum in altera denarii parte impressa imagine. *F. Ursin.*

Præmia] 'Indicinæ præmia' vocat Apuleius lib. VII. μήνυτρα Græci. *Bern.*

Curius et Vettius] Graves uterque cum Cæsare inimicitias exercuit: proinde minus dignum fide testimonium ipsorum erat. 'Noluerunt majores nostri (Ciceronis pro Fonteio verba sunt) hanc patere inimicitiis viam, ut, quem quisque odisset, eum testimonio posset tollere. Ementiuntur enim sæpe accusatores in eos, quos oderunt.' *Idem.*

Quædam se, &c.] Infirma excusandi

se ratio, nec infrequens in dissimulanda conjuratione calliditas. Tacit. lib. xv. Annal. cap. 58. et 66. *Idem.*

Pignoribus captis, et direpta supellectile] Inter coërcitionum modos leniores hic fuit. Nam si quis Consuli aut Prætori non obtemperaret, lictores mittebantur, qui damno eum coërcerent, ut loquitur Cicero. Ex eo discimus, fabros, si aditus non pateret, solitos adhiberi, et publicis operis omnia disturbari. Hanc violentiam exprimit Suetonius voce 'direpta:' neque enim prædam aut rapinam id verbum semper significat: sed violentiam duntaxat, et celeritatem actionis denotat. Erit igitur 'direpta suppellex,' quæ fuerit cupide ablata et divendita. Nam diripere, pro cupide emere, dixerunt eleganter Latini. *Casaub.*

Quod compellari apud se majorem potestatem passus esset] Id significat quod Græci dicunt ἐνδείκνυσθαι, aut φαίνεσθαι, deferri ab indice aut delatore. Compellatio, ἔνδειξις aut φάσις in jure Attico. *Casaub.* Magistratus, qui vocandi ad comitia populi potestatem non habuit, in jus vocari poterat: Prætor contra ex majoribus magistratibus habebatur, quippe qui majoribus crearetur auspiciis, ut Consul, et Censor. *Sabell.*

Majorem potestatem] Magistratus seu potestas major est Consulatus, Prætura, Censura, quarum maxima sunt auspicia: minor, Quæstura et Ædilitas, quarum minora. Cæsarem ergo Prætorem, ad Quæstorem Vettium deferri (id enim est compellari) non oportebat. Haud raro tamen, nec id malo more, fieri videas, ut superior inferioris judicium subire teneatur. *Bern.*

CAP. 18. *Ex prætura*] Hoc est, post præturam sortitione adeptus præfecturam Bæticæ et Lusitaniæ. Nam ea 'ulterior Hispania' est. De Hispaniæ divisione et præfecturis accurate Lipsius not. 48. ad Tacit. 1. Hist. *Idem.*

Interventu sponsorum] Crassum intelligimus, qui intervenit pro Cæsare, sponsione octingentorum et triginta talentorum facta, contra importunos creditores. Tunc Cæsar ære alieno obrutus dixisse fertur, 'Bis millies et quingenties centena millia sibi adesse oportere, ut nihil haberet.' *Beroald.*

Antequam provinciæ ornarentur] Notum quid sit ornare provinciam: nempe κόσμον τῇ ἀρχῇ προστιθέναι. Id novo S.C. post impetratum lege Curiata imperium fiebat: quod e finibus provinciæ, de exercitu in eam ducendo, et militum stipendio, cavebatur: attributus item legatus, qui propterea Appiano vocatur ὁ τῷ ἡγέμονι τοῦ ἔθνους ἐκ τῆς βουλῆς ἑπόμενος εἰς βοήθειαν. Cautum eodem S. C. et de viatico atque instrumento prætoriæ domus. *Casaub.* Cicero libro secundo Ad Quint. fratrem, 'Referebatur de provinciis Quæstorum, et de ornandis Prætoribus.' Idem ad Atticum libri tertii Epist. vigesima quarta, 'Cum scripsissetis Consulares provincias ornatas esse.' Et paulo post, 'De Consulibus ornandis.' Et pro lege Manilia, 'Ornatæ provinciæ lege Curiata.' *Torrent.* *Ornarentur*] Sed neque tamen vulgatum illud, *ordinarentur*, præfracte nimium damnaverim, quod video magnis etiam illis Criticis, Turneb. lib. xxiv. Advers. cap. 14. et Grutero, in Suspicionibus, non improbari. *Bern.*

Privato] Hoc est, prætura abeunti Cæsari. Non aliter apud Livium l. xli. cap. 7. Tribuni Manlio comminantur, privatum rationem rerum ab se gestarum redditurum, quoniam Consul noluisset. *Idem.*

Sociis implorantibus subveniret] Misera tum fuit ulterioris Hispaniæ conditio, ob duas causas: nam et angusta fides erat tota provincia: et latrociniis vicinorum populorum regio infestabatur. Utrique malo quam medicinam fecerit Cæsar, disces ex

Dione, Plutarcho, et scriptore De bello Hispaniensi. *Casaub.*

Non exspectato successore decessit] Ex lege xv. Dig. de officio præsidis constat, Præsidem, postquam semel erat ingressus, jus abnoctandi e provincia ne voti quidem solvendi causa habuisse. Historia Livii exempla aliquot suggerit civium ἀγερώχων, qui hoc jus non magis servarunt quam Cæsar: sed hoc in vitio semper est positum. Sub Imperatoribus certum decessionis tempus definitum est Lege Novell. xcv. qua jubentur Præsides provinciarum, ut deposito magistratu L. dies maneant in provinciarum metropolibus. *Idem.*

Ad triumphum] Nam, Calecis et Lusitanis victis, ad Oceanum usque cuncta perdomuerat. *Bern.*

Nisi privatus introisset] Nemini, qui cum imperio provinciali esset, nisi aut triumpharet, aut imperium deponeret, urbem introire licebat. Quod Ascon. in Orat. pro M. Scauro planissime demonstrat. 'Hominum,' inquit, 'magna pars per tabulas laudaverunt, qui aberant, inter quos Pompeius quoque.' Hinc ad urbem esse dicebantur Magistratus illi, qui cum potestate provinciali, aut nuper e provincia revertissent, aut nondum in provinciam profecti essent, sed extra manerent. *Hottomann.*

Legibus solveretur] Solvi legibus dicuntur, quibus aliquid contra receptas leges facere permittitur. 'Oportebat (ait in Cæs. Plutarchus) Triumphum petentes extra urbem manere: Consulatum vero præsentes petere.' Cæsar itaque reversus ex Hispania, cum, ut ea lege solveretur, obtinere non potuisset, coactus est omisso triumpho urbem ingredi, ne consulatu excideret. *Bern.*

Multi] Cato inprimis, qui de industria dicendo diem absumserat, ne quid illi Senatus Cornelia lege gratificari posset. Plutarch. Cæs. *Idem.*

Cap. 19. *E duobus Cons. &c.*] *Consulatus* glossema sapit. De hac ipsa consulatus petitione Cicero lib. I. ad Att. fine epistolæ 14. *Idem.*

L. Luceio] Is est, quem idem Cicero luculentissima epistola 12. lib. v. famil. rogat, ut res suas in consulatu gestas seorsim describat. *Idem.*

Nummos de suo communi nomine] Plutarchus, in Catone Uticensi, auctor est, ita Romanos per illa tempora usos esse τῷ δεκάζεσθαι, ὡς ἐργάσιᾳ συνήθει, hoc est, non minus palam et sine ullo pudore pecuniam pro honoribus consequendis dedisse, quam alias consuetas omnibus artes exercerent. Notat idem in Cæsare, tantam fuisse tum publicorum morum labem, et κακοπολιτείαν, ut candidati palam in comitiis nummarias mensas ponerent, et populi suffragia redimerent. *Casaub.* *Nummos, &c.*] En fœdam nundinationem bonorum! quam spectans haud dubie Sallustius Jug. cap. 8. 20. 35. omnia Romæ dicit esse venalia, ipsamque adeo venalem urbem, 'si emtorem invenerit.' Erat enim id moris, frustra legibus obnitentibus, ut candidati, ad concilianda suffragatorum studia, per centurias tribusque nummos dividerent: cui negotio præpositi 'divisores' appellabantur. Nec enim tum valuit illud Claudiani, Cons. III. Honorii, 'Emitur sola virtute potestas.' Hæc fere in ipsius Imperii popularis occasu contigerunt, cum omnia pessum irent. *Bern.*

Communi] Suo et Cæsaris. *Idem.*

Per centurias pronuntiaret] Divisores fuisse arbitror, qui et Diribitores dicebantur, qui in comitiis populum in tribus aut classes centuriasve ad suffragia ferenda dividerent, singulisque civibus, cum quis largitione in populum uteretur, pecuniam in sua tribu dispertirentur. Ex quo etiam Divisorum nomen contumeliosum cœpit esse ; ut cum Cic. Verr. v. ita loquitur : 'Tu ejusmodi evasisti, non in hominis luxuriosi, sed tantum in furis

ac Divisoria disciplina educatus.' *Hotomann.* *Pronuntiaret*] Palam promitteret. Autori nostro familiare in hoc significatu verbum. Ut infra c. 25. 'pronuntiare epulum.' Domit. c. 4. in fin. 'pronuntiare tesseras.' *Bern.*

In summo magistratu] Consulatu, ex ordinariis quidem. Nam dictatura superior: sed extraordinaria. *Id.*

Concordi et consentiente] Clarum hinc, nonnunquam ex discordia Magistratuum Reipub. salutem existere, concordiam eidem θανατοφόρον esse. Facit huc egregius locus Senecæ, ep. 95. sub finem: 'Societas nostra lapidum fornicationi simillima est, quæ casura, nisi invicem obstarent: hoc ipso sustinetur:' seu verbis Agellii, lib. VI. c. 1. 'Quasi mutuo adversoque fulta nisu subsistit.' Cato: 'Is contentiunculas semper aliquas ac dissensum inter servos callide serebat, suspectam habens nimiam concordiam eorum metuensque.' *Idem.*

Ne Catone abnuente] Insignis omnino locus, et qui doceat, in administranda Repub. non ubique nos præfracte rectos esse debere: sed præcepto Taciti, Agric. cap. 8. UTILIA HONESTIS MISCERE. Catonem vide, virtutum vivam illam imaginem, certius sapientis exemplar quam sit Hercules aut Ulysses, ad hæc acerbissimum largitionis hostem, quod caput est, addictum sectæ Stoicæ, cui individuum utilitatis cum honestate contubernium est: et ille tamen, adductus caritate patriæ, largitionem illam, etsi sua natura minus honestam, at patriæ profuturam, non improbavit. Nimirum cordati Politici semper meminisse debent illius, quod ex Ciceronis II. ad Att. Ep. 1. Plutarchus adducit in Phocione post princ. 'se non tanquam in Platonis πολιτείᾳ, sed tanquam in Romuli fæce versari.' *Idem.*

Silvæ callesque decernerentur] Existimo significari silvarum publicarum administrationem, et saltuum publicorum, in quibus professi pecoris sui capita pecuarii pascebant, scripturamque (hoc est, vectigal pro pascuis illis exactum) solvebant. Nam callis ex eo appellatur, quod pecudum callo calcetur, estque via a pecore durata. *Pulmannus.* Sic Aquaria, sic Ostiensis provincia, Oratione in Vatinium, et pro Murena, Quæstor quoque Ostiensis, Orat. pro Sextio. Et facete huc alludens Plautus Pseudolo, 'Te cum securi caudicali præficio provinciæ.' *Torrent.* Scribit Tacit. l. IV. 'Curtium, cui provincia vetere ex more calles evenerat, classiariorum copia conscripta, servilem conjurationem compressisse.' Hoc ille fecisse videtur ex imperio prætoris sui, ipso absente fortasse prætore. *Silvæ callesque*] Porro cur optimates futuris coss. hoc est Cæsari ejusque collegæ, tam ignobilem provinciam decreverint, conjicere in proclivi est, id factum ad infringendam hominis potentiam, et crescendi copiam adimendam. Cum enim nullis ibi copiis opus esset, minus erat a Cæsare metuendum. *Bern.*

Conciliavit] Quid hac reconciliatione spectarit Cæsar, pulcherrime Dio Cassius explicat sub finem l. XXXVII. quem omnino vide. Prolixior enim locus est, quam ut huc referri queat. *Idem.*

Societatem] Conspiratio ea potius quam societas erat. *Idem.*

Quod displicuisset ulli e tribus] Cæsare consule, inter eum, et Cn. Pompeium, et M. Crassum inita potentiæ societas, quæ urbi orbique terrarum, nec minus diverso quoque tempore ipsis exitiabilis fuit. Hoc consilium sequendi Pompeius causam habuerat, ut tandem acta in transmarinis provinciis, quibus multi obtrectabant, per Cæsarem confirmarentur consulem: Cæsar autem, quod animadvertebat se, cedendo Pompeii gloriæ, aucturum suam, et, invidia communis potentiæ in illum relegata, confirmaturum vi-

res suas: Crassus, ut, quem principatum solus assequi non poterat, auctoritate Pompeii, viribus teneret Cæsaris. Velleius.

CAP. 20. *Ut tam senatus quam populi diurna acta conficerentur*] Duplicia acta reperio, Senatus, Populique. Acta Senatus, alio nomine, Commentarii Senatus Tacito. Acta populi, alias diurna, alias publica. Acta Senatus vocabant commentarios (ὑπομνήματα vertunt Græci) quibus breviter inscriptum quidquid apud patres diceretur, ageretur. Tantum apud patres. Origo eorum, ut videtur, a Julio Cæsare. Confectio mansit: publicatio abrogata ab Augusto. Conficiebat ea quispiam e Senatu: scilicet ne arcana patrum sciret non e patribus. Ab Actis Senatus venio ad populi. Ea dicta publica Acta Suetonio in Tiberio, c. 5. et alias passim. Item diurna, quia in dies conficerentur. Tacito lib. XIII. et XVI. Item urbana. Sæpius etiam ἁπλῶς Acta, κατ' ἐξοχήν. Iis continebantur res rationesque populi, judicia publica, supplicia, comitia, ædificia, nativites, illustres mortes, matrimonia, divortia. *Lipsius.*

Antiquum] Duo præcipue sunt autorum loca, quæ lucem hic nostro fœnerant. Primus Livii, lib. II. cap. 1. 'Post ejectos Reges, duo Consules cum annuo imperio creati sunt, qui omnia jura, omnia insignia (potestatis regiæ) tenuere. Id modo cautum est, ne, si ambo fasces haberent, duplicatus terror videretur. Brutus prior, concedente collega, fasces habuit.' Alter A. Gellii, lib. II. noct. Att. cap. 15. ubi, cum fasces illos alternis mensibus Consules habuerint, pluribus exponit, cui Consulum, et quo jure, fasces prius dati fuerint. *Bern.*

Retulit] Instauravit, revocavit. Ita Virgil. v. Æneid. 'Hunc morem, hos cursus, atque hæc certamina primus Retulit Ascanius.'

Ut quo mense fasces non haberet] Capite septimo legis Juliæ priori ex Consulibus fasces sumendi potestas fit, non qui plures annos natus est, sed qui plures liberos quam collega, aut in sua potestate, habet, aut bello amisit. Solitos tamen audio, qui lege potiores essent, fasces primi mensis collegis concedere, aut longe ætate prioribus, aut nobilioribus multo, aut secundum consulatum ineuntibus. A. Gellius.

Accensus ante illum iret] Accensus duas res significat: namque accensi dicebantur, qui in locum mortuorum militum subrogabantur: ita dicti, quia ad censum adjiciebantur. Asconius, 'Accensus,' inquit, 'est nomen ordinis promotionis in militiam, ut nunc dicitur princeps, vel commentariensis, aut cornicularius.' In alia significatione accensi ministratores magistratuum, sicuti Varro Catoque notificant: et tum ab acciendo dicuntur: quippe jussu consulis Quirites ad concionem vocabant. *Beroald.*

Accensus] De fascibus, accensis, lictoribus, enucleate, ut omnia, Lipsius, Elect. lib. I. cap. 23. Aliqua etiam Rosinus lib. VII. antiq. Rom. cap. 48. *Bern.*

Lege agraria] Legem agrariam, quæ erat de agris viritim inter plebeios dividendis, non Consuli, sed audacissimo Tribuno convenientem, Cæsar ideo promulgavit, obnitentibus honestissimis in senatu viris, ut populi favorem aucuparetur. Legis agrariæ capita, atque adeo hunc ipsum auctoris locum, ubertim exponit Sigonius lib. II. de ant. jure Ital. cap. 2. *Idem.*

Obnuntiantem] Infaustis denuntiationibus remorantem. Ex augurum disciplina verbum hoc est, qui dicuntur 'obnuntiare,' cum aliquid mali ominis viderint, quod prohibeat, ne quid eo die cum populo agi possit. Obnuntiatione, inquit Pedianus, perniciosis legibus resistebatur. Sicut vero Tribunorum intercessioni ob-

temperasse necessarium censebatur, ita plane augurum obnuntiationi. Si quis tamen, obnuntiatione facta, in re cœpta persisteret, ut hic Cæsar, id contra auspicia fieri dicebatur. *Idem.*

Nec quoquam reperto, qui super tali consternatione referre, aut censere aliquid auderet] Non poterat S. C. sine relatione fieri: referendi autem jus Consulum fuit. Οὗτοι, inquit Polybius, τὸν ὅλον χειρισμὸν τῶν δογμάτων ἐπιτελοῦσιν. Hic igitur quid est quod Bibulus consul non refert de facta sibi injuria? Puto, quia Cæsar eo mense fasces habuit: ejus enim e Coss. relatio fuit, cujus et fasces. Sæpe autem factum, ut Consulibus absentibus, vel prævaricantibus ac mussantibus, referrent alii e principibus amplissimi ordinis: puta Consules designati, aut Prætorum vel Tribunorum aliquis; cujus rei multa exstant apud Ciceronem aliosque testimonia. Ex his liquet cur dicat Suetonius, 'qualia multa sæpe in levioribus turbis decreta fuerant.' Porro jus relationis, sublata libertate, etsi Consulibus ademtum non est, tamen et potestatis imperatoriæ pars fuit: paulatim enim principes id sibi vindicarunt. Exemplum est ab Augusto primo: in cujus honorem decretum refert Dio in actis anni DCCXXXI. ut, assumta in perpetuum tribunicia potestate, liceret ei, quoque Senatu, unam de quacumque re vellet relationem facere, etsi Consul non esset. Postea, ampliato honore Principum, inventa sunt ad similitudinem decreti hujus jura secundæ, tertiæ, quartæ, quintæ relationis, hoc est, ut quoque Senatu possent de duabus, tribus, quatuor, quinque rebus quas vellent cunque, etiam non Consules, facere relationem. Exempla apud Capitolinum et Vopiscum. Apud quos observabis fere cum proconsulari imperio et tribunicia potestate jus hoc jungi, plane ut in isto Dionis loco. *Casaub.* *Consternatione*] Tumultu et quasi seditione. *Bern.* *Referre aut censere*] Utrumque verbum senatorium. Referre Dioni passim est χρηματίζειν, vel γνώμην εἰς τὴν βουλὴν εἰσφέρειν, hoc est, in Senatu aliquid proponere, ut de eo sententiæ dicantur: id quod proprium erat munus Consulum, aut, iis cessantibus, Tribunorum vel Prætorum. Censere, isti correlatum, est, sententiam de re proposita in Senatu dicere, vel de scripto recitare. *Idem.*

Domo abditus] Domi latitans, octo scil. mensibus. Seneca tamen Bibulum toto honoris sui anno domi latuisse scribit, idque ut invidiam collegæ Cæsari faceret, quasi ejus vi aut metu domo attineretur. Quam autem hoc inconsulte, patet ex Vell. Paterc. l. II. c. 44. f. Nam eo facto dum augere vult invidiam collegæ, auxit potentiam. *Idem.*

Per edicta obnuntiaret] Dio ait, δι' ὑπηρετῶν, per *lictores* vel *accensos*. Obnuntiare eidem est ἱερομηνίαν προαγορεύειν, ferias indicere: quod caute accipiendum est: nam obnuntiatione fit quidem dies nefastus, et comitialis esse desinit: non fit tamen festus, neque ἑορτάσιμος. quare quid appellet ἱερομηνίαν non intelligo. Melius alibi obnuntiare vertit idem, προεπαγγέλλειν ὡς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ τὴν ἡμέραν ἐκείνην μαντευσόμενον. Cicero ad Atticum l. IV. 'proscripsit ille se per omnes dies comitiales de cœlo servaturum.' Idem Dio lib. XXXVIII. 'servare de cœlo' vertit τὰ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ γινόμενα παρατηρεῖν: ubi legem Clodiam refert, qua vetus institutum antiquatur, diebus comitialibus servandi de cœlo. *Casaub.*

Testandi, &c.] Testationes hic intelligit, quæ erant quædam præscriptiones et tabulæ testificandi gratia factæ et obsignatæ. Turneb. Adversar. l. II. fine c. 37. *Bern.*

Campum Stellatem majoribus consecratum] Si verum est quod Suetonius ait, fuisse hunc campum a majoribus

consecratum, putem factum in memoriam inclytæ illius victoriæ, quam Romani eo in loco de Samnitibus A. U. C. CCCCLIX. Coss. Q. Fabio V. P. Decio IV. retulerunt. Vide Livium l. X. Sed si consecratus hic campus fuit, sequitur ut ex illo desierit coli, fueritque, ut appellant Græci, ἱερὰ ὀργὰς, ἄνετος, ἀνέργαστος. At Cicero in Agrariis de Stellate campo loquitur, tanquam qui coleretur et exerceretur. Quamobrem de hujus campi antiqua conditione quin opinati sint contraria Cicero et Suetonius, non possumus negare. *Casaub.*

Majoribus] Pro, a majoribus. Amat auctor hac ellipsi uti. *Bern.*

Consecratum] Cum hujus consecrationis a majoribus factæ Cicero nullam in oratione contra Rullum faciat mentionem, cum tamen ea res ad dissuadendam legem agrariam plurimum valeret, asserit Torrentius, aut hic legendum, *conservatum:* aut dicendum potius, id quod de ejus agri consecratione scripsisse potuit Cicero, nobis periisse. *Idem.*

Extra sortem] Extra sortem sic intelligo, ut non sorte ducta, sed viginti virorum arbitrio divisio fieret. *Torrent.*

Ac XX. millibus] *Ac* exturbant alii. Casaubonus optime, *ad xx. m. c.* quod Velleius hac ipsa de re loquens l. II. c. 44. 'circiter XX. m. c.' Sic Terent. Heaut. 'talenta ad quindecim collegi,' hoc est, circiter. Eodem modo Græci utuntur illis suis, ὡς, ὡσεὶ, μάλιστα, cum, ob rotunditatem numeri, articulos tantum, omissis digitis, exprimunt.

Quibus terni pluresve liberi essent] Præmiis enim invitandi fuerunt ad matrimonia et prolem frequentandam. Præmia duorum generum, honores et commoda. Quæ largiora utraque apud patres: quædam tamen seorsim data etiam maritis. Præmia πολυπαιδίας, ex Papia lege, non absurde fecero, si ordine proponam. Primum, ut in petitione candidati præferantur, quibus liberi plures. Secundum, uti præferantur in sorte provinciarum: et easdem diutius obtineant. Tertium, præeant emineantque in omni magistratu. Quartum, in honoribus petendis, gratia fit annorum, qui liberos habent, et quidem pro numero liberorum. Quintum, qui plures liberos habet, id est, in urbe tres, in Italia quatuor, in provinciis quinque, a cura, tutela, ceterisque muneribus personalibus immunis est, l. II. de excusationibus l. I. C. Qui num. liberor. Sextum, damnatorum liberi plures assem accipiunt, e constitutione Hadriani l. VII. de bonis damnat. Et plura alia. Ex his ortum celebre illud jus trium liberorum: quod orbis pro beneficio Princeps dabat. Plin. lib. II. epistol. 'Nuper ab optimo Principe trium liberorum ei jus impetravi: quod quanquam parce et cum dilectu daret, mihi tamen, tanquam eligeret, indulsit.' Martialis: 'Uxor cum tibi sit formosa, pudica, puella, Quo tibi natorum jura, Fabulle, trium? Quod petis a nostro supplex dominoque Deoque, Hoc dabis ipse tibi, si potes arrigere.' *Lipsius.*

Publicanos remissionem petentes, tertia mercedum parte relevavit] Mihi videtur Cato sine causa propter hanc equitum postulationem tantum turbarum excitasse: prorsusque Ciceroni assentior, debuisse eum mitius et non adeo Stoice cum publicanis agere, nec, ut fecit, ordinem equestrem a senatu propterea sejungere. Jure enim suo usi Equites, cum, vastata per Mithridatem Asia, remissionem et ἐκδικίαν petierunt, hoc est, parte mercedum relevari. More majorum licuit illis hoc facere: sæpiusque Romæ factum. Fuit autem hæc potestas non Consulis, sed Senatus. Docet Polybius libro sexto. Propterea in lege censoria ascriptum, 'si quis frui publico publicanus non pos-

set, ne ei fraudi id esset:' quod Cicero appellat 'tegi lege censoria,' in ea de provinciis consularibus. *Casaub.* *Publicanos*] Publicorum vectigalium conductores. *Bern.*

Mercedum] Pensitationum, quas pro vectigalium locatione dabant. Videndus Nannius Miscell. l. IV. c. 1. *Idem.*

Dilargitus est] Ex omni Cæsaris historia patet, eum duplici præcipue via grassatum ad potentiam: profusa largitione in tenuiores, et assectatione potentiorum, ad fœditatem adulationis usque diligenti. *Idem.*

Calumniarum] Criminationum. 'Negligere (ait Cicer. I. Off.) quid de se quisque sentiat, non solum arrogantis est, sed etiam omnino dissoluti.' Plato quoque l. XII. de LL. pag. 950. 'Maximum, inquit, et rectissimum est, ut, cum sis probus revera, ita velis VIDERI, laudemque honestæ vitæ veneris: aliter minime, si modo cumulatæ virtutis rationem penes te habere volueris.' *Idem.*

Accideret] Recte: non enim *accederet*, quod habent aliqui. Livius eodem modo, l. XLIV. c. 31. f. 'genibus prætoris accidens,' hoc est, supplex prætori factus. *Idem.*

Cicerone] Quæ Cicero, collegam suum Antonium in judicio defendens, de Reip. conditione questus est circiter horam diei sextam, homines improbi ad Cæsarem detulerunt, quibus cum se perstringi sentiret, ut vicissim ægre Ciceroni faceret, perfecit, ut ejusdem diei 'hora nona' (erat autem ea a forensibus actionibus aliena) inimicus ejus Clodius, per adoptionem C. Fonteii, 'a patribus ad plebem,' hoc est, ex patricia familia in plebeiam, transiret. Vide Corradi Quæstur. pagina 263. &c. *Idem.*

A patribus ad plebem] Ex patricia familia in plebeiam. Erat enim Clodius ex ea familia Claudia, quæ patricia erat, appellabaturque Pulchrorum. Hinc Cicero mordaciter simul et festiviter Clodium 'Pulchellum' vocat. Ea traductio per adoptionem est facta, nam plebeio homini se Clodius adoptandum dedit. *Sabell.*

Hora nona] Forensibus scilicet actionibus aliena. Plutarchus meridiem scribit finem multis fuisse actionibus Reipub. obque id magistratum Romanum post eam horam fœdus facere non consuesse, rati, credo, meridianum tempus publicis actionibus minime accommodatum. *Idem.*

Ex compacto] Ex composito. *Bern.*

Intercepisse veneno] Clam sublatum. Noctu enim in carcere fuit extinctus, ne palam fieret, cujus præmiis ad falsum indicium esset inductus. *Idem.*

Indicem] Vettium puta. *Idem.*

CAP. 21. *Calpurniam*] Romanam κακοπολιτείαν observa. Cæsar Calpurniam, L. Pisonis, quem successurum sibi in consulatu consul ipse creaverat, uxorem ducit: Juliam vero filiam suam Pompeio despondet. Cur utrumque? ut eorum potentia magis magisque floresceret, et factionem firmaret. Nec immerito, frustra licet, vociferatus tum Cato, rem intolerandam esse, 'nuptiarum lenociniis imperia vendi, et Rempub. prodi.' Qua in re memoranda Plutarchus, in Cæsare, utitur eleganti, et haud scio an aliis auctoribus usurpata voce, διαμαστρωπεύειν ἡγεμονίαν γάμοις, quando per mulieres mutuo nos ad imperia, provincias, officia, promovemus. Res nec nostro sæculo infrequens, et de qua dubites, an, si cetera adsint, vituperanda semper. Exempla videantur apud Clapmar. de arcan. Rerumpub. l. IV. c. 9. *Idem.*

Servilio] Huic Servilio Cæpioni Cæsar Pompeii filiam spopondit, pactam antea Fausto Syllæ filio. Sed fasne alterutri parti sponsalia retractare cum lubet? Utique l. I. C. de sponsal. dummodo sint vera et proprie dicta sponsalia, hoc est, mentio et repromissio nuptiarum futurarum: l. I. ff. eod. tit. *Idem.*

Pompeium primum] Hic omnino videndus A. Gellius l. IV. c. 10. et l. XIV. c. 7. De ordine rogandi sententias in Senatu plura monendi locus erit in Aug. fine capitis 35. *Idem.*

Eum toto anno conservaret] Viterb. lib. *observaret.* Accipe autem 'toto anno,' pro tota parte anni, qua Consules designati nulli erant: nam, consularibus comitiis peractis, quin mutanda ratio esset, et is honos Coss. designatis habendus, non ambigo. *Casaub.*

CAP. 22. *Socero, &c.*] Pisone et Pompeio. *Bern.*

Idonea materia triumphorum] Plures de Gallis triumphi acti sunt a Romanis, quam de toto orbe terrarum. Livius.

Galliam Cisalpinam] Quæ et 'Subalpina' Plinio l. XVI. c. 2. et 'Italia Gallica' Appiano in Annibalicis. Divisa ea in Cispadanam et Transpadanam. *Bern.*

Lege Vatinia] Extra sortem scilicet, et sine decreto Senatus, idque contra legem Semproniam de provinciis, qua inter alia cavebatur, ut quotannis provinciæ decernerentur. Cicero ad Lentulum Epist. septima, et Oratione pro Balbo, pro domo sua, et de provinciis consularibus. *Torrent.*

Mox per senatum] Cum primum institutæ provinciæ sunt, vetere lege, cujus prorsus obliterata memoria est, sanctum est, ut senatus provincias in potestate haberet: illas autem quas tumultuari, aut ab hostibus vicinis tentari intelligebat, eas fere Consulibus, reliquas Prætoribus decrevit: cum vero hoc modo provincias a Senatu obtinuissent, militare imp. lege Curiata a pop. acceperunt. Postea Sempronius Gracchus lege sua tulit, ut prætoriis provinciis a Senatu decernendis intercedi posset, consularibus non item. Tertia inde tempora successerunt a L. Sylla dictatore usque ad Cæsarem. Novi illud intulit Sylla, ut, quia Tr. pl. agendi cum populo potestatem ademerat, prorogatio imperii, quæ a populo fiebat, ipsius injussu populi haberetur. Hinc constat, extraordinarium fuisse, si qui vel in magistratu, vel privati nominatim a populo provincias acciperent. *Sigon.*

Comatam] A capillorum cultu sic dictam, et intonsis quos habet incolis, teste Plinio, lib. IV. cap. 57. Pyrenæis jugis, Rheno, Oceano, et Gebenna inclusam. *Bern.*

Veritis patribus] Non absimile quid est in Livio lib. I. c. 17. f. 'Cum sensissent ea moveri patres, offerendum ultro rati quod amissuri erant, ita gratiam ineunt, summa potestate populo permissa, ut,' &c. *Idem.*

Frequenti] Cum senatores adessent in Curia frequentes. *Idem.*

Ex eo] Ab eo tempore, posthac. *Idem.*

Insultaturum] Insultare capitibus idem est, quod infra in Nerone cap. 45. 'illudere capitibus.' Utrumque de fœda Venere dicitur, ut ostendunt Lips. not. 49. ad Tacit. XIII. Annal. et Muretus Observation. juris cap. 7. Offensi, iis, quos contemnebant, contumeliæ causa tale quid minitabantur, ut apud Catullum aliquot locis perspicitur. Hæc propria specialisque phraseos hujus est significatio. Generalius autem accepta, notat idem quod Græcis est ἐντρυφᾶν, ludibrio et contemptui habere: quod se facturum Cæsar hoc loco jactat. Sed alter, quisquis ille fuit, phrasin ab hoc generali ad illum specialem et obscœnum sensum trahens, negat facile hoc ulli 'fœminæ' fore. Nam id Veneris genus masculorum tantum est. Exprobrat ergó Cæsari vel prostratam Regi Nicomedi pudicitiam, de qua superius autor cap. 2. vel effœminatos illos gestus ac molles. At Cæsar ἀντισκώπτων, arreptam 'fœminæ' vocem in suum usum detorquet, et exemplo Semiramidis ac Amazonum ostendit, sibi quoque viam

ad imperium minime præclusam. *Id.*

Ulli fœminæ] De γυναικοκρατίᾳ locus hic est, a Cæsare ut apparet, non improbata. Nonnullibi tamen legibus, quas vocant, fundamentalibus (qualis est Gallorum Salica, vetans regnum a lancea transire ad colum) cautum scimus. Quod si tamen a Deo, populo, lege, moribus, speciali regnorum conditione necessitateque sic flagitante, fœminis imperium deferatur, ob sexum non excludendas esse putamus, præsertim cum nonnunquam inveniantur, quæ ad exemplum Agrippinæ apud Tacitum lib. VI. Annal. cap. 25. 'Virilibus curis fœminarum vitia exuerunt.' Nec muliebris imperii boni fœlicisque desunt exempla, cujusmodi, præter ea quæ hoc loco producit auctor, plura collegit Lipsius lib. II. monit. et exempl. polit. cap. 3. Quibus mirum non addidisse etiam exemplum Elisabethæ, Angliæ Reginæ laudatissimæ, cujus consiliis sapientissimis Anglia annis plusquam 45. gubernata ad summam fœlicitatem usque floruit. *Idem.*

In Assyria quoque regnasse Semiramin] Recte Cæsar Semiramin et Amazonas conjungit: nam et illa erat stirpe Amazonica; quod cum ab Herodoto et aliis historicis sit prætermissum, Critici Græcorum ita produnt: Κάϋστρος, ἔστιν υἱὸς Πενθεσιλείας τῆς Ἀμαζόνος· ὃς ἐν Ἀσκάλωνι ἔγημε τὴν Δερκετώ· καὶ ἐξ αὐτῆς ἔσχε τὴν Σεμίραμιν· ἥτις καὶ τὰ Βαβυλώνια τείχη κατεσκεύασε. *Casaub.*

Magnamque Asiæ partem Amazonas tenuisse quondam] Asiam cape Minorem, non illam quæ τῆς οἰκουμένης pars tertia est habita, nam si hanc respicias, falsum erit quod Cæsar dicit: quin etiam jure queat aliquis mirari, cur Asiam potius quam Europam nominavit; quum plura multo in hac quam in Asia tenuerint. Itaque Justini verba sunt hæc, lib. II. 'Majore parte Europæ subacta, Asiæ quoque nonnullas civitates occupavere.' Ut omittam de Africa, quæ prima illarum sedes. *Idem.*

CAP. 23. *Cognitionem*] Quam supra cap. 16. 'disquisitionem' appellavit auctor, ut et in Nerone cap. 2. ubi simul causam hujus disquisitionis exponit: quia Cæsar consulatum adversus leges auspiciaque gessisse existimabatur. *Bern.*

Quæstor ejus] Non fallit hic ratio Casaubonum, de eo potius, qui fuit Cæsari Consuli Quæstor, quam qui euntem in provinciam erat comitaturus, hæc accipientem. Præterquam enim quod verisimile non est, post abitum Cæsaris remansisse in urbe ejus tum Quæstorem, etiam subjuncta vox 'præjudicii' hoc arguit, quæ in Quæstorem provincialem, utpote qui nihil dum una cum Cæsare gesserat, cadere non potest: urbano autem Quæstore damnato, qui Cæsari fuerat in administranda Repub. socius, de Cæsare ipso, ob parem utriusque causam, idem erat metuendum. Fuit quippe 'præjudicium' velut exemplum, ad quod causa subsequens decideretur. *Idem.*

Postulatus] Accusatus in judicio. Verbum auctori non infrequens: ut supra cap. 4. Dolabellam repetundarum postulavit. *Idem.*

Appellato collegio] Cum provocasset ad ceteros e collegio Tribunos. *Id.*

Obtinuit cum Reip. causa abesset, reus ne fieret] M. Antonius Quæstor proficiscens in Asiam, Brundusium jam pervenerat; ubi literis certior factus, incesti se postulatum apud L. Cassium Prætorem, cujus tribunal, propter nimiam severitatem, 'scopulus reorum' dicebatur; cum id vitare beneficio legis Memmiæ liceret, quæ eorum, qui Reip. causa abessent, recipi nomina (id est, reum fieri) vetabat, in urbem tamen recurrit. Val. Maximus.

In magno negotio habuit] Non displiceret *in magno habuit*, si per codi-

ces liceret hic consentientes. Sic apud Dionem et Ælianum, *ἐν μεγάλῳ τίθεσθαι*, et *ἐν ἐλαφρῷ ποιεῖσθαι*, aliaque apud Græcos. Tacitus, 'quocunque casu acciderat, dum atrociora metuebantur, in levi habitum.' *Casaub.*

Obligare] Obnoxios sibi reddere. Livius lib. I. cap. 35. Tarquinius Priscus, 'non minus regni sui firmandi, quam augendæ Reip. memor, centum in patres legit, qui deinde minorum gentium sunt appellati: factio haud dubia Regis, cujus beneficio in Curiam venerat.' *Bern.*

Syngrapham] Syngrapha, sive syngraphus (utrumque enim dicimus) tabella est in qua perscripta est pactio, utriusque obsignata paciscentis manu. Ejus cum apud Demosthenem varia exempla sunt, tum apud Plautum insigne inter Diabolum adolescentem et Clæretam lenam. Inter chirographum autem et syngrapham hoc interesse scribit Asconius, quod in chirographis tantum ea scribuntur quæ gesta sunt, in syngraphis etiam contra fidem veritatis pactio venit. Est enim chirographum generale nomen, quo syngrapha etiam continetur. Sed syngraphis cautio datur quasi creditarum pecuniarum; qua de causa facile falsum in eas referri potest, si creditas pecunias, quæ tamen creditæ non sunt, perscribatur: cum chirographis aut facti obligatio contineatur, aut accepti latio. *Hottoman.*

CAP. 24. *Candidatus*] J. Lipsius Elect. l. I. c. 13. demonstrat, Romanis in vestitu placitum quendam colorem album, sive quia is, ut Plato vult, lætitiæ proprius et deorum; sive potius agrestis illa et prima gens, spretis accersitis coloribus, lanæ nativum retinuit, id est, album. Sed petitores, non contenti insito lanæ colore, cretam addebant in vestem, ut candesceret, imo splenderet. Ideo Polybius *λαμπρὰν* dicere maluit petitorum togam, quam *λευκήν*: et Latine commode eam dixerimus 'splendentem.' Hac ergo nota petitores honorum a vulgo discreti, et *κατ' ἐξοχὴν* dicti Candidati. *Bern.*

Provinciæ] Galliæ Cisalpinæ. Plinius tamen lib. III. cap. 5. Lucam Hetruriæ facit oppidum. *Idem.*

Alias privato] Quæ nonnulli hic interserunt, *alias publice*, meliorum codicum consensu, doctorumque virorum decreto, dudum sunt ejecta. *Idem.*

Vocabulo quoque Gallico: Alauda enim appellabatur] Militum galeis cristarum adjectione terribiliorem speciem dare, vetustissimum fuit Carum inventum, Romanis ac Græcis adæque probatum. Vetustiorum Græcorum galeæ, non pinnis, sed equinis setis fiebant horrendæ: unde illa apud vatem præcipuum, *λόφος ἱππιοχαίτης, κυνέη ἵππουρις*; et apud Æschylum Tydeus, *τρεῖς κατασκίους λόφους σείει*. Virgil. de Turno, 'Cui triplici crinita juba galea alta Chimæram Sustinet.' Vocabulum alaudæ Gallicum esse, et galeritam sive cassitam avem significare, testis, præter Plinium, Marcellus Empiricus cap. 29. homo Gallicæ linguæ veteris non imperitus. Legionem novam, galearum cristis insignem, militari lascivia fuisse Alaudam, de avis nomine, sicut Plinius tradit, appellatam, non magis mirum, quam Cares olim eandem ob caussam gallos gallinaceos fuisse vocitatos, ut scribit Plutarchus Artoxerxe. *Casaub.* Goropius Becanus, Gallicis, Alaudarum militum nomen a nostrate lingua repetit, dictosque vult quasi omnes veteranos, id est, *al aude:* sed hodieque Gallis *une alouette*, deminutive, quo ego ad Latinum nihil invenio propius. *Torrent.*

Alauda enim] Nescio quid hic mendi subodorari mihi videor. Si nullo codicum antiquorum subsidio nixus, rescriberem, *Alaudarum appellabatur:* facili literarum ductu *enim* trans-

eunte in *tum*. Sed certe id fecero Cicerone non nolente, atque etiam invitante. Nam is ubique πληθυντικῶς, seu multitudinis numero, nominis hujus meminit: nec legionem Alaudam, sed milites ipsos Alaudas, ac legionem Alaudarum appellat: ut Philippic. I. cap. 8. Phil. v. cap. 5. ad Attic. lib. XVI. epist. 8. *Bern.*

Nec deinde, &c.] Exemplum ambitionis 'ex omni occasione triumphum quærentis,' ut loquitur Plinius panegyr. cap. 16. Juvenali quoque perstrictum, satyr. X. illis versibus: 'Bellorum exuviæ, truncis affixa tropæis Lorica, et fracta de casside buccula pendens, &c. Humanis majora bonis creduntur,' &c. Adde Alberic. Gentilem de armis Romanor. lib. I. cap. 2. *Idem.*

Decedentibus] Lipsius jam pridem emendabat, *cedentibus:* quod et Grutero placeret, nisi codicum consensus pro recepta lectione staret. Casaubonus, *ei cedentibus*, aut *cadentibus.* Verum neque hic libenter ab omnibus libris discedit, et recte monet, ista talia nonnulla καινοπρεπῆ Suetonio propria esse posse. *Idem.*

Plurium quam quisquam umquam dierum supplicationes impetravit] Restringe illa 'quisquam umquam,' ad tempora ante Cæsarem: nam post ejus excessum ea res non habuit modum. Vide Ciceronem de provinciis consularibus. *Casaub.* Supplicatio fuit honos, qui una cum imperatoris nomine præsidi decernebatur victori, nempe cum senatus populo Deum templa aperire, ac gratias Diis imperatoris nomine agi, jubebat. Erat enim moris, ut præsides, postquam a militibus appellati Imperatores fuerant, lictores laureatos præferrent, litterasque ad senatum laureatas de re gesta mitterent, quibus imperatoris nomen, ac supplicationes a senatu postularent. *Sigon.* Alex. Genial. dier. l. v. c. 27.

CAP. 25. *Gessit hæc*] Congressus est Cæsar cum hominibus feris, si omnia prælia in unam summam colligantur, amplius quadragies C. M. cæsa ex his decies C. M. capta totidem. Victæ gentes CCCC. urbes partim rebellantes in ordinem coactæ, partim Romano imperio tum adjectæ, DCCC. Appianus.

A saltu Pyrenæo] Saltus Pyrenæus, in eo montes Pyrenæos significat, Hispaniam a Gallia dividentes, ut apud Livium, saltus Graios, Alpes Graias. *Turneb.*

Alpibusque] Qui sunt montes longissimi tractus, Italiam a Germania et Gallia, tamquam muro nativo, separantes. *Bern.*

Monte Gebenna] Lucan. 'Cana pendentes rupe Gebennas.' Hodie dicitur mons Geneuræ. *Beroald.*

In provinciæ formam redegit] Non sola tributi impositio provinciam efficit, cum id multis sit etiam Italicis et exteris imperatum, qui tamen in provinciæ formam non sunt relati; sed legum domesticarum, et patriæ libertatis ademtio, et Prætoris, qui eos regat, institutio. Regat autem ita, ut et jus in conventibus dicat, et imperium belli gerendi caussa habeat. *Sigon.*

Quadringenties in singulos annos stipendii nomine imposuit] Illa ampla, illa dives Gallia (sic enim semper habita et laudata) non nisi millionem annuum in tributum dederit? Non sunt ista profecto: et audeo adfirmare Suetonium scripsisse ∞ ∞ ∞ ∞, id est, *quater millies.* Ea summa decem milliones reddit: minus inquies, quam Ægyptus, sed addo, et ratio comprobat, aucta hæc tributa largiter, et vel in duplum, ab Augusto esse. Nam ille censum per Gallias 'instituit, opus novum et inadsuetum Gallis,' (ut Claudius in Oratione apud senatum loquitur) et ea ratione immensum auxit. Obiter hoc dico: omnium tributorum, quæ a subactis undequaque gentibus pendebantur, con-

cipere summas vereor, sed supra centum quinquaginta milliones fuisse, et animo sentio, et calamo consigno. Nam et Vespasianus initio statim principatus professus est, quadringenties millies opus esse, ut Respublica stare posset. Sunt ipsi 1000. milliones nostro ritu. Sed et nostro ævo, Rex Sinarum accipere in tributo annuo asseritur 120. milliones. *Lipsius.*

Aggressus est et Britannos] Primus Romanorum D. Julius cum exercitu Britanniam ingressus, quanquam prospera pugna terruerit incolas, ac litore potitus sit, potest videri ostendisse posteris, non tradidisse. Mox bella civilia, et in Remp. versa Principum arma, ac longa oblivio Britanniæ etiam in pace. Consilium id Divus Augustus vocabat. Claudio Imp. transvectæ legiones, et assumtus in partem rerum Vespasianus, quod initium venturæ mox fortunæ fuit. Tacitus. Et vide Cæsarem ipsum l. IV. Bell. Gall. c. 17.

Adversum casum] Et hoc ipsum quin ad prudentiam Cæsari cautionemque profuerit, dubitandum non est. Revera enim τὰ παθήματα μαθήματα, *nocumenta documenta sunt*, idque imprimis in re bellica verum, in qua ἐμπειρότεροι γίνονται οἱ μετὰ κινδύνων τὰς μελέτας ποιούμενοι, *periculis ipsisque cladibus edocti, usu peritiores evadunt.* Contra qui assidue in rebus prosperis et lætis, vix sapiunt. Annibal apud Livium l. XXX. c. 30. m. ‘Non temere incerta casuum reputat, quem Fortuna nunquam decepit.’ Idem apud eundem l. XXXVI. c. 7. ad Antiochum: ‘Hæc suadeo, qui ut non omnis peritissimus sum belli, cum Romanis certe bellare, bonis malisque meis didici.’ Et ille quidem alienis auspiciis gessit bellum. tales autem et qui suis. *Bern.*

Ad Gergoviam] Sunt qui suspicentur esse, quem hodie Claromontem vocant. Ipse Cæsar in Comment. author est, se hic sex et quadraginta centuriones amisisse. *Sabell.*

Legatis] Legati hic sunt, qui maximam in exercitu potestatem, absente Imperatore, cum parte copiarum in expeditionem mittuntur. Vulgo *Leutenant*, quod e Gallico *Lieutenant*. Bern.

Cap. 26. *Eodem temporis spatio matrem primo, deinde filiam, nec multo post neptem amisit*] Dio ab hac lectione est, fateor: qui extremo libro XXXIX. scribit ἐν αὐτῷ τούτῳ χρόνῳ καὶ τοῦ Πομπηΐου γυνὴ θυγάτριόν τι τεκοῦσα ἀπέθανε. Sed regnat optimus Vatic. Codex, qui *nepotem* hic præfert, non *neptem*, quem ego audio prorsus, suasus a Vell. et Lucano. *Lipsius.* Videri possunt in ancipiti historia de industria locuti, qui genus masculum usurparunt, memores filii appellatione et sequiorem sexum contineri. *Casaub.* *Matrem*] Aureliam. *Bern.* *Filiam*] Juliam, Pompeii uxorem. *Idem.* *Neptem*] Filiam Pompeii, quæ non multos post dies mortem matris Juliæ secuta fuit. an filium dicam? Nam et *nepotem* hic aliqua manuscripta proferunt, ad Lucani et Velleii mentem, a qua stat Lipsius Elector. l. II. c. 17. Pro recepta autem lectione Plutarchus et Dio. *Idem.*

P. Clodii] Rem narrat præter alios Appianus l. II. Bellor. Civil. longius a princ. *Idem.*

Unum Consulem] Videndi, Livius epist. 107. Val. Maximus l. VIII. c. 15. Cæterum ut binos Consules ab initio, exactis Regibus, continua serie creatos novimus: ita apud unum, imperium consulare stetisse, præter hoc Pompeii, vix aliud exemplum reperias, nisi quod Syllæ temporibus, Cinna interempto, solus Carbo, et occiso in bello sociali Rutilio, solus Sextus Cæsar, consulatum gessere, teste Appiano l. I. Bell. Civil. Sed illi tamen a principio suos quisque collegas habuerunt: Pompeio uni solique consulatum decrevit Senatus, quod factum, ne quid eo temporum statu de-

trimenti Respub. caperet. Nam, ut sapienter admonet, I. Annal. 9. Tacitus 'non aliud discordantis patriæ remedium est, quam ut ab uno regatur. Præcipue vero plurium imperium,' asserente Livio, IV. c. 31. 'bello inutile est.' *Idem.*

Ut absenti sibi] Quia triumphum petentes, extra Urbem manere, consulatum ambire præsentes oportebat: ea legum diversitate implicatus, cum ad Urbem comitiis consularibus instantibus accessisset, misit ad senatum petitum, ut sibi absenti petere consulatum per amicos concederetur. Plutarchus.

Maturius] Casaubonus, *immaturius*. Nihil mutaverim: nam id vocis etiam notat, citius, properantius, ante tempus, ut patet ex seq. c. 80. *Bern.*

Altiora jam] Naturam observa cupiditatum humanarum, quæ tam temperatæ nunquam sunt, ut in eo quod contigit desinant: gradus a magnis ad majora fit: et spes improbissimas complectuntur, insperata assecuti, ut ait Seneca l. I. de Clem. c. 1. *Idem.*

Largitionis] De hac largitione Cæsaris admiranda, vel stupenda potius, distincte Lipsius in Admirand. l. II. c. 12. *Idem.*

Forum] De hoc videndus Alexander ab Alex. l. II. Genial. dier. c. 12. et ibi Tiraquellus. Præcipue Lipsius de magnit. Rom. l. III. c. 7. p. 142. *Idem.* *Forum de manubiis*] Ut utar vocabulo Gellii, nihil aliud sunt manubiæ, quam pecunia prædatitia. Præterea, ut inquit Ascon. 'Manubiæ sunt præda Imperatoris, proportione de hostibus capta.' Spolia quoque quæsita de hoste nobili per deditionem, manubias veteres dicebant.

Cujus area super HS. millies constitit] Etsi ingens ac vix credibilis summa videtur millies sestertium pro solo tantum expendisse: tamen cum cogito, ad quam rem Plinius comparavit Cæsaris magnificentiam (ita enim vocat portentosam illam profusionem) immo quam præferre potius videatur, cum de Clodio dicat, 'Regnum insaniam,' de Milone, 'Prodigium animi humani;' omnino ejus sum opinionis, recte legi hoc loco, *super millies LLS.* et apud Plinium, *millies ducenties LLS.* Quod si quispiam dicat, unde Cæsar acceperit? aio Cæsarem ex duorum oppidorum sectionibus eam, aut etiam majorem, summam habere potuisse. Quod unde luculentius probare poterimus, quam ex ipso adeo Cæsare? Qui l. VI. Commentariorum de bell. Gallico, ex Aduaticorum uno oppido, capita vendita ait, numero millia quinquaginta tria. Quod si in singula capita vicenos quinos coronatos constituamus (cum tamen longe pluris olim vendita sint mancipia) erit ea sectio decies ter centenorum viginti quinque millium coronatorum. Cui si alteram adjicies oppidi sectionem, quales in Gallia multas habuit, summa erit vicies sexies centenorum, ac præterea quinquaginta millium coronatorum, quæ summa superat summam millies sestertium. Quod autem Cæsar voluerit, non est mihi dubium. Fuit enim animosissimus corruptor, qui nihil pensi habuit, quantum profunderet, modo quod volebat assequeretur. Habuit heic multam redimendi favoris opportunitatem: multæ domus diruendæ erant, quas ab invitis immensa pecunia redemerit necesse est. *Glareanus.*

HS.] Sestertius dictus, quasi semistertius aut sesquitertius, eo quod in se contineat asses duos cum semisse. Hinc per geminum II. et S. a qua semis incipit, notatur hoc modo H. S. Sestertium autem in neutro genere, et in plurali sestertia, singula valebant mille numos sestertios, hoc est, 25. Philippicos Hispan. Unde 'Sestertium millies' (ita compendio dicebant, pro, centena millia sestertium) hoc loco sunt, ex supputatione Lipsii, vicies quinquies centena millia Philippicum, quæ tantum in aream fori

expensa. *Bern.*

Munus] Spectaculum gladiatorium. Dictum supra c. 10. *Idem.*

Pronuntiavit] Quod et supra c. 19. submonuimus, pronuntiare munus, est, palam promittere, quod factum, propositis a munerario seu editore libellis, in quibus dies futuri muneris, item nomina et paria gladiatorum: scilicet alliciendæ plebi, et expectationi commovendæ. Noster autor, Tit. c. 8. id vocat proponere munus: Cicero alicubi, ostendere. Videnda Lipsii Saturnalia, l. II. c. 18. *Idem.*

Nemo] Nemo? Atqui Faustus quoque, Syllæ filius, in honorem defuncti patris, ludos gladiatorios exhibuit, populoque præbuit epulum. Autor Dio, l. XXXVII. Idem in funere Africani Q. Maximum fecisse, testis est in Mureniana Cicero. Sed nimirum de fœminarum funeribus autori sermo, quarum honori stirps illa Veneris Cæsar primus etiam hoc modo (piget pudetque) consultum voluit. Nec dubitandum, quin ejus exemplum alii cupide sint imitati. De ludis epulisque funebribus amplius agit Joan. Kirchmann. fun. Rom. l. IV. *Bern.*

Macellariis oblocata] Glossarium, *Macellarius*, ὀψωνιοπώλης: Suetonius infra: 'dispositis circa macellum custodibus, qui obsonia contra vetitum retinerent.' Inde apud Senecam, 'vivere macello,' pro, in popina, et καπηλείοις καὶ ἡβητηρίοις. Macellarii ergo sunt cupedinarii, qui obsonia deliciasque popinales parant et vendunt. *Idem.*

Gladiatores notos] Hujus loci sententia est, Cæsarem, quo munus suum gladiatorium magnificentius ederet, mandasse, ut nobiles gladiatores infestis spectatoribus, et proinde magno discrimine ne occidi juberentur, dimicantes, vi raperentur, ac sibi reservarentur. Quod melius intelligit, qui meminerit proverbii, quo pollicem premere dicimur cum favemus, contra vertere, cum non favemus. Plin. lib. XXVIII. c. 2. ab arena enim ductum est, quod eo populi signo gladiatores aut perirent, aut servarentur. Qua de re Hor. Epist. II. ad Loll. 'Fautor utroque tuum laudabit pollice ludum.' *Torrent.* *Notos*] Nobiles, famosos, celebres. *Idem.*

Infestis] Lactantius lib. VI. divinar. Instit. c. 20. ferinam immanemque Romanorum in spectandis ludis gladiatoriis voluptatem gravissime perstringens, 'Hos,' inquit, 'ludos vocant, in quibus humanus sanguis effunditur. Adeo longe ab hominibus secessit humanitas, ut cum animas hominum interficiant, ludere se opinentur, nocentiores iis omnibus, quorum sanguinem voluptati habent.' Eum populi furorem tangit et Cicero pro Milone: 'In gladiatoriis pugnis, timidos, et supplices, et ut vivere liceat obsecrantes, etiam odisse solemus: fortes, et animosos, et se acriter ipsos morti offerentes, servari cupimus.' Ex his intelligitur, opinor, quid hoc loco sit, 'infestis spectatoribus dimicare.' Scilicet in arena, populi præcipuum jus fuit. Intercedebat pro victis læsisque: idem interfici jubebat. Ea jussio facta pollice converso, quod patet ex Juvenalis satyr. III. vs. 36. Favoris contraria nota, premere pollicem. Turneb. Advers. lib. II. c. 6. *Bern.*

Vi rapiendos] Discrimini surripiendos, non misericordia, ne erres: sed ut sibi reservatis iis, munus suum gladiatorium, quod magnificentissimum parabat, instrueret. *Idem.*

Tyrones neque in ludo, neque per lanistas, &c.] Tradit Val. Max. lib. II. c. 1. P. Rutilium Consulem e ludo Cornelii Scauri doctioribus accersitis, plagas vitandi et inferendi militibus præcepta primum dedisse. Hoc autem multiplici modo factum observamus. Vel enim invicem bini cum telis et armis rudibus, vel incidenti-

bus et pungentibus; vel sine antimacho, per se soli adversus umbram, murum, vel columnam cum armis, et etiam sine armis sese exercebant. *Marc. Donatus.* *Tyrones*] Novitios, Gladiatoriæ artis imperitos. De his Symmachus lib. II. epist. 46. 'Nam gladiaturæ idoneos communis cura prospiciet, quæ pars in apperatu Quæstorio prior est, ut auctoramento lectos longus usus instituat.' *Bern.*

In ludo] Publice enim aperti Romæ ludi gladiatorii, et in iis Magistri (qui hic lanistæ) a quibus juvenes usum armorum condiscerent. Vide Lipsium lib. I. Saturnal. Serm. c. 14. et 15. *Idem.*

Lanistas] Isidorum admitto, qui Thuscum verbum esse vult, et illis carnificem signare: et admitto eo libentius, quia res gladiatoria petita a Thuscis. Glossarius liber, *Lanista, λουδοτρόφος, μονομαχοτρόφος, ἐπιστάτης μονομάχων.* 'Lanistæ avium' etiam apud Columellam, qui aves condocefaciunt ad pugnam. Emebant lanistæ futuros gladiatores, aut expositiios pueros huic rei tollebant. Tota autem manus quæ sub uno lanista, 'familia' appellabatur: et eum dicebant familiæ præesse. Hinc natum proverbium Ciceroni familiare, 'ducere familiam:' quod idem censeo ac familiæ præesse, sumtumque ab hac ipsa lanistarum præfectura. *Lipsius.*

Senatores] Nam neque hos puduit gladiatoriam profiteri. Quod et multi postea Imperatores fecere. Spartianus de Hadriano: 'Idem armorum peritissimus, et rei militaris scientissimus, gladiatoria quoque arma tractavit.' *Bern.*

Ipsique dictata exercentibus darent] Proprium lanistarum, quando tironibus illa dant præcepta, quæ Hirtio commemorantur lib. de bello Africo. *Casaub.* *Dictata*] Dictata, sunt artis gladiatoriæ præcepta, tyronibus a lanistis data. Nec inepte, Dictata: quia revera præcepta sua armorum commisere etiam scripto, ut patet ex Horatii sat. II. vs. 8. *Bern.*

Legionibus stipendium duplicavit] 'Addidit (inquit, de Domitiano loquens, c. 7.) et quartum stipendium, aureos ternos.' Quæ verba tres aureos unum efficere stipendium, et militem sub Domitiano quadruplex stipendium meruisse suadent, aureos scilicet XII. Sed profecto sunt in vitio, legendumque *aureis ternis.* Justo Lipsio assentior, Elector. I. c. 11. Quod ita esse probat Zonaras, ex Dione, ut arbitror. Nam et ipse, de Domitiano loquens, 'Cum (inquit) militibus septuagenæ quinæ drachmæ solverentur, centenas dari jussit.' Idque cum Tacito convenit lib. I. Annalium, ubi milites post excessum Augusti singulos in diem denarios per seditionem poscentes describit, cum ante non nisi XXV. denarios in mensem; et sic sexta parte minus, accipere consuevissent. Quod vero denis in diem assibus animam et corpus æstimari iidem ibi milites conqueruntur, non de assibus, quales decem denarium efficiunt, intelligo, (alioqui diurnum poscentes denarium, non plus petissent quam ante acceperant) sed de assibus ut tunc temporis in usu erant. *Torrent.*

Frumentum sine modo] Milites fuere in Romana legione, qui 'torquati duplares' dicebantur, qui ob virtutem duplas consequebantur annonas: sicut 'simplares' dicti sunt, quibus una et semis annona tribuebatur. Vegetius.

Prædia] Pro *et prædia.* Ful. Ursinus, approbante Casaubono et Grutero, mavult *ex præda*: quod et tantorum virorum, et rei gratia, non displiceat: etsi ab ingenio ea lectio, non a libris est. *Bern.*

CAP. 27. *Necessitudinem*] Hoc est, affinitatis jus et conjunctionem, quam et 'necessitatem' vocat Cæsar in suasione legis Plautiæ, citata ab A. Gellio lib. XIII. c. 3. Festi nota huc facit:

'Necessarios esse qui aut cognati, aut affines, et in quos necessaria officia conferuntur præter cæteros.' *Idem.*

Conditione] Hoc vocabulo pro conjunctione vel pactione nuptiarum et sponsaliorum usus est, ut et alii auctores, præsertim J. C. e quibus Caius in renuntiatione nuptiarum hæc verba probata esse ait, 'conditione tua non utor.' Sueton. tamen Aug. c. 69. 'conditiones quæsitas per amicos,' cum scribit, non de nuptiis, sed de stupris intelligendus est. Vide Caium J. C. leg. II. de divortiis et repudiis. *Torrent.* Ergo conditio, ut opinor, hoc loco, pro matrimonio et conjunctione sponsaliorum et nuptiarum usurpatur. Ut in Claud. c. 26. 'nec durare valuit, quin de conditionibus continuo tractaret.' Sic Plin. l. I. epist. 14. in fin. 'in conditionibus deligendis hic quoque ponendus est calculus, ut census hominum spectentur.' Ex quo propemodum adducor, ut hic pro 'conditione,' scribendum existimem *conditionem*, ut scilicet sit appositio, Octaviam conditionem, et conditio non tam nuptias, quam nuptam ipsam significet: quomodo etiam apud Ammian. Marcellin. lib. XXII. c. 9. admissio pro admissionali, apud Florum, regna pro regibus sumuntur. *Bern.*

Gratuito] Non insuper habendum, quod Torrentius in uno Ms. reperit, *gratuitu*, ne quis forte 'gratuito' referat ad fœnus. Nullum enim fœnus gratuitum est. *Idem.*

Congiario] Congiarium a congio nomen habet, quæ liquidorum mensura, sex sextariorum capax. Solebant autem antiquitus dare in populum tot olei congios aut vini. Inde nomen ductum longius, ad quasvis, etiam pecuniæ, donationes, sed maxime virorum Principum; aut publicas in plebem, quod 'congiarium in capita promissum' vocat Seneca epist. LXXIII. Longissime autem ad quodvis munus, privatim et in singulos collatum, ut hoc loco: item apud Senecam consol. ad Marciam, c. 22. 'Sejanus patrem tuum clienti suo congiarium dedit.' *Bern.*

Obæratorum] Hi, ut docet Donatus in commentario Phormionis, cum solvendo non essent, jure manu capiebantur. Et, ut author est M. Varro, vindemias et fœnisecia administrabant hi, quos obæratos nostri vocitarunt. Idem alicubi indicat, obæratos dici proprie illos debitores, qui in servitute erant creditoris pro pecunia, quam debebant, donec solverent: quales nexi quoque sunt. *Beroald.*

Prodigæ juventutis] Aurelio Cottæ, et Haterio Antonino, 'quamvis per luxum opes avitas dissipassent,' annuam pecuniam statuit Nero Princeps, quod inter laudes ejus refert Tacitus lib. XIII. Annal. c. 34. et merito. Quidni enim his talibus quoque subveniretur, præsertim si solummodo 'peregrinatus est eorum animus in nequitia, non habitavit,' ut Valer. Maximus lib. VI. c. 9. de Polemone perditæ et ipso adolescente luxuriæ: sed qui tamen Xenocratis præceptis, ex infami ganeone maximus philosophus evasit. Quinto Fabio Maximo adolescente nihil magis infame, nihil eodem sene ornatius. Adeo verum est, quod Themistocles de se (nam et ipse turpem adolescentiam egerat, a patre abdicationis nota inustam. At quantus vir postea!) prædicavit: 'ferocissimos pullos, ubi recte docti et informati fuerint, generosissimos equos evadere.' *Bern.*

Gravior criminum, &c.] Accuratus autor noster est, etiam in iis quæ obiter dicit. Nam tres ecce causas bellorum civilium, quasi aliud agens, exponit. Earum prima 'vis criminum gravior.' Aperuit hunc fontem seditionis et Aristoteles lib. v. politic. c. 3. p. 'Propter metum,' inquit, 'ad

seditionem deveniunt, qui pœnas scelerum suorum formidant: et hi, contra quos paratur violentia, prævenire volentes, priusquam malum patiantur.' Secunda et tertia (merito jungendæ, nam una fere sequitur ex altera) sunt Inopia et Luxuria, quas et junctim proponit idem Aristoteles lib. v. polit. c. 6. m. 'Fiunt in Repub. mutationes, cum homines per luxum sua prodigunt atque consumunt: tales enim res novas quærunt: et aut ipsi tyrannidi imminent, aut ad eam alios vocant.' Jungit easdem Tacitus lib. i. Histor. c. 21. exemplo 'Othonis, cui compositis rebus nulla spes, omne in turbido consilium. Multa simul extimulabant: luxuria etiam Principi onerosa: inopia vix privato toleranda.' *Idem.*

Quam ut subveniri] Hoc est, eos non alia ratione ex inopia et æris alieni magnitudine emergere posse, quam si publice privatimque rapere liceat, ut bellis civilibus fieri consuevit. Nam, ut præclare Sallustius inquit, in Catil. c. 37. 'Semper in civitate, quibus opes nullæ sunt, bonis invident, malos extollunt: vetera odere, nova exoptant: odio suarum rerum mutari omnia student: turba ac seditionibus sine cura aluntur: quoniam egestas facile habetur sine damno.' *Idem.*

Cap. 28. *Superque*] Super pro præter. Quomodo etiam in Tiber. c. 55. Calig. 36. Claud. 1. 5. 14. 26. Neron. 31. Domit. 3. Haud scio an aliis auctoribus sic usurpatum. *Idem.*

Reputantibus] Reputavit ante omnes alios Cato, 'qui impendentia crebro vaticinatus, importuni tunc et curiosi, post prudentis quidem, sed infœlicis consiliarii nomen sortiebatur,' ut inquit Plutarchus in Cæs. quia scilicet Cæsaris potentia, quam paulatim acquisiverat, convelli sine convellentium exitio non potuit amplius. *Idem.*

De summa se Rep.] Cæsar apud milites queritur, Syllam, nudata omnibus rebus tribunitia potestate, tamen intercessionem liberam reliquisse: Pompeium, qui amissa restituisse videatur, bona etiam, quæ ante habuerat, ademisse: quotiescunque sit decretum, darent magistratus operam, ne quid Resp. detrimenti caperet, (qua voce, et quo S. C. pop. R. ad arma sit vocatus,) factum in perniciosis legibus, in vi tribunitia, in secessione populi, templis locisque editioribus occupatis; quarum rerum illo tempore nihil factum, ne cogitatum quidem. Cæsar.

Quando nec plebiscito Pompeius postea abrogasset] Non absurda lectio, si modo abrogare pro derogare positum meminerimus: nam auctor Glossarii non solum ἀποκυροῦν, sed etiam ἐλαττοῦν interpretatur. Sensus est: absentis Cæsaris non esse rationem habendam: quia Pompeius legi suæ, qua id in genere prohibebatur, non derogasset plebiscito: sed propria tantum auctoritate eam in ærarium jam relatam correxisset. Atqui ut ei legi a Pompeio semel perlatæ derogaretur, tam opus fuerat populi auctoritatem intervenire, quam ante, cum in gratiam Cæsaris fuerat factum prius plebiscitum sive rogatio, qua permittebatur ei absenti petitio consulatus. *Casaub.* Ergo 'abrogare' legem, est eam prorsus tollere: 'obrogare' vero, mutare aliquid ex lege: 'derogare,' partem ei detrahere: 'exrogare' denique, ex lege vetere aliquid eximere per novam legem. Hoc sensu, M. Claudius Marcellus Consul retulit ad Senatum, ne absentis Cæsaris ratio in Comitiis consularibus haberetur: quandoquidem Pompeius, lege de jure magistratuum lata, eo capite, quo a petitione honorum absentes submovebat, ne Cæsarem quidem exceperit, quamvis hic antea intercessione tribunorum plebis (supra cap. 24.) id obtinuisset: correc-

tionem autem legis, cum jam in æs incisa et in ærarium condita esset, non plebiscito, seu rogatione plebis, sed propria auteritate susceperit. Itaque vox 'plebiscito' non in dandi casu accipienda est, ut subjectum abrogationis vel derogationis significet; sed in auferendi casu, ut instrumentum vel modum abrogandi denotet. 'Abrogare' autem absolute positum respicit ad proxime indicatum caput legis Pompeiæ, 'ne absentium ratio comitiis haberetur.' *Bern.*

Lege in æs, &c.] Latas leges, in æs (æneas sive tabulas, sive columnas, nam utrumque factum) incidere, jam priscis usitatum fuisse, patet ex illis Livii, libro III. capite 57. 'priusquam urbem Consules egrederentur, leges decemvirales, quibus 'tabulis XII.' est nomen, in æs incisas in publico proposuerunt.' In publico ergo proponi solitæ, ut oculis civium paterent. Sed et in ærarium conditas aliquas, ut et Senatusconsulta, tum ex hoc auctoris loco, tum Aug. cap. 49. p. et aliunde discimus. Ibi cum publicis pecuniis, omniumque publicarum rationum libris, reposita asservabantur. Erat autem ærarium in Saturni Opisque templo. *Idem.*

Corrigeret errorem] Hoc est, Cæsarem exciperet a lege generali de submovendis a petitione magistratuum absentibus. *Idem.*

Privilegium] Plebiscito ipsi concessum, ut soli liceret consulatum absenti petere. *Idem.*

Retulit etiam, ut colonis, quos rogatione Vatinia Novumcomum deduxisset, civitas adimeretur] Immo etiam Comensem quondam virgis concidi jussit, qui se, quod Comi magistratum gessisset, Romæ pro cive Romano gerebat. Si Appiano credimus, Novocomum Cæsar Latii jure donaverat, quorum qui annuum magistratum gesserant, cives Romani fiebant; hanc enim vim, eodem Appiano teste, habuit Latinitas. *Casaub.* *Rogatione Vatinia*] Lege a Vatinio lata. *Bern.*

Ut colonis quos] Veras causas, cur colonias deducerent veteres, sex potissimum reddi posse reperio: unam, ad priores populos coërcendos: alteram, ad hostium incursiones reprimendas: tertiam, stirpis augendæ causa: quartam, plebis urbanæ exhauriendæ: quintam, seditionis sedandæ: sextam, ut præmiis milites veteranos afficerent. *Sigonius.*

Novumcomum] Insubrum in Italia Urbs est, hodie *Como*, ad Larium lacum. *Bern.*

Civitas] Jus civitatis Romanæ.

Ultra præscriptum] Habuit lex agraria multa capita; nam et agrum definivit, qui esset dividendus, et quibus, ac quam multis hominibus, et per quos, et quo modo, et quibus limitibus esset dividendus, præscripsit. *Sigon.*

CAP. 29. *Difficilius se*] Geminum huic dicto dictum Scipionis Africani ad legatos Antiochi Regis apud Livium libro XXXVII. 45. f. 'Regum majestatem difficilius ab summo fastigio ad medium detrahi, quam a mediis ad ima præcipitari.' 'Nec enim his gradibus,' (inquit Seneca lib. VI. de Benef. cap. 33.) 'quibus ad summa perventum est, retro itur: sæpe inter fortunam maximam et ultimam nihil interest.' Addendus Amiratus libro XVIII. disc. 8. *Idem.*

Intercessores Tribunos] A. Gellius auctor est, lib. XIII. cap. 12. Tribunos plebis antiquitus creatos, non juri dicundo, sed intercessionibus faciendis, ut injuria quæ coram fieret arceretur. Intercessio fiebat, edita voce illa, 'Veto,' ut patet ex Livio, lib. VI. cap. 35. f. *Idem.*

Fratri patrueli] Filio patrui. Sunt enim Fratres patrueles, qui ex duobus fratribus progenerati sunt; ut consobrini, qui ex duobus sororibus. *Idem.*

Ingenti mercede] Curionem enim

ære alieno, quod erat sexcenties HS. si Valerio credimus lib. IX. cap. 1. liberavit: et Paullo Æmilio mille et quingenta talenta donavit, seu, ut volunt alii, HS. trecenties sexagies. Appianus et Plutarchus. *Torrent.* Plinius luculenter scripsit in XXXVI. 'Curionem hunc nihil in censu habuisse præter discordiam principum.' Servius enarrans illud Virgilianum, 'Vendidit hic auro patriam,' ait, Curionem vendidisse Romam Cæsari XXVII. millibus aureis. *Beroald.*

Parte diversa] E factione Pompeiana. *Bern.*

Beneficium] Privilegium a populo concessum, ut absentis sui ratio haberetur in petitione consulatus. *Idem.*

Pepigit] 'Pepigit,' sine effectu, ut loquuntur, accipiendum, pro pacisci voluit. Nec enim illi pactum admiserunt, ut patet ex sequenti tmemate. *Idem.*

CAP. 30. *Conventibusque peractis Ravennæ substitit*] Conventibus juridicis, de quibus dictum suprà cap. 7. Cum Citeriorem et Narbonensem Galliam provinciam nactus esset, in iis conventus egit, ut quæ jampridem formam provinciæ accepissent; in Comata, quam ipse bello primus aggressus est, nequaquam: nisi fortasse postquam eam in provinciæ formam retulit. Velleius: 'Germani in summam socordiam adduxere Quinctilium, usque eo, ut se Prætorem urbanum in foro jus dicere, non in mediis Germaniæ finibus exercitui præesse crederet.' Significat, Varum se gessisse pro Prætore, cum tamen esset Imperator tantum; neque enim Germania in provinciæ formam erat redacta. *Sigon.* Conventus ex Equitibus Romanis constabat, qui in provinciis negotiabantur, et a Prætore in consilium advocabantur; unde conventum seu forum agere Prætor in eadem re dicebatur. *Hottomann.*

Tribunis plebis] Curione, Antonio, Cassio, qui ex urbe ad Cæsarem profugerunt. *Bern.*

Et prætextum quidem illi civilium armorum hoc fuit] Quod Polybius in omni historia prudentissime monet faciendum, ut inter causas, prætextus, et initia bellorum distinguamus, id diligenter hoc loco a Suetonio factum licet observare. Alia notione in Seneca 'prætextum,' pro purpura quæ prætexitur. Locus est Epistola LXXI. 'Sed Cn. Pompeius amittet exercitum: sed illud pulcherrimum Reip. prætextum, optimates, uno prælio profligabuntur.' Optimates vocat honesta translatione prætextum Reip. *Casaub.* *Prætextum*] 'Prætextum' neutro genere. Et hist. Catilinæ cap. 38. 'Per illa tempora' (de Sylla, Cæsare, Pompeio sermo) 'quicunque Remp. agitavere, honestis nominibus, alii, sicuti jura populi defenderent, pars, quo Senati auctoritas maxima foret, bonum publicum simulantes, pro sua quisque potentia certabant.' Ita est: et vere poëta, 'Sæpe scelus cœli zelus velamine texit: Religio velum est, quod tegit omne scelus.' *Bern.*

Opera consummare] Ut forum de manubiis, cujus supra mentio, et alia opera publica, perficere. *Idem.*

Adversus auspicia] Videatur supra cap. 20. *Idem.*

Delaturum] Quam necesse sit ad conservandam Reip. libertatem, ut libere possis quemcumque civem accusare, demonstrat egregie Machiavellus disputat. de Republic. libro I. capite 7. *Idem.*

Quidam putant captum imperii consuetudine] Horum sententiam verissimam esse, ne dubitandum quidem est. Habent hoc diuturna imperia, ut facile quemvis hominum natum dementent, et cupiditate firmandæ potentiæ inflamment. Hæc postquam sententia sedit, nullum tam præceps consilium quod non placeat, potius quam ut imperio cedatur. Imbibant igitur, qui gubernacula Reip. trac-

tant, Mæcenatis apud Dionem oraculum verius quam dictum: Ἀρχαὶ αἱ μακρότεραι καὶ πολυχρονιώτεραι ἐπαίρουσί πως πολλοὺς, καὶ ἐς νεωτεροποιΐαν ἐξάγουσι. *Casaub.* Est hæc ratio vel inter præcipuas, quibus Imperia ea, quæ suffragiis, non successionis jure, deferuntur, in una familia non esse continuanda, docent Amiratus libro I. discip. 12. Clapmarius, arcanor. Reipub. libro II. cap. 12. *Bern.*

Versus] Exstant hi versus in Phœnissis, actu II. ab Eteocle Thebano dominationis cupido pronuntiati. Sunt autem isti: Εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρὴ, τυραννίδος πέρι Κάλλιστον ἀδικεῖν, τἄλλα δ' εὐσεβεῖν χρεών. Eos imitatus Poëta Gallicus inquit: *S'il faut être méchant, sois-le pour être Roi: Mais au reste sois juste, et vi selon la loi.* Idem.

CAP. 31. *Formam, qua ludum gladiatorium erat ædificaturus consideravit*] Simulacrum significat, et adumbratam vel effictam speciem, (ichnographiam vocat Vitruvius, atque orthographiam,) qua ludum erat ædificaturus gladiatorium. *Turneb.* Sed quod tanti viri bona cum pace dixero, neutrum videtur: formam quin potius esse, quam vulgo *modellum* futuri operis appellant, ex ligno vel alia materia confici solitum, ut ex eo, minimo impendio, nulloque incommodo, deprehensa errata, priusquam opus ipsum fiat, castigentur. Idem ergo forma architectis, quod sculptori protypus, quod plastæ proplasma. *Bern.*

Ludum] Scholam intelligit, et locum, ubi habiti altique gladiatores. Multiplices iis in ludis minutasque cellas fuisse, in queis seorsim haberentur singuli gladiatores, ostendit Lipsius lib. I. Saturnal. c. 14. *Idem.*

Cum luminibus exstinctis decessisset via] In commentariis Græcorum legimus, peculiares in usum viatorum faces solitas incidi e ligno querno vel iligno, quæ γράβια vocabant. Præcipua fuit cura, ne facile vento cederent: testis tamen historia, sæpe factum quod hic Suetonius ait, ut lumina extinguerentur, atque ita via decederetur. Propterea usi sunt lychnuchis e pelle, in eum usum comparatis, ut vim ventorum ferre possent et defendere. Quoniam autem fallendi fere hostis causa iter nocturnum a ducibus exercituum instituebatur, quo tutius id fieret, excogitatæ sunt jam olim quas nos vocamus hodie 'laternas surdas.' Hæ ita sunt compositæ, ut iis lucem abunde faciant, quibus præferuntur: aliis negent, qui vel adversi incedunt, vel ad latera ipsis stant sive ambulant. Julius Africanus, cujus elegantissimum librum de bellico apparatu nondum luce publica donatum habemus, fabricam hujusmodi laternarum sic explicat: 'Esto laterna quadrilatera, pellibus ab omni parte oppansis munita. Laterum trium pelles sunto nigræ: unius alba, per quam pone sequentibus lucerna lucebit.' Locus est c. 70. quod περὶ νυκτοπολέμου inscribitur. *Casaub.* Utrum dicit Cæsarem faces habuisse ardentes in itinere, quæ exstinctæ sunt? Sunt qui non putent, cum eum dicat occultissimum iter ingressum esse: censent enim 'luminibus exstinctis' appellari concubium noctis, cum exstinctis lucernis omnes cubant, tenebræque intensiores sunt. Verius tamen videtur viatores noctu gerere faces solitos esse. *Turneb.*

Tandem ad lucem reperto duce] Latini 'ad lucem' cum dicunt, tempus dilucidi intelligunt, vel quod proxime dilucidum antecedit. Cum 'ad lumina,' tempus quo lucernæ accenduntur, et, ut Græci id tempus denotant, περὶ λύχνων ἁφάς. Obstat tamen nonnihil huic interpretationi, quod omnes Historici testantur, Cæsarem id totum iter confecisse, atque adeo Ariminum cepisse ante lucem. *Casaub.*

Duce reperto] Ὁδηγῷ, duce viæ, seu itineris. Ea voce simpliciter utitur

et Livius libro XXII. c. 13. 'Annibal vocatum ducem percunctatur, ubi terrarum esset: eumque, quod errore seduxisset exercitum, in crucem tollit.' Ubi Plutarch. ἀνεσταύρωσε τοὺς ὁδηγούς. *Bern.*

Consecutusque] Assecutus cohortes, quas cum Hortensio præmiserat ad Ariminum occupandum, quæ urbs Italicarum prima ex Gallia venientibus offerebatur. *Idem.*

Provinciæ ejus finis] Disterminans Italiam a Gallia citeriore, ut Historici tradunt: quem Plinius in VIII. regione Italiæ collocat: de quo Lucanus: 'Et Gallica certus Limes ab Ausoniis disterminat arva colonis.' Autumat Sidonius, Rubiconem mutuari originem nominis de glarearum colore rubicundo. *Beroald.* Hodie corrupto nomine Riconem accolæ appellant: priusquam ad mare sit ventum proximo amniculo insinuatus, aquis et nomine confusis in Adriam, inter Ariminum et Ravennam evolvitur. *Sabell.*

Constitit] Gruterus e Pal. tertio, *substitit.* Bern.

Ad proximos] Ad amicos, quos secum habebat: inter quos fuit Asinius Pollio. Cum his de consilio suo disceptavit, pensans, transitus suus quanta mortalibus allaturus esset mala, quantum de eo sermonis posteris futurum. Eodem pertinet hoc Ciceronis lib. I. Offic. 'Bene præcipiunt, qui vetant quicquam agere, de quo dubites, æquum sit an iniquum. Æquitas enim lucet ipsa per se: dubitatio autem cogitationem injuriæ significat.' Audacia tamen et magna facinora, quale hoc Cæsaris erat, facienda, non deliberanda esse, Cæsar ipse dixit, auctore Plutarcho in apophthegm. *Idem.*

Omnia armis agenda erunt] Utpote criminis manifesti rei: nam extra provinciæ suæ fines cum armis venisse, crimen erat. Appianus, alios auctores secutus, verba Cæsaris ita narrat: Ἡ μὲν ἐπίσχεσις, ὦ φίλοι, τῆσδε τῆς διαβάσεως ἐμοὶ κακῶν ἄρξει· ἡ δὲ διάβασις πᾶσιν ἀνθρώποις. *Amici, hunc transitum si inhibuero, væ mihi; si transiero, væ universis mortalibus.* Casaub.

CAP. 32. *Æneatores*] Sic generaliter eos vocat, qui classicum canunt, sive id tuba, sive cornu faciant, neque enim tubam a cornu materia, sed forma, distinguebat. Ovidius lib. I. Metamorph. 'Non tuba directi, non æris cornua flexi, Non galeæ, non ensis erat.' 'Æneatores' tamen Festo dicuntur proprie cornicines, qui cornu canunt. *Torrent.*

Classicum exorsus] Classicum dicimus et tubam ipsam, et sonum bellicum. *Silvius. Classicum*] Τὸ πολεμικὸν, sive τὸ παρακλητικὸν, cum signa canunt, et militem vocant incitantque ad pugnam. De eo Veget. lib. II. c. 22. *Bern.*

Ostenta] Id enim ostentum pro se Cæsar interpretabatur, humani scilicet ingenii more, de quo Heliodorus lib. II. Æthiop. ὡς ἕκαστος ἔχει βουλήματος, οὕτω καὶ ὑπολαμβάνει: hoc est, interprete Cæsare lib. III. Bell. Gall. c. 18. 'fere libenter homines id, quod volunt, credunt.' Demosth. Olynth. III. ὃ βούλεται, τοῦθ' ἕκαστος καὶ οἴεται: *quod quisque vult, id etiam sibi fingit.* Idem.

Iniquitas] Eam iniquitatem Cæsar ipse lib. I. Bell. Civil. c. 7. et 9. singillatim exponit et exaggerat. 'Quis est (inquit Seneca) qui non inter scelera et injurias opinionem bonitatis affectet? qui non ipsis, quæ impotentissime fecit, speciem aliquam induat recti?' *Idem.*

Jacta alea est, inquit] Petronius in carmine de bello civili Cæsariano, 'Quia pœna tropæis Imminet, et sordes meruit victoria nostra, Judice fortuna cadat alea,' &c. Menander, Δεδογμένον τὸ πρᾶγμ', ἀνερρίφθω κύβος. Eodem sensu dicunt Græci et ἀναῤῥίπτειν κίνδυνον, ut Dionysius Halic.

in tertio et octavo, et Josephus, Ἁλώσεως lib. IV. item, χωρεῖν ἐπὶ κύβον. Livius libro primo, 'in dubiam imperii servitiique aleam imus.' Interdum βεβλῆσθαι τοὺς ἀστραγάλους, ut in Arato Plutarchus; nonnumquam ἀναῤῥίπτειν simpliciter. Philostratus in vita Apollonii, loquens de Vitellio, Κυβεύει μὲν, δεδιὼς μήτι αὐτὸν οἱ πεττοὶ σφήλωσιν, ὑπὲρ δὲ ἀρχῆς ἀναῤῥίπτει παίζων. Eleganter Pausanias τῷ ἀναῤῥίπτειν, quod est extrema consilia ex desperatione inire, opponit τὸ ταμιεύεσθαι τὴν ἀπόνοιαν, quod de eo dicitur, qui non totis viribus ruit ad prælium, certus aut vincere aut mori, sed ita se parat, ac vires dispensat, ut cedere coactus, denuo stare possit; quod proprium est ducis prudentis, et, ut Augustus appellabat, ἀσφαλοῦς. *Casaub.* Suspicor legendum, *Jacta esto alea:* sic enim citatur a Plutarcho, πᾶς ἐῤῥίφθω κύβος. *Erasmus.* *Inquit*] Porro nonnulli τὸ *inquit* hic omittunt, et recte. Jam modo enim præcessit: nec solemne Suetonio βαττολογεῖν. *Bern.*

Cap. 33. *Tribunis plebis*] Cassio, Antonio, Curione. *Idem.*

Fidem militum] Opem, auxilium adversus inimicos. Ea oratio est in ipso Cæsare, lib. I. Bell. Civil. cap. 7. Ceterum hoc solemne Romanorum verbum, invocandi fidem alicujus. *Bern.*

Ac veste] In argumentum doloris ex indignitate concepti. Cum primis Hebræis fuisse solemne, scissa veste dolorem indignationemque testari, ex Genes. XXXVII. 29. et XLIV. Numer. XIV. 6. et plurimis aliis locis apparet. *Idem.*

Equestres census] Censum equestrem fuisse quadringenta millia sestertium, tum e fine sequentis tmematis, tum etiam ex Plinii lib. XXXIII. c. 2. et aliunde notum est. Ea summa, nostra consuetudine numerata, decem millia Philippicorum talerorum, seu 12500. coronatorum constituit. Si quis ingenuorum hos habebat, et annuli aurei, et in quatuordecim ordinibus sedendi jus obtinebat. Fere compendio dicebant, 'quadringenta,' subaudiendo millia. Alterum tantum, scilicet octingenta millia, census Senatorius erat, ut in Augusto prodit auctor. Nec ab re sane in conferendis magnis illis dignitatibus, census opumque habita ratio fuit. Verissime quippe Tullus apud Dionys. Halicarnass. lib. IV. Οὐκ ἂν γένοιτο φρόνημα εὐγενὲς ἐν ἀνδράσιν ἀπορουμένοις τῶν καθ' ἡμέραν ἀναγκαίων. *Nihil generosum potest sapere, qui quotidiani victus penuria premitur.* Adde quod majori curæ Rempub. habent, quorum et privatim interest, eam esse salvam. *Idem.*

Sæpius digitum] Ait, extremam concionem suspicatam fuisse de promisso sibi a Cæsare annulorum jure, et millibus quadringenis, quia Cæsar annulum, seu digitum lævæ manus minimo proximum ostentaret. Non enim dubitandum est, milites de promissis sibi 400. millibus hariolatos non aliud fundamentum habuisse, quam conceptam prius opinionem falsam de promisso jure aureorum annulorum. Cum enim utrumque (jus inquam aureorum annulorum, et census equestris 400. millium sestertium) eidem competat, nec separari possit, posterius hoc per interpretationem illi priori, quod non tam viderant, quam putabant vidisse, adjecerunt, ingenii humani vitio, facile credentis, quicquid avide concupiscit. *Id.*

Lævæ] Cur lævæ potius, quam honoratiori dextræ fuerit aptatus annulus, auctorum sententiæ variant. Vide et A. Gellium lib. X. noct. Attic. c. 10. et Plinium lib. XXXIII. cap. 1. Macrobius lib. VII. Saturnal. c. 13. refert, veteres annulum, non ornatus sed signandi causa, quacunque manu, quo libebat digito, gestasse, sculptura ipsi materiæ annuli, sive ferrei sive aurei, impressa. Postea usum luxu-

nientis ætatis signaturas pretiosis gemmis cœpisse insculpere. Hinc factum, ut usus annulorum exemptus dexteræ, quæ multum negotiorum gerit, in lævam relegaretur, quæ otiosior est: ne crebro motu et officio manus dexteræ pretiosi lapides frangerentur. *Idem.*

Annulum quoque] Juvenalis versus Satir. XI. in decoctores ac prodigos, 'Talibus a dominis post cuncta novissimus exit Annulus, et digito mendicat Pollio nudo.' De Gellio Equite R. qui sua jam comesset bona, Cic. Orat. pro Sextio: 'Indignus (inquit) ordine Equestri, cujus nomen retinet, ornamenta confecit.' *Torrent.*

Promissumque jus annulorum] Quod et consecuti tandem sunt: sed sero post annos fere CCLIII. initio imperii Severi, Herodiano teste. *Casaub.*

Promissumque jus annulorum cum millibus quadringenis, fama distulit] Cum scirent jus aureorum annulorum et equestrem censum eidem competere, nec separari posse: posterius hoc per interpretationem illi priori, quod non tam viderant, quam putabant vidisse, adjecerunt. Humani ingenii vitium est, in iis quæ valde cupias esse ταχυπειθῆ. *Casaub.* Ab Horatio decenter dictum est, 'Si quadringentis sex septem millia desunt, Plebs eris.' Lege Roscia theatrali nulli jus erat sedendi in quatuordecim ordinibus, nisi quadringenta obtulisset in censum. Unde ait epigrammaticus Poëta, 'Quadringenta tibi non sunt, Cherestrate, surge.' *Beroald.*

Fama distulit] Conjecturam Casauboni, *fama distulit*, sexto casu legentis, affirmo simili loco Taciti, lib. I. Annal. c. 4. 'Imminentes dominos rumoribus differebant.' Et Lucil. 'Gaudes, cum de me ista foris sermonibus differs.' Ubi differre planissime respondet nostrati, *uuttragen*, hoc est, divulgare. Noster iterum in Augusto c. 14. 'rumore dilato.' *Bern.*

CAP. 34. *Picenum, &c.*] Regiones Italiæ, qua parte plurimum ea contrahitur, Apenninique montis intercursu munitur. Picenum, Marchiæ Anconitanæ; Umbria, Ducatus Spoletini; Etruria, Toscanæ nomine celebrantur hodie. *Idem.*

Corfinium] Pelignorum oppidum, quo de, præter ecclesiam et paucnlas domos, hodie nihil reliquum. Vulgo *Santo Pitino, ò campi di S. Pellino.* Idem.

Superum mare] Adriaticum: jam *Golfo di Venetia.* Dictum 'superum,' respectu Tyrrheni seu Tusci maris, quod 'inferum' appellatur. *Idem.*

Brundisium] Recte, non, ut vulgo, *Brundusium.* Hodie vulgo *Brindisi*, et *Brandizzo.* Urbs Calabriæ, portu olim nobilis, et in Græciam trajectu. *Idem.*

Transfretaturi] 'Transgressuri' dixisset non minus recte Sallustius, A. Gell. lib. XIX. c. 26. Quin et noster eodem modo, capitis sequentis initio, de maritimo itinere: 'urbe repetita in Macedoniam transgressus.' Et paulo post: 'ab Alexandria in Syriam, &c. transiit.' *Idem.*

Per omnes moras] Angusta loca, et transitus tardioris. Sic Statius Thebaid. X. 'Rapite arma, morasque Frangite portarum,' hoc est, portas quæ nos morantur.

Appellatis patribus] Comiter nominatis, vocatisque in curiam, veluti cum his consultaturus de summa Reip. Vel 'appellatis,' pro imploratis, eo scilicet significatu, quo dicitur, appello principem, pro provoco: ut tit. de appell. continetur. Cæsar: 'Pro quibus rebus orat, ac postulat, ut Rempubl. suscipiant, atque una secum administrent.' Cæsar enim, post Pompeii transfretationem, Romam conversus est, redacta in potestatem Italia diebus LX. citra sanguinis profusionem. *Idem.*

Ire se ad exercitum] Hujus loci sunt

illa dicta, Curtii lib. x. c. 6. 'militaris sine duce turba corpus est sine spiritu.' Quintilian. vi. 'Ut remiges sine gubernatore, ita milites sine imperatore nihil valent.' Flori, ii. c. 18. 'Tanti est exercitus, quanti imperator.' *Bern.*

Ducem] Pompeium. *Idem.*

Obsidione Massiliæ] De qua Cæs. lib. ii. Belli Civil. et Lucan. lib. iv. *Idem.* *Massiliæ*] Galliæ Narbonensis urbs est, *Marseilles* hodie incolis appellata: erat ea quondam 'sedes ac magistra studiorum.' Cicero, inprimis in ejus laudes passim effusus, in ea pro Flacco non dubitat illius civitatis disciplinam atque gravitatem non solum Græciæ, sed et pene cunctis gentibus anteponere. *Idem.*

Cap. 35. *Maximis obsessum operibus*] Cæsar ausus est aggredi opus difficillimum et vix credibile, ut universa hostium castra una munitione a mari ad mare ducta concluderet, quæ protendebatur per mille ducenta stadia. Appian.

Pharsalico prælio] Commisso inter Pharsalum, Thessaliæ urbem, et Enipeum fluvium. *Idem.*

Ut occisum] Jussu Ptolemæi Regis pueri, suasu præcipue Theodoti Chii, mercenarii Rhetoricæ magistri, qui, quod consilium postea Cæsar ipse fuit execratus, occidendum Pompeium dilemmate pædagogico probavit: hoc ipso probans, quam inepti fere politica ad consilia homines de schola, si tantum de schola, nec ad doctrinam rerum usum adjunxerint. Nam juxta scitum Aristotelis lib. x. et hic, cap. ult. 'Quisquis in re civili intelligens esse volet, opus ei experientia est.' *Idem*

Neque loco, neque tempore æquo, sed hieme anni] 'Hieme anni,' quod Græci dicerent χειμῶνος ὥρᾳ, vel ὥρᾳ ἔτους χειμερινῇ, aut χειμερίῳ. Gellius libro secundo c. 21. 'Nox fuit: et clemens mare, et anni æstas.' lib. xvii. c. 10. 'cum in hospitiis sui Antiatem villam æstu anni concessisset.' *Casaub.*

Intra mœnia] Alexandriam intellige. *Bern.*

Copiosissimi] Copiis instructissimi. *Idem.*

Provinciam] Videndum supra cap. 25. *Idem.*

Novarum rerum materia esset] Augustus quoque, inter alia dominationis arcana, vetitis, nisi permissu, ingredi Senatoribus aut Equitibus Romanis illustribus, seposuit Ægyptum: ne fame urgeret Italiam, quisquis eam provinciam, claustraque terræ ac maris, quamvis levi præsidio adversum ingentes exercitus insedisset. Tacitus. Ita visum expedire, provinciam aditu difficilem, annonæ fæcundam, superstitione ac lascivia discordem et mobilem, insciam legum, ignaram magistratuum, domi retinere. Clapmarius lib. iii. de arcanis dominat. c. 3. *Bern.*

Urgentibus de Pharnace nuntiis] Qui Domitium Ponto ejecerat, et insatiabili cupiditate victoriam subsecutus, jam Bithynia et Cappadocia occupatis, minorem Armeniam appetebat, omnesque in illis partibus reges principesque ad defectionem pertrahebat. Plutarch.

Tunc occasione temporum] Hoc est, temporis opportunitate captata. Erant enim arma Romana civilibus bellis tum occupata. De talibus temporum insidiatoribus non pauca Gruterus ad illud Tacit. iii. Annal. 40. f. 'Egregium resumendæ libertatis tempus, si,' &c. *Idem.*

Successu præferocem] Ferocem Lætorium faciebat belli gloria ingens, ait Livius lib. ii. c. 56. Ita Tacitus lib. ii. Histor. c. 7. 'Rebus secundis etiam egregii duces insolescunt.' Quod restringens tamen Nicephorus Gregoras lib. vi. Hist. Byzant. c. 15. 'Humani animi,' inquit, 'rerum successibus certissime explorantur, qui-

bus amentes tantum insolescunt, quanta prudentes laude moderationis cumulant.' *Idem.*

Quatuor horis] Pharnacem Cæsar uno, et, ut sic dixerim, non toto prælio obtrivit more fulminis: quod uno eodemque momento venit, percussit, abscessit. Nec vana de se prædicatio est Cæsaris, ante victum hostem esse, quam visum. *Florus.*

Crebro commemorans] Loci hujus est illa digressio Livii, lib. IX. c. 17. 18. 19. qua disquirit, an Alexandro Magno, si petiisset infestus Italiam, virtus Romana resistere potuisset. 'Si cum Romanis congressus esset Alexander,' inquit inter alia Livius, 'non jam cum Dario rem esse dixisset: quem mulierum ac spadonum agmen trahentem, inter purpuram atque aurum, enervatum fortunæ suæ apparatibus, prædam verius quam hostem, nihil aliud quam bene ausus vana contemnere, incruentus devicit.' *Bern.*

Scipionem] Pompeii socerum. *Idem.*

Jubam] Maurorum et Numidarum Regem. *Idem.*

Partium] Pompeianarum. *Idem.*

Pompeii liberos] Cneum et Sextum Pompeios. *Idem.*

Cap. 36. *C. Curio*] Tribunorum ille violentissimus. Cladem eam illatam a Juba Lucanus præter alios egregie describit sub finem libri IV. *Idem.*

C. Antonius] Ab Octavio Libone, Pompeii legato, circumventus, et una Opitergini, qui viriliter mori, quam se dedere, maluerunt. Recte ne hoc, declamationes extant. *Idem.*

P. Dolabella] Circumventus ab eodem Octavio. *Idem.*

Cn. Domitius] Superatus a Pharnace. *Idem.*

Ad Dyrrachium] Illyridis oppidum: olim Epidamnus. Quod nomen, velut ab damno deductum, abominantes Romani, deinceps a peninsula, in qua situm est, Dyrrachium appellarunt. Id nominis adhuc hodie tenet, etsi corruptum. *Durazzo* enim urbs interior, et *Cabo Durazzo* maritima vocatur in tabulis Geographicis recentioribus. *Idem.*

Negavit eum vincere] Idem a Maharbale objectum Hannibali, cum a Cannensi victoria non statim Romam tenderet, recenti clade consternatam eam facile occupaturus. 'Vincere scis, (inquit,) Annibal, victoria uti nescis.' Liv. XXII. c. 51. Sed estne semper, hostibus pulsis instare, consultum? Negat cum ratione Lipsius lib. V. politic. in fin. capitis 16. *Idem.*

Cap. 37. *Interjectis diebus*] Non continuatis, sed ut inter triumphos esset interpositum aliquod intervallum. *Idem.*

Alexandrinum] Devicto necatoque Ptolemæo rege puero, et ejus factione profligata. *Idem.*

Ponticum] De Pharnace superato. *Idem.*

Africanum] Ex Juba debellato: nam de Scipione et Catone reliquisque Romanis non triumphavit: quia nefas erat civem triumphare de cive. 'Lugubres enim,' ut inquit Valerius, 'existimatæ sunt victoriæ civiles, ideoque nullæ supplicationes decernebantur: neque ovans, aut in curru quisquam ex civili victoria triumphavit.' Unde triumphus Cæsaris Hispaniensis dolore præmagno affecit Pop. Rom. Præterea ingratum ei fuit spectaculum triumphi Africani, cum intueretur imaginem Scipionis in pompa delatam, sibi gladio pectus trajicientis: et imaginem Petreii inedia ferreque se necantis. Maxime ingemuit intuens effigiem Catonis, ventrem dilacerantis. *Beroald.*

Novissimum Hispaniensem] De filiis Pompeii in Hispania devictis. Hispanum dicimus eum, qui in Hispania natus est, sicuti Sardum, qui in Sardinia: Hispaniensem autem incolam Hispaniæ, sicuti Sardiniensem incolam Sardiniæ. Unde Hispanienses

vocamus negotiatores, qui in Hispania negotiantur. Et Cato in libro de Re rustic. salem Romaniensem appellat, non Romæ factum, sed qui Romæ vendebatur. Igitur cum Cæsar in Hispania bellum gesserit non adversus Hispanos, sed Romanos, merito is triumphus Hispaniensis, non Hispanus, Latine et eleganter nuncupatur. *Idem.*

Diverso quemque apparatu et instrumento] Gallici apparatus ex citro, Pontici ex acantho, Alexandrini testudine, Africi ebore, Hispaniensis argento rasili constitit. Velleius. Loquitur autem de triumphi ferculis, simulacris, imaginibus aliis diversa materia confectis.

Velabrum] Vicus est Romæ, non procul a foro Boario. Marl. IV. c. 14. *Bern.*

Pæne curru excussus est, axe diffracto] Cæsarem dictatorem post unum ancipitem vehiculi casum, ferunt semper ut primum consedisset, id quod plerosque nunc facere scimus, carmine ter repetito securitatem itinerum aucupari solitum. Plinius.

Ascenditque Capitolium ad lumina, XL. elephantis dextra atque sinistra] De adscensu clivi Capitolini loquitur: gradus vero Capitolinos genibus emensus Cæsar die triumphi Gallici, de quo hic est sermo. Vetus mos Romæ fuit, bene meritis de Rep. viris honoris sui caussa permittere, ut cum aliqua inusitata pompa, quoties foris cœnassent, domum redirent. Sic Cornificius ob rem bene gestam bello Siculo, quoties domi non cœnaret, elephanto vehens domum redire solitus. Sic Cæsarem, ait Dio, post epulum triomphale, cum insigni hoc honore vespere domum venisse. Ut vero Suetonius rem narrat, lumina hæc publici gaudii sunt indicium. antiquissimi enim moris fuit, sive privatim, sive publice læti aliquid obtigisset, luminibus accensis appensisque gaudium testari: estque ejus λυχνοκαΐας apud Græcos ac Latinos scriptores creberrima mentio. *Casaub.*

Lychnuchos gestantibus] Olim candelis sebaceis soli pauperes utebantur: reliqui facibus, vel lucernis: has Græci λύχνους vocant: λυχνοῦχος autem est instrumentum cui lucerna aptatur, ut candelabro. Lychnuchi usus erat et domi: Cicero, 'hanc scripsi ad lychnuchum ligneolum.' Et cum foras prodirent: vide Athenæum. Milites Græci pro lychnucho ferebant obeliscolychnion, ut docet Aristoteles. *Idem.* Alii *lychnos* legunt.

Inter pompæ fercula] Pompæ triumphalis gestamina significantur: quo nomine continentur simulacra oppidorum, simulacra Deorum, spolia hostium, coronæ, machinæ, pegmata, et id genus alia, quæ ferri (nam inde nomen habent) solent in pompa triumphali: sicut fercula ludorum, fercula, quæ in ludis: quæ in sacris feruntur, sacrorum: de quibus sic scribit Cicero: 'Cavendum est, ne tarditatibus utamur in ingressu mollioribus: ut similes pomparum ferculis esse videamur.' *Beroald.*

Veni. Vidi. Vici] Sic cum Pompeius festinans ad bellum piraticum Athenas in transcursu invisisset, inter cæteras inscriptiones hæc fuit: ΠΡΟΣΕΔΟΚΩΜΕΝ. ΠΡΟΣΕΚΥΝΟΥΜΕΝ ΕΙΔΟΜΕΝ. ΠΡΟΠΕΜΠΟΜΕΝ. *Casaub.*

CAP. 38. *Veteranis legionibus prædæ nomine, &c.*] Lego: *Veteranis legionibus prædæ nomine, in pedites singulos (super bina sestertia quæ initio civilis tumultus numeraverat) vicena: in equites quadragena millia nummum dedit.* Existimamus duas a Tranquillo summas fuisse positas: peditum et equitum. Illam ex vestigiis corruptæ lectionis et Græcis haud dubie expressimus: hanc jure arbitrarioc onstituimus. Nam quia donativi, quod a Cæsare acceperunt Equites, modum nusquam expressum reperimus, quod superest, ut quam minima mu-

tatione ad veritatem faciamus gradum,' vulgatam lectionem *quaterna* mutamus in *quadragena*, etsi non male fortasse scripserimus *quadragena quaterna*. Quæ opum vis, inquiunt, huic donativo sufficiat? Clamant historici, spoliatas ab eo omnes provincias; regna multa vel direpta, vel pretio vendita; templorum multorum gazas infinitas ablatas; artes cogendæ pecuniæ ab eodem innumeras esse excogitatas, propter quas χρηματοποιὸς ἀνὴρ Græcis dici solet. Hæc si attendimus, quod tantopere miremur non erit. Quanto magis mirum, Octavium et Antonium post prælium Philippense tantundem potuisse suis militibus dare! *Casaub.* Esto, ut XX. M. veteranorum fuerint, (tot enim minimum esse oportuit, ut ex Hirtio novimus,) si v. millia drachmarum juxta Appian. in singulos divisit, centies centenis millibus aureis nostris id donativum constitit. Adde nunc augmentum pro Centurione et Equite et Tribuno, et habitationes illas gratuitas, certe in immensum res abibit, si omnia æstimentur. *Budæus.*

In pedites] 'In pedites,' inquit. Cur igitur Equites omittit? quia non opus: sicut nec Centuriones adjecit, quos notum scilicet erat, duplum accepisse, de more. *Bern.*

Bina sestertia] Ea nobis sunt quinquaginta taleri Philippici. *Idem.*

Numeraverat] Locum ita restitui de sententia Lipsii, Admirand. II. c. 12. et Ant. Lect. v. c. 18. Nam Casaub. et aliorum editiones, aliter. Numeraverat, vicena millia nummum dedit. *Idem.*

Assignavit et agros, sed non continuos] Id contra veterem consuetudinem deducendarum coloniarum fuit: semel tamen admissum, sæpius postea usurpatum est. Vide Tacitum libro XIV. Annalium. *Casaub.* *Non continuos*] Potuit et ea causa esse, quam Tacitus attingit I. Hist. 9. Unde Valens 'militari astu cohortes turbidas, ac, si una forent, prævalidas,' dispergit, teste eodem, II. Hist. 28. *Bern.*

Populo] Semel notandum, Suetonium hic atque alias, populi voce, præter morem antiquum, non populum universum, sed tenuiorem, et plebeculam istam jejunam, ac hirudinem ærarii designare. Dio Cassius ita restringit: τῷ ὄχλῳ τῷ σιτοδοτουμένῳ, hoc est, *populo qui frumentum acciperet*. Qui tamen ipse numerus grandis: et sub hoc tempus trecenta viginti millia erant, qui e publico pascerentur. *Bern.*

Trecenos nummos ac centenos pro mora] Quadringentos sestertios dedisse viritim populo Tranquillus dicit, et Appianus minam Atticam, quod idem est. Eusebius auctor est, eo tempore, quo Sylla dictaturam invasit, censu Romæ acto, inventa esse hominum quadringenta sexaginta tria millia. Appianus autem tradit, censu post triumphum Cæsaris actum, inventum esse dimidio pene minorem numerum civium, quam quantus ante bellum civile fuisset. Esto igitur, ut Romæ ducenta et viginti millia hominum fuerint eo tempore, quo Cæsar centenas drachmas in populum divisit, id congiarium bis et vicies centenis millibus aureorum nostrorum æstimabitur. *Budæus.* *Pro mora*] Tanquam usuram procrastinationis, quod promissione tardius præmia essent reddita. *Bern.*

Annuam etiam habitationem Romæ usque ad bina millia nummum] Habitatio Tranquillo est τὸ ἐνοίκιον, pensio quæ habitationis caussa penditur. J. C. etiam 'obventiones' vocant. Dio in actis anni DCCXIII. renovatam hanc legem ab Octavio post prælium Philippense commemorat. Mens et Cæsaris et Octavii fuit, ut non nisi ad tenuiores hoc beneficium pertineret. At Romanum Constantini filium δεδωκέναι καὶ τὰ ἐνοίκια τῆς πόλεως, neque id cum aliqua distinctione civium ditiorum vel pauperiorum, sed

promiscue omnium, ἀπὸ τοῦ ὑψηλοτέρου καὶ μέχρι τοῦ ἐσχάτου, auctor est Cedrenus. *Casaub.* 'Annuam habitationem,' id est, vectigal annuæ habitationis. Ex quo apparet, qui cives non essent, Romæque, aut in reliqua Italia negotiarentur, solitos certum Reipubl. pendere vectigal, seu pensionem. *Sabell.*

Adjecit epulum ac viscerationem] Notatu dignæ harum vocum interpretationes, quæ sunt in Glossario, *Epulum*, διανομή. *Visceratio*, ἀρτόκρεας. Persius: 'oleum artocreasque popello.' Mox, *Viscerationem*, εὐφρασίαν: in altero Glossario, εὐφρασία, *epulatio*. Viscera autem vocabant non solum intestina, sed quicquid sub corio est, inquit Servius. *Casaub.* Epulum toti populo XXII. millibus tricliniorum dedit. Plutarchus. *Viscerationem*] Id est, crudam carnem domesticatim populo datam: qui mos in oppidis quibusdam Romæ circumjectis nostra quoque tempestate durat: fitque id ipsum in defuncti alicujus memoriam. *Sabell.* Hic disquirendi locus erit, prodigalitas ne Cæsaris hæc, an magnificentia fuerit? Cicero lib. II. Offic. dicit: 'In his talibus obsequendum esse voluntati populi, modo id pro facultatibus fiat, et si quando aliqua res major aut utilior populari largitione adquiratur: et si causa largitionis sit, quod aut necesse est (ob consuetudinem legesque) aut utile,' &c. *Bern.*

CAP. 39. *Edidit spectacula*] Ms. Salmas. habuit *expectacula*. Forte scripserat Suetonius, *Edidit et spectacula*. Suo sumptu exhibuit. Proprium spectaculis vocabulum, edere. Hinc Editores, et res ipsa Editiones. Lips. Saturnal. I. c. 7. *Idem.*

Munus gladiatorium] Vide supra c. 10. *Idem.*

Ludos] Scenicos. *Idem.*

Regionatim] Per regiones urbis, quarum quatuordecim fuisse, Plinius est autor, III. c. 5. post m. *Idem.*

Per omnium linguarum histriones] Romæ magna copia erat hominum ex omnibus Imperii Romani provinciis. Cæsar, ut omnibus gratificaretur, et omnes nationes sibi conciliaret, histriones omnium linguarum adhibuit. *Casaub.*

Munere in foro] Cæsar Dictator totum forum Rom. intexit, viamque Sacram ab domo sua ad clivum usque Capitolinum, quod munere ipso gladiatorio admirabilius visum tradunt. Plinius.

Furius Leptinus] Ex hoc loco et seqq. patet, a Cæsare primam originem fuisse (nec enim factum legimus ante ipsum) ut Senatores, Equites, digniores alii, scenicis et gladiatoriis operis, 'quibus,' ut Calphurnius ait, 'nihil quidquam est humilius,' in vulgo fœdarentur. Qua de re amplius agit Lipsius Saturnal. II. cap. 3. *Bern.*

Pyrricham saltaverunt] Cretensis ille, a quo Pyrrichen compositam volunt, Πύῤῥιχος dicebatur. Alii Pyrrho Achillis filio hujus saltationis inventionem tribuunt. Quemcunque habuerit auctorem, saltatio est, eaque pedestris, diversa utique a Trojæ ludicro, quod ἱπποδρομίας genus fuit, et in equis exercebatur, per lascivas vertigines ac gyros implicantium se et explicantium puerorum. Potuerit vulgus hunc lusum Pyrrichæ nomine donare, quod Pyrrichio pede et modulo agitari soleret. Certe Pyrricha illa quæ proprie sic dicta est, et quam in Creta Pyrrichus instituit, sive, ut alii, Pyrrhus, saltatio fuit armata, longe diversa a Troja. *Salmas.*

Ludis Decimus Laberius] Eodem tempore et facto eodem ordinem equestrem amisit Laberius ac meruit. Amisit, cum egit mimum in scena, recepit, donatus a Cæsare annulo aureo. *Casaub.* Laberium asperæ libertatis Equitem Romanum Cæsar quingentis millibus invitavit, ut prodiret in scenam, et ipse ageret mimos,

quos scriptitabat. Sed potestas non solum si invitet, sed etiam si supplicet, cogit. Unde se et Laberius coactum in prologo testatur. Macrobius.

Mimum] Mimus et poëma mimicum significat, ut hoc loco, et qui id componit, mimographum ipsum. Hi salse dicta factaque hominum (inde nomen Græcum) imitabantur: ac traducebant, instituto non malo. quomodo et scenici Iudiones hodie, et Principum aulis scurræ, et Pasquinus Romæ: et talia fructu certe non carent. 'Ridentem dicere verum Quid vetat?' ait Poëta. *Bern.*

Quingentis sestertiis] Censu et insigni dignitatis equestris. *Idem.*

Sessum] Hoc est, ut sederet in quatuordecim ordinibus, loco scilicet Equitibus assignato in theatro. Sed Equites ea sessione Laberium excluserunt, ut patet ex Macrob. VII. capite 3. *Idem.*

In quatuordecim] Fortasse legendum est: *Sessum in XIV. podium e scena per orchestram transiit, &c.* nam pro verbo, *podium*, in aliquibus codicibus est, *solium*, quod videtur mendosum. Podium vero dicebatur locus, unde Principes spectabant. E scena igitur, ubi Laberius histrionicam fecerat, transiturus in XIV. podium et orchestram et Senatores omnes necessario præteriit, quo major rei indignitas foret. *Ursinus.*

E scena] Scena nomen invenit ex eo, quod alia atque alia facies subinde appareret ex ædiculis, quæ olim quum e ramis ac frondibus conficerentur, ita sunt ab umbris et tabernaculis appellatæ. *Cæs. Scaliger.*

Orchestram] Orchestræ partes erant tres: planities, in qua chorus caneret ac saltaret: pulpitum, in quo nihil aliud quam canebant aut pronuntiabant: hemicyclium, non in omnibus fabulis, sed in quibus ad eum locum agebantur enantes e mari: ut in Rudente Plautina. Tametsi ibidem quoque fungebatur urbs longinqua pro argumento. *Cæs. Scalig.* In Orchestra sunt etiam senatorum sedibus loca designata. Vitruvius.

Circensibus] Valerius nunc plebeios, nunc Circenses, Asconius et Romanos, et Magnos ludos appellatos ait: Magnosque iccirco dictos, quia magnis impensis instruerentur, vel forte quia Diis magnis, id est, Laribus urbis, sint dicati, ut ipse refert. *Sabell.*

Spatio circi] Circum maximum a Cæsare Dictatore exstructum, longitudine stadiorum trium, latitudine unius, sed cum ædificiis jugerum quaternum, ad sedem CCLX. millium, inter magna opera dicimus. Plinius.

In gyrum Euripo addito] Cæteroquin notum est, Euripum in Circo veteri Romano appellari, aquam ingenti fossa per tria latera Circi ductam admissam. Nam Euripos, ut Nilos, aquæ ductus apertos et grandes appellaverunt, quos vulgo *Canales* aquæ dicimus. Hesych. Εὐρίπους, δοχὰς ὑδάτων, quas et Latini dicunt 'dogas.' Sed Cassiodori ævo, Euripum eam Circi partem appellabant, quæ inter utrasque metas interjacebat, in modum aggeris satis alte e terra elati, ejusdem cum metis latitudinis, quibus conjuncta utrinque erat ab una ad alteram pertingens. Hanc eandem 'Spinam' appellaverunt, quidquid Cassiodorus Euripum a spina videatur distinguere. In ea spina columnæ erant positæ delphinorum, et alia simulacra, quæ in Circo stabant. Sic Græci in Circo Constantinopolitano non ad latera Circi, sed in medio, Euripum collocant, nec ita dictum volunt, quod aqua in eum induceretur, nihil enim aquæ habebat, sed quod septies circum eum currerent, ut septies Euripi marini unda reciprocatur. *Salmas.*

Equos desultorios] Desultores vocabant non eos solum quos Græci ἀμφίππους, quod binos ducentes equos

ab altero in alterum subinde saltabant, sed eos quoque de quibus Dionys. extremo lib. VII. Antiq. Rom. quos παραβάτας, (ut inquit ipse,) Poëtæ, Athenienses vero ἀποβάτας appellabant. Unde ἀποβάτην ἀγωνίσασθαι, Plutarchus Phocione. Cicero pro Murena: 'Nescio quo pacto mihi videtur Prætorius candidatus in Consularem quasi desultorius in quadrigatum curriculum incurrere.' Livius quoque lib. XLIV. hunc morem significat his verbis, 'semel quadrigis, semel desultore misso.' *Marc. Donatus.* Et videndus de his Onuphr. Panvinius de ludis Circensib. l. I. c. 9.

Trojam] Idem ibid. l. II. c. 9. Scalig. Poët. l. I. c. 18. et 28. et Alex. ab Alex. Genial. dier. lib. VI. c. 19. Vide Pyrricham, paulo ante. *Bern.*

Elephantis vicenis] Pugnavere Cæsari Dictatori tertio consulatu ejus viginti elephanti contra pedites quingentos. Iterumque totidem turriti cum sexaginta propugnatoribus, eodem quo priore numero peditum, et pari equitum e diverso dimicante. Plinius.

Commissis] Proprium arenæ vocabulum. Vide Lips. lib. II. Saturnal. capite 19. *Bern.*

Sublatæ metæ] Quæ tantum in principio et fine curriculi. Circum utrasque pariter currebant. Nam nisi eæ metæ fuissent, pro libitu suo agitatores contrahere spatia potuissent, et brevioribus gyris cursus circumflectere. Inter utrasque metas obeliscus fuit in medio circi centro positus, sed is pro meta non fuit. 'Ὠοειδῆ δημιουργήματα apud Dionem interpretes perperam pro metis acceperunt. Quippe illa nihil aliud sunt, quam fabricæ quædam ex ligno ovali figura factæ, quibus curricula notari ac nominari solebant. Alias falæ et βάρεις appellantur. *Salmas.*

Athletæ] Cursores, pugiles, luctatores. Nam hæc tria genera sunt athletarum. *Bern.*

Navali prælio in minore Codeta defosso lacu] Codetam sive campum Codetanum ad Tiberim fuisse ex Festo et veteribus Urbis descriptionibus constat. Minor Codeta, et Major sic appellatæ, ut Velabrum Majus et Minus, atque alia in eadem urbe. *Casaub.* Non alius in Suetonio locus est, qui eruditiorum acumen magis exercuit, quam iste. Vulgo est *in morem cochleæ*, quod merito respuit Turnebus. Festus: 'Codeta,' inquit, 'ager in quo frutices existunt in modum codarum equinarum. Codeta appellatur ager trans Tiberim, quod in eo virgulta nascuntur ad caudarum equinarum similitudinem.' In vetustissimo membranaceo Codice, quem contulit Nansius, erat *Cochleta*; et pro *codarum*, *cochlearum*. Sic igitur ordinabis locum Festi, et scribes, '*Cochleta* ager, in quo frutices existunt in modum *cochlearum*. Codeta appellatur ager trans Tiberim, quod in eo virgulta nascuntur ad codarum equinarum similitudinem.' *Boxhorn.*

Confluxit] En curiositatem, aut vesaniam potius. *Bern.*

Ut plerique advenæ aut inter vicos, aut inter vias tabernaculis positis manerent] Occupatis videlicet omnibus sacris publicisque locis, ubi tendere soliti peregrini, si hospitem non haberent. Inter vicos et inter vias, est, in viis urbis et ad urbem. *Casaub.*

CAP. 40. *Vitio Pontificum turbatus*] Ante Cæsarem, quum intercalandi potestas penes sacerdotes erat, pro libidine sua ad gratiam publicanorum modo subtrahebant tempora, modo augebant, et plures interdum, quam oportebat, interdum pauciores dies intercalabant. quibus rebus fiebat, ut aliquando menses hyemales in autumni tempus referrentur, aliquando in æstivum sive vernum tempus inciderent, pro modo intercalandi imminutiore, aut cumulatiore. *Salmas.*

Annumque] 'Annus vertens,' definitore Censorino de Die Nat. c. 19. 'est,

dum Sol percurrens duodecim signa, eodem, unde profectus est, redit.' Hoc spatio temporis, annum qui definiverit, is eum optime ad cursum Solis accommodaverit. Fuit autem antiquissima fere apud omnes nationes opinio, de modo anni Solaris, sive vertentis, hic expresso, quod scilicet trecentis sexaginta quinque diebus cum quadrante, sive 6. horis explicaretur: ne quis forte putet, hanc anni quantitatem non solum a Cæsare publicatam, sed etiam excogitatam esse. Quod non ita est. Usum enim ejus tantum edicto Cæsaris, scientiam autem antiquorum traditioni debemus. *Bern.*

Intercalario mense] Annus Græcorum habebat CCCLIV. dies, qui lunaris est annus. In Romanorum anno veteri, uno die plus fuit ob vitationem parilis numeri. Græci, ut annum suum ad cursum solis exæquarent, quod operosum esset undecim dies qui deerant cum quadrante, singulis annis intercalare, XC. dies nono quoque anno intercalabant: quod undecim dies cum quadrante octies ducti eum numerum efficiant dierum. Latini alternis annis intercalabant Merkedonium mensem, viginti duum vel viginti trium dierum. cum mensis XXII. dierum intercalabatur, annus ille numerabat dies CCCLXXVII. *Salmas.* Quæ autem fuerit ea mensis intercalandi ratio, docet Macrobius lib. I. Saturnal. c. 13. Solinus c. 3. et Scaliger lib. II. de emend. temp. *Bern.*

Unus dies intercalaretur] Id bissextum vocaverunt. Caussa autem nominis est, quia duobus diebus continuis bis dicimus, sexto Calendas Martias: duos videlicet dies pro uno computantes. Unde qui natus est bissexto Calendas, nihil refert, ut inquit eleganter Celsus, 'utrum priore, an posteriore die natus sit: cum illud biduum pro uno tantum die habeatur.' *Idem.*

Quarto quoque anno] Scilicet desinente, non incipiente. Placuit enim Cæsari, ut peracto quadriennii circuitu, dies unus post Terminalia intercalaretur, propter quadrantem illum, id est, senas horas, quæ singulis annis exuberantes, diei noctisque mensuram colligunt. *Beroald.*

XV. mensium] XXII. dies mensis Merkedonii seu intercalarii, item LXVII. a Cæsare interjecti, fiunt simul dies LXXXIX. qui est justus modus mensium trium Lunarium. Nova autem anni ordinatio, si ita, uti ediderat eam Cæsar, et edicto sanxerat, inviolata mansisset, Augusto opus non fuisset iterum eam emendare. Cæsare enim anno secundo Juliano interfecto, sacerdotes ejus mentem minime assecuti, non post annum quartum, ut ille præceperat, sed quarto quoque anno bisextum intercalabant. Edictum autem quo Julius annum suum publicavit, item illud quo Augustus Bisexti vitium correxit, majorum supinitate ac negligentia periit. *Jos. Scaliger.*

CAP. 41. *Senatum supplevit*] Sunt hæc facta Cæsaris omnia talia, quæ ab Aristotele, v. polit. 8. pr. *τῶν πολιτειῶν σοφίσματα*, a Tacito II. Annal. 36. 'Imperii arcana' nominantur. Non enim posse se monarchiam, quam meditabatur, absolvere putabat, nisi multos sibi faceret obnoxios. *Bern.*

Patritios adlegit] Lege Cassia. Tacitus Annalium lib. XI. In his allectus Cicero. Dio libro XLVI. Caussam suppletarum toties patritiarum gentium breviter aperit idem lib. LII. Augustus, inquit, gentes patritias supplevit, *ἐπειδὴ τότε πλεῖστον ἀπολώλει σφῶν· οὐδὲν γὰρ οὕτως ὡς τὸ γενναῖον ἐν τοῖς ἐμφυλίοις πολέμοις ἀναλίσκεται· καὶ ἐς τὴν ποίησιν τῶν πατρίων ἀναγκαῖοι ἀεὶ εἶναι νομίζονται.* Vespasianus tandem in futurum prospexit, ne facile patritii desiderari possent, constitutis mille gentibus patritiis. Ita interpretor quod ait Aurelius Victor: 'Lectis undique optimis viris, mille

gentes compositæ, cum ducentas ægerrime reperisset.' *Casaub.*

Minorum magistratuum] A. Gell. XIII. c. 14. docet, 'minores magistratus' appellari, quorum minora sunt auspicia: et eo numero contineri omnes, præter Consules, Censores et Prætores, qui majorum sint auspiciorum. Noster tamen hoc loco majoribus etiam Quæstores aggregare videtur. *Bern.*

Nudatos opere censorio restituit] Duplex καινοπρέπεια in his verbis. 'Nudatos' dixit pro notatos, quod proprium verbum est censorum: nihil tamen hic muto. Sic Cicero ad Atticum de judicio Clodiano loquens, 'nudos equites' vocat, probri plenos. Sic etiam exutus et exuere apud Tacitum. Ait, 'opere censorio:' sic vocatur opus, quod notam censoriam meruit. A. Gellius lib. IV. cap. 12. 'Non id sine pœna fuit: sed erat opus censorium: censoresque ærarium faciebant.' Possumus etiam interpretari opere censorio, nota censoria. *Idem.*

Comitia cum populo partitus] Aliud arcanum Cæsaris consilium hic notandum venit, paulatim insurgendi, ac imperii vim ad se pertrahendi. Jus creandi magistratus (ea enim hoc loco sunt Comitia) non totum populo ademit: nam id, cruda adhuc servitute, non licuisset: sed cum eo divisit ea ratione, ut exceptis Consulibus (quod olim summi imperii nomen, et ipse, et secuti Principes seposuerunt Senatui sibique) in cæterorum suffragia, æquale cum populo jus obtineret. Comitiorum res, amissa libertate, varie habita. Tiberius primus, animis Quiritium fractis jam et ad servitium factis, jus omne sibi et Senatui sumpsit, populo nullo loco. Quod Tacitus his verbis voluit, 'comitia e campo ad patres tralata.' Dio videtur omnem consulum renuntiationem ad Tiberium referre: aliorum Magistratuum ad Senatum, commendatione Principis interposita. Ex eo tempore expers suffragiorum populus, donec Caius 'tentavit, comitiorum more revocato, suffragia populo reddere,' ait Sueton. cap. 16. scilicet Tiberii instituto omisso, Augusti revocato: sed idem ille omisit, Tiberianumque morem apud secutos Principes valuisse deinceps, clarum ex memoria rerum. *Lipsius.*

Pronunciarentur] Lipsius ad I. Ann. Tacit. corrigit *renunciarentur*, quod justum comitiorum verbum est. Sed cum scripta lectio librorum omnium habeat *pronunciarentur*, nihil mutandum crediderim. Nam et renunciatos, sive creatos, pronunciari oportebat. *Bern.*

Edidisset] Hoc est, produxisset. *Idem.*

Commendo vobis illum] Hac formula usi Principes, Cæsaris exemplo, cum suis candidatis honores mandari juberent. In S. C. quo Vespasiano imperium datur, ita scriptum est: 'Utique quos magistratum, potestatem, imperium, curationemve cujus rei petentes senatui populoque Romano commendarit, quibusve suffragationem suam dederit, promiserit: eorum comitiis quibusque extra ordinem ratio habeatur.' *Casaub.* Candidatos bonorum virorum elogio commendari consuevisse, Brissonius libro II. Formul. pag. 150. m. cum ex hoc autoris loco, tum Livii X. cap. 13. ostendit, ubi Fabius Max. ita suffragationem suam enunciat: 'P. Decium, expertum mihi concordi collegio virum, dignum vobis, dignum parente suo, quæso, mecum Consulem faciatis.' Quanquam alia ratio Fabianæ commendationis, ac Cæsareanæ fuit. Nam a Cæsare commendatos omnino rejicere non licebat. 'Preces erant, sed quibus contradici non posset,' ut ait Tacitus IV. Hist. 46. Quomodo P. Mimus: 'Cogit rogando, qui rogat potentior.' *Bern.*

Proscriptorum liberos] Refert Dio-

nys. Antiq. Rom. lib. VIII. servatum fuisse apud Romanos, ut parentum pœna, quocunque crimine, etiam perduellionis, deliquissent, liberi minime tenerentur. Quo tamen non obstante Cicero, quod inter ejus laudes refert Plin. lib. VIII. c. 30. videns Rempubl. sine legibus Corneliis stare non posse, effecit eloquentia sua, ut proscriptorum a Sylla liberos honores petere puderet. *Torrent.*

Judicia] Hujus instituti causam Dio Cassius lib. XLIII. p. 266. ita reddidit: 'Judicia Senatoribus Equitibusque commisit, ut purissima pars civitatis judicaret. Ante enim ex plebe quidam etiam una judicia exercebant.' Quos 'ex plebe' Dio, noster hoc loco 'Tribunos ærarios' appellat. *Bern.*

Tribunos ærarios] Tribunos ærarios, ordinem quendam apparet fuisse eorum, quibus, ut ait Varro, 'attributa erat pecunia, ut militi redderent.' Et certe in tabulas pecuniam publicam referendi, Quæstoris munus fuisse, multorum testimoniis planum fieri posset. ex quo intelligi licet, Quæstores curasse pecuniam, quam in ærarium inferrent: Tribunos ærarios, quam ex ærario sumtam Quæstori Proconsulis, atque exercitui maxime erogarent. unde Cicero Procos. illud scripsit ad Caninium: 'Pecunia, quæ mihi attributa est, a Quæstore curatur.' Tribunos autem ærarios e plebe fuisse, lex Aurelia ostendit, qua communicata judicia feruntur inter tres ordines, Senatores, Equites Rom. et Tribunos ærarios. quos, cum hunc explicaret, perspicue e plebe fuisse Dio scribit. *Sigon.*

Recensum populi, nec more, nec loco solito, sed vicatim per dominos insularum egit] Locus solitus fuit campus Martius, et quæ in eo erat villa publica. More solito per censores et publicos scribas res peragebatur. Quare merito 'recensum' appellat, non censum. Census numerum inibat omnium omnino civium. Recensus autem hic erat examen et disquisitio brevis in eos, qui jure aut injuria capiebant e publico frumentum. Quod genus fuit tenuis tantum et egena plebs, quam ideo Cicero lib. I. ad Attic. epist. 15. sub fin. 'hirudinem ærarii' dixit. Dio Cassius lib. XLIII. p. 254. B. hunc ipsum Cæsaris recensum τοῦ πλήθους τοῦ τὸν σῖτον φέροντος ἐξέτασιν appellat. Recensus autem ex eo dictus, quia tabulæ illæ, quibus inscripti frumentantes, identidem purgari solebant, aliique suffici, aut etiam expungi: quod posterius hic omnino necesse fuit, quia, ut ait ibi Dio, numerus τῶν σιτοδοτουμένων non legitime, sed eo modo, quo in seditionibus fieri assolet, in immensum excreverat. vide Lipsium l. I. Elect. c. 8. lib. II. de magnit. Rom. c. 10. *Bern.* *Nec more*] Per censores et publicos scribas. *Idem.* *Loco solito*] In Campo Martio. *Idem.* *Vicatim per dominos insularum*] Hoc est, per locatores, qui suas sive domos sive insulas egenis locarent. in re veteri usurpat Tranquillus loquendi genus recens. Ante Neronem plures in urbe domus quam insulæ: post Neronem contrarium fuit, ut ex Tacito notum. Inde cœperunt appellatione insulæ quævis ædes locatitiæ intelligi: et per 'dominos insularum' omnes locatores. Sic insularius nominatus servus flagitator, pensionum exactor. Glossarium: ἐνοικολόγος, *insularius.* Idem. *Per dominos insularum*] Dominos insularum vocat eos, qui in urbe Roma domos habebant ab aliis separatas, discretasque: nam tales insulæ nominantur. Inde scribit Spartianus, trecentas quadraginta insulas olim Romæ incendio absumptas fuisse. De insulis in hoc significatu crebra mentio est apud Jurisconsultos, et Historicos. *Beroald.*

Frumentum accipientium] Frumentatio illa annua Reipubl. circiter

mille ducentis ac quinquaginta talentis constitit. Plutarch.

Centum quinquaginta] 'Centum quinquaginta, subaudi, millia. Si Dionem sequamur, *centum sexaginta* rescribemus. Sed nimirum Dio rotunda summa utitur, additque ὀμοῦ τι, hoc est, ferme, ut aliquanto pauciores fuisse intelligamus. Bern.

Novi cœtus] 'Ab hoc genere summum periculum est, si cœtus, et concilia, et secretas consultationes esse sinas,' ait Cato apud Livium XXXIV. c. 2. 'Est enim hoc bellorum civilium seminarium, sapienti magistratui, quoad potest, evertendum.' *Id.*

Qui recensiti non essent] Qui in recensione Cæsaris admissi ad frumentationem non essent. *Idem.*

Subsortitio] Suffectio, surrogatio, quæ prioris illius a frumentatione exclusionis solamen esset. *Idem.* *Subsortitio*] Ut Prætor scilicet ex numero eorum, quibus fuerat frumentatio sorte adempta, subrogaret: quasi detrimenti levamen quoddam esset illis, qui exclusi fuerant, si per novam sortitionem demortuorum loco amissa commoda esset recuperare datum. *Sabell.*

Cap. 42. *In transmarinas colonias*] Ut Carthaginem et Corinthum, quæ a Cæsare Dictatore deductæ sunt. *Beroald.*

XL.] Palatini codices, omnesque fere libri antiqui, *decem* hic habent. Sed amplector quod e Tornacensi libro Torrentius restituit, *quadraginta*. Constat enim, Cæsarem infrequentiæ civium nova sobole per hanc legem consultum voluisse. Determinavit ergo spatium humanæ vitæ, quo vir robustæ sobolis generationi cumprimis aptus esse censetur, scilicet ab ætatis anno vicesimo ad quadragesimum, quo tempore civi Romano plusquam triennium continuum Italia abesse non licebat, ne scilicet ager domesticus per incultum negligentiamque squalesceret. Excepti tamen, qui sacramento tenebantur, hoc est, milites, qui plurium annorum stipendia foris merebant. Dixi, robustæ soboli, non nescius, generandi terminum ultra citraque dictos annos per naturam extendi: sed sobole gignentium infirmitatem referente. *Bern.*

Senatoris filius] Lipsius in not. 51. ad lib. XII. Annal. Taciti, legendum hic existimat, *ne quis Senator Senatorisve filius.* Ab ingenio hæc correctio, non a libris, nec puto, necessaria est. Alia enim ratio, ob quam Senatoribus absque permissu Principis abesse peregre non licuit. Cæsar in filiis Senatorum id spectavit, ut subolescens patritia juventus urbem civibus legitimis repleret: quanquam ad alia non minus utile hoc institutum, et accisa circumscriptaque peregrinandi licentia, quæ promiscue quibusque concessa, quantum damni det, non obscurum. *Idem.*

Contubernalis] Dictum supra c. 2. *Idem.*

Pecuariam] Pecuariam facere, προβατεύειν, est armenta gregesque alere. Cui quod tertiam partem puberum ingenuorum (nam cæteri servi erant) a pecuariis adhiberi Cæsar jussit, nimirum hac quoque ratione voluit urbis civiumque frequentiæ consultum. *Idem.*

Minus tertia parte puberum ingenuorum inter pastores haberent] Quid hoc ad urbis frequentiam? Plurimum: voluit Cæsar suos cives aliquantum a studiis bellicis retrahere, et ad pacis artes traducere. Militi legionario uxorem ducere jus non fuit, pecuarias et negotiatores nihil vetuit matrimonio operam dare. Veterum porro legum agrariarum capite uno cautum fuerat, de numero puberum ingenuorum, quos inter pastores habere tenerentur, qui pecuariam facerent. Hanc legem Cæsar ex antiquitate petitam reposuit a se correctam. Extat apud Appianum ἐμφυλ. libro

primo; ubi videtur tanquam Legis Liciniæ a Licinio Stolone latæ pars proferri istud caput. *Casaub.*

Medicinam] Apparet vel ex hoc loco, verum esse quod supra monitum, errare, qui omnes Romæ medicinam profitentes servos fuisse putant. Nec enim servi civitate donari soliti: sed in liberos et exteros hoc fuit collatum beneficium. Diu quidem medicina Romæ apud libertos aut servos, ut ingenuis parum digna. Sed Cæsar primus decus addidit arti præstantissimæ, ad salutem natæ generis humani, et merito. 'Medicinæ apud ægros usus, apud sanos etiam honor est,' ait Seneca lib. I. de Clem. c. 2. Quomodo Syracides etiam c. 38. 'jubet honorare Medicum propter necessitatem.' *Bern.*

Liberalium artium] Optime factum. 'Eo quippe solet impendi labor, unde emolumentum atque honos speretur,' ut inquit Livius lib. IV. c. 35. At 'sublatis studiorum pretiis, etiam studia pereunt.' Tacit. II. Annal. 7. Quam utramque sententiam complexus Jamblichus apud Stobæum serm. 46. 'Augetur (inquit) et crescit, quidquid in honore est: deficit et minuit, quidquid in contemptu.' *Idem.*

Novarum tabularum] Novæ tabulæ dicuntur, quando debitores creditas cum usuris pecunias persolvere non coguntur ipsis creditoribus: et abolitis prioribus debitis, novæ tabulæ conficiuntur: quæ res nunquam fere, nisi tumultu, et in perturbata Republ. fieri consuevit. Ex hoc loco patet, quod Cæsar, etsi homo maxime popularis, populo tamen tabulas novas gratificari noluerit, quod sciret, nisi res creditæ solvantur, fidem, quæ justitiæ, proindeque Reip. fundamentum est, subsistere non posse. Cicer. II. Off. 'Æquissima vox est (ait Seneca III. de Benef. 14.) et jus gentium præ se ferens, Redde quod debes.' Et ut luat in corpore, qui non habet in ære, eodem jure gentium est receptum. Ubi tamen inter decoctores malitiosos, et eos qui fortunæ vitio depauperantur, distinguendum putamus. *Bern.*

Per æstimationem] Eandem rem Cæsar ipse his verbis memoriæ mandavit in principio lib. III. de Bello Civili: 'Cum fides tota Italia esset angustior, neque creditæ pecuniæ solverentur, &c. constituit, ut arbitri darentur: per eos fierent æstimationes possessionum, et rerum, quanti quæque earum ante bellum fuissent, atque eæ creditoribus traderentur,' &c. Ideo autem æstimatio possessionum facta ex tempore quod bellum antecessit, quia per bella vastati agri, et incultæ possessiones, minoris haud dubie pretii factæ erant, quam ante bellum civile fuerant. *Idem.*

Deducto summæ æris alieni, si quid usuræ nomine numeratum] Vetus inventum fuit Romanorum, quoties angusta fides erat. Livius lib. VI. 'Tribuni promulgavere leges omnes adversus opes patritiorum, et pro commodis plebis: unam de ære alieno, ut deducto eo de capite quod usuris pernumeratum esset, id quod superesset, triennio æquis portionibus persolveretur.' *Casaub.*

Præter antiquitus constituta] Primus Numa divisit universam multitudinem secundum artificia, ut suum peculiare corpus haberent tibicines, suum aurifices, architecti, tinctores, sutores, coriarii, fabri ærarii, figuli, &c. Porro unicuique generi suos peculiares conventus et religiones præscribens, tum primum ex Urbe sustulit eam diversitatem, qua alii Romani, alii Sabini, hi Romuli, illi Tatii cives censebantur, suaque divisione id consecutus est, ut omnibus cum omnibus conveniret, ac commercia intercederent. Plutarch.

Pœnas facinorum auxit: et cum locupletes] Non est dubitandum, quin vera sit emendatio Casauboni, extrita

τῷ *et*, ita constituentis hunc locum; *Pœnas facinorum auxit, cum locupletes eo facilius se scelere obligarent, quod integris patrimoniis exulabant. Parricidas, ut Cicero scribit, bonis omnibus, reliquos dimidia parte multavit.* Pro hac sententia et laudatissimo Cæsaris instituto inprimis facit exemplum illius Marii, de quo Juvenalis Satyra I. 'Damnatus inani Judicio (quid enim salvis infamia nummis?) Exul ab octava Marius bibit, et fruitur Dis Iratis, at tu, victrix Provincia, ploras.' Ubi vetus interpres: 'Inani judicio, non ademptis bonis.' *Boxhorn.* *Cum locupletes*] Hoc judicio id spectavit Cæsar, ne bonis suis in exilio fruentes, supplicii pœnam nullam sentirent. *Bern.*

Quod integris patrimoniis exsulabant] Libera Rep. raro factum, ut civis Rom. sine privilegio, judicio publico condemnaretur: omnibus enim libera fuit, prius quam sententia pronuntiaretur, abeundi potestas. ita sententiam judicis simul et bonorum jacturam evadebant. Idem jus fuit et civibus Atheniensibus: unde sumserunt, ut puto, Romani. *Casaub.*

Parricidas] Parricidas vocat omnes, qui scientes hominem liberum occiderint, sic enim et Numæ lex: 'Si quis hominem liberum sciens morti duit, parricida esto.' Et Tribunitia apud Festum in 'Sacer:' 'Si quis eum qui plebiscito sacer sit occiderit, parricida ne sit.' Hos ergo bonis omnibus multavit, reliquos, qui non occidendi animo, occiderint tamen, parte dimidia, sic enim hunc locum interpretor. Vide l. I. et l. IV. ad leg. Corn. de sicariis. *Torrent.*

CAP. 43. *Jus laboriosissime*] Hoc ipsum totidem prope verbis de Claudio Cæsare autor in ejus vitæ cap. 14. prædicat. Idemque de Augusto, cap. 33. de Galba, cap. 7. 8. 9. In his mali, fateor, aliqui: sed 'laudabilia multa Principes etiam mali faciunt.' Nam subditorum querimoniis et controversiis audientiam ordinariam præbere, et juris copiam facere solebant. *Bern.*

Repetundarum] Repetundarum (subaudi, pecuniarum) crimen, δίκαι ἐπαρχίας Plutarcho et aliis, erat quando magistratus a sociis et provincialibus contra leges aliquid exigerent acciperentve. Id enim Romæ judicio repetere, ac domum referre, sociis concessum legibus fuit. *Idem.*

Ordine senatorio movit] Ante Cæsarem, qui repetundarum crimine ceciderant, exilio puniebantur et æstimatione. lege Julia iidem ordinem amiserunt, et judices ad litem æstimandam acceperunt. *Casaub.*

Diremit nuptias] Recte factum; non modo cum alioquin etiam 'quæ per calorem repudium remiserat, brevi reversa, nec divertisse videtur,' ex l. III. ff. de divort. verum etiam ut consuleretur honestati publicæ, sanguinisque turbatio vitaretur. Ob quam tandem causam receptum constitutumque apud Romanos fuit, ut mortuum maritum uxor per integrum anni tempus elugere necesse haberet, infamia irrogata secus facienti, ut et ei, qui talem intra illud tempus duceret sciens. *Bern.*

Prætorii] Prætura functi. *Idem.*

Digressam] Repudio dimissam. *Id.*

Peregrinarum mercium] Peregrinarum mercium species enumerantur l. ult. § species, ff. de publicanis et vectigal. His in Italiam importatis, 'portoria' seu vectigalia portitori solvenda (quæ Strabo εἰσαγωγικὰ τέλη eleganter appellat, ut ἐξαγωγικὰ, quæ pro mercibus exportatis dantur) a Cæsare sunt imposita; quam recte hoc, ostendit Jo. Bodinus lib. VI. de Rep. c. 2. p. 661. Cæterum ex hoc autoris loco patet illud quoque, solius Imperatoris esse, nova vectigalia, portoria, ripatica instituere, vel ut instituantur augeanturve, permittere: quod multis ostendit Arni-

sæns lib. II. de Repub. c. 7. num. 6. *Idem.*

Portoria] Vectigalia olim fere triplicia: e Decumis, e Pastione, e Portoriis. Tertium hoc genus in evehendo aut invehendo pendebant. Fuit et Portarium antiquis, et faciunt discrimen Glossæ: *Portorium*, *τέλος ἐν λιμένι*. *Portarium*, *τέλος πύλης*. Et vero hoc quoque fuisse videtur, ævo præsertim inferiore, et sub Principatu, ut et in pontibus, et in viis, et portis adeo oppidorum, dederint pro transgressu. Italia hodie, sed et Belgica, hæc non ignorat. *Lipsius.*

Lecticarum usum et margaritarum ademit] Eusebii in Chronico verba sunt, in anno proximo post devictam a Cæsare Ægyptum: 'Prohibitæ lecticis margaritisque uti, quæ nec viros nec liberos haberent, et minores essent annis quinquaginta quinque.' *Casaub.*

Conchyliatæ vestis] Sic appellamus purpuream a conchyliis dictam. Sunt autem conchylia, anthore Plinio in IX. Nat. historiæ, ex genere concharum, ex quibus colligitur succus tingendis vestibus expetitus: qui color austerus in glauco est, et irascenti similis mari. Cicero in Philippicis conchyliata peristromata appellat, quæ infecta erant succo conchyliorum. *Beroald.* *Conchyliatæ*] Præclare vero prudenterque Cæsar ordines civium veste discriminavit, ut scilicet qui (verbis Tacit. II. Annal. 33.) locis, ordinibus, dignationibus antistant, cultu quoque ab aliis discernerentur. At nescio quomodo Laconum illa consuetudo displicet, apud quos, ex instituto Lycurgi, nemo altero cultior incessit. Justin. lib. III. c. 3. *Bern.*

Legem præcipue sumtuariam] Qualis Orchia, Fannia, Didia, Licinia, aliæ. Macrobius lib. III. Saturn. cap. 17. *Sumptuariam exercuit*] Quæ eadem et lex cibaria dicta. Præscribebat impensam, vetabatque ne luxus mensæ profusis sumptibus exerceretur. Institutum egregium, et in usum hodie revocandum. *Bern.*

Macellum] Macellum non modo *κρεωπώλιον* est, ut Plutarchus interpretatur: sed ad omne obsoniorum genus significatio vocis illius extenditur, quod vel ex hoc autoris loco clarissime patet. Glossarium: *Macellarius*, *ὀψωνιοπώλης*. *Idem.*

Contra vetitum] Contra præscriptum sumptuariæ legis. *Idem.*

Submissis] Clam immissis. *Idem.*

E triclinio auferrent] E cœnatione et ipsa mensa, ubi jam apposita essent coëpulonibus obsonia. Sæpe pro conclavibus et cœnationibus ipsis hanc vocem usurparunt Vitruvius, Quintilianus, Suetonius, alii. Cæteroquin tribus lectis olim ad mensam accumbebant, et hoc triclinium dicebatur. Postquam triclinia ab usu recesserunt, et forma eorum mutata, et pro tricliniis accubita et stibadia dici cœpere, quorum figura semicircularis erat, atque inde sigma nomen invenit. Triclinium tres lecti divisi et separati; qui mensæ adpositi, quadratam figuram efficiebant, sic ut unum mensæ latus a convivis liberum præstarent. Sigma vero unus perpetuus lectus, semirotundus, spatium in ea parte relinquens, qua circulus deficiebat. Triclinium omnibus mensis poterat convenire. Sigma non item: quippe secundum mensarum magnitudinem quærenda erant parva aut magna stibadia, quæ a numero convivarum, quos capiebant, dicebantur octaclina, cum octo caperent, enneaclina, cum novem, et ita de cæteris. Plura de triclinii et sigmatis differentia diximus ad Lampridii Heliogabalum. *Salmas.*

CAP. 44. *De tuendo, &c.*] De tuendone solum imperio, an simul ampliando laborandum Principi sit, civilis doctrinæ magistri quærunt. In priorem tamen illam partem fere proniores, et vehementer approbantes Augusti consilium, a Tiberio præ-

capti ad instar observatum, 'coërcendi intra terminos Imperii,' de quo Tacitus l. I. Annal. c. 2. et in Agric. c. 13. Nam 'ea demum potentia tuta est, quæ viribus suis modum imponit,' ut inquit Val. Max. lib. IV. c. 1. *Bern.*

Martis templum] Martis ædem seu templum in urbe, et extra, fuisse, ex lectione antiqua observamus, extra portam scilicet Capenam. Marti Ultori ædem, quam bello Philippensi voverat, exstruxit Augustus. Namque is plerasque patris sui destinationes implevit. *Marc. Donat.*

Exstruere] Subaudi, destinavit. Non enim ipse, sed Augustus demum, ut in ejus vita c. 29. tradit autor, opere sumptuosissimo, summoque artificio, ad Forum Cæsaris, illud extruxit, forte ut voluntatem in eo patris sui Cæsaris impleret. *Bern.*

Tarpeio] Capitolino monti adjacens. *Idem.*

Jus civile ad certum modum] Qua de re notum est omnibus, etiam Ciceronem cogitasse, nam et librum ejus de jure civili in artem redigendo citat Gellius lib. I. c. 22. *Torrent.* Præclarum (o perfecisset!) institutum: Contra hunc immensum aliarum super alias acervatarum legum cumulum (de quo Livii quoque querela lib. III. c. 34. extat) non minus ævo nostro gravem. vide Justi Lipsii ex centur. III. Miscellan. Epist. 78. ubi, 'dubito,' inquit, 'an bono consilio in vitam et usum jus Justinianeum a Lothario Imperatore revocatum sit: sic dico, totum et plenum. Non quin bona in eo, arguta, et a sæculo veteri: sed nimis fortasse bona, arguta, vetera: et ideo seminarium ingeniis ad calumnias fraudesque pangendas. Dic sodes, quam multa in eo, quæ usum hodie non habent? quam multa implicata, et variantibus sententiis enodanda?' &c. *Bern.*

Bibliothecas] O magni rem animi, atque item consilii! Nam et non nisi cum magnanimis magnificisque Regibus ac Principibus communis hæc Cæsari cura fuit, Bibliothecas publicandi, quas recte τῆς ψυχῆς ἰατρεῖον, *animi medicam officinam*, Osymanduas Ægypti Rex appellavit, autore Diodoro Siculo lib. VIII. et vero neminem reperire Cæsar curæ huic potuisset aptiorem Marco illo Varrone, doctissimo inter Græcos Latinosque. Sed nimirum hic iterum subaudiendum est, destinasse tantum hæc Cæsarem. Nec enim perfecit. Augustus, adoptione filius, inter alia ornamenta urbis et Imperii, hoc quoque plurifariam adjunxit. *Idem.*

Siccare Pomptinas paludes] Trajanus Imperator stravit paludes Pomptinas lapidibus, exstruxitque juxta vias ædificia, pontesque magnificentissimos fecit, testibus Dione et Xiphilino. Hanc paludem primum a Cornelio Cethego Consule exsiccatam, et ex ea agrum factum, colligimus ex Livio in Epitom. lib. XLVI. Eandem exsiccasse Theodoricum Regem Gothorum, testatur marmorea tabella, cum inscriptione ibidem posita, attestante Raphaële Volaterrano in sua Geographia. At nihilominus non permanserunt exsiccatæ, sed semper ad pristinum statum reductæ, tam ex aquis Aufentis fluminis propinqui, hodie *Aufidio* dicti, et alterius etiam ex quamplurimis aquis e radicibus circumjacentium montium sponte scaturientibus, quæ tandem humanam operam frustratæ sunt. *Marc. Donat.* Plin. lib. III. c. 5. 'A Circeiis palus Pomptina est, quem locum XXIII. urbium fuisse Mucianus ter Consul prodidit.' *Torrent.*

Emittere Fucinum lacum] Remanent usque ad hodierna tempora vestigia aquæductus inæstimabilis sumptus et miræ structuræ ab ipso lacu Romam usque. Cogitaverat itaque Cæsar extra mittere lacum hunc, opus siquidem difficillimum, ut lacus maximus exsiccari posset: nisi si emit

tere' interpretemur, aquam ab eo extra Romam perducere, quod a Martio factum alibi docuimus. Secundum quam significationem verbum emittere sumptum legimus a Cic. ad Attic. IV. Hoc opus emittendi lacum Fucinum, perfecisse Adrianum, testis est Ælius Spartianus. *Marc. Donat.*

Viam munire] Verbum 'munire, significare volunt restituere et reficere, ac in pristinum statum reducere. Quo in sensu munire viam, munire ripam et alveum, dici adnotant. *Idem.*

Apennini] Apenninus Italiæ mons, Itali pro locorum varietate varia illi nomina imponunt. Ab Alpibus Liguriæ incipiens, perpetuis jugis Italiam mediam intersecat. *Bern.*

Perfodere Isthmum] Pausanias scribit, Gnidos Isthmum intercidere adortos, detentos ab Apollinis oraculo, siquidem divinitus constitutis rebus manum injicere non licere, dicente. Demetrium vero ab incepto destitisse, architectorum monimentis deterritum, qui, cum loca metiti essent, renuntiarunt, Corinthiacum mare altius esse, quam quod ad Cenchreas: itaque futurum, si medium locum intercideret, ut universus ad Æginam transitus cum ipsa pariter Ægina et proximis insulis demergeretur. Præterea nec navigationi alveum futurum habilem ob affluxus rapidam varietatem; qualis in Euripo visitur. *Marc. Donat.* Perfodere navigabili alveo angustias tentavere Demetrius rex, Dictator Cæsar, C. Princeps, Domitius Nero, infausto (ut omnium patuit exitu) incepto. Plin. *Isthmum*] Quæ est angusta inter mare Ionium et Ægæum, quinque millium passuum intervallo, terra. Cæterum Isthmorum perfossiones, fluminum derivationes, et hujusmodi alia μεγαλεπίβολα consilia, naturæ vim facientia, utplurimum frustra suscipi, demonstrat G. Richterus axiom. polit. 306. Sc. Amiratus lib. XIII. disc. 10. *Bern.*

Dacos] Quos Dacos Romani, Græci Getas appellant. Dacia antiqua comprehendit hodie Transsylvaniam, Wallachiam, et Moldaviam. *Idem.*

Parthis] Expeditionem in Parthos agere destinarat, parabatque, quibus subactis, per Hyrcaniam præter Caspium mare, et Caucasum in Scythiam proficisci, dehinc loca ingredi, peragrataque Germania, Scythiam, et adjacentia Germaniæ per Galliam in Italiam remeare: et hunc ita gyratum Imperii ambitum conjungere, finibus ejus quaquaversum ab Oceano complexis. Plutarch.

Nec nisi ante] Bene Varro Consul apud Livium lib. XXII. cap. 31. 'quomodo quis dux prius, quam aut suum, aut hostium exercitum, locorum situm, naturam regionis noverit?' Et seq. cap. 41. hoc Annibali tribuitur elogium, 'quod omnia ei hostium, haud secus quam sua, nota fuerint.' *Bern.*

Talia agentem] 'O quanta dementia est, spes longas inchoantium!' ait Seneca epist. 102. Sic Horatius I. od. 5. 'Vitæ summa brevis spem nos vetat inchoare longam.' *Idem.*

Ea quæ ad formam et habitum, &c.] Hæc omnia quo ordine hic proponuntur, eodem postea explicantur. Hic perpetuus mos Suetonii, ne semel quidem, ut videtur, ejus interpretibus observatus. *Casaub.*

CAP. 45. *Excelsa statura*] Hæ pleræque sunt notæ pulchritudinis, quæ magni utique in viro Principe facienda, tum quia 'mos vulgo, Imperatores forma ac decore corporis comparare,' ut ait Tacitus lib. I. Hist. cap. 7. et juxta Virgilium: 'Gratior est pulchro veniens e corpore virtus.' Tum etiam quia per se illa generosi animi index. *Bern.*

Teretibus membris] Succulentis, nec tamen obesis. Philosophus hunc habitum εὔσαρκον vocat, et ἀρθρώδη καὶ διηρθρωμένον: qui medius est inter

τὸν λεπτὸν et περίπλεον. *Casaub.*

Pleniore ore] Quod puto non pro facie accipiendum esse, sed proprie τὸ στόμα denotare, quod plenius Cæsari, et tale fuit, quale hodie Serenissimis Archidd. Austriæ gentilitium esse creditur. *Bern.*

Nigris vegetisque oculis] Qui præ se ferrent τὸ δραστήριον Cæsaris, 'et illum ei proprium vigorem, celeritatemque quodam igne volucrem,' ait Plinius libro septimo. Aristoteli quoque oculi nigri, sed qui ad flavum colorem inclinent, indicium sunt εὐψυχίας. Eginhartus in vita Caroli Magni, quæ tota fere Suetonii verbis et sententiis scripta est: 'Apice capitis rotundo, oculis prægrandibus ac vegetis.' *Casaub.*

Tempore extremo] Sub finem vitæ. *Bern.*

Animo linqui] Syncopen hunc morbum vocant, quasi animi deliquium dicas. *Idem.*

Comitiali morbo] Dictus est comitialis, propterea quod comitia dicitur vitiare, atque prohibere. Cato: 'Quod comitia prohibere solet, ne id quidem mihi vitium fuit.' *Beroald.* Plato morbum divinum appellat, quia occupat in nobis divinæ particulam auræ. Alii morbum sacrum, vel quia detestandus est, vel quia divinitus immittitur. Dicitur etiam Herculeus, quia Hercules eo laboravit, item vulgo caducus, aut Epilepsia. *Lipsius.*

Circa corporis curam morosior] Curiosior, diligentior. Nam morosus opponitur indifferenti: ut cum mox ait, fuisse Cæsarem circa victum indifferentem. *Casaub.*

Velleretur] Qui erant molliores delicatioresque, pilos sibi evellebant e corpore volsellis: quæ instrumenta sunt ad pilos evellendos. Utebantur et resina ad idem negotium peragendum. Quin etiam unguenta habebant depilatoria, quæ dropacen, et psilothrum nuncupaverunt: de quo vide Plinium. *Beroald.*

Calvitii deformitatem] Huc pertinet illud Ovidii: 'Turpe pecus mutilum; turpis sine gramine campus: Et sine fronde frutex, et sine crine caput.' Ut hic Cæsari, sic apud Tacitum lib. IV. Annal. cap. 57. 'Tiberio, præter aliam deformitatem, etiam nudus capillo vertex pudori fuit.' *Bern.*

Revocare] Reducere, ad calvitium scilicet occultandum. *Idem.*

Jus laureæ] Ex hoc, inter alia argumenta, loco, Lipsius lib. de amphitheat. cap. 29. demonstrat, pileum Romanis, nisi certis temporibus, in usu non fuisse. Cur enim jus laureæ coronæ gestandæ tam libenter usurpasset Cæsar, ob causam hic indicatam, si pileus aut petasus illis, qui certe aptior et fidelior ad calvitium celandum? Eadem ratione Siciliæ tyrannus Agathocles, cum caput ei paulatim defluentibus capillis denudaretur, pudore ductus, myrtea corona crinem obtexit, quæ quasi velum erat et tegmen calvitiei, sicut Ælianus tradit lib. II. var. hist. cap. 4. *Idem.*

Etiam cultu notabilem] Deliciis fluxioris vestis ubique luxuriabatur, et calceamentorum: quibus etiam postea interdum usus est altioribus et coloris rubri, more regum, qui Albæ quondam regnarunt, ut qui propter Iulum ipsos genere contingeret. Dio Cassius. *Cultu*] Vide quæ de virorum Principum cultu vestituque huc pertinentia tradit J. Lipsius lib. II. Civil. doctrinæ, c. 15. ibique in Notis. *Bern.*

Usum enim lato clavo ad manus fimbriato] Intelligo tunicam laticlaviam, manicas ad manus usque habentem, easque fimbriatas. Vel tunicam ἀνάπηχυν simpliciter, id est, ea longitudine ut brachia tegeret. Prior interpretatio est melior. Sic indusiorum nostrorum extremæ manicæ ornatus caussa accessionem habent limbi e subtiliore

tela, vel simplicis atque expansi, vel in densas plicas corrugati; ejus moris vestigium fuit in istis tunicis ad manus fimbriatis. *Casaub.* *Lato clavo*] Tunicarum duo genera reperio, cum clavis unum, alterum simplex. Clavi autem vel lati, vel angusti: lati omnium, qui vel patre Senatore, vel Equite nati essent, non a primis annis per omnem ætatem, sed ab anno XVII. quo etiam virilis toga sumebatur, ad annum ætatis senatoriæ, quo anno curiam ingredientibus remanebat ejusdem tunicæ jus: sin autem senatoriam dignitatem non assequerentur, vel, quia nollent, otiosam ac tranquillam vitam honoribus anteponentes, vel, quia non possent, gratia destituti, lato clavo deposito angustum sumebant. *A. Manutius.* *Fimbriato*] Antiqui fibrum dicebant extremum, unde in sageis extrema fimbriæ, et in jecore extremum fibra. Hinc fiber animal sic dictum, ab extrema ora fluminis, ubi maxime solet videri. Varro.

Fluxiore cinctura] Laxiore, minime adstricta. De cinctura triplici, laxiore, astrictiore, et cinctu Gabino, videndus Sigonius libro III. de Judiciis, cap. 18. post princip. et Rosin. A. R. lib. V. cap. 31. *Bern.*

Optimates] Macrobius ad Pompeium hoc restringit, quod noster generatim de optimatibus. Sic enim habet, lib. II. Saturnal. cap. 3. 'Post victoriam Cæsaris interrogatus Cicero, cur in electione partis errasset, respondit: Præcinctura me decepit. jocatus in Cæsarem, qui ita toga præcingebatur, ut, trahendo laciniam, velut mollis incederet: adeo ut Sylla tamquam providus dixerit Pompeio: Cave tibi illum puerum male præcinctum.' *Idem.*

CAP. 46. *Subura*] Vicus Romæ fuit inter Exquilias et Viminalem, de quo Marlianus in topogr. Rom. lib. IV. cap. 20. *Idem.*

In Sacra via] Illa triumphantes in Capitolium ibant; quam Horatius sacrum clivum in carmine lyrico nuncupavit; et per quam Circensibus ludis sacrorum pompa traducebatur. *Idem.*

Domo publica] Cautum Romanorum legibus fuit, ut Pontifex maximus in domo publica habitaret. Quare Octavius, cum pontificatum, quem nunquam vivo Lepido auferre sustinuerat, mortuo demum suscepisset, suarum ædium partem ipse publicam esse jussit, quo legi sua servaretur auctoritas. Dionem adi lib. LIV. *Schild.* Vide Lips. de Vesta et Vestalib. cap. 4.

Villam in Nemorensi] Ejus villæ adhuc exstant vestigia non procul Aricia. *Torrent.* Hodie est in eodem loco oppidum quod veteri appellatione Nemus dicitur. *Sabellic.* Turneb. XXIV. capite 20.

In expeditionibus pavimenta, &c.] 'Pavimenta' appellat materiam pavimentorum, ipsa sectilia, marmorisque crustas et tesseras, quas circumferebat Cæsar in expeditionibus, ut, quoties castra metandum esset, pavimenta ex iis in prætorio picta de musivo struerentur. Ideo prætorium in castris templo propter magnificentiam Josephus comparat. Plinius quoque lib. XXXVII. Neronis 'viatoria cubicula unionibus constructa queritur.' Inde illa indignatio Horatii de castris Antonii: 'Interque signa (turpe) militaria Sol aspicit conopeum.' Transiit hic luxus ex Oriente et castris regum Asiæ ad Romanos. Nam talem fuisse illorum, non in urbe solum, sed militiæ quoque, vitam, nemo ignorat qui Græcos auctores legerit. Porro apud veteres in frequentissimo usu tessellata pavimenta fuere: adeo ut, cum plurima eorum essent genera, istud tamen pavimenti appellationem propriam sibi fecerit. Itaque auctor Glossarii vertit Pavimentum, ψηφολόγημα, ψηφολόγητον ἔδαφος. *Casaub.*

Tessellata et sectilia pavimenta] 'Sectilia' Latine vocat τὰ λιθόστρωτα, et distinguit a tessellatis. Lithostrota sectis parvulis marmorum crustis strata erant ex diversi generis et coloris marmoribus, non tinctis. Tessellata ex parvis tessellis, hoc est, calculis quadratis in varios colores tinctis. Lithostrota in pavimento solo manere, tessellata ad cameras translata, et musivi operis nomine appellata sunt. *Salmas.* Hæc ideo circumtulit inter sarcinas, ut iis Prætorii sui solum parte aliqua tegeret et sterneret in brevem usum. Adeo luxus etiam in castra Cæsaris perruperat.

CAP. 47. *Britanniam petisse spem margaritarum*] Incredibile dictu, quam in hoc genus insanierint veteres. Plin. lib. IX. c. 35. 'Fert Britannia aurum, et argentum, et alia metalla, pretium victoriæ: gignit et Oceanus margarita, sed subfusca ac liventia. Quidam artem abesse legentibus arbitrantur: nam in rubro mari viva ac spirantia saxis avelli, in Britannia, prout expulsa sint, colligi. ego facilius crediderim, naturam margaritis deesse, quam nobis avaritiam.' Tacitus.

Exegisse] Explorasse, librasse manu. Oportet igitur, ut magnæ fuerint illæ margaritæ. *Bern.*

Toreumata] Ars, quæ extantes figuras ostendebat, et extra corpus materiei prominentes, interdum totas, interdum dimidiatas, 'cælatura' dicebatur. In argenteis et aureis vasis apud veteres locum ac auctoritatem suam maxime tenuit, sed præcipue in argenteis. Græci τορευτικὴν appellant, et τόρευμα opus eo modo cælatum. *Salmas.*

Signa] Signum est e solida materia similitudo vel Dei, vel hominis, vel bruti. Statua est item e solida materia similitudo Dei tantum, et hominis. Latius igitur patet signi nomen, quam statuæ. Differunt etiam, ut puto, ratione loci. Nam quæ in foro statuta sunt, aut in alio publico et profano loco, statuæ, non signa, dicuntur: eadem in domibus, ac templis, signa vocantur potius, quam statuæ. Itaque simulacrum Herculis Tunicati, quod prope Rostra fuit, statuam Plinius appellavit: at simulacra Cupidinis et Herculis, ablata a Verre ex Heii Mamertini sacrario, signa, non statuas, Cicero nominat. lib. IV. in Verr. et omnino, quæ sustulit Verres ex ædibus Deorum, signa semper vocat Cicero, nunquam statuas. *A. Manutius.*

Tabulas operis antiqui] Picturas: Timomachus Byzantinus pinxit Cæsari Ajacem, et Medeam, vendiditque eas tabulas talentis octoginta, quas Cæsar posuit in æde Veneris genitricis. *Plinius.*

Animosissime] Ut precio non parceret, et impensas minime vereretur. Sic animosior emptor. Ea ratione Græcis μεγαλοψυχεῖν est, magnifice liberalem esse. Contra, μικρόψυχοι, tenues, sordidi, parci, avari. *Bern.*

Servitia recentiora] Græci dicunt ἀμφελείους. Recentia servitia opponuntur exoletis et σκληροῖς, τετριβηκόσι, quos Græci κάλλωνας dixerunt. *Casaub.*

Et cujus ipsum puderet, sic ut rationibus vetaret inferri] Sæpe usu venit, ut scelus pecunia redemtum, aliaque talia, ex ipsis auctorum tabulis probarentur: vel vide orationem pro Cluentio. Circumspectiores, quod in Cæsare hic notat Suetonius, quæ male et nequiter emerant, vetabant rationibus inferri a dispensatore: aut sub falsis titulis jubebant inferri, ut de Vespasiano scribit noster. Græci vulgo ἐλλόγια. Quam vocem Romani fecerunt usu suam, et dixerunt elogium, vel, quod pridem obtinuit, elogium. Nam plane nihil elogium quam ἐλλόγιον, titulus, causæ brevis explicatio, præfatio: et ita sæpe Valerius Max. præfationem pro elogio usurpat. *Casaub.*

CAP. 48. *Uno, quo sagati palliatique; altero, quo togati*] De comitibus Cæsaris hoc accipit, et ea quæ dicebatur cohors prætoria. Igitur per togatos intelligit honestiores e comitatu: puta, consulares prætorios, Senatores, Legatos, et Quæstores: per sagatos et palliatos, turbam omnem reliquam, id est, homines militares, atque etiam Græcos. *Casaub.* Pallium Græcorum quatuor angulos habuit, duos in ima ora, duos in summa. Saga quoque militaria quadrata, et saga Gallica, et paludamenta imperatorum. At toga Romanorum rotunda erat: ideo pallium 'teres' eam vocat Tertullianus. Hæc nullum angulum in imo habebat, sed cohibiti circumcirca remeans ambitu: et clausa undique, omnia corporis contegebat. *Salmas.*

Domesticam] 'Domum suam coërcere haud minus arduum est, quam provinciam regere,' inquit in Agricolæ vita capite 19. Tacitus. Imo Cato major, 'majorem,' inquit, 'esse laudem boni patris-familias, quam magni Senatoris.' *Bern.*

Pistorem] Pistorem et coquum apud antiquos eundem fuisse accepimus. Iidem pistorem habebant in numero servorum. Unde ait Jurisconsultus, de legatis III. 'Si quis servos habuerit proprios, sed quorum operas locabat, vel pistoricas vel histrionicas, servorum appellatione etiam hos legasse videtur.' *Beroald.*

Quam sibi panem] Ingenium Cæsaris longe diversum a convivatoris illius moribus, cujus meminit libro II. epist. 6. Plinius, 'qui sibi et paucis opima quædam, cæteris vilia et minuta ponebat in cœna.' Atqui, quod præcipit ibidem Plinius, 'cunctis rebus exæquandi sunt, quos toro et mensa æquavimus.' *Bern.*

Capitali pœna] Exemplum simile de jure patronorum in libertos apud Valer. Max. habemus libro VI. cap. I. *Lipsius.*

CAP. 49. *Nicomedis*] De quo supra cap. 2. *Bern.*

Gnæi tamen] Nam etsi serio hanc prostratæ Regi pudicitiæ maculam a se Cæsar amovere conatur apud Dionem lib. XLIII. tamen id frustra fuit. Adeo famæ fideique damno mederi difficile est. *Idem.*

Pædicator] Nicomedes. Puderis minime virginei verbum, ut et e sequentibus aliquam multa, quibus proinde explicandis consulto manum abstinemus. *Idem.*

Actiones] Orationes in Cæsarem. *Idem.*

Pellicem reginæ] Pellex, ut inquit Jurisconsultus, illa vulgo appellatur, quæ cum eo, cui uxor sit, corpus miscet: inde apud Oratores et Poëtas pellex non tam viri, quam uxoris nuncupatur. Cicero: 'Uxor generi, noverca filii, filiæ pellex.' *Beroald.* *Reginæ*] Uxoris Nicomedis. *Bern.*

Bithynicum fornicem] Id est, lupanar regis. Fornicem enim appellamus cellam meretriciam. Inde fornicatio, et fornicari derivantur. *Beroald.*

Quibus proscripsit] 'Proscribere' dicitur de edictis magistratuum loco publico positis. Cicero ad Atticum: 'proscripsit ille se per omnes dies comitiales de cœlo servaturum.' Græci pro eo et προγράφειν dicunt et στηλιτεύειν: unde programmata. *Casaub.*

Collegam] Cæsarem. *Bern.*

Bythynicam] Nicomedis uxorem. *Idem.*

Eique regem, &c.] Nicomedem regem antea amasse: nunc regnum Romæ adfectare, eversa libertate. *Idem.*

Valitudine mentis] 'Sapientiæ ægritudinem' vocat Plinius lib. VII. c. 51. Sic apud Justinum lib. II. c. 7. 'Solon subitam dementiam simulat, cujus venia non dicturus modo prohibita, sed et facturus erat.' Tacit.

vi. Annal. 24. 'Drusus, alienationem mentis simulans, quasi per dementiam, funesta Tiberio imprecabatur.' *Idem.*

Ad cyathum] Cyathissasse Nicomedi, Ganymedem et pincernam ei fuisse. *Idem.*

A satellitibus cum in cubiculum regium eductum] A cœna surgens Cæsar in ξενῶνα sive hospitale cubiculum sibi assignatum recesserat: si nihil aliud, saltem ut pudori suo consuleret: inde postea per satellites est eductus, et ad regem deductus. De hujusmodi transitu a triclinio in cubiculum loquitur Seneca, Epistola xcv. 'Transeo puerorum infelicium greges, quos post transacta convivia aliæ cubiculi contumeliæ exspectant.' *Casaub.* *Eductum*] Malim, cum Torrentio, *deductum*. Et quid si *perductum?* Certe hic lenocinii res est, et perductores non multo lenonibus honestiores. Glossarium vetus: μαστρωπεύω, *lenocinor, perduco:* μαστρωπὸς, *leno, perductor*. Quanquam et 'deducere' idem significat. *Bern.*

A Venere orti] Cæsaris, qui se Venere ortum jactabat, ut est supra c. 6. *Idem.*

Nysæ caussam] Alii, *defendenti enixe caussam*. Adverbium heic in proprii nominis locum velut per oppressionem invasit, cum in antiquis libris *Nysæ caussam* plane perspicueque scriptum reperiamus. Nysa enim, ut opinor, Nicomedis filia vocabatur, vel potius filius, si Sallustio fidem habemus. *Turneb.*

Dederis] In verbo 'dare' morsus. Est enim inter obscœna, ut et Græcorum παρέχειν. Sic Martial. ii. Epigr. 25. 'Quæ quia non licuit, non dedit, illa dedit.' *Bern.*

Qualia currum prosequentes jlocaliter canunt] Tacitus vocat 'facetias.' His forte in triumphali pompa olim datus locus, ut inter præmia virtutis triumphator, modestiæ caussa, vitiorum quoque, quibus sine nemo nascitur, admoneretur. Ne, scilicet, sibi nimium placeret. Ita enim loquitur Juvenalis Satyr. x. ubi caussam reddit, cur triumphali curru etiam servus fuerit portatus; 'et sibi Consul Ne placeat, curru servus portatur eodem.' *Boxhorn.* *Jocnlariter canunt*] Moris hujus, ut milites jocularia quædam carmina et dicteria in suos imperatores triumphantes jacerent, extant apud Livium aliquot exempla, ut lib. iii. c. 29. iv. 53. Et recte Tacitus lib. iv. Annal. c. 34. 'Convitia, si irascare agnita videntur: spreta exolescunt.' Adde Martial. lib. i. epigr. 6. *Bern.*

Subegit] Verbum subigere anceps est. *Idem.*

Cap. 50. *Sumtuosum*] Magnas impensas fecisse causa libidinum. *Idem.*

Uxorem] Mutiam. *Idem.*

Ægisthum appellare] Adulterum. Ad personarum qualitatem alludit: nam Ægisthus et sacerdos fuit, et absentis Agamemnonis conjugem Clytemnæstram adulteravit. Sic Cæsar pontifex maximus Pompeio tum Imperatore absente Muciam corrupit. *Sabell.*

Filiam] Juliam. *Bern.*

M. Bruti matrem Serviliam] Servilia Catonis Uticensis soror, Marci Bruti fuit mater, quam Cæsar adhuc adolescens amavit: et cum eo tempore, quo hic amor fervescebat, Brutus sit natus, quodammodo creditus est e Cæsare genitus. Plutarch.

Sexagies HS. margaritam mercatus est] Hæc summa, juxta Budæum, centum quinquaginta millia coronatorum facit. Nam, quemadmodum cum a sestertiis ad sestertia fit transitus, numerus millies multiplicatur, sic, cum per adverbia demum enunciamus, sestertia singula centuplicata crescunt. Ergo, cum dico sexagies sestertium, intelligo sexagies centena sestertia: in singula autem sestertia xxv. coronatos taxandos constituit Budæus. *Lipsius.*

Ex auctionibus hastæ] Venditionibus publicis bonorum. Nam bona condemnatorum, quæ adærarium deferebantur, edictis publicari solebant, hoc est, publice venalia proscribi aut proclamari: et tandem publicata interdum aversione, interdum sectione, hasta posita distrahebantur. Sectores damnatorum bona emebant aversione, quæ rursus sectione distrahebant; aversione quidem una pertica, sectione vero distincte gradatimque. Et erat quidem tanta apud Romanos hujusmodi sectionis auctoritas, ut per eam legitimum dominium statim acquireretur. Auctor est enim Varro de re rustica libro II. dominium sex fere res perficere, nimirum 'hæreditatis aditionem, mancipationem, in jure cessionem, usucapionem, e præda sub corona distractionem, denique sectionem.' *Popma.*

Nummo addixit] Addicere idem est, quod venundare. Recte vero, qui non *minimo*, sed *nummo* legunt. Est enim proverbiale, 'Nummo addicere,' quod nostrates dicunt, fragmento panis vendere: quod donationis est instar, cum obtentu venditionis rem donantes, invidiam donationis vitamus, aut pudori accipientis consulimus. Meminit Ulpianus in l. Si quis, infra, Locati, 'Si quis conduxerit nummo uno, conductio nulla est.' *Budæus.*

Quo melius emtum sciatis, tertia deducta est] Melius emere, est viliori pretio emere. Sensus est, eos qui pretii parvitatem mirarentur quo prædia emerat Servilia, magis miraturos si sciant tertiam esse deductam: hoc est, de illo ipso pretio tertiam partem a venditore Cæsare fuisse remissam. Hæc simplex sententia horum verborum: in quibus latet Ciceronis jocus propter ancipitem notionem vocum 'Tertia,' quæ et erat filia Serviliæ, et 'deducere.' Casaub. V. C. habet *Quo vilius, &c.* quod magnopere placet. *Ursin.* *Tertia deducta est*] Ambiguitate igitur quæsita est urbanitas, cum hæc aut ita possint intelligi, quod ad Cæsarem deduxerit Servilia filiam suam Tertiam, vel quod Cæsar de minimo illo precio prædiorum, quæ Serviliæ addixerat, partem tertiam insuper deduxerit, detraxerit, remiserit. Adde Turneb. lib. III. Advers. cap. 22. *Bern.*

Conciliare] Conciliatrices et conciliatores lenones vocantur. Conciliaturas facere, est Lenocinium exercere. *Lips.*

CAP. 51. *Mœchum calvum*] Quare salaces calvi, et contra, videndus Aristoteles lib. v. de generat. animal. cap. 3. et sect. 4. problem. 19. *Bern.*

Effutuisti] Scortando facultates consumsisti. Pleræque edit. *emisti.* At quæ religio est, ita lasciviam verborum fugere, ut veteres scriptores suis verbis loqui nolis? Si æmulari non libet, nec licet, saltem ne suis locis invideantur. Neque enim charta erubescit. Hanc eandem sententiam cum de eodem Julio redderet Catullus, 'expatrare' dixit, quod tantundem est atque effutuere. Significat igitur, Cæsarem auro suo parasse, quibus ipse culcitra esset. *Palmerius.*

CAP. 52. *Bogudis*] Regis Mauritaniæ, qui partes Cæsaris in Africo bello juvit. A. Hirtius in bello Afric. *Bern.*

Naso] Estne hic ille M. Actorius Naso, cujus supra quoque, cap. 9. meminerat autor? Ita videtur, etsi turbat aliquantulum varietas lectionis. *Idem.*

Eadem nave thalamego] Quales habebant paratas Ægypti reges DCCC. vide Appianum in prooemio. Similes, si usum spectes, veterum Gallorum paradæ, de quibus Ausonius et Sidonius. Item illa Neronis, de qua Plutarchus Περὶ ἀοργησίας. *Casaub.* Talem, teste Athenæo, Ptolemæus Philopater habuit, longitudine semistadii, latitudine XXX. cubitorum, alti-

tudine paulo minus XL. Seneca libro VII. de Beneficiis 'navem cubiculatam' vocat. Tali, vittata insuper, Platonem ad se venientem excepit Dionysius tyrannus. *Torrent.* Visitur et Venetiis, in patria nostra, navis, huic Ægyptiæ persimilis, cui Bucentauro est nomen, qua princeps et senatus vehi solent occursuri principibus viris angustissima specie. *Bapt. Egnatius.* *Thalamego*] Θαλαμηγὸς navis, παρὰ τὸ ἄγειν τὸν θάλαμον, ita dicta, quod instructa sit thalamis et cubiculis. *Bern.*

Nisi exercitus sequi recusasset] Attende loquendi genus, 'Ægyptum pæne penetravit, nisi exercitus sequi recusasset,' pro, factumque esset, nisi: 'penetravit' igitur est, penetraturus fuit. Sic in Galba cap. 10. *Casaub.*

Nomine suo] Dictus autem fuit Cæsaris hic ex Cleopatra filius, Cæsario, ut habet Dio libro XLVII. et noster in Aug. 17. Quomodo etiam hodie Magnatum nothi nomina parentum non integra, sed nonnihil deflexa et mutata retinent. *Bern.*

Similem] Similitudinem formæ non semper esse certum in designando progenitore argumentum, ostendit epigramma lepidum Thomæ Mori, ad Sabinum, qui puerum sibi simillimum genuinum falso credidit, dissimiles cæteros adulterinos. Initium epigrammatis longiusculi est: 'Quos ante conjux quatuor,' &c. *Idem.*

Quæ scire C. Matium] Is familiaris Cæsaris fuit, et quidam Ciceronis ad eum exstant epistolæ; citantur et a Gell. lib. XV. cap. 25. in mimiambis, et a Varrone proferuntur ejus versus. *Turneb.*

Librum edidit, non esse Cæsaris filium] Atqui Antonius Oppii testimonio probare voluit esse Cæsaris filium. Aut ergo tollenda est negatio, quod Giarenno videtur, aut fatendum est Oppium aliter scripsisse quam Antonius diceret. *Torrent.* *Non esse Cæsaris, &c.*] Bona lectio. Glareanus quidem negationem tollit, creditque scriptum ab Oppio librum, *Esse Cæsaris filium, &c.* sed præterquam quod nullus manuscriptorum codicum huic correctioni favet, etiam ipsa συνέχεια narrationis adversatur. Ait Suetonius, Cæsarionem verum Cæsaris e Cleopatra filium fuisse patere, cum ex impositione nominis, tum formæ similitudine, tum denique ex affirmatione Antonii, qui ad conscientiam ac testimonium amicorum Cæsaris provocarit: ex his tamen Cæsaris amicis C. Oppium, ut ostenderet, falso suum testimonium allegari, edito libro demonstrasse, 'Non esse Cæsaris filium quem Cleopatra dicat.' Sane quidem Oppius non fecisset amici hominis officium, si contrarium demonstrare voluisset. Nam hujusmodi Magnatum nothi 'quasi libidinem exprobrantes aspiciuntur,' ut in re dissimili loquitur Tacitus lib. XIV. Annal. cap. 62. *Bern.*

Liberorum quærendorum] Formulam hanc in nuptiis legitimis solemnem, ac nuptialibus etiam tabulis exprimi solitam fuisse, præter ea quæ Brissonius de formul. lib. VI. pag. 605. habet, ostendunt etiam hæc Augustini, lib. XIV. de Civit. cap. 18. 'Quid concubitus conjugalis, qui, secundum matrimonialium præscripta tabularum, procreandorum fit causa liberorum?' Verus enim hic est conjugii finis, ex quo et matrimonium ominis causa sic dicitur: et a Græcis definitur σύνοδος ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς κατὰ νόμον, ἐπὶ γνησίων τέκνων σπορᾷ. *Bern.*

Quas et quot vellet ducere liceret] Dicit 'quas,' quia illi, et civi Rom. et senatori, non cum omnibus jus fuit connubii: puta, cum ea quæ esset sanguine propius juncta, cum peregrina, cum liberta aut serva. Dicit 'quot,' quia legibus Rom. non permissa πολυγαμία. Primus omnium Romanorum, ut Plut. ait, Antonius

duas simul uxores habuit. In plerisque codd. etiam Viterb. *vellent* scriptum, non *vellet*. Ea lectio confirmatur veteri exemplo Semiramidis, quod refert Orosius: item exemplo Valentiniani Imp. qui, ut duas ipse posset uxores ducere, lege lata id omnibus permisit. Auctores Socrates, Nicephorus, alii. Simile est quod de Claudio narratur lib. v. cap. 26. Juvat etiam quod Suetonius legem appellat, non rogationem. *Vellet* tamen præferimus. *Casaub.* *Vellet*] Nam si *vellent* retineas, generalis lex foret, sublato omni status et ordinis discrimine, quot et quas cuique civium Romanorum visum esset legitimas uxores ducere permittens. Sin autem *vellet* scribamus, ad solum Cæsarem lex ea referetur. *Bern.*

Omnium mulierum virum, et omnium virorum mulierem] Ea phrasi, qua 'multorum hominum homo' Terentio, 'multarum mulierum Jupiter' Plauto dicuntur. *Boxhornius.* *Virum, &c.*] Ad priora respicit utrumque membrum. prius quidem, 'omnium mulierum vir,' ad objecta Cæsari adulteria: posterius autem, 'omnium virorum mulier,' ad ejusdem cinædicam impudicitiam, cujus eum infamia laborasse, supra cap. 2. et 49. traditum. *Bern.*

CAP. LIII. *Ne inimici*] Ut 'inimico detrahenti credendum non est,' verbis Augustini l. III. contra Petilianum, cap. 10. sic inimico laudanti tanto credendum est magis, quod laudem eam vis conscientiæ et veritatis expresserit. *Idem.*

Indifferentem] Indifferens circa victum, Græcis uno verbo εὔκολος, vel cum adjectione εὔκολος ταῖς διαίταις, quales Plutarchus in Lycurgo dicit esse Spartanos infantes. Contrarius huic δύσκολος, propria et speciali significatione, qui fastidiose cibos eligit. *Idem.*

Ab hospite] Hospes is fuit Valerius Leo Mediolanensis, ut apparet ex Plutarcho, eadem hæc memorante in Cæs. pag. 716. *Idem.*

Conditum oleum pro viridi adpositum] Viride oleum vocabant, quod ex acerba premitur olea, nec matura; nam istud censebant vulgare, et Romanicum dicebant, ut est, apud Catonem. Virgil. 'et amara pausia bacca.' Servius, 'de pausia viride oleum fit.' Græci, quod sciam, ἔλαιον χλωρὸν non dixerunt, pro optimo oleo: at Hebræi pariter cum Latinis, שמן רען, hoc est, *oleum viride*: quod Græci Latinique interpretes varie expresserunt. *Casaub.* Viride oleum premitur circa mensem Decembrem, quod acerbum est, neque conducit rationibus patrisfamilias, quoniam exiguum fluit: viridis autem notæ tunc conficere expedit, cum satis fluit: et pretio pene duplicat domini reditum. Columella. Vide et Luisinum lib. II. parerg. c. 16.

CAP. 54. *Abstinentiam*] Rapinarum scilicet. Utitur hac voce in eadem significatione Tacitus, Agric. c. 9. 'Integritatem atque abstinentiam in tanto viro referre, injuria virtutum fuerit.' Talis fuit C. Gracchus apud A. Gellium lib. XV. c. 12. Diversus ab his Cæsar: diversissimus Varus, qui pauper Syriam divitem ingressus, dives pauperem reliquit. Vell. Paterc. lib. II. c. 112. *Bern.*

In Hispania a Proconsule, et a sociis pecunias accepit] Intelligo extortam Proconsuli, cui succedebat Cæsar, pecuniam, injecto calumniarum metu: cum metueret iste, quisquis tandem fuerit, Proconsul, ne Romam reversus lege repetundarum interrogaretur. Porro Hispaniam ulteriorem ex prætura sortitus est Cæsar; cum illam Proconsule rexisset, cui succedebat. neque enim eædem perpetuo aut prætoriæ provinciæ fuerunt aut Proconsulares: cujus rei exempla in historia Romana non pauca. Est etiam quando auctores eum, qui ex prætura provinciam fuerit

nactus consularem, rexisse illam Proconsule, vel Proconsulatum administrasse dicant. *Casaub.*

Diripuit hostiliter] Præter jus fasque. Nam, ut ait Æmilius apud Livium lib. XXXVII. c. 32. 'Captæ, non deditæ, diripiuntur urbes: et in his tamen arbitrium est imperatoris, non militum.' *Bern.*

Fana] Antiqui 'fana' templa dixerunt, sive a Fauno, qui, authore Probo Grammatico, primus conditor fuit: sive a fando, quia, ut scribit Festus, dum pontifex maximus templum dedicat, certa verba fatur. Fana autem et templa hoc in loco separavit, sejunxitque perinde ac diversa. Sunt enim templa proprie loca per augures constituta. Apud Romanos Senatusconsultum fieri non poterat nisi in templo: et, ut ait Varro, et repetit Gellius in XIII. 'non omnes ædes sacræ templa sunt: neque ædes Vestæ erat templum.' *Beroald.*

Expilavit] Thucydides lib. IV. scribit, institutis legibusque Græcorum, id ab omnibus observari, ut, qui aliorum regionem cum armis ingrediuntur, in ea templis abstineant. Jure tamen civili Romanorum, templa, et sepulcra, et omnia ejusmodi capta ab hostibus, desinunt esse sacra et religiosa, ut ex l. cum loca. ff. de relig. et sumpt. fun. et l. IV. ff. de sepulcr. violat. ostendit Pet. Faber in semestr. lib. II. c. 4. quem vide. *Bern.*

Ternisque millibus nummum in libras promercale] Autor ostendit, Cæsarem ex rapinis auro sic abundasse, ut non ipsi modo satis esset, sed haberet insuper, quod aliis divenderet, idque vili satis pretio: hoc est, ut in singulas auri libras septem argenti et selibra penderetur. Est autem 'promercale,' quod præter usui suo necessaria paterfamilias aliquis venale habet. *Budæus.* An *quaternis millibus* legendum est, ut argenti proportio ad aurum decupla fuerit? Quaterna enim millia nummum argenteorum centum aureos nostrates valent, non tamen solidos, id est, adempto *lagio*, ut verbum hoc usurpem vulgare: an *ternis* omnino *millibus* tueare? ut hac ratione tria nummum millia septem libras et selibram conficiant, id est, septuaginta quinque Venetos aureos; ut tantam auri vim ex Gallicis spoliis Romæ invectam putes, ut auri pretium imminueretur, argenti cresceret. *Bapt. Egnatius.*

Tria millia pondo auri furatus e Capitolio] Apud Plinium capite primo libri XXXIII. simile furtum narratur M. Crassi, qui suo et Cn. Pompeii tertio consulatu duo millia e Capitolini Jovis solio rapuit, a Camillo ibi condita. Solebat autem coronarium aurum, atque etiam, ut videtur, triumphale, aut pars illius, in Capitolini Jovis cellam referri. *Casaub.* Pondo aliquando pro pondere accipitur: aliquando significat libram: unde antiquitus 'duapondo,' et 'tripondo,' usque ad Quintiliani ætatem ab omnibus dictum est: et recte dici Messala confirmat. Hic pondo pro libris accipitur. *Beroald.*

Societates] Ut nempe vel Socius, vel Rex appellaretur aliquis a Senatu Rom. id precio erat a Cæsare emendum. *Bern.*

Ptolemæo] Ptolemæum Auletem accipe; qui pulsus regno, restitutus fuit per Gabinium, Cæsare et Pompeio suffragantibus. Cæterum ejusmodi Reges, quorum vis et potentia pendebat ex auctoritate Romana, nomine Reges, non reipsa fuere: nec jure Majestatis, (ut nunc loquimur,) utpote quæ absoluta nec superiorem agnoscente potestate constat, gavisi sunt. *Idem.*

Munerum] Spectaculorum exhibitorum. Dictum supra, c. 10. *Idem.*

Eloquentia militarique re, &c.] Alii, *Eloquentiæ militari: quare, &c.* Tenuis, imo falsa laus; et Cæsarem etiam forensi eloquentia valuisse usque eo scimus, ut ambiguam facere palmam

potuerit Ciceroni. Sed et caussas olim in foro egit: testes, Cicero pro C. Ligario et Quinctilianus. Emendo igitur, *Eloquentia militarique re aut æquavit*. Bene et vere Suetonius. Duas enim virtutes celebrat. Eloquentia quidem, ait, attigit summorum gloriam: re militari excessit. *Lipsius.*

Dolabellæ] Quem Cæsar ætatis anno 21. luculenta oratione, repetundarum postulavit. Supra, c. 4. *Bern.*

Principibus patronis] Quales tum erant Cicero et Hortensius. Qui defendit alterum, aut patronus dicitur, si orator est: aut advocatus, si aut jus suggerit, aut præsentiam suam commodat amico: aut procurator, si negotium suscipit: aut cognitor, si præsentis causam novit, et sic tuetur ut suam. *Asconius.*

Strabonis Cæsaris] C. Julii, gentilis sui, veteris oratoris, cujus Cicero non uno loco meminit, et semel iterumque Priscianus. Præclare Seneca Epist. 2. 'Certis ingeniis immorari et innutriri oportet, si velis aliquid trahere, quod in animo fideliter sedeat. Nusquam est, qui ubique est. In peregrinatione vitam agentibus hoc evenit, ut multa hospitia habeant, nullas amicitias. Idem accidat necesse est iis, qui nullius se ingenio familiariter applicant,' &c. Sed hoc nimirum in adolescentia studiorum: ubi, ex præcepto Plinii l. VII. epist. 9. f. 'multum legendum est, non multa.' Nam si profeceris, tum demum licebit, opinor, plurium, quos imitemur, bona ponere ante oculos, ut aliud ex alio hæreat: et quo quidque loco conveniat, aptemus. *Bern.*

Sardis] *Sardinia*, Mediterranei maris insula: cujus incolæ, Sardi. *Idem.*

Ad verbum] 'Prudentis esse, quod in quoque optimum est, si possit, suum facere,' Quintilianus x. c. 2. dicit. Sic Cicero Demosthenem et Isocratem imitatus est: Virgilius Homerum, Theocritum, Hesiodum: Horatius, Alcæum, Pindarum, alios. Ne quis igitur in Cæsarem nostrum torqueat illud Horatii l. I. Epist. 19. 'O imitatores, servum pecus!' &c. Quod non nisi ad eos pertinet, qui vel ita sunt hebetes ac perversi, ut vitia pro virtutibus imitentur: aut ita timidi superstitiosique, ut ab eorum, quos sibi proponunt imitandos, vestigiis ne hilum audeant abire. *Idem.*

Transtulit in Divinationem] Sic prima Verrinarum 'Divinatio' inscribitur: quia, ut author est Asconius, non de facto quæritur, sed de futuro, quæ est divinatio, uter debeat accusare, Cicero, an Cæcilius. Alii putant divinationem dici, quod res agatur sine testibus, et sine tabulis, et his remotis, argumenta levia sequantur judices, et quasi divinent.

Pronuntiasse] Patet ex hoc loco, *Pronunciationem* non vocis modo, sed et motus gestusque esse. Hæc Ciceroni 'actio:' pars oratorii officii præcipua: siquidem et Demosthenes, quid esset in toto dicendi opere primum, interrogatus, pronunciationi palmam dedit, eidemque secundum ac tertium locum, donec ab eo quæri desineret: ut eam videri posset non præcipuam modo, sed prope solam, judicasse. *Bern.*

Voce acuta, &c.] Et vocis acumen, et motus ardor in Cæsare Physiognomica sunt indicia 'vigoris ignei,' qualem ei Plinius quoque tribuit lib. VII. c. 25. ut et Quintil. 'Tanta in Cæsare vis est, id acumen, ea concitatio, ut illum eodem animo dixisse, quo bellavit, appareat. Exornat tamen hæc omnia mira sermonis, cujus proprie studiosus fuit, elegantia.' *Idem.*

Temere] Per errorem, ἀβασανίστως, inconsiderate. *Idem.*

Actuariis] Acta publica sunt, quibus in judicio gesta mandantur. Hinc Actuarii, quia acta scribebant, et oratorum ac patronorum actiones inter dicendum excipiebant. Iidem exceptores a notis dicti Notarii: quia compendio quorundam punctorum, signorum, et minutarum figurarum,

verba aut vim syllabarum comprehendebant. *Idem.*

Cum ex persona] Est qui longe aliter: *cum ex persona Metelli sermo sit, Cæsarem seque, &c.* Quam lectionem (haud scio tamen an ullo Ms. adjutam) aliquo modo ista inscriptio probabilem facit: 'Oratio quam scripsit Metello.' *Idem.*

Apud milites] Istiusmodi militares orationes Xenophon, ipse dux egregius, improbare videtur, cum lib. III. pæd. Cyrum hæc dicentem facit: 'Nulla adeo fortis et efficax invenitur hortatio, quæ ignavos uno diei momento immutet, et ex segnibus fortes reddat, peritosque earum rerum ac artium, quæ in bello requiruntur, nisi diu ante meditati illas fuerint.' Quem ad locum respexit forte Sallustius, cum Catilinam in ejus vita c. 58. inducit ista pronunciantem: 'Compertum ego habeo, milites, verba virtutem non addere: neque ex ignavo strenuum, neque fortem ex timido exercitum, oratione imperatoris fieri: sed quanta cujusque animo audacia natura aut moribus inest, tanta in bello patere solet.' Quod paucis Marius apud eundem autorem, in Jug. c. 85. 'Timidis verba virtutem non addunt.' Ita ut Fabius Consul 'pugnando potius, quam adhortando, militum animos accendendos esse' statuat apud Livium lib. II. c. 46. f. Verum enimvero etsi verba virtutem non addere largimur, excitare tamen et exacuere, negari non potest. Ut vestes corpus non calefaciunt, nisi ei nativi caloris aliquid insit ante: sic intus et in animo aliquid esse fortitudinis oportet, quod oratione eliciatur. Sed et seditionis militum remedium præsentissimum eloquentiam, exempla docent apud Tacitum lib. I. Annal. c. 19. 39. &c. *Idem.*

Priore prælio] Nam et ad Cordubam, et ad Mundam pugnatum est, ut Hirtius, sive Oppius scripsit. Nec placet ut id referas ad bellum, quod Cæsar in Afranium et Petreium prius gessit: in quo tumultuario certamine apud Ilerdam, nec totis viribus est concursum. *Sabell.* *Priore prælio*] Bellum Hispaniense adversus filios Pompeii Magni, duobus a Cæsare confectum præliis est: uno apud Cordubam, altero apud Mundam. *Idem.*

CAP. 56. *Commentarios*] Plutarchus ἐφημερίδας appellat: melius Strabo ὑπομνήματα. Est autem commentarius sive commentarium (nam utrumque promiscue dicitur) proprie scriptum, quod domi continetur, et quicquid ita conficimus, ut memoriæ tantum gratia, non plenæ narrationis, facere videamur: in quo scil. capita tantum et summas rerum annotare solemus. Quomodo in Cæsaris commentariis, res ejus non late et plene enarrantur; sed veluti perstringuntur. Cic. Verr. VII. 'Audite decretum mercenarii Prætoris ex ipsius commentario. Recita commentarium.' Postea consuetudo significationem hujus vocis amplificavit. *Hotteman.* *Commentarios*] De his qui suas ipsi res gestas describunt, operæ pretium est audire judicium Ciceronis, l. v. Familiar. epist. 12. 'Hæc sunt (inquit) in hoc genere vitia: et verecundius ipsi de se scribant necesse est, si quid est laudandum: et prætereant, si quid reprehendendum est. Accedit etiam, ut minor sit fides, minor auctoritas: multi denique reprehendant.' Ergo 'Jucundissima laus est, quæ ab aliis proficiscitur: propria vero laus odiosissima est,' inquit Xenophon apud Plutarchum. *Bern.*

Hispaniensis] Subaudi hic, belli. *Idem.*

Oppium, Hirtium] De autore libellorum istorum, qui adjuncti commentariis Julianis, Justus ille Lipsius Elector. l. II. c. 22. ita sentit, non esse prolem unius ejusdemque partus, utut autor noster id hoc loco innuat. Diversos enim hos inter se

abire, toto narrationis sermonisque contextu. Ac Hispaniensis quidem belli scriptorem totum esse militari quodam et horrido stylo: Africi vero non inter illos tantum eminere, sed inter pleraque Romana scripta. Ita tersa in eo, et ad Comicum morem pura dictio; simplex, cohærens, et candida narratio; nihil quæsiti coloris aut fuci: nec libellum alium esse magis ad genium prisci ævi, &c. *Idem.*

Novissimum] Ultimum, qui est octavus: cujus autorem Hirtium esse, præfatio ejus ad Balbum aperte significat. *Idem.*

Nudi sunt, recti, &c.] Sine pigmentis oratoriis, sine vestitu scriptionis cultiore: sed quemadmodum fœmina pulchra nuda est quam purpurata pulchrior, ita Cæsaris Commentarii nudi sunt venustiores,' pulchrioresque, quam scripta aliorum fucata, et vestitu oratorio condecorata. Gellius sermonem Cæsaris 'castissimum' vocat. *Beroald.*

Calamistris] Calamistri, quod his calefactis in cinere, capillus ornetur: qui ea ministrabat, a cinere, cinerarius est appellatus. Varro. *Calamistris*] Hoc loco μεταφορικῶς affectatum orationis ornatum significat. *Bern.*

Sanos] Integri judicii homines. *Idem.*

Hirtius] Locus Hirtii, quem designat autor, extat in præfatione illa, quæ est ad octavum librum Paraleipomenων seu Derelictorum de bello Gallico. *Idem.*

Parum integra] 'Id Historiæ veritas est, quod animantibus oculus. Δυσθήρατον ἱστορίᾳ τ' ἀληθές. Historiarum scriptori difficilis investigatu res est veritas: cum posterioribus præteritum tempus cognitionem rerum præripiat: qui vero vivunt ætate ejus, cujus vitam aut acta describunt, ii partim invidia odioque, partim gratificandi studio et adulatione corrupti, veritati officiant.' *Idem.*

Memoria lapsus] Cæsarem animi vigore præstantissimum, omniumque capacem fuisse: epistolas magnarum rerum quaternas, aut, si nihil aliud ageret, septenas, pariter librariis dictare potuisse scribit Plinius l. VII. c. 25. Talem virum memoria lapsum, præsertim in describendis propriis rebus, nemo facile mihi persuaserit. Atque adeo totum hoc Pollionis Asinii de Cæsaris commentariis judicium satis malignum et livore suffusum videtur. *Idem.*

De analogia] Analogia est verborum similium declinatio similis, definitore Varrone, l. IX. de ling. Lat. sub finem: quibus in libris idem doctissimus autor et pro analogia et contra eam subtilissime scripsit ad Ciceronem, quod etiam fecerunt Aristarchus et Crates, illustres Grammatici. *Idem.*

Anticatones totidem] Cicero librum scripsit, cui titulus est Cato: quo Catonis Uticensis laudatio continebatur: hoc cum mœrore angeret Cæsarem, propterea quod præconia Catonis suam esse ducebat vituperationem, duos libros scripsit in Catonem, crimina Catoniana complexus, qui 'Anticatones' inscribuntur. *Beroald.*

Iter] Itinerarium vulgo, quod Græcis *hodœporicon*. Cujusmodi, præter hoc Cæsaris, alia plura scripta sunt a veteribus. Sic Ulpii Trajani Dacica itinera a seipso, quorum apud Priscianum mentio. Extant et Antonini profectiones per varias orbis terrarum partes. Ita Brundusinum suum e Roma excursum Horatius, et navigationem in Miletum Ovidius descripsere. *Bern.*

Primos] De analogia duos. Mirum, id eum potuisse, in mediis istis bellorum turbis. Sic Scipio, semper inter arma ac studia versatus, aut corpus periculis, aut animum disciplinis exercuit. Vell. Paterc. lib. I. cap. 13. *Idem.*

Sequentes] Anticatones. *Idem.*

Mundensis prælii] Julianus sub pel-

libus solitus quædam scribere de nocte ad æmulationem Cæsaris. Amm. Marcell.

Novissimum] Iter. *Bern.*

Hispaniam ulteriorem] Bæticam. *Idem.*

IV. et XX.] Strabonis et Appiani auctoritate nixus Casaub. hunc numerum ponit: *VII. et XX.* Idem.

Ad paginas et formam memorialis libelli convertisse] Eadem fuit forma epistolarum vulgo: quod declarant Ciceronis epistolæ: in quibus 'extrema pagina' valet extrema pars epistolæ: sic alibi paginæ in epistolis nominantur. Quod si impleta pagina superesset aliquid, tum vero transversa charta scribebant in margine, prorsus ut hodie fieri interdum solet. *Casaub.* Intellige Cæsarem scripsisse primum epistolas capitulatim, ut singularum rerum singula capita annotaret, conficeretque seorsum, ac separatim, ne structura, et series continens perpetuaque decurreret, sed membratim summas rerum, et quasi capita contineret epistolæ, instar memorialis libelli. *Beroald.*

Transversa charta] In forma patente, ut vulgo loquimur: prout etiam hodie scribuntur epistolæ. Sed Cæsar compaginavit, ut libelli memorialis usum præstare possent. Vide Brisson. formul. l. VIII. p. 854. et seq. *Bern.*

Per notas scripsit] Varii sunt nostris temporibus occulte scribendi modi, et præcipue per cifra, seu *ziffra* vulgari appellatione; cujus rei usum etiam apud antiquos fuisse, constat ex præsenti Suetonii loco, et ex Gellio etiam, qui 'furtivas litteras' vocat, et 'furtiva scripta.' *Marc. Donat.*

Feruntur] Traduntur. *Bern.*

Et a puero] *Et a puero* Torrentius indicat in duobus codd. abesse: nec abest incommode. *Idem.*

Laudes Herculis] Macrobius libro primo, capite vigesimo, Herculem scribit esse Solem, idque ex nomine clarescere. *Her* enim nihil aliud est, quam ἥρας, id est, aëris, κλέος, id est, gloria. Porro non alia est aëris gloria, quam Solis illuminatio. Idem dictus est duodecim labores confecisse, quia Sol annuo cursu duodecim signa Zodiaci lustrat et conficit. *Beroald.*

Item Dicta collectanea] Alibi notamus quosdam Græcorum libros edidisse, ἰσοδυνάμῳ indice, Ὑπομνήματα τῶν σποράδην λεγομένων. Fortasse tamen verius est, eum librum intelligi, quem Ἀποφθεγμάτων vocat Cicero in epistola ad Pætum. Nam quod volumina dicuntur illi Suetonio libelli, non debuit ea res quenquam movere. Volumen Latinis est omnis sectio major, sive liber sit, sive libri pars. *Casaub.*

CAP. 57. *Equitandi peritissimus*] Equitandi usus ei ex pueritia facilis extitit, ut, reflexis in tergum manibus, equum velocissimis concitare cursibus consueverit. Plutarch.

Capite detecto] Ita Silius Italicus lib. I. Punicor. Annibalem ait 'Vertice nudo Excipere insanos imbres, cælique ruinam.' Ita Masinissam Numidiæ Regem ab hac firmitudine commendat Cicero in lib. de Senect. quod nonaginta annos natus, nullo imbre, nullo frigore adduci potuerit, ut capite operto esset. *Bern.*

Incredibili celeritate] Cæsar, Alexandri Magni laudum æmulus, eum hac quoque re fuit imitatus. De quo Curtius l. VI. 'Nullam,' inquit, 'virtutem Regis istius magis quam celeritatem laudaverim.' Idem, quo pacto tantillo tempore tanta gessisset, interrogatus, respondit, μηδὲν ἀναβαλλόμενον, *nihil procrastinando.* Eo laudis nunquam evadent, qui, quod de Fabio Valente Tacitus habet lib. III. Histor. c. 40. 'inutili cunctatione, agendi tempora deliberando consumunt.' *Idem.*

Expeditus] Nullis impedimentis oneratus. *Idem.*

Meritoria rheda] Pretio conducta. Rheda quatuor rotas habebat, ut cisium duas, auctore Isid. propterea Græci in rebus Romanis τετράκυκλον appellant. Dionis interpretes pudendo errore *quadrigas* interpretantur: nam etsi mancipes publici cursus rhedas quasdam soliti appellare quadrigas, vel flagella, ut narrant Impp. in Codice: non tamen ferendus sit, qui viatorium τετράκυκλον *quadrigas* dicat. Separat autem Dio rhedam et ὄχημα: cum tamen ὄχημα sit nomen generis: sed accipitur pro carpento aut alio curru artificii majoris; ideo scribitur in Glossario: *ὄχημα, vehiculum, currus: ὀχημάτιον, rheda.* Alioquin et τετράκυκλον, sive rheda, ὄχημα est. Quemadmodum autem hoc genus vehiculi a rotarum numero τετρακύκλον nomen invenit: sic apud vetustissimos Æoles ab eodem numero πετόριτον dictum, et apud inferioris ætatis Græcos Latinosque δίκυκλον et birota. In Codice Theodosiano, De cursu publico: 'statuimus rhedæ mille pondo tantummodo superponi, birotæ ducenta, veredo triginta.' *Casaub.*

Centena passuum] Centena milliaria: quorum si quaterna, ut volunt, singula Germanica conficiunt; iter diurnum Cæsaris 25. nostratium milliarium fuerit oportet. *Bern.*

Nando trajiciens] Ars utilissima, qua nescio quam bene morosi quidam Orbilii, et parentes intempestive solliciti, suis interdicunt. *Idem.*

Vel innixus inflatis utribus] Hi utres vel inflabantur follibus, ut Suetonius indicat, et Xenophon, Cæsar, Livius, Florus, aliique e Latinis: vel stramentis inferciebantur; ut apud Curtium libro septimo. Postea inventi sunt a Romanis ascogephri, hoc est, pontes utribus junctis constantes: quorum descriptionem habemus in libro Notitiæ Imperii. Meminit Zosimus libro tertio, sic junctum Tigrim narrans a Joviano in reditu e Perside. *Casaub.*

CAP. 58. *In obeundis expeditionibus, dubium cautior an audentior*] Polybius libro primo Romanorum ingenia ita depinxit, ut si ejus descriptionem ad res gestas magni istius Cæsaris referas, dixeris ipsissimum Julium esse quem describat. Ita vides, quibus virtutibus et artibus Pop. Rom. orbem subegerat, iisdem esse per Cæsarem et superatum et in ordinem coactum. *Idem.*

Perspeculatus] Malim, *præspeculatus.* Congrue hoc ad istud præceptum Onosandri c. 6. 'præmittat Imperator etiam equites, scrutandis explorandisque viis: maxime cum sylvæ penetrandæ, aut circumseptæ collibus solitudines pervadendæ,' &c. *Bern.*

Nisi ante per se portus et navigationem, et accessum ad insulam explorasset] Mihi suspecta est lectio vulgata, et pro *per se* reponendum arbitror *persæpe*, πολλάκις. Non simplicem, aut levem hac in re curam, sed summam, et identidem repetitam in Cæsare, ut summo et cautissimo imperatore, auctor hic commendat. Quare et hoc ipso loco dicit, non speculatum, sed 'perspeculatum' eum locorum situs, ne exercitus incideret in itinera insidiosa. Sæpius exploranda itinera, ubi adeundæ gentes ignotæ, præsertim hactenus ignoto maritimo itinere, in quo pro diversa anni tempestate, alia atque alia incommoda offeruntur. Ut hic Britannica. *Boxhorn.*

Obsessione castrorum] Cum Q. Cicero, Marci frater, legatus Cæsaris, obsideretur: et omnia Cæsaris hyberna communi Gallorum conspiratione oppugnarentur. Qua de re Cæsar ipse l. v. Bell. Gall. c. 39, et seqq. *Bern.*

Dyrrachium inter oppositas classes transmisit] Epidamnus sive Dyrrachium in ora maris edita et saxosa conditum fuit, atque inde dictum Δυῤῥά-

χιον, hoc est, *Δυσράχιον*, quod in aspero et *ῥαχιώδει* littore situm esset. Alexander in Europa apud Stephanum : *Δυσραχίου τ' Ἐπίδαμνος ἐπ' ἀγχιάλου χθονὸς ἀκτῆς. Salmas.*

Accercendas] Advocandas Brundisio Dyrrachium, et pugnaturas contra Pompeium. *Bern.*

Solus] Quomodo et Lucanus libro v. vs. 509. 'Cunctisque relictis, Sola placet fortuna comes.' *Idem.*

Obvoluto capite] Plutarchus addit, servili, Appianus, privati hominis veste tectum fuisse. Erant enim hostes in proximo fallendi. *Idem.*

Gubernatorem] Amyclas nomen huic gubernatori fuit, ut prodidit Lucanus d. lib. v. vs. 520. quo loco luculenta planeque graphica totius rei descriptio est. Memorabile est, quod ex Plutarcho, ut solet, Appianus refert : cum iste gubernator, tempestatis vi superatus, retrocedere statuisset, Cæsarem retecto capite exclamasse : 'perge audacter :' *Καίσαρα φέρεις, καὶ τὴν Καίσαρος τύχην, Cæsarem vehis, Cæsarisque fortunam.* Id.

Cap. 59. *Immolanti aufugisset hostia*] Dirum omen hoc veteres esse arbitrabantur, quoties hostia traheret se ab aris, et aufugeret. Hinc a Lucano inter prodigia Pharsalicæ cladis hoc quoque positum : 'Admotus superis discussa fugit ab ara Taurus.' Livius quoque ait, factum esse omen cladis futuræ Flaminio Consuli, quo immolante, vitulus ictus e manibus sacrificantium sese proripuit, multosque circumstantes cruore respersit. *Beroald.* *Immolanti*] Verbum immolare sacrorum est, et, Festo interprete, significat, mola, id est, farre molito et sale, hostiam perspersam sacrare. Et hoc est, quod Seneca in Œdipo, act. ii. sc. 2. 'taurorum colla salsa mola spargere' dicit : quod factum, priusquam cæderentur. *Bern.*

Profectionem adversus Scipionem et Jubam non distulit] Caius Cæsar, ne ante brumam in Asiam navigia transmitteret, auguriis et auspiciis renitentibus, sprevit : eo facilius et navigavit et vicit. Minutius Felix.

Verso ad melius omine] Non auspicia solum, sed etiam omina imperatores observabant. Fuerunt autem omina, dicta factaque, quæ audita ac visa, ad imperatorem rem aggredientem pertinere possent : quæ cum temere essent oblata, propterea ab eo accipi, et non accipi poterant. Factum, ut illud C. Flaminii, de quo Cicero : 'Flaminius, exercitu lustrato, cum contra Annibalem legiones duceret, ipse et equus ejus concidit, nec eam rem religioni habuit :' item Cæsaris, de quo heic Suetonius. Dictum, quale illud Consulum Romanorum, de quo Livius : 'Samnites vociferari, se in auctoritate Tarentinorum manere, nec descendere in aciem. Accipere se omen, Consules aiunt, et eam precari mentem hostibus, ut ne vallum quidem defendant.' *Sigon.* *Omine*] Est vero boni ducis, metum, quo milites ex adversis ominibus conciderunt, dissolvere, ea prudenter eludendo, et in contrarium vertendo, ut Mich. Piccartus observation. dec. x. c. 8. docet. *Bern.*

Scipionum nomen] Scipio Africanus superior stipendiariam fecit Carthaginem, Africæ caput : junior funditus eam evertit. Hinc Scipio, Pompeii socer, existimabatur et ipse victor in Africa futurus adversus Cæsarem : cui proinde Cæsar alium ex Cornelia gente Scipionem opposuit. *Idem.*

Cui ad opprobrium vitæ Salutioni] Sive *Salvito*, sive *Salutio*, sive *Salattio*, cum Dione quis mavult, verba illa, 'ad opprobrium vitæ,' a Suetonio addita puto, quo significet, homini illi, quem ex gente Cornelia secum habuit Cæsar, non ob formæ cum mimo similitudinem, ut priori Scipioni, sed ob morum potius turpitudinem vitæque infamiam cognomen

hoc adhæsisse. Quanquam et nominis ratio, si veteres codices sequamur, nescio quid mimicum præ se fert, tanquam cui vita pro sale fuerit, aut ipsæ vitæ sal atque jucunditas. sic enim et Catullus suum 'salipusium' formavit, (nisi quis mecum sentiens *salicippium* legere ibi malit,) et lepide de meretricula Lucret. lib. IV. 'tota merum sal.' *Torrent.* Veram vocem et aptam opprobrio censeam, *Salacioni:* libidinosum scilicet illum homuncionem fuisse, et vitæ spurcæ atque impuræ: ita autem a salax, salacio, ut a senex senecio, et talia. *Lipsius.*

Cap. 60. *Ex occasione*] Polybius lib. IX. 'Valet in omnibus rebus humanis et pollet occasio, sed maxime in bellicis.' Captanda igitur: quia, verbis Martii apud Livium lib. XXV. c. 38. f. 'Si in occasionis momento, cujus prætervolat opportunitas, cunctatus paullum fueris, nequicquam mox omissam querare.' *Bern.*

Putaret] Gruterus legit *speraret*. Vulgatum, *putaret*, ab iis oritur, qui spem, et sperare, de bonæ tantum rei expectatione putant accipiendum. Atqui qualemcunque, etiam malæ rei, opinionem iis verbis significari, Græcorum imitatione, scire debebant. Sic Virgilius lib. IV. Æneid. 'Hunc ego si potui tantum sperare dolorem.' Ubi Quintil. lib. VIII. Instit. orat. c. 2. Virgilium acyrologiæ sive improprietatis accusat. Sed Virgilium, proindeque nostrum autorem, defendit Jacobus Nicolaus Miscellan. epiphill. lib. II. c. 23. *Idem.*

Cunctantior] Hoc est, explicante A. Hirtio in lib. de Bello Afr. c. 73. 'tardior et consideratior erat factus Cæsar, et ex pristina bellandi consuetudine celeritateque excesserat.' Quo de loco videatur H. Steph. lib. IV. Schedias. 27. et præc. 26. ubi, an cunctatio illa tarditasque vitii fuerit an prudentiæ, disquirit. Nos prudentiæ assignamus: prudens quippe ratio ejus, quam hoc loco subjicit autor, et Alexandro M. quoque olim a militibus suis inculcata: si non militibus, vel ipse sibi parceret, 'ne fortunam suam nimis onerando fatiget.' *Idem.*

Castris exueret] Pompeius, cum Domitium in Africa magno prælio superasset, plenam se adeptum victoriam non putavit, nedum oblatum ab exercitu nomen Imperatoris admittere voluit prius, quam hostium castra milites diripuissent. Plutarch. in apophtheg. *Idem.*

Nullum spatium] Hujus præcepti neglectus multum laudis Hannibali detraxit, cum Cannensi victoria Romam ipsam ea clade consternatam non statim petiisset: sed spatium animum recolligendi dedisset hostibus. *Idem.*

Equos dimittebat] Fecit hoc Cæsar collaturus signa cum Helvetiis, ubi primo suum, deinde omnium equos e conspectu removit, ut æquato omnium periculo, spem fugæ tolleret. Idemque ad Mundam suis referentibus pedem, equum suum abduci e conspectu suo jussit, et in primam aciem pedes prosiliit: ut præter alios refert Frontinus lib. II. stratagem. c. 8. *Idem.*

Permanendi necessitas] Ea ipsa causa Rex Agathocles, in Africa, suas naves universas incendi jussit: ut auxilio fugæ ablato, non aliam nisi in victoria spem haberent milites: ut scribit Justin. l. XXII. c. 6. Quippe norant, vere dictum a Floro, lib. III. c. 3. 'Necessitate aucta virtus, causa victoriæ est.' Et a Virgilio, II. Æneid. 'Una salus victis, nullam sperare salutem.' *Idem.*

Cap. 61. *Equo insigni*] De quo et Plinius lib. VIII. c. 42. et Solinus Polyhist. c. 57. *Idem.*

Haruspices] Ab haruga nominantur. Nam haruga, teste Donato, dicitur hostia, ab hara, in qua concluditur, et servatur. Haruspices exta pecu-

dum inspiciunt, et ex eis futura prædicunt. Haruspices etiam illi nuncupantur, qui horas in agendis negotiis operibusque custodiunt. Haruspicium primus invenit Delphus, ut ait Plin. Haruspicinam deridet Cicero in secundo de Divinatione: ubi dicit, alios alio modo exta interpretari, nec esse omnium unam disciplinam. Cato mirari se aiebat, quod non rideret haruspex, haruspicem cum vidisset. *Beroald.* A.U.C. DCCC. Claudius retulit ad senatum, super collegio haruspicum, ne vetustissima Italiæ disciplina per desidiam exolesceret: sæpe adversis Reip. temporibus accitos, quorum monitu redintegratas cærimonias et in posterum rectius habitas: primoresque Etruriæ sponte aut patrum Romanorum impulsu retinuisse scientiam, et in familias propagasse: quod nunc segnius fieri publica circa bonas artes socordia, et quia externæ superstitiones vilescant: et læta quidem in præsens omnia, sed benignitati deum gratiam referendam, ne ritus sacrorum inter ambigua culti, per prospera obliterarentur. Factum ex eo Senatusconsultum: viderent Pontifices, quæ retinenda firmandaque haruspicum. Tacitus.

Imperium orbis] Vel hinc apparet, Julium Cæsarem inter Imperatores Romanos supremum locum tenere; contra quam alii primas Augusto tribuunt. *Bern.*

Pronuntiassent] Pronunciare, verbum ex Haruspicum disciplina, de quo Brisson. libro I. form. p. 140. m. *Idem.*

Instar] 'Instar' non adverbium, quod vulgus Grammaticorum putat, sed nomen indeclinabile esse, vel hinc discamus licet. Sic Liv. XXVIII. c. 17. 'Receptæ Hispaniæ, parvum instar eorum quæ spe concepisset.' Ovidius Heroid. epist. 2. 'Sed scelus hoc meriti pondus et instar habet.' Hoc loco significat effigiem consimilem, et ipsi equo Cæsaris magnitudine parem. Cæterum de honore equis post mortem habito, quædam Phil. Camerar. centur. I. c. 21. *Idem.*

Pro æde] Hoc est, ante ædem. *Id.*

Genitricis] De hoc et aliis cognominibus Veneris, adi Brisson. lib. I. formul. p. 56. et Cæsarem ortum a Venere, dixit auctor c. 6. *Idem.*

CAP. 62. *Aquilifer*] Palatini et alii, *aquilifero*: male, ut notavit Egnatius. De aquila, cæterisque militiæ Romanæ signis, exacte, ut omnia, Lipsius lib. IV. de Milit. Rom. dial. 5. ex quo simul patebit, hic memoratam cuspidem qua aquilifer Cæsari 'moranti,' seu detinenti se, minatus est, fuisse hastilis, quo aquila gestatur, partem posteriorem mucronatam, qua terræ infigitur. lib. III. cap. 2. exemplo 19. *Idem.*

Cuspide sit comminatus] Cuspis est hastilis, quo aquila gestatur, pars posterior mucronata, qua terræ infigitur. Græcis *οὐρίαχος* et *στύραξ*: etiam *σαυρωτήρ*: sed τοῖς μεθ' Ὅμηρον tantum. *Casaub.*

Signum] Signa (peditum intelligo) duplicia, Legionis totius et Manipulorum. Signum Legionis Aquila, nec nisi unius una, ac ne socii quidem, cum in aliis pares, eam habuerunt. Et quia hæc præcipui imperii signum, subjungi sub eam socios voluerunt, et auxilia, non seorsum habere. Itaque per ipsas aquilas numerabant legiones. Signa Manipulorum quæ fuerint, ipsa vox indicio est. Nam cum perticis manipulos fœni seu straminis suspensos ferrent, illa ipsa manus, quæ ea sequeretur, dicta Manipulus. Sed hæc rustica non mansere: posterior forma fuit hasta, in cujus summo transversum ligneolum, in modum crucis, et sæpe cum manu supra eminente. Cohorti non erant propria signa, nusquam enim olim expressa: sed inferiore ævo sua habebant vexilla, etsi olim

vexilla equitum propria. *Lips.*

CAP. 63. *Immo majora*] Torrentius totum hoc, *immo majora etiam*, existimat adulterinum esse. Certe supervacuum esse, negari nequit. Similia tamen tam crebro in hoc autore occurrunt, ut nihil temere pronunciandum sit. *Idem.*

Aciem Pharsalicam] Victo ad Pharsalum, oppidum Thessaliæ, Pompeio. *Idem.*

Hellesponti] Hellespontus ita vocatus, quod in eo ponto Helle virgo, Athamantis filia, submersa perierit. Fretum angustum est inter Ægæum mare et Propontidem, Asiam ab Europa dirimens. Hodie *Stretto di Gallipoli* ab Italis: a Gallis *Bras de S. George* dictum. *Idem.*

Vectoria navicula] Torrentius retinet, quod erat in plerisque, *victor nav. tr.* Victoria enim, inquit, addebat animum. Et cum naviculam dicit, satis intelligimus, vectoriam fuisse. Sed vincant illi magni critici, Turnebus (Advers. XXIV. c. 14.) Gruterus, Casaubonus; Dionis etiam autoritate firmati. Nam ut victoria animum addat, non sequitur ideo, aliquem sese in periculum conjicere exitii præsentanei, quod ei inferri poterat vel a pirata vilissimo. *Grut.*

L. Cassium] Sic manuscripti omnes: sic Dio quoque (l. XLII. p. 212.) Dionis tamen interpres Xylander ibi *Caium Cassium* vertit, et erratum in pronomine putat: quem sequitur hoc loco Casaub. nam Cassius hic idem fuit, qui postea Cæsarem occidit: ei vero Caio fuisse prænomen. *Bern.*

Rostratis] Æneo rostro in prora munitis. *Idem.*

CAP. 64. *Alexandriæ*] Quæ urbs Ægypti est, non longe a Nili ostio: ab Alexandro conditore sic dicta. Bellum Alexandrinum peculiari libro exsequitur A. Hirtius: et de hoc quidem Cæsaris periculo c. 21. agit. *Idem.*

Præcipitantibus] Irruentibus. Est enim hic præcipitare neutraliter et absolute positum. Ut Lucret. II. 'Pondera præcipitant ex supero,' hoc est, præcipitanter ruunt. *Idem.*

Paludamentum] Coss. aut Prætores, si quando cum imperio militari in bellum proficiscebantur, paludamento induebantur, votis auspicatis in Capitolio. Quod præsertim ex Livii lib. XXII. elicimus, ubi inquit, C. Flaminium a Senatu reprehensum, et commonitum, ut ad vota nuncupanda, et paludamenta suscipienda rediret, quum his omissis in provinciam profectus esset. Sed et lictores paludatos habuere. Livius lib. XXXI. 'Tunc L. Sulpitius, secundum vota in Capitolio nuncupata, paludatur cum lictoribus.' De colore scribit Plinius lib. XXII. c. 2. 'Coccum Imperatoriis paludamentis dicatum fuisse.' Porro Cæsaris paludamento, si Dionem audimus, Ægyptii potiti, illud in trophæum, tanquam Cæsarem intermisissent, suspenderunt. *Marc. Donat.*

Mordicus] Morsu et dentibus. *Bern.*

CAP. 65. *Militem neque a moribus, neque a fortuna probabat*] 'A fortuna' interpretor, a censu. Græci, πλουτίνδην δοκιμάζειν: quod Polyb. in sexta historia ait factum a Romanis in equitum dilectu: sed et in pedite servatum idem; ut ex ipso Polybio probavimus alibi. Quod negat a moribus probatum Cæsari militem, id a Romana disciplina per fuit alienum. Observo enim tantæ Romanis ducibus curæ fuisse mores suorum militum, ut in numeris ad cujusque nomen nota morum apponeretur: Appianus Ἐμφυλίων lib. III. *Casaub.* Ipse libro L. Comment. scribit, se non minus ab milite modestiam et continentiam, quam virtutem atque animi magnitudinem desiderare. Videri queat vel ipse Cæsar falsi Suetonium arguere. Quin et Vegetius lib. I. de re militari c. 7. 'Hoc est,' inquit, 'in quo totius Reipub. salus

vertitur, ut tyrones non tantum corporibus, sed etiam animis præstantissimi diligantur. Honestas enim idoneum militem reddit. Verecundia, dum prohibet fugere, facit esse victorem.' *Bern.* *A fortuna*] Torrentius *a forma* mallet, ut Cæsar non tam corporis aptitudine, quam reipsa, vires expenderit. Conjectura forte non mala, si ullo manuscripto codice juvaretur. Livius lib. XXXIV. 'Romanos contra a censu equitem, a censu peditem legere.' Quod autori nostro hic est, a fortuna militem probare. Id quod Cæsar non fecit: verum, exemplo Marii (de quo Quintilianus declam. III. post princ.) 'cum sciret, non ex censu esse virtutem præterita facultatum contemplatione, viros tantum animosque spectavit:' et ut idem ille Marius apud Sallust. Jug. c. 85. 'Fortissimum quemque generosissimum existimavit.' *Idem.*

Pari severitate] De Tito Cæsare Tacitus lib. V. hist. c. 1. 'Comitate et alloquiis officia provocabat: ac plerumque in opere, in agmine, gregario militi miscebatur, incorrupto ducis honore.' Idem de Agricola socero in ejus vita c. 9. 'Nec illi, quod est rarissimum, aut facilitas auctoritatem, aut severitas amorem deminuit.' *Idem.*

Paratum, &c.] Æmilius Paulus apud Livium lib. XLIV. cap. 34. militem hæc tria curare debere dicit: corpus ut quam validissimum et pernicissimum habeat: arma apta: 'animum' denique 'paratum ad subita imperia:' cætera scire de se diis immortalibus et imperatori suo curæ esse. Ita Tacit. libro III. Hist. c. 20. et lib. I. c. 84. 'Divisa inter duces militesque sunt munia: illis arma et animus sint: istis consilium et virtutis suæ regimen relinquant.' *Idem.*

Præcipue pluviis et festis diebus] Hæc duo tempora quam sint hostilibus insidiis opportuna, ex scriptoribus stratagematum discere licet. *Casaub.*

CAP. 66. *Fama*] 'Fama bellum conficit: et parva momenta in spem metumve impellunt animos:' ut inquiunt Livius lib. XXVII. c. 47. et Senec. Epist. XIII. Ea causa famam providi bellorum duces, pro re nata, tegendo, amplificando, fingendo, ementiendoque, ad commodum suum varie flexerunt. Exempla plura congessit Jul. Frontinus lib. II. stratagem. c. 7. quibus haud absurde Cæsaris hoc adnotaveris. In quo tamen speciale de periculo non occultando præceptum inest: quod multis obfuit neglectum. Quid? quod, etsi remedium adferre nequeas, tamen 'sæpe calamitatis solatium est, nosse sortem suam.' Ceterum hæc aperta malorum periculorumve confessio de amicis tantum, et iis est intelligenda, quæ mederi possunt, aut quorum ea scire interest. *Bern.*

Amplificando, ementiendoque confirmabat] In hoc Cæsar Cyrum illum magnum Persarum regem imitabatur: qui, authore Xenophonte, res hostium minime verbis extenuandas esse censebat. 'Nam melius est,' inquit, 'si majora arbitrati, minora videamus: quam minora audientes, validiora inveniamus.' *Beroald.*

Jubæ] Regis Mauritaniæ, qui juvit partes Pompeianas: et Scipioni socero Pompeii, reliquias in Africa reparanti, se conjunxit. *Bern.*

Aut quidem vetustissima nave impositos, quocumque vento in quascumque terras jubebo avehi] Observo fuisse hoc apud veteres inter supplicii genera. Ita puniti a Tito primum, deinde a Trajano delatores. Ita sævitum olim a tyrannis, Christiani nominis osoribus, in viros sanctos. *Casaub.* Melius Casaubon. *aut equidem.* Bern.

CAP. 67. *Observabat*] 'Observabat' respicit ad 'inquisitor:' sed 'exequebatur' ad 'punitor.' Et, ut

habet scitum illud Domitii Afri: 'Princeps, qui vult omnia scire, necesse habet multa ignoscere. *Idem.*

Neque pro modo exsequebatur] Modum appellat jus consuetum, et disciplinæ militaris instituta. At exsequi hic est, quod Græcis ἐπεξέρχεσθαι, *punire*, *vindicare*: sic alibi apud Suetonium et Senecam. Tacitus in vita Agricolæ: 'omnia scire, non omnia exsequi.' *Casaub.* Ait ergo autor: Cæsarem, duobus criminibus exceptis, desertæ stationis, et seditionis, fuisse in puniendo milite suo leniorem: nec semper meritas pœnas exegisse: sed, verbis Taciti in Agr. c. 19. 'parvis quidem delictis veniam: magnis vero (qualia duo isthæc) severitatem commodasse.' *Bern.*

Desertorum] Apud Romanos mors pœna est iis, qui in bello stationem seu locum, quo constituti sunt, reliquerint. Polybius.

Connivebat] Imp. Tiberius nullam æque ex virtutibus suis quam dissimulationem diligebat. Tacit. lib. IV. Annal. c. 71. Virtus adeo necessaria Principi, ut dixerit veteranus Imperator, 'Nescit regnare, qui nescit dissimulare.' *Bern.*

Unguentatos] Unguento delibutos. Sane quicquid tandem Cæsar dicat, 'minus mortem timet,' qui 'minus deliciarum novit in vita.' Vegetius lib. I. de re milit. c. 3. *Idem.*

Commilitones] Qui et Commilites: συστρατιῶται Græcis. A Cæsare tamen in hoc dissentiebat Augustus infra in Aug. c. 25. 'Avunculi quoque inventum vehementer arguebat, qui milites commilitones novo blandoque more appellans, dum affectabat carior fieri, auctoritatem Principis emolliverat.' Verum sic obtinuit, ut post Cæsarem Imperatores ac duces alii quoque suos milites commilitones, quasi et ipsi ex eorum numero essent, appellarent. In Augustæ historiæ scriptoribus invenias et consecranei vocabulum usurpatum eadem notione. Consecraneus enim nihil aliud est quam commilito, quasi ejusdem sacramenti militaris particeps, vel eorumdem sacrorum castrensium socius. *Idem.*

Tam cultos] Multi velut agmine facto in hoc Cæsaris institutum eunt. Ex ipsis enim Romanis ii duces, qui apud Livium IX. cap. 40. suos docent, horridum militem esse debere: non cælatum auro argentoque, sed ferro et animis fretum: virtutem esse militis decus; et omnia illa victoriam sequi. Sed tamen et Cæsar habet quibus exemplis rationibusque suum factum tueatur. Jam tum enim apud priscos et simplices illos, sed fortissimos Romanos, 'Argenti quod erat, solis fulgebat in armis;' teste Juvenal. satyr. XI. vers. 108. 'At divitiæ,' inquit Plutarch. 'quas in manibus et circa corpus ferunt, acuere nonnihil putabat gloriæ cupida pectora: avaros vero reddere fortiores, quod arma, sicuti pecunias, retinerent.' Tum illud quidem certum est, omnia militi, quæ animosum eum, alacrem, erectumque reddunt, ac hosti terrorem incutiunt, esse concedenda. In quibus primum sibi locum arma nitida splendidaque vendicant. Ob quam causam jubet Onosander, c. 29. Strategici, arma exercitus in splendorem dari: 'Milites enim (inquit) quasi micantibus armorum scintillis terribiliores apparent: multæque per oculos species in animos delapsæ perterrere adversarios solent.' *Idem.*

Ut argento et auro politis armis ornaret] Antiquum hoc institutum Romanorum: Juvenalis, 'Argenti quod erat, solis fulgebat in armis.' Vide Plut. in Bruto, et Joseph. 'Αλώσεως libro v. Ideo semper tecta arma gerebant, nisi prælii tempore: tum splendida vestis indui solita, arma ad splendorem dari detractis tegumentis: quæ fere erant e corio vel pelle. *Casaub.* Alexander Imperator Romanus, uti refert Lampridius, non so-

lum fecit Argyraspidas, sed et Chrysoaspidas, ita ab aureis clypeis nuncupatos. *Beroald.*

Clade Tituriana] Q. Titurius Sabinus, et L. Aurunculeius, ab Ambiorige in Eburonibus cæsi sunt. Alii ægre ad noctem oppugnationem sustinuerunt: noctu ad unum omnes, desperata salute, se ipsi interfecerunt. Cæsar, libro v. de Bello Gall. c. 24.

Barbam capillumque summiserit] Aliarum gentium homines in luctu vel indignatione barbam capillumque posuere. Romanis contrarium institutum placuit. Sic Augustus barbam capillumque summisit, cum Varianæ cladis nuntium accepisset, ut testatur in ejus vita Suet. c. 23. Id in luctu tanto decentius illis visum, quanto tum temporis barbam alere a Romanis moribus alienius fuit. Sed et gemina iis, quæ de Cæsare hic produntur, adnotavit in Germanorum Moribus Tacitus: 'Aliis,' inquit, 'Germanorum populis usurpatum, rara et privata cujusque audentia, apud Cattos in consensum vertit, ut primum adoleverint, crinem barbamque summittere, nec, nisi hoste cæso, exuere votivum obligatumque virtuti oris habitum.' *Schild.* *Summiserit*] Summittere barbam capillumque dicuntur, qui neque tondent, neque radunt, permittuntque ad enormitatem adolescere. *Bern.*

Devotissimos] Erant ergo milites Cæsaris quodammodo similes Gallorum illis Devotis, quos ipsi 'Soldurios' appellabant, de quibus ita Cæsar lib. III. Bell. Gall. c. 22. 'Omnibus in vita commodis una cum his fruuntur, quorum se amicitiæ dediderint: si quid iis per vim accidat, aut eundem casum una ferunt, aut sibi mortem consciscunt. Neque adhuc hominum memoria repertus est quisquam, qui, eo interfecto, cujus se amicitiæ devovisset, mori recusarit.' Valerius Maximus lib. II. c. 6. idem Celtiberis tribuit, 'qui Regibus item suis se devovent, et prælio superesse, cum is occidit, nefas ducunt.' Id genus amicitiæ conjurationisque Græci συναποθνησκόντων, *commorientium*, vocant, de quo consule proverbium apud Eras. 'Naæra et Charmione.' *Idem.*

Fortissimos] 'Amor Principis facit militem fortiorem,' inquit Nazarius panegyr. c. 19. *Idem.*

CAP. 68. *E viatico suo*] *Viaticum* hoc loco peculium ipsum, seu facultates militis significat, ut et apud Horat. l. II. Epist. 2. 'Luculli miles collecta viatica multis Ærumnis,' &c. Sed et Ulpianus libro XVII. De rebus creditis, 'filii familias viaticum,' dixit, et Gellius lib. XVII. c. 2. 'magnum viaticum' pro magna facultate ac paratu magno, ut Græci ἐφόδιον ad aliarum etiam rerum quam itineris apparatum transferunt. *Torrent.*

Tutelam] Alituram, et necessitatum omnium exhibitionem. Nam etiam 'tueri' significat, alere, sustentare.

Neque quisquam] Imo aliqui: nam præter Roscilum et Egum Allobrogas, qui diutissime Cæsarianis castris fuerant assueti, Labienus quoque ad Pompeium transfugit. *Sabell.*

Plerique capti vitam recusarunt] Inter eos Granius Petronius, Quæstor Cæsaris designatus, in Scipionis potestatem venit, qui Granio incolumitatem pollicebatur: ille vero respondit, 'Cæsarianos milites solere salutem dare, non accipere:' quo dicto se ipsum pugione confodit. *Plutarch.*

Famem, &c.] Famem sitimque ferre, nota boni militis. Id cum assuetudine consequimur, tum etiam præsidium ab arte mutuamur. Quomodo Scythæ, gens Martia, cum est usus, ut famem longius tolerent, fasciis ventrem strictissime circumligant: ea ventris compressione esuritionem depellentes. Estque credibile Tacitum in Germ. c. 30. et Vegetium libro II

c. 6. vel hac causa commendasse in milite 'strictos artus,' 'stricta corpora:' crassulos illos, 'et superflua carne distentos' improbasse. Porro de remediis famem ac sitim arcentibus præter Plutarchum haud aspernanda tradunt Joannes Langius in Epistolis medicinalibus, lib. II. epist. 28. et Henr. Rantzovius de conserv. valetud. c. 39. et 40. *Bern.*

Dyrrachina] Cum Cæsar, Dyrrachii, Epiri civitate, conclusum Pompeium, ex castello in castellum perducta munitione, circumvallasset. *Id.*

Genere panis ex herba] Lapsana sylvestris brassicæ genus. Olus triumphorum Divi Julii carminibus jocisque celebratum, alternis quippe versibus exprobravere lapsana se vixisse apud Dyrrachium. Plinius. *Ex herba*] Cæsar l. III. de Bell. Civil. c. 48. 'Est etiam genus radicis,' inquit, 'inventum ab iis qui fuerunt cum Valerio, quod appellatur chara: quod admistum lacte multum inopiam levabat. Id ad similitudinem panis efficiebant: ejus erat magna copia: ex hoc effectos panes, quum in colloquiis Pompeiani famem nostris objectarent, vulgo in eos jaciebant, ut spem eorum minuerent.' Chara ergo lapsanaque sunt eadem herba. Adde quod lapsana Romanis erat notissima: at de chara, tanquam ignota et peregrina, loquuntur autores. *Bern.*

Consolandos magis quam puniendos] Milites Cæsaris post cladem Dyrrachinam tanta mœstitudine affecti fuere, ut ultro ipsi supplicium de se sumi exposcerent, et more patrio decimari. Renuente Cæsare, signiferos necandos esse conclamabant, perinde ac primos authores fugæ. Appianus.

Innumeras adversariorum copias] Confessus est ipse, cecidisse se ad undecies centum et nonaginta duo millia hominum, præter eos qui bellis civilibus periissent. Plinius.

Pauciores] Adeo verum istud Synesii in fine epistolæ LXXVIII. χειρῶν δεῖ τῷ πολέμῳ, καὶ οὐκ ὀνομάτων πολλῶν: *manibus opus est bello, non multis nominibus.* Et Vegetii lib. I. c. 8. 'In omni conflictu non tam prodest multitudo, quam virtus.' Quippe multitudo, ignava præsertim et imperita, 'non vires habet, sed pondus.' *Bern.*

Quarum centum ac triginta millia intra vallum reperta sunt] Ex hoc Suetonii loco videtur Cæsar emendandus, qui lib. III. de Bello Civili habet: 'Millia sagittarum circiter triginta,' &c. cum illud 'circiter' in 'centum' mutandum sit. Nisi forte hoc loco variant inter se scriptores. *Ursin.*

Singulorum] Fortitudinem militum, quæ ex universorum clade non nisi obscure et qualitercunque patescit, e 'singulorum' factis clarius demonstrandam putavit autor. *Bern.*

Cassii Scævæ] Utrumque exemplum autor videtur esse mutuatus ex Valerio Maximo, lib. III. c. 2. exemp. 22. et 23. qui tamen in nominibus variat. Nam 'M. Cæsium Scævam,' et 'C. Atilium' dicit, qui nostro, fortassis inde corrigendo, sunt 'Cassius Scæva,' et 'C. Acilius.' Quanquam *Acilium* etiam in Valerii codice veteri Ms. haberi testatur Pighius in notis ad illum autorem. *Idem.*

Centum et viginti ictibus] In veterrima editione numerum ictu umuno auctiorem invenio, *CXXI.* Forte fuerit *CXXX.* ut conveniat cum Plutarcho, qui ἑκατὸν καὶ τριάκοντα fuisse tradit. Nisi potius illud *I.* affixum, non numerus sit, sed terminatio nominis viginti. Eadem editio, ubi cædem Cæsaris Sueton. describit, habet, *XXIV. plagis confossus est*, quod idem est cum vulgat. *viginti tribus plagis, &c.* Ad quæ velim attendant, qui vetustas editiones evolvunt. *Boxhorn.*

Cynægiri] Militis Atheniensis, qui in bello Persico, simili pertinacia in consectandis hostibus usus, navem onustam dextra manu tenuit, nec

prius dimisit, quam manum amitteret: tum quoque amputata dextra, navem sinistra comprehendit: quam et ipsam cum amisisset, ad postremum morsu navem detinuit. Justinus lib. II. c. 9. *Bern.*

Umbone obvios agens] Clypeo propellens. Umbo est media pars scuti, quæ protuberat et exseritur cum rotundo tumore. Ideo umbo, quod Græcis est ἄμβων. Montes et eminentias hac voce Statius vocat. Acilius umbone hostem avertit. Nam in conflictu et pugna cominus utebantur eo ad impulsum. *Lipsius.*

CAP. 69. *Seditionem*] Livius lib. XXVIII. c. 12. in laudibus Annibalis hanc præcipue numerat, quod, cum in hostium terra per annos 13. bellum gereret exercitu non suo civili, sed misto ex colluvione omnium gentium, quibus non lex, non mos, non lingua communis; ita tamen eos uno quodam vinculo copulaverit, ut nulla, nec inter ipsos, nec adversus ducem, seditio extiterit, cum et pecunia sæpe in stipendium, et commeatus in hostium agro deessent. *Bern.*

Civilibus aliquas] Quod externis bellis nullæ, civilibus aliquæ motæ sunt seditiones, hæc causa diversitatis est: quia bellum civile militaris disciplinæ præcipuum venenum est: utpote in quo duces ob sceleris societatem obnoxii plerunque militibus sunt, coguntur que laxe eos habere, ne ad adversarios transeant. Exempla Tacitus habet l. II. Histor. capp. 29. et 56. *Idem.*

Non cessit]. Hinc de Cæsare Lucanus lib. V. 316. 'Stetit aggere fulti Cespitis, intrepidus vultu, meruitque timeri Nil metuens.' Sic Alexander Magnus apud Curtium lib. X. cap. 2. f. militum seditiosorum audaciam coërciturus, desilit frendens de tribunali, et in medium armatorum agmen se immittit. Sed estne 'semper,' ut Cæsarem fecisse scribit autor, ita fieri, consultum? Haud dixero. Certe Tiberius apud Tacitum, lib. I. Annal. capite 47. noluit ipse ire ad legiones tumultuantes. *Idem.*

Legionem cum ignominia missam fecit] Honesta missio est, quæ emeritis stipendiis ab Imperatore indulgetur. Causaria, cum quis vitio animi vel corporis minus idoneus militiæ renuntiat. Inde a Livio 'causarii milites' dicti. Ignominiosa vero missio est, cum quis propter delictum sacramento solvitur, et is, qui ignominia missus est, neque Romæ, neque in sacro comitatu agere potest: authores Jurisconsulti titulo de re militari, et titulo de his, qui notantur infamia. *Beroald.* Ulpianus solere ait exprimi caussam, cur aliquis missus esset: sed si arma adempta forent, etiam si nihil fuisset expressum, ignominiose tamen missus intelligebatur. *Sabell.*

Placentiam] Urbem Galliæ Togatæ, Romanorum coloniam. *Placenza* etiamnum hodie vocatur. *Bern.*

Totam cum ignominia] Eodem exemplo Imp. Augustus decimam legionem, contumacius parentem, 'cum ignominia totam dimisit,' ut scribit autor in ejus vita, c. 24. *Idem.*

Exacta de sontibus] Sumpto de nocentibus supplicio. Atqui in seditione omnes sunt nocentes: ergo de omnibus erat sumendum supplicium. Imo vero, 'in singulos severitas Imperatoris distringitur: at necessaria venia est, ubi totus deliquit exercitus,' inquit Seneca lib. II. de Ira cap. 10. Quomodo et Lucanus lib. V. vs. 260. 'Quicquid multis peccatur, inultum est.' Sed nimirum per sontes hic intellige capita seditionis et autores præcipuos, quos solos puniri, jus fasque est. *Idem.*

CAP. 70. *Decumanos*] Decumum antiqui, sicuti decimum dixere. Decumanos igitur vocat milites decimæ legionis. Namque a primo numero incipientes, ordine legiones nomina-

vere: numeri vero ab ordine temporis ac delectus quo conscriptæ. *Marc. Donat.*

Missionem] Honestam scilicet, quæ stipendiis emeritis, seu tempore militiæ impleto, dabatur. id ordinarie viginti annorum in pedite, decem in equite fuit. *Bern.*

In Africa bello] Quod gessit Cæsar adversus Jubam et Scipionem, qui reliquias Pompeianas recolligebant, novis insuper comparatis copiis. *Id.*

Quirites] Cum milites exauctorat et dimittit, appellat Cæsar Quirites: eo verbo cives urbanos, nec jam milites intelligimus. nam sic Romæ in concionibus vocabantur ab oratoribus. Plutarchus πολίτας vertit. *Turneb.* Sic Alexander Imperator Romanus seditiosos milites pro concione Quirites vocavit: 'Vos omnes,' inquit, 'hodie una voce, Quirites, dimittam: et incertum an Quirites: non enim digni estis, qui Romanæ plebis sitis, si jus Romanorum non agnoscitis.' His Lampridii verbis fit, ut exponam 'Quirites' appellatos, non tam honoris causa, quam contumeliæ, tanquam Quirites plebeii, vilesque sint, et contemptibiles: militum vero appellatio honorificentior, ideoque milites graviter ferentes se appellari Quirites, id nomen repudiarunt, perinde ac inhonorum ingloriumque. *Beroald.*

Cap. 71. *Studium et fides erga clientes*] Capite 44. cum proponeret auctor, se dicturum de studiis Cæsaris civilibus, utrumque complexus est: et eloquentiæ studia de quibus dixit ante, et hæc de quibus nunc agere instituit. In quo Græcos est imitatus, apud quos πολιτικὴ utrumque hoc studiorum genus complectitur: ponitur enim et pro eloquentia atque oratoria arte: et pro ratione administrandæ publicæ rei. Hoc norunt qui Platonem et Aristotelem norunt. *Casaub.* *Clientes*] Plutarchus *clientes* πελάτας vertit; et correlatum ejus *patronos*, προστάτας. Moris erat antiquitus, ut provinciales et socii populi Romani in clientelam sese darent proceribus Romanis, quorum ductu patrocinioque defenderentur. Ut patet ex illo loco Ciceronis divinat. in Verrem: ubi, 'Clarissimi Viri,' inquit, 'nostræ civitatis temporibus optimis hoc sibi amplissimum pulcherrimumque ducebant, ab hospitibus clientibusque suis, ab exteris nationibus, quæ in amicitia populi Rom. ditioneque essent, injurias propulsare, eorumque fortunas defendere.' De horum origine Dionys. Halicarnassæus, sub initium libri secundi. Adde A. Gell. lib. v. c. 13. *Bern.*

Masintham] Masintha iste, quem vocat Suetonius 'nobilem juvenem,' videtur fuisse e stirpe regia ortus: unius alicujus eorum Africæ regum, qui in Africa, quod Romanis restitissent, periere, amisso regno. Hunc, veteris splendoris umbram aliquo modo retinentem, pendere sibi stipendia Hiempsal, pridem a pop. Rom. Rex salutatus, adnitente Sylla, jubebat. Re ad Senatum delata, Masintha Romam venit: Hiempsal filium Jubam mittit. Ibi magna contentione actum est, divisis senatorum studiis. Vicit tandem Juba, et Masintha pronuntiatus Jubæ stipendiarius, multum renitente Cæsare, cujus studium in defendendo Masintha hic Suetonius commemorat. *Casaub.*

Inter officia prosequentium] In turba amicorum, ad Salutarem portam convenientium, ubi ex more salutabatur is qui in provinciam pro Prætore aut Proconsule exibat. *Idem.*

Cap. 72. *Amicos*] Plus fecit Alexander Magnus, qui non amicum, sed gregarium militem, ex frigore torpentem, et vix compotem mentis, conspicatus, ex sella sua regia exilivit, in eaque considere ac se recalfacere jussit: quamquam ipse tunc maxime admoto igne refovebat ar-

tus, ut Curtius lib. VIII. c. 4. tradit. *Bern.*

C. Oppio] Hunc autor supra quoque, c. 52. inter amicos Cæsaris numeravit. Ex hoc loco patet, etiam inter comites fuisse. 'Nullum majus boni imperii instrumentum, quam boni amici.' Non enim exercitus, neque thesauri, præsidia regni sunt, verum amici, Micipsa judice apud Sallustium Jugurthin. c. 10. *Idem.*

Valetudine] Repentino morbo. Valetudo vox media est, aut integram, aut adversam significans: adversam tamen plerumque, si absolute, ut hoc loco, ponitur. Ita Tacit. 'aliquem visere per valetudinem.' et c. 45. 'assidere valetudini.' *Idem.*

Et in diversorio loco, quod unum erat, cesserit] Videtur legendum, ut est in V. C. *Et in diversorio, quod unum erat, loco cesserit, &c.* F. Ursin.

Ac ipse humi ac sub divo cubuerit] Sic Græcis χαμεῦναι, qui in stramentis vel culcitis super humo constratis cubant: χαμευνίας Latini scriptores dicunt 'humi dormitiones.' Deinde 'sub divo' an præcise verum? Plutarchus saltem ait ἐν τῷ προστεγίῳ τῆς θύρας. Est vero προστέγιον non *vestibulum*, ut vertunt, sed protectum, sive tecti projectura, quæ aliquantum spatii ante januam tegeret: προτεγίσματα Græcis, et γεῖσα: Latinis 'suggrundia' et 'protecta.' *Casaub.* Alii, nec male, legunt *sub dio*, hoc est sub cœlo, sub aëre, ὑπαίθριος. Notent molliculi, militare Cæsaris robur, sub divo, et humi cubare, nec inassueti, nec gravantis.

Infimi generis] Id Cæsar haud dubie fecit isto fine, quem supra diximus in c. 23. 3. Nobis factum Stiliconis probum, cujus in laudibus hæc ponit Claudianus lib. II. vs. 122. 'lectos ex omnibus oris Evehis: et meritum, numquam cunabula quæris: Et qualis, non unde satus.' Dum nullum fastiditur genus in quo eniteret virtus, crevit Imperium Romanum, ait Canuleius Tr. pl. apud Livium lib. IV. c. 3. *Bern.*

Sicariorum] Latronum. Et sane tales in militiam etiam cooptatos post Cannensem cladem a Romanis, Zonaras tradit, tom. II. p. 80. In duce quidem certe legendo majorem aspectum habendum peritiæ, quam virtutis aut morum, confirmat Aristoteles lib. V. politic. c. 9. *Idem.*

In tuenda sua dignitate] Πρόφασιν observa, cur Cæsar bellum civile conflarit, ab ipsomet etiam expressam in lib. I. de Bell. Civil. ubi milites pro concione hortatur, ut existimationem 'dignitatemque' suam ab inimicis defendant. Quomodo et Catilina, 'quod statum dignitatis suæ non obtineret,' hanc conspirandi adversus patriam se caussam habere profitetur, apud Sallustium in Cat. c. 35. *Idem.*

CAP. 73. *Simultates*] Index animi vere generosi moderatio, quam Vespasiano quoque tribuit autor, in ejus vita, c. 14. offensarum inimicitiarumque minime memorem executoremve eum fuisse prædicans. Sic et Cn. Pompeius offensis exorabilis, in reconciliata gratia fidelissimus, in accipienda satisfactione facillimus, referente laudanteque Paterculo lib. II. c. 29. *Idem.*

C. Calvo] Qui diu cum Cicerone iniquissimam litem de principatu eloquentiæ habuit, fuitque violens accusator, et concitatus. Ab hoc Vatinium accusatum esse satis constat. Idem carmina jocosa faciebat, plenaque ingentis animi. Unde olim de Pompeio dixit, 'Digito caput uno scalpit.' *Beroald.*

Epigrammata] Famam Cæsaris suggillantia, honoremque vellicantia maledictis, ad infamiam ejus pertinentia Dicta 'epigrammata,' quoniam prisco more statuis, imaginibus, sepulcris, Hermis subscriberentur et inscriberentur, ut brevia propter loci angustiam, sic sensu arguta. Quo-

rum imitatione deinceps quævis alia carmina succincta et ingeniosa Epigrammatum appellationem subiere, quod, licet non inscriberentur, formam tamen ἐπιγραφῇ convenientem haberent. *Bern.*

Perpetua stigmata imposita] Catullus in Epigrammate, cujus initium est, 'Quis hoc potest videre, quis potest pati?' indignatur, Mamurram Formianum stulta Cæsaris, cum quo stupri consuetudinem habebat, liberalitate ad tantas pecunias venisse, ut solus aliquot provinciarum opes possidere videretur. De hujus opibus vide Plinium l. xxxvi. Cæterum quod de reconciliatione adjecit Tranquillus, sciendum est, verbum 'satisfacere' idem hic significare, quod, testibus præsentibus pœnitentiam testari. Hanc enim esse vim in his rebus verbi satisfacio, satis ex Amphitruone Plauti, et Terentii Adelphis, et Cicerone pro Roscio Comœdo intelligi potest. *Muretus.*

Hospitioque patris ejus, sicut consueverat, uti perseveravit] Non dubium est, patris Catulli domum in Transpadana regione Italiæ fuisse: quo Cæsarem post triumphos suos ivisse, nemo dicere sustinebit, qui meminerit, paucis diebus, postquam triumphasset, cæsum illum fuisse. Quare Josephus Scaliger inter Suetonii παροράματα hanc historiam esse ponendam pertendit, Notis ad Eusebii Chronicum, numero MDCCCCLX. *Casaub.*

CAP. 74. *Piratas*] Suidas tradit, πεῖραν significare δόλον, καὶ ἀπάτην, καὶ τέχνην, καὶ βλάβην, *deceptionem, artem, nocumentum:* 'unde,' inquit, 'piratæ dicti, tanquam dolosi, fraudatores, et in ipso mari maleficentissimi.' Fenestella ait in II. Epitom. quemadmodum Cæsar a piratis captus, eos postea ceperit, et decollaverit: ita enim securi cæsos dicebant: jugulare autem, et decollare an conveniat, viderint eruditi. Etiam sine ferro jugulari dicitur. Cornelius Celsus: 'Quartana neminem jugulat.' *Beroald.*

Jugulari prius jussit, deinde suffigi] Tarquinium Priscum crucibus fixisse eorum corpora, qui necem sibi conscissent, notat Plinius, ut sævum et uni illi usurpatum. locus est lib. XXXVI. c. 15. Sub Impp. vero factum sæpius, ut amputata sontibus capita in crucem tollerentur. Exemplum est in Nigro apud Xiphilinum in Severo: et in Albino apud eundem Xiphilinum et Herodianum. *Casaub.*

Cornelio Phagitæ] Syllæ liberto. Vide supra cap. 1. 2. *Bern.*

Sustinuit] Animum induxit: ἐτόλμα. *Idem.*

A manu] Videntur dici a manu, qui scribæ sunt: quos alibi Tranquillus 'amanuenses' peculiari vocabulo appellat. *A manu*] Sunt, nisi fallor, iidem, qui alias et ab epistolis, et a libellis, et ab ephemeride servi dicuntur. Autor noster alibi omittit τὸ *servus:* ut in Aug. c. 67. 'Thallo a manu, quod pro epistola prodita denarios quingentos accepisset, crura effregit.' Sed neque tamen hoc loco, contra consensum codicum, id recte, Torrentium secutus, omiseris. Est enim addita vox 'servus,' tum ne putaretur libertus aliquis honestior (nam et libertos a manu fuisse, præter infinita alia, inscriptiones antiquæ probant, a Popma productæ, de operis servor. pag. 46.) tum ad clementiam Cæsaris exaggerandam, quod ne quidem in servum, in quem tamen, Augusti exemplo modo recitato, plus ipsi licebat, atrocius aliquid statuendum putavit. *Bern.* Hoc prætereundum non est, quod qui a pedibus vocantur, veteres dixere circumpedes. Cicero etiam 'adpedes' eos appellat. *Beroald.*

Simplici morte] Ut non excarnifi-

caret excruciaretque prius. Acute Claudianus panegyr. de Consul. Mallii: 'Qui fruitur pœna, ferus est; legumque videtur Vindictam præstare sibi.' *Bern.*

Cur repudiasset] Inquiramus in hoc factum, prudenterne Cæsar uxorem repudiaverit adulterii suspectam. Ac ratio quidem illa, quam Cæsar ipsemet hic adducit, hoc duplici fundamento nititur: quod primum domus principalis vitia diffunduntur in civitatem, plusque exemplo quam peccato nocent, uti Cicero lib. III. de legibus. Quod si ergo cuivis bono viro curandum, ut 'careat non solum crimine turpitudinis, verum etiam suspicione,' quanto magis erit allaborandum viro Principi, ne quod probrum in familia sua, præcipueque conjuge, vel saltem probri suspicio, hæreat? Deinde quia imperii acre telum, præcipuumque instrumentum, auctoritas est. At ea probris uxoriis non labefactari minuique non potest. Tum uxoris probrum quadantenus ad mariti quoque pertinet infamiam; quippe 'qui debet esse custos pudicitiæ uxoris:' id Cæsar etiam eo demonstravit, licet testis citatus, nec ignarus uxoriæ turpitudinis, eam tamen ipse suo testimonio producere ac publicare noluit, quippe, quod habent Jurisconsulti: 'Testis non cogitur allegare turpitudinem suam.' Cæterum in contrarium eunt exempla laudatissimorum Impp. Antonini Pii, et Antonini Philosophi, in uxorum impudicitia ferenda patientium. Verum Antonini Pii uxorem adulteram fuisse, liquido quis demonstrare non poterit ex illis verbis Capitolini in Anton. c. 3. 'De hujus uxore multa dicta sunt ob nimiam libertatem et vivendi facilitatem: quæ iste cum animi dolore compressit?' De Antonini Philosophi tamen uxore res certior est, quam ut negari possit. Sed respondet Capitolinus in ipsius vita, cap. 29. eam fuisse Principis hujus vitam, sanctitatem, pietatem, ut uxor infamis ipsius famam decolorare non potuerit. Denique possit alicui videri, rectius facturum fuisse Cæsarem, si Varronis præceptum observasset, ab A. Gellio relatum lib. I. cap. 17. 'Vitium uxoris aut corrigendum, aut ferendum est. Qui corrigit vitium, uxorem commodiorem præstat: qui fert, sese meliorem facit.' Verumtamen, ut ibidem explicat A. Gellius ipse, hoc de iis est vitiis intelligendum, quæ ferri viro honeste possunt: et qualia exercendæ virtutis causa tulit in sua Xantippe Socrates. *Idem.*

CAP. 75. *Clementiamque*] Hinc Cæsarem 'pectus ipsa mansuetudine mitius' appellat Valerius Maximus lib. VI. cap. 2. ex. 2. Sed et Cicero summis laudibus clementiam Cæsaris extollit in orationibus pro M. Marcello, quem tamen, antequam principatum esset adeptus, 'tyrannum' et 'monstrum' vocavit, ad Attic. lib. VII. [illegible] 19. Ac negari sane non potest, illegitime nefarieque Cæsarem dominatum invasisse. Verumtamen in eo bene prudenterque fecit, quod inique acquisita tyrannide clementer usus est: civibusque benevolis quam invitis ac metuentibus imperare maluit. *Idem.*

In victoria] Tanto id laudabilius, quanto rarius difficiliusque. Hanc sibi communem cum Cæsare laudem optavit eximius Imperatorum Antoninus Philos. qui Cassium, Imperium invadentem, in manus sibi dari optavit, non ut interficeret, sed ut ignosceret. *Idem.*

Denuntiante Pompeio] Contra Cæsarem, a Pompeio, stat Solonis illa lex ab A. Gellio memorata lib. II. cap. 12. 'In casu civilis discordiæ, qui non alterutri parti se adjunxerit, sed solitarius separatusque a communi malo civitatis secesserit, is domo, patria, fortunisque omnibus careto: exul extorrisque esto.' Hanc legem

Plutarchus in præceptis gerendæ Reipub. longius a fine, rationibus haud aspernandis improbat. Neutralitatem ea lege judicamus amplectendam, si disceptantium bona cum pace nobis id liceat. Deinde si ea simus aut potentia, ut neutrum victorem metuere necesse habeamus, aut ea imbecillitate, ut in partes transitio parum ad eas momenti, nobis ipsis vero plurimum periculi sit allatura. Denique si periclitante alio, non nos quoque periclitemur, ejusque 'ruina nos tractura' videatur, ut loquitur Tacit. in Germ. cap. 36. *Idem.*

Ex commendatione] Adhuc dum amici. *Idem.*

Ordines] Ducendi ordinis dignitatem. Ordo sexagenos, authore Livio lib. VIII. habuit milites, et duos Centuriones. Et hoc quidem ille de Latinis, cum Manlio congressuris, scribit: sed eos perquam similes Romanis, in rebus bellicis, fuisse demonstrat. *Sabell.*

Ad eum] Jam factum hos[illegible] *Bern.*

Motis conditionibus] Movere conditiones deditionis, ipsum illud est, quod nos dicimus, *Parlamenteren.* Quod cum fit, induciæ esse intelliguntur: quas perfide ruperunt Afranius ac Petreius, Pompeiani duces: dum Cæsareanos milites, (eos 'Julianos' hic appellat autor) quotquot in castris deprehenderant, occidunt. Cæsar contra, milites adversariorum, qui in castra sua venerant, summa diligentia conquiri et remitti jubet. Factum magnanimum, vereque Romanum: quod facunde narrat Lucanus lib. IV. vs. 169. *Idem.* *Ilerdam*] Ilergetum oppidum in citeriore Hispania. Lucanus: 'Saxo fundata vetusto Surgit Ilerda manu.' *Sabell.*

Non sustinuit] Nos diceremus, *Er hates nicht konnen uber sein hertz bringen.* Sic supra, cap. 74. 'Non sustinuit ei nocere.' *Bern.*

Civibus pareeretur] Nullum ornamentum Principis fastigio dignius pulchriusque est, quam illa corona, 'ob cives servatos,' ait in fine libri I. de Clem. Seneca. Vocem illam Cornelii Scipionis, 'Malle se unum civem Romanum in bello servare, quam mille hostes perdere,' ab Imp. Antonino Pio quoque frequentatam fuisse, Capitolinus in ejus vita, cap. 9. scribit. *Idem.*

Exceptis duntaxat] Nemo cæsus imperio præter Afranium: satis ignoverat semel: et Faustum Syllam: didicerat generos timere: filiamque Pompeii cum patruelibus ex Sylla. Hic posteris cavebatur. Florus.

L. Cæsare] L. Cæsarem cognatum suum, ultroque sibi supplicem factum, tamen quod toto bello contra se stetisset, primum caussam dicere jussit, eo consilio, ut judicio victum condemnasse videretur: verum, quum eum sua voce morti addicere vereretur, judicio suspenso, paullo post per insidias hominem interemit. Dio Cassius.

Bestias ad munus populi comparatas] Ludorum celebrationes Deorum festa sunt: siquidem ob natales eorum, vel templorum novorum dedicationes sunt constitutæ. Et primitus quidem venationes, quæ vocantur munera, Saturno sunt attributæ; ludi autem Scenici Libero; Circenses Neptuno. Paulatim vero et cæteris Diis idem honos tribui cœpit, singulique ludi numinibus eorum consecrati sunt, sicut Sisinnius Capito in libris spectaculorum docet. *Lactantius.* *Ad munus*] Spectaculum venationis. Adde supra, c. 10. *Bern.*

Magistratusque et imperia] Proprie et distincte. Nam magistratus civilium munerum sunt: imperia militarium. *Idem.*

Statuas L. Syllæ atque Pompeii] Admirari soleo gravitatem, et justitiam, et sapientiam Cæsaris: qui nunquam nisi honorificentissime Pom-

peium appellat. Cicero. Cum Cæsar dejectas Pompeii triumphales statuas reponi jussisset, dixit Cicero: Πομπηΐου, Καῖσαρ, ἀνδριάντας ἱστὰς τοὺς σεαυτοῦ πηγνύεις. Id est, *Pompeii statuas erigens, o Cæsar, tuas ipsius figis.* Beroald.

Cogitarentur gravius] Quamvis alias ' cogitationis pœnam nemo patitur,' ut ait Ulpianus in l. XVIII. D. de pœnis: et ' neminem, qui male facere voluit, plecti æquum est, nisi quod factum voluit, etiam fecerit:' tamen in læsæ majestatis crimine (qualia erant in Cæsarem, ut Imperatorem ac summum Principem, suscepta) eadem severitate, sceleris voluntatem, qua effectum, puniri jura voluerunt. Sed laudanda Cæsaris, pœnam hanc remittentis, moderatio: ' Nil gloriosius est Principe impune læso.' Verumtamen impunitas illa tum demum habet locum, quando ' gravius adversus Principem cogitata,' (insidias et conjurationes ita Noster hic appellat,) quod a Cæsare factum dicit autor, inhiberi possunt, ne deducantur in effectum. *Bern.*

Dicerentur] Prudentem hanc sive patientiam seu moderationem tribuit Autor etiam Augusto, c. 51. Nos homulli nostram pusillanimitatem, ac nostræ sortis humilitatem, ea re prodimus, quod obtrectatorum sermunculis aut judiciis offensi, cœlum terræ miscemus. Spernunt principes illi magnanimi, et sciunt, ' Nullum esse argumentum magnitudinis certius, quam nihil posse, quo instigentur, accidere.' *Idem.*

Inhibere maluit, quam vindicare] Laudandum experientia consilium est Pansæ atque Hirtii, qui semper prædixerant Cæsari, ut principatum, armis quæsitum, armis teneret. Ille dictitans, mori se, quam timeri malle, dum clementiam, quam præstiterat, exspectat, incautus ab ingratis occupatus est. Velleius. *Inhibere*] Optima ratio cavendarum conjurationum, si Princeps eas ' esse sibi notas ' aut vere ostendat, aut etiam simulet. *Bern.*

Aulique Cæcinæ] Qui apud Ciceronem ita ait: ' Adhuc styli pœnas do.' Et paulo post: ' Cur irascitur Cæsar ei, qui scripsit aliquid contra voluntatem suam?' *Beroald.*

Criminosissimo] Criminationibus et maledictis in Cæsarem pleno. *Bern.*

Pitholai] M. Otacilii Pitholai meminit et Macrob. lib. Satur. II. c. 2. *Idem.*

Civili animo] Id est, æquo et remisso, quali esse inter se cives decet, non eorum more, qui (ut Ciceronis utar verbis) æquabilitatem communis juris præstantia dignitatis aut fortunæ suæ transeunt. Sic ' genus vitæ civile.' Tiber. c. 11. et Claud. c. 35. Ovidius: ' Exercet patrias plusquam civiliter iras.' Et Tacitus libro primo Annalium de Asinio Gallo: ' jam pridem invisus quod plusquam civilia agitaret.' Merito igitur ob insignem animi moderationem templum Clementiæ Cæsari decretum fuit. Plutarchus, Dion, nummi veteres, qualis apud me servatur. *Torrent.*

Cap. 76. *Prægravant tamen cætera*] De Cæsare olim vulgo dictitatum est, et a Tito Livio positum, in incerto esse, utrum illum magis nasci Reip. profuerit, an non nasci. Seneca. *Prægravant*] Nota, prægravant, neutraliter et absolute positum, pro, præponderant, præpollent, graviora sunt. Magnæ virtutes in Cæsare, sed majora vitia fuerunt. Μεγάλαι φύσεις μεγάλας κακίας ἐκφέρουσιν, ait alicubi Plato. *Bern.*

Abusus dominatione] Adeo proprium Regni est, depravare. Vespasianus solum omnium ante se Principum in melius mutatus est, ait Tacitus I. Hist. 50. ' Tiberius post tantam rerum experientiam, vi dominationis convulsus et mutatus est.' Ὡς τὰ πολ-

λὰ οἱ ἐγκρατεῖς γενόμενοι τῶν πραγμάτων, μεγαφρονοῦσιν: *ut plurimum illi, qui rerum potiuntur, insolescunt:* ut inquit alicubi Demosthenes. *Idem.*

Jure cæsus] Formulam hanc, 'Jure cæsum videri,' e XII. tabulis deducit et exemplis illustrat Brissonius lib. V. de form. p. 538. et seq. *Idem.*

Honores nimios] De his nimiis et aliis honoribus admissis a Cæsare, operæ pretium est, adire Dionem lib. XLIV. et Appianum lib. II. Bell. Civil. *Idem.*

Continuum consulatum] Antiquissimo plebiscito cautum invenio, ne quis eundem magistratum intra decem annos caperet, neu duos magistratus uno anno gereret. Livius. *Consulatum*] 'Libertatis magna custodia est, si magna imperia diuturna esse non sinas.' *Bern.*

Perpetuam dictaturam] Hic multa contra leges: nam et lex sive majorum institutum fuit, quo dictaturæ exuendæ semestre tempus præfinitum: et modus ipse quo Dictator creatus est, contra leges fuit: vide Dionem. Postremo, quod extra Italiam Dictator sit profectus, quodque alia servari solita a Dictatoribus, omnia contemserit, quantum nefas est? *Casaub.* Apparet, divinitus vocem illam a Sylla emissam, qui in ordinem redactus, quum ab adolescente quodam convitio incesseretur, dixisse fertur, fore, 'ut quicunque post se Dictaturam invaderet, nunquam eam, nisi cum morte, deponeret.' *Sabell.*

Præfecturamque morum] Recte præfecturam morum: non censuram. Cæsar enim censor non fuit: sed morum præfectus, ut et a Cicerone nominatur. hoc est, rem habuit, titulum per speciem modestiæ recusavit. Pars potestatis ejus fuit, morum cura, et, ut ait Plut. ἡ περὶ τὰ ἤθη καὶ τοὺς βίους ἐξέτασις. Hanc partem Cæsar usurpavit, et ideo præfectus morum dictus: non totam censuram. *Casaub.*

Prænomen Imperatoris] Appellatio Imperatoris in historia Romana trifariam accipitur: primum, pro ἡγεμὼν et στρατηγός. Hoc sensu Imperator a militibus nominatus, qui imperium belli suis auspiciis administrandi a populo accepisset. Veteres, ut notat Justinianus in Novellis, 'Prætorem' vocabant. Deinde pro victor et νικητής. Nam qui res magnas bello gesserat, et lege definitum hostium numerum occiderat, a militibus Imperator solitus salutari. Vide Tacitum lib. III. Annalium. Postremo Imperator idem significare cœpit a Julio Cæsare, ac rex. Secunda notione Tacitus: 'Nomen imperatoris semel atque vicies partum.' Et lapis vetus: IMP. CÆSAR. DIVI. F. AUG. PONT. MAX. COSS. XIV. IMP. XX. TRIBUNIC. POTEST. XXXVIII. P. P. Appianus secundo Ἐμφυλίων, non penitus ademptum privatis exercituum ducibus sua ætate (sub Adriano vixit) eum honorem, sed difficiliorem ad eum aditum relictum esse scribit. Non enim dari cuiquam nisi cæsis X. M. hostium: cum ante ἐπὶ πᾶσι τοῖς μεγίστοις ἔργοις tribueretur. Auspicia tamen penes solos principes fuisse, fatendum omnino est. *Casaub.*

Patris patriæ] Hanc patris patriæ appellationem primus Cicero meruit. Quapropter Plinius VII. c. 30. eum ita salutat: 'salve, primus omnium parens patriæ appellate.' *Bern.*

Statuam inter reges] Septem statuæ totidem regum, et octava Bruti tyrannicidæ, in Capitolio consecratæ visebantur. juxta Brutinam collocata Cæsarea est. *Casaub.*

Suggestum] Pulpitum quoddam eminentius, eo Theatri loco, in quo Senatus spectabat. De suggestu, videatur omnino Lipsii Amphitheatrum capite 2. et de orchestra c. 14. *Bern.*

Ampliora humano fastigio] Decerni sibi inter alia passus est, ut currus sibi adversum Jovem spectans in Ca-

pitolio collocaretur: item, ut ipse super imaginem orbis terrarum positus, ex ære statueretur, cum inscriptione, SEMIDEUS. EST. Dio Cassius.

Thensam et ferculum Circensi pompa] Distingue duos mores circa Principum honores solitos usurpari, quos multi perperam confundunt. Unus fuit, ut absentibus aut mortuis sella poneretur in theatro cum corona: cujus rei expressam similitudinem vidimus in multis nummis. Dixit pridem de hoc Justus Lipsius ad II. Annalium docte, et accurate. Alter mos fuit, ut in pompa Circensi, quam unus optime describit Dionys. Halicarnass. libro septimo, cum simulacris Deorum, inferretur principis imago, in thensa et ferculo, sicut imagines numinum. Res, ut puto, inaudita Romæ ante Cæsarem. Apud Græcos simile quid observamus. Vide Athenæum in enarratione pompæ Philadelphi. *Casaubon.* *Thensam*] Thensæ sunt sacra vehicula, atque etiam ipsa pompa ordinum et hostiarum. Eas alii a divinitate dici putant: alii, quod ante ipsas lora tenderentur, quæ gaudebant manu tenere et tangere qui eas deducebant. *Hottomann.* *Ferculum*] Ferculis pompa traducebatur, et Deorum simulacra gestabantur. Cur sic vocarentur, Augustinus lib. II. de Civit. Dei docet. Sic hodie vocari possunt gestatoriola, quibus Eucharistia et sanctorum reliquiæ in supplicationibus circumferuntur. *Budæus.*

Pulvinar] Pulvinaria in templis erant lectuli diis dicati, in quibus illorum simulacra reclinari solebant. *Bern.* *Pulvinar*] Lectisternia Romanorum ex Livio aliisque nota: Græcos idem factitasse, primi fortasse nos observamus. Æmilius Probus in Timotheo: 'Quæ victoria tantæ fuit Atticis lætitiæ, ut tum primum aræ Paci publicæ sint factæ, eique Deæ pulvinar sit institutum.' Pausanias Arcadicis: *κλίνη τε ἱερὰ τῆς Ἀθηνᾶς, καὶ αὐτῆς εἰκὼν γραφῆς μεμιμημένος ἀνάκειται.* In Phocicis de templo quodam Æsculapii: *κλίνη δὲ ἐν δεξιᾷ κεῖται τοῦ ἀγάλματος.* *Casaub.*

Flaminem] Flamines in capite pileum habebant, in quo erat brevis virga, desuper habens lanæ aliquid. Quod cum per æstus portare non possent, filo tantum capita religare cœperunt. Nam nudis penitus eos capitibus incedere nefas fuerat. Unde a filo, quo utebantur, flamines sunt dicti, quasi filamines. Verum festis diebus filo deposito, pilea necesse erat accipere. *Servius.* Sacerdotem singulis Diis assignare Romani solebant, quem Flaminem nuncupabant. Unde Cicero II. de Leg. scribit: 'Diisque aliis alii sacerdotes, omnibus Pontifices, singulis Flamines sunto.' Ex Liv. lib. I. tres Flamines a Numa creatos observamus, nempe Flaminem assiduum Jovi unum, alterum Marti, tertium Quirino. *Marc. Donat.*

Lupercal] Sacerdotes Panos, pastorum Dei, Luperci, nudi Lupercalibus per urbem currebant: subligaculis subcincti quod essent, ut reor, 'cinctuti' ab Ovidio dicti sunt. Plutarchus Romulo: *Λούπερκοι δέ εἰσιν οἱ τοῖς Λουπερκαλίοις γυμνοὶ διαθέοντες ἐν περιζώμασι.* Hoc sacrum sollemne institutum fuit Pani, qui Faunus Latinis vocatur. Erant autem duæ Lupercorum sodalitates, quæ Fabianorum et Quintilianorum dicebantur, ut nonnulli censent, a præpositis suis. Utrosque nominat Ovidius II. Fastorum: 'Risit, et indoluit Fabios potuisse Remumque Vincere, Quintilios non potuisse suos.' Cicero 'Germanos Lupercos' vocat, velut agrestem pastoritiamque quandam sodalitatem colentes, qualis fuerat Lupercorum Romuli et Remi: his tertia de Cæsaris nomine addita sodalitas est Julia, de qua heic Tranquillus: unde et 'Luperci Juliani' in II. Philippica nominantur. *Turneb.*

Appellationem mensis] Julius, qui antea Quintilis a numero vocabatur: Sed postea, in honorem Julii Cæsaris Dictatoris, legem ferente M. Antonio Marci filio Consule, Julius appellatus est: quod hoc mense ad quartum Idus Quintilis, Julius procreatus sit. Macrobius.

Nullos non] Hoc est, omnes. Sed cur adeo aspernantur vulgatum illud, et, Grutero teste, in quibusdam e Palatinis codd. extans, *non nullos?* Certe non omnes honores cepit deditque Cæsar, sed quosdam. Quinam autem illi fuerint, sequentibus periodis explicat autor: quarum hæc tanquam propositio est. *Bern.*

Titulo tenus] Ut administratione abstineret. *Idem.*

Utroque anno binos] Cæsarem id quarto consulatu fecisse omnes affirmant. Sed an idem tertio quoque consulatu factitarit, incertum est. Nam et solus, quod sciam, hoc Suetonius affirmat, nec alterius quam M. Lepidi, tunc Consulis, et Magistri equitum, nomen invenias. Fefellit fortassis Suetonium, quod anno DCCVI. qui tertium Cæsaris consulatum præcessit, ac diu sine Consulibus ac Prætoribus fuit, Cæsare in Ægypto, ac Ponto res gerente, tandem Q. Fusius Galenus, et P. Vatinius creati Coss. fuere. Et fortassis tertium Cæsaris consulatum illi anno attribuit Suetonius. *Torrent.*

Medio tempore] Μεταξὺ, interea, eo biennii spatio. *Bern.*

Præfectosque pro Prætoribus constituerit] Imo *pro Quæstoribus.* Istos enim præfectos constat et Quæstorum in urbe munera obiisse: Prætoribus tamen eos potius comparat, quia prætextam, curulem sellam, et sex lictores, quæ sunt insignia prætorum, habuere. colligi potest ex Dione. *Casaub.* Errant qui ex hoc Suetonii loco volunt Præfectos Urbis, de quibus peculiari titulo J. C. et quorum potentia sic postea excrevit, sub Cæsare Dictatore institutos fuisse. Nam ipse Sueton. præfecturam Urbis inter officia ab Augusto inventa commemorat c. 37. *Torrent.*

Præsente se] Imo absente Cæsare, vicem ejus substituti sunt: quod ex Dione clarum et re ipsa: scribimus igitur *qui pro se res urbanas.* Lips.

Cessantem honorem] Vacantem consulatum. *Bern.*

Petenti dedit] Caninium significat, qui a M. Tullio tali aspersus est joco: 'Vigilantem habemus Consulem Caninium, qui in consulatu suo somnum non vidit.' Idem dicere non destitit: 'Consulem habuimus tam severum, tamque censorium, ut in ejus consulatu nemo pranderit, nemo cœnaverit, nemo dormierit.' Idem de eodem: 'Hoc consecutus est Caninius, ut quæreretur, quibus Consulibus Consul fuerit.' *Beroald.* Otacilius Pitholaus, cum Caninius Rebilus uno tantum die Consul fuisset, dixit: Ante Flamines, nunc Consules diales fiunt. Macrobius.

In plures annos] Facete igitur Cic. ad Att. lib. XVI. 'Cæsarem in codicillorum fastis non minus longas futurorum Coss. quam jam factorum paginas habere.' *Torrent.*

Prætoriis] Olim prætura functis, tribuit insignia, quibus Consules ornari solent. *Bern.*

Civitate donatos] Quod in libris suis de Rep. scripsit Aristoteles, civium alios aliqua ex parte, alios omnino cives esse, id in Rep. etiam Romanorum verissimum esse deprehenditur. Nam cum varia civium Rom. jura fuerint, qui omnia obtinuerunt, ii optima, qui aliquot, ii non optima lege cives Rom. fuerunt. Qui domicilium, qui tribum, qui honorum potestatem adepti fuerunt, ii demum plenissimum jus civitatis obtinuerunt. *Sigon.*

E semibarbaris Gallorum] Narbonenses intelligit, ut ex bracis c. 80. suspicor, quibus, ob cultum provin-

ciæ, mixtam quandam elegantia barbariem tribuit. Et hi quidem a Cæsare in curiam sunt recepti. At postea, volente Claudio, Comatæ quoque Galliæ proceres, et primi inter illos Edui, senatorum in Urbe jus sunt adepti. Vide Tac. An. XI. Non tamen a vero abludet, si quis heic semibarbaros Gallorum opponi civitate donatis existimaverit.

Recepit in curiam] Senatores fecit. *Bern.*

Monetæ præposuit] Prima ætate Urbis, in nummis cudendis solo ære sunt usi, post vero argento, ad extremum etiam auro. Unde Triumviri monetales dicti, Æris, argenti, auri flatores, ut ait Pompon. in lib. II. § deinde, D. de orig. jur. Qui etiam dicebantur TRESVIRI AERI, ARGENTO, AURO FLANDO, FERIUNDO. Unde harum notarum interpretatio apud Valerium Probum III. V. A. A. A. F. F. Cicero de Leg. III. 'Minores magistratus æs, argentum, aurum publice signanto.' *Hottomann.*

Peculiares servos] Peculiarem servum appellamus a peculio, quod proprie servorum est, unde ait Labeo Jurisconsultus: 'Paterfamilias peculium habere non potest, quemadmodum nec servus bona.' A peculio deducitur peculiaris, et accipitur pro re servili. Inde scribit Ulpianus: 'Si peculiare vinum legatum sit, id contineri quod servi habuerunt.' In usu autem nunc frequentissimo est, ut peculiaris pro proprio, sive speciali, nec cum aliis communi accipiatur. *Beroald.* Servos Cæsaris proprios intelligit, nam et servi erant publici. *Turneb.*

Trium legionum] De hisce vide Lips. not. 11. ad Tacit. II. Hist. *Bern.*

Liberti sui filio] Libertorum filii temporibus priscis ne admissi quidem in militiam sunt; et bello Italico libertini primum militare cœperunt, ut notat Epitome Liviana LXXIII. *Lips.*

CAP. 77. *Impotentiæ*] Impotentia est, hoc loco effrænata immodestia, et protervia, quando quis fortunæ secundantis elatus aura, sui ipsius non bene potens, linguæ, manibus, affectibus suis moderari nescit: ὕβριν Græci proprie dicunt. Ita Livius III. c. 38. superbos violentosque Decemviros 'impotentes dominos' appellat. *Bern.*

T. Ampius] Mire fluctuant, ut plurimum, in propriis nominibus codices autoris nostri. Reperias enim hic, *T. Amprius, T. Amplius, Lampirius.* Ursino placet *Tampius. T. Ampius* Grutero placet, cujus autoritas mihi pro ratione est. *Bern.*

Nihil esse Remp.] Eodem ferme modo Cic. ad Att. 'Nullum esse colorem, succum nullam formam relictam Reipubl.' Cæsare scilicet pro arbitrio eam moderante. Nec male Lucanus, 'Omnia Cæsar erat.' *Torr.*

Appellationem modo, sine corpore ac specie] Vox species Latinis duo significat, et id quod vere est atque subsistit: ut cum temperantiam virtutis speciem esse dicimus: et id quod veram existentiam non habet; et, ut loquuntur Philosophi, τὸ μὴ ὂν μὲν, φαινόμενον δέ: ut cum χολοβάφινα dicimus habere speciem auream. Cæsar priore notione hic accipit, non posteriore. Heraldus observabat, videri Cæsarem allusisse ad discrimen positum a veteribus inter vocabulum et appellationem. Quintilianus libro primo, c. 4. 'Fuerunt qui ipsum adhuc vocabulum ab appellatione diducerent; ut esset vocabulum, corpus visu tactuque manifestum, domus, lectus: appellatio, cui vel alterum deest, vel utrumque, ventus, cœlum, Deus.' *Casaub.* *Salmasius* legit *speciem.*

Syllam nescisse litteras] Sallustius L. Syllam litteris Græcis atque Latinis juxta, atque doctissime eruditum fuisse, tradit: librosque rerum ab se gestarum composuisse, patet ex A.

Gellio I. c. 12. Qua ergo ratione litteras eum ignorasse Cæsar ait? Locus nimirum est explicatus a Sabellico. Nam Cæsar alludit ad Litteratores et Grammaticos, qui dictant quo modo sit scribendum, quo modo loquendum, et dictata dare dicuntur. *Turneb.*

Dictaturam deposuerit] In tantum felicitati potius, quam actionibus, confisus est, ut, cum et permultos necasset, et tam multas magnasque in urbem mutationes intulisset, tamen dictatura se abdicaverit, populoque comitiorum consularium concessa potestate, ipse non accesserit, sed in foro tanquam privatus obambularit, ut, qui vellet, in jus trahere ipsum posset. Plutarch.

Pro legibus habere quod dicat] Augusto primum, si Dioni credimus, concessum, ut legibus solutus esset. Hinc tandem eo ventum, ut quod Principi placeret, legis haberet vigorem. L. I. De constit. Princ. Principio rerum, 'arbitria Principum pro legibus fuisse,' scribit Justinus lib. I. c. 1. Verum id eo nimirum tempore, cum jus bonumque non legibus, sed natura valeret, ut ait de veteribus Romanis Sallustius Catil. cap. 9. Ubi vero flexu sæculorum ad nimiam improbitatem imperantium parentiumque mores incubuere, legibus utrorumque nimiam licentiam coërcere necesse fuit: in quibus salutem civitatis esse sitam, Aristoteles I. Rhet. 4. affirmat. Quippe alias magnum periculum est, ne, cui licet facere, quod vult velit, quod non debet. *Bern.*

Sine corde exta] Pestifera auspicia esse dicebant, cum cor in extis, aut caput in jecinore non fuisset, pestiferum fulgur, quo mors exiliumve significari solet. Festus. Cæsari Dictatori, quo die primum veste purpurea processit, utque in sella aurea sedit, sacrificanti bis in extis cor defuit. Unde quæstio magna de divinatione argumentantibus, potueritne sine illo viscere hostia vivere, an ad tempus amiserit. Plinius. De extorum inspectione cum cura disserit Alex. ab Alexandr. Genial. dier. l. v. c. 25.

Sacro] Hoc est, in sacrificio quodam, plano sensu. Torrentii lectio, *exta sacra quondam, &c.* minime probabilis. *Bern.*

Futura diceret lætiora] In Hispania, non Romæ, ab eo id dictum contenderim, ubi simile ostentum ei in Pompeii filios dimicaturo constat oblatum. *Sabell.*

Cor defuisset] Acumen dicti consistit in ambiguitate phraseos, 'Cor deesse.' Cum enim veteres mentis sedem in corde collocaverint, factum est, ut cor pro mente sive animo quoque sumatur. Unde dicti cordati: et his contrarii væcordes, et excordes. Corde ergo, seu mente, bruta destitui, non mirandum Cæsar ait. *Bern.*

CAP. 78. *Inexpiabilem*] Alii, *exitiabilem.* Idem.

Universos patres] Quod *universitati* debetur, *singulis* non debetur, ut est in l. VII. § 1. D. Ex quo, libertum, syndicum, advocatum, soli civitati, corpori, et collegio honorem debere, et singulis jure resistere, eosque impune offendere, docet Ulr. Zasius in d. l. x. § 4. n. 6. circa fin. D. de in jus vocando. Par ergo fuerat, uti, si *singulos* e Senatu non dignabatur honore cultuque, Cæsar saltem *universis* Senatoribus ad se venientibus assurgere ne gravaretur. Erat enim hoc officium ex eorum genere quæ non modo nullo pretio constant. 'Affabilitatem lucrum minimo impendio quæsitum' appellat Euripid. Verum etiam omnibus amabilem atque percharum efficere potuisset: ut contra superbe sese inhumaniterque gerentes, non sine imperii persæpe vitæque discrimine, cunctis exosi fiunt ac detestabiles. *Idem.*

Sedens] Cum assurgere debuisset: quod honoris genus antiquissimum

esse, vel Homeri locus arguit, Iliad. A. vers. 533. *Idem.*

Genitricis] De qua sup. cap. 61. I. *Idem.*

Excepit] Manusc. Salmas. *escepit.* Ut *escendo* pro *adscendo.*

Cornel. Balbo] Dicente, 'Non meministi, te esse Cæsarem? neque vis pro majestate tua coli?' Ejusmodi adulatorum vocibus ad eam superbiam evectum Cæsarem, non est mirandum. Nam, ut inquit Dio l. XLIV. 'Immoderati honores laudesque levitatem animi etiam modestissimo cuique afferunt, ut se jam tales esse, quales prædicantur, existiment.' Et 'Ruinam præcedit superbia,' ut inquit Rex sapientissimus. *Bern.*

C. Trebatium] Jurisconsultum, Ciceroni familiarissimum, ut notum ex ejus epistolis Famil. 'Vultu minus familiari respicere,' uno verbo Græci, ὑποβλέπειν. *Idem.*

Triumphanti] Triumphos Cæsaris enumerat autor c. 37. *Idem.*

Subselliis Tribunitia] In quibus Tribuni triumphum spectaturi consederant. Patres vero sellas curules occupabant. *Idem. Tribunitia*] Asconius: 'Subsellia sunt Tribunorum, Triumvirorum, Quæstorum, et hujusmodi minora judicia exercentium, qui non in sellis curulibus, nec tribunalibus, sed in subselliis considebant.' Sed subsellia non video qui probare possit, eorum tantum fuisse, qui minora judicia exercent, cum pro omnibus judiciis generaliter usurpentur, ut Ep. Fam. 208. lib. II. de Oratore, et alibi non semel. *P. Manutius.*

Prætervehenti] 'Prætervehere' neutraliter et absolute ponit autor, haud scio an obvio apud alios usu. Sic supra c. 37. Cæsar 'Velabrum prætervehens,' hoc est, prætervectus. *Bern.*

E collegio] Subaudi, Tribunorum. *Idem.*

Pontium Aquilam] Acerrimum Reip. propugnatorem, pro qua et vitam fudit, bello Mutinensi D. Bruti legatus. Videri tamen alicui queat *id factum* (quod unus Cæsari non assurrexit) contumaciæ potius quam constantiæ nomine venire; cum nihil in summam profuerit. *Idem.*

Repete] Abroga mihi sis imperium, pro potestate tua tribunitia. *Idem.*

CAP. 79. *Despecti Senatus*] In eo, quod per indignationem a se Rempubl. repetere Pontium Tribunum jussisset, quasi Senatus nihil amplius in Rep. nisi nomen esset.

Contumeliam] Non est mirum, ea sibi ratione Cæsarem inconciliasse, seu (ut Horatius ait IV. Od. 15.) inimicasse Senatum: quia, judice Demosthene contra Midiam: 'Non est omnium rerum quicquam intolerabilius contumelia: neque propter quam potius irasci consentaneum sit.' Adeo quidem, ut 'gravius contumeliam ferant homines, quam detrimentum,' ut Plutarchus inquit. *Bern.*

Sacrificio Latinarum] Cæsar, utpote Consul, Latinas indixerat: et ex more celebraverat in Albano solemne sacrum Jovi Latiali. His feriis quadrigæ certabant in Capitolio, victorque absinthium bibebat. 'Credo,' inquit Plinius, 'sanitatem præmio dari, honorifice arbitratis majoribus.' *Beroald.* Feriarum publicarum genera sunt quatuor. Aut enim stativæ sunt, aut conceptivæ, aut imperativæ, aut nundinæ. Conceptivæ sunt, quæ quotannis a magistratibus vel sacerdotibus concipiuntur, in dies vel certos, vel etiam incertos: ut sunt Latinæ, Paganalia, Sementinæ, Compitalia. Latinarum tempore, quo publice quondam induciæ inter Romanum populum Latinumque firmatæ sunt, inchoari bellum non decebat. Macrob. *Latinarum*] Subaudi, feriarum. De feriis Latinis, quarum crebra in historia Rom. mentio, videatur omnino Varro lib. v. de L. Lat. Dionysius Halicarn. lib. IV. E recentioribus autem Alex. ab Alexand.

Genial. Dier. libro v. c. 7. *Bern.*

Acclamationes] Exprimit hunc vulgi morem non uno loco Tacitus. Ut lib. I. Hist. c. 32. mos plebi 'quemcunque Principem adulandi, licentia acclamationum, et studiis inanibus.' Et paulo post c. 35. 'plebs imperita ruit in plausus et immodica studia.' *Idem.*

Coronam lauream candida fascia præligatam] Fascia candida est diadema regium. Plutarchus διάδημα βασιλικόν. Tali fascia candida ornatæ causiæ regum Macedoniæ, ut nostri hodie galeri loris vel torulis quibusdam. Veteres Grammatici: καυσία πῖλος ἦν πλατὺς, ὃν οἱ Μακεδονικοὶ βασιλεῖς ἐφόρουν, λευκὸν αὐτῷ διάδημα περιειλοῦντες. Vide Ælianum de animal. libro xv. c. 2. Inde est, quod in Pompeio fasciæ, licet crurales, affectati regni suspicionem moverunt, quia erant candidæ. *Casaub.*

Epidius, &c.] Apud Valerium Max. lib. v. c. 7. examp. vide. *Bern.*

Valuit] Palatini Codices, et alii, *voluit* legunt: quod et Torrentius probat. Sed nostrum tamen *valuit*, præter codices alios, et mox sequentia, firmant verba Dionis lib. XLIV. *Idem.*

Plebei regem se salutanti] Lib. unus *plebeio*, quod et Gifanius asserit. Et sane plebeius apud Horat. quoque lib. II. Sat. 3. pro quovis e populo ponitur, 'nil ultra quæro plebeius.' Quam lectionem eo magis probo, quod regni mentio etiam sub Cæsare semper universo pop. Rom. displicuit. Cic. Philipp. II. 'Sedebat pro Rostris collega tuus, amictus toga purpurea, in sella aurea, coronatus. Ascendis, accedis ad sellam. Ita eras Lupercus, ut te esse Consulem meminisse deberes. Diadema ostendis. Gemitus toto foro. Tu diadema imponebas cum plangore populi, ille cum plausu rejiciebat.' *Torrent.*

Cæsarem se, &c.] Libet hic per occasionem annotare, Cæsaris appellationem non minus ac prænomen Imperatoris ab hoc Nostro in omnes deinceps Impp. Romanos propagatum fuisse: quemadmodum Ægyptii Reges omnes vocati sunt Ptolemæi: Parthorum, Arsacidæ: Latinorum, Murani: Albanorum, Sylvii, &c. Nam etsi post Julium Cæsarem ii proprie Cæsares appellati sunt, qui designati erant Imperatoriæ majestatis hæredes atque successores, Augusti vero nominabantur, qui reapse imperabant. *Bern.*

Lupercalibus] Feriæ *stativæ* sunt universi populi communes, certis et constitutis diebus ac mensibus: et in fastis statis observationibus annotatæ, in quibus præcipue servantur Agonalia, Carmentalia, Lupercalia. *Macrob.* Lupercos etiam 'Crepos' vocatos, legimus apud Festum, a crepitu pellicularum, quem faciebant verberantes. Nudi enim in Lupercalibus discurrebant, et pellibus obvias quasque fœminas feriebant, sponte etiam palmas feriendas præbentibus mulieribus, ob id sibi fœcunditatem et partus facilitatem dari arbitrantibus, teste Plut. in Rom. *Turneb.* Sunt qui censeant, locum quendam sub monte Palatino sacratum Pani Deo Arcadico fuisse, cui etiam mons Lyceus est consecratus, quod λύκους, id est, lupos, non sinat in oves sævire. Hinc Ovid. II. Fast. 'Quid vetat Arcadiæ dictos de monte Lupercos?' *Marc. Donat.*

Pro Rostris] Naves Antiatium partim in Navalia Romæ subductæ, partim incensæ, rostrisque earum suggestum in foro exstructum adornari placuit: Rostraque id templum appellatum. Livius.

In Capitolium] Ejus facti rationem hanc Cæsarem attulisse, Dio modo citato loco refert: solum enim Jovem Romanorum Regem esse. De consuetudine coronas in Capitolio deponendi vide J. Rycquium Capitol. c. 31. *Bern.*

Varia fama] Validum haud dubie, quod e Viterbiensi Codice Casaubonus, et ex Palatino primo Gruterus eruit, *valida fama*. Idem.

Vel Ilium] Trojam; idque in honorem vel autoris Romanorum Æneæ Trojani, vel gentis Juliæ, quæ ab Ænea, et a qua Cæsar ducebat originem. *Idem*.

L. Cottam Quindecimvirum] Fl. Vopiscus, in Aureliano, Pontificibus munus assignat inspiciendorum Sibyllæ librorum. Non Pontificum tamen, sed Decemvirorum primum: mox, ampliato numero, Quindecimvirorum fuit: nec dicendum est, ætate Aureliani id Pontificum fuisse officium, quod olim erat Quindecimvirorum. Nam et Constantini Magni temporibus id etiam tum muneris habebant Quindecimviri, ut scimus testimonio Lactantii. Sic igitur statuemus: Pontifices appellari Vopisco Quindecimviros, non quod sacris faciendis etiam ipsi præessent, sed quod multi ex Quindecimviris iidem et Pontifices erant: cujus rei testes sunt inscriptiones veteres multæ: sed una, ero contentus: PETRONIVS APOLLODORVS. V. C. PONTIFEX. MAIOR. XV. VIR. SACR. FAC. *Salmas.*

Libris fatalibus] Hoc est, Sibyllinis, de quibus infr. Aug. cap. 31. plura dicendi locus erit. *Bern.*

CAP. 80. *Maturandi*] Nam quatriduo antequam ad Parthos rex profecturus esset, a conjuratis occisus est. *Beroald. Maturandi*] Accelerandi. Quæ pendent ab hoc verbo voces, 'destinata negotia,' Gruterus ambas, Casaubonus alteram, e glossa in textum irrepsisse putant: *εὐστόχως*. Non infrequens enim est bonis autoribus 'maturare' simpliciter et absolute positum, pro, properare. Sic Sallust. Catil. cap. 36. 'Antonius Catilinam persequi maturet.' Curt. lib. III. cap. 8. f. 'Sæpe destinata salubriter omni ratione potentior fortuna discutit.' *Bern.*

Assentiri] Probare decretum de Cæsare Rege appellando. *Idem.*

Assertores] Vindices publicæ libertatis. *Idem.*

Peregrinis] Senatus numerum supra fas auxerat: unde exiit ille Ciceronis jocus ad Laberium: 'Recepissem te nisi auguste sederem.' *Beroald.*

Libellus] Scriptum publice ad notitiam omnem affixum. *Bern.*

Bonum factum] Veteres boni ominis causa suis edictis hæc duo verba, BONUM FACTUM, seu, quod monet Isidorus Orig. I. cap. 22. scribendi compendio, duas hasce literas, B. F. præponere soliti sunt. Ut indicat Tertullian. lib. de Pudicit. cum ait: 'O edictum, cui adscribi debeat, Bonum factum.' Sed enim adsiduum et locupletem adsertorem hæc formula Plautum habet, illo lepido histrionum edicto, quod ab eo, ad eorum, quæ a Magistratibus proponebantur, speciem ac formam belle fictum atque compositum, prologi vice Pœnulo præponitur. Id sic incipit; 'Bonum factum est, edicta ut servetis mea.' Finit: 'Hæc quæ sunt imperata pro imperio histrico, Bonum hercle factum pro se quisque meminerit.' Josephus Antiq. lib. XIV. cap. 17. exprimit his verbis: ΚΑΛΩΣ ἜΧΕΙ. Sed et Valerius Probus inter juris notas ponit has Q. B. F. quas sic interpretatur: 'Quare bonum factum.' *Brisson.*

Ne quis Senatori] Quippe peregrinis ipsis Curiam sine duce non reperturis. *Bern.*

Gallos Cæsar] Versus hi duo trochaici sunt, quod pridem Turnebus III. Advers. 22. annotavit: in quorum posteriore 'sumpserunt' penultimam brevem habet: ut 'steterunt' apud Virgil. II. Æn. Eclog. IV. 'Matri longa decem tulerunt fastidia menses.' *Idem.*

Iidem in curia] Ms. Salmas. *iidem in curiam*, quæ leviter immutata cum

Torrentii duobus Mss. conspirabunt: *idem in curiam.* Cæsar, inquit Torr. quos in triumphum duxerat, eosdem et in curiam duxisse acerbissime notatur.

Bracas] Tunica Gallorum fuit, cui sagum imponebatur. Tunicam fuisse, patet ex eo, quod, braccis depositis, latum clavum sumserunt. Latus autem clavus tunica senatorum Romæ fuit. *A. Manutius.*

Suffecto] Surrogato, substituto. *Bern.*

Animadverti] Animadversio proprium rei lictoriæ verbum est. Consulem lictores duodecim antecedebant, non gregatim, aut confuse: non item bini ternive, ut quis suspicetur, sed singuli, ac (anserum ritu) in lineam. Antecedebant autem cum strepitu et imperio quodam, ut manu, virga, voce, locum facerent sequenti magistratui; idque dicebatur Submotio: ut item juberent honorem eidem exhibere, caput aperiendo, assurgendo, descendendo de equo aut curru, ferrum ponendo, similibusque officiis, quæ conjunctim tangit Seneca epist. LXIV. et hoc vocabatur Animadversio. *Idem.* *Animadverti*] Tum in more positum fuit, ut, Consule theatrum introëunte, Lictor animadvertere populum juberet. Sed et si quid per incuriam oscitantiamve lictor prætermitteret, quod contra dignitatem esset, Consul eum animadvertere jubebat. Indicio est, quod Livius l. XXIV. de Fabiis patre et filio narrat: 'Consul animadvertere proximum lictorem jussit, et is, ut descenderet ex equo, inclamavit.' Quam historiam Val. Max. referens lib. II. cap. 2. ait, Consulem proximo lictori, 'ut sibi appareret, imperasse.' *Brisson.*

Ex more] Ms. Salmasii, *ex munere.*

Non esse Consulem] Stante Repub. consulatus ex legibus annuus semper fuit. Primus Cæsar, cum multa contra leges patrias fecisset, consulatum ex annuo bimestrem, vel trimestrem, et pro arbitrio fecit: eumque magistratum, quibus, quoties, et quo anni tempore illi placuisset, præter S. C. populique suffragia, dare cœpit: scilicet ut plures, quibus ministris in bellis civilibus usus fuerat, eo supremo magistratu insigniret. Ac quarto quidem consulatu suo cum seipsum abdicasset, sibi sufferit et Q. Fabium Maximum, quo de hic autori sermo, et C. Trebonium. Hinc indignabunda vox illa populi: 'Non esse Consulem eum:' quippe non suffragiis popularibus in annum integrum legitime creatum: sed novo more trimestrem. Et tamen hunc morem excogitatum a Cæsare sequentes etiam Imperatores Romani sunt secuti. *Bern.*

Proximis Comitiis] Comitia, quorum hic mentio, tempore non suo, primis anni mensibus, habita: vel mense Febr. quo olim legationes audiri solitæ a P. C. vel Martii initio. Sed festinavit Cæsar, quia primo vere urbe exiturus erat. Jam enim Octavium cum parte copiarum Apolloniam præmiserat. *Casaub.*

Consules eos declarantium] Utpote dignos eo honore, quod, detracto coronæ Cæsaris diademate, se libertatis assertores ostendissent. *Bern.*

Statuæ] Dictio 'statuæ' abest in aliquibus Mss. nec male: cum paulo ante posita commodius hic subaudiatur. *Idem.*

A LX. amplius] Complurium ex his nomina recenset et Appianus lib. II. Bell. Civil. et ad hunc locum Casaubonus. *Idem.*

Conspirationis] Vox 'conspirationis' exactissimo talium judici Grutero glossema sapit: certe redundat otiose repetita; cum præcesserit, 'Conspiratum est.' *Idem.*

Campo] Martium campum accipe. Tarquiniorum is initio fuit, Tyberim inter et antiquam urbem situs: quibus in exilium actis, Marti consecra-

tus, et ex eo ipsi nomen inditum est. *Idem.*

Comitia] Nic. Grucchius de Comitiis Rom. lib. II. p. 230. hunc locum de Tributis Comitiis accipiendum docet, et pluribus explicat. *Idem.*

Ad suffragia] Per tabellas danda. Porro præstetne suffragia voce nuncupari, an tabella occultari, disputat elegantissime Cicero lib. III. de Legibus, longius a fine. *Idem.*

Partibus divisis] Conspirantium aliis super ponte collocatis, qui dejicerent Cæsarem, aliis sub ponte, qui dejectum exciperent trucidarentque. *Idem.*

E ponte] In campo Martio pons tabulatus fuit extructus, in quem ascendebant singulæ per vicem tribus aut centuriæ; datisque suffragiis in aliam campi partem transibant, qui locus mons citatorum vocabatur. Hinc parœmia, 'sexagenarios de ponte dejiciendos esse,' hoc est, ob illius ætatis imbecillitatem, a suffragiis et omni tractatione civilium negotiorum in otium rejiciendos. *Idem.*

Sacra via] Nam ibi Cæsarem habitasse in domo publica, dictum ante, c. 46. *Idem.*

Theatri] Pompeianum theatrum id fuit, ubi ludi tunc agitabantur, et in propinquo curia Pompeii, Appiano teste. *Idem.*

Postquam senatus Idibus Martiis edictus est] Is dies propter Annæ Perennæ festum hilariter solitus agi. Ideo etiam ludi in Pompeiano theatro erant futuri. Moris autem fuit, ut quibus diebus spectacula in eo theatro exhiberentur, Senatus in Curia Pompeii haberetur. *Casaub.*

Tempus] Idus Martias. *Bern.*

Locum] Pompeii curiam. *Idem.*

CAP. 81. *Denuntiata*] Dictum signanter ac proprie, 'denunciata.' Non enim ut caveret, sed ut occumbendum sibi plane sciret, illis prodigiis est admonitus. 'Quæ fato manent,' ait Tacit. I. Hist. 18. 'quamvis significata, non vitantur.' Ita Tib. Gracchi tristis exitus, et prodigio denuntiatus, nec evitatus consilio fuit. Item Octavius Consul dirum omen exitii sui, quemadmodum timuit, ita 'vitare non potuit.' *Idem.*

In colonia Capua] Nobilissima Campaniæ urbe. Quæ hodie *Capua* est, ab illa veteri distat duobus millibus passuum. *Idem.*

Lege Julia] Quam Julius Cæsar ipse primo consulatu suo tulerat, quaque Campanum agrum, viginti millibus civium in eam coloniam deductis, extra sortem diviserat. *Idem.*

Sepulcra vetustissima] Idque contra ea, quæ divisionum autores omnes in coloniis deducendis sanxisse scribit Hyginus: 'Uti quæcunque loca sacra, sepulchra, delubra, aquæ publicæ, aquæ vicinales, fontes, fossæque publicæ vicinalesque essent, item si quo compascua, quamvis agri dividerentur, in omnibus ejusdem conditionis essent, cujus ante fuissent.' *Idem.*

Capys, conditor Capuæ] Eam, quæ Capua nominatur, ab Ænea cæterisque Trojanis conditam, et a Capy Trojano Capuam appellatam tradunt. Dionys. Halicarn. Vulturnum Etruscorum urbs, quæ nunc Capua est, ab Samnitibus capta, Capuaque ab duce eorum Capye, vel (quod propius vero est) a campestri agro appellata. Livius.

Conscripta] 'Conscribere' non tantum refertur ad rem, quæ scribitur, sed etiam interdum ad subjectum, in quo scribitur. Ut Ovid. II. Eleg. 5. 'conscriptaque vino Mensa.' Ut hoc loco, tabula conscripta literis verbisque Græcis. Idiomate nostro, *überschreiben.* Bern.

Quandoque ossa Capyis] Quandoque pro quandocunque, vocabulum Horatio et Jurisconsultis frequens. 'Quandoque nupserit, quandoque liberos habuerit.' Suetonius tamen aliter fere usus est. *Torrent.*

Iulo] Turnebus lib. XXIV. Advers. c. 14. legit *illo*: sed *Iulo* non damnat. Nec est sane damnandum. Cæsar enim Iulum Æneæ filium auctorem generis sui faciebat. *Bern.*

Manu consanguineorum] Romanorum, qui ejusdem erant sanguinis. Vel hoc dicitur, ob Marcum Brutum, qui ipsius filius existimabatur. Certe 'consanguinei' vox hoc loco latius accipitur. Si *more* legas, ut multa exemplaria habent, eum ferro periturum intelligas: quales exitus plerique Juliæ gentis fuerant adepti. Constat enim, quicunque in ea familia *C.* prænomen habuere, jam ab eo qui Cinnanis temporibus perierat, ferro periisse. Est vox 'Caius' alioqui fausta, et in nuptialibus sacris, ut Fabius et Plutarchus scribunt, a majoribus usurpata. *Sabell.*

Vindicaretur] Ut factum cladibus in Philippis et ad Mutinam acceptis, illaque sævissima triumvirorum Antonii, Lepidi, Augusti, proscriptione. *Bern.*

Proximis] Necem Cæsaris proxime antecedentibus. *Idem.*

Equorum greges, quos in trajiciendo Rubicone flumine consecrarat] Solita hoc modo consecrari omnis generis animalia, etiam pisces, ut apud Athenæum lib. VII. scriptum. Maxime autem id factitatum in iis, quæ usui aut voluptati fuerant: quibus hoc quasi præmium datum, ut ante obitum manu emitterentur et sinerentur ἄφετα. Sic servos, quos amabant, imminente morte properabant liberare, ut saltem in libertate morerentur, ut Plinius in epistolis docet. Videntur mulieres, quando erant missuræ e potestate aviculas quibus plurimum fuerant oblectatæ, solitæ illis unguentum affundere: quod genus luxus observo etiam in hac re fuisse usurpatum. Sic de equis testis Ælian. de animal. lib. XI. cap. 36. Ὅτι δὲ καὶ μύρῳ ἐχρίοντο ἵπποι, Σιμωνίδης ἐν τοῖς Ἰάμβοις λέγει. et l. XVI. c. 24. Similis stultitia eorum, qui pisces monilibus et inauribus ornabant, ut narrat idem l. XII. c. 36. *Casaub.* *Greges*] Rubiconem amnem (de quo supra c. 31. et 32.) trajecturus Cæsar, equos superiore loco constituit, ad excipiendum impetum aquarum, ut ita pedites, fractis undarum viribus, infra tuto transirent. Qua de re Lucanus l. I. vs. 220. 'Primus in obliquum sonipes opponitur amnem, Excepturus aquas: molli tunc cætera rumpit Turba vado faciles jam fracti fluminis undas.' Hos igitur equos, ut suæ fortunæ ac felicitatis autores, hoc loco dicitur consecrasse. *Bern.* *Rubicone flumine consecrarat*] Turnebus *Rubiconi flumini* legit, dandi casu, ut equos Cæsar ipsi flumini consecrarit. Plutarchus Lucullum Euphrati fluvio, quem Tigranem Regem invasurus trajecerat, taurum scribit immolasse. Tauriformes autem fluvii a Poëtis finguntur, ut ad Horat. notavimus lib. IV. Od. 14. *Torrent.* Turnebi lectionem firmat Salmasii codex.

Ubertimque flere] Virgil. in Pallantis funere, 'positis insignibus Æthon It lacrymans, guttisque humectat grandibus ora.' Et rursus Bucol. 'nulla neque undam Libavit quadrupes, nec graminis attigit herbam.' Plin. lib. VIII. c. 42. de equis: 'Præsagiunt pugnam, et amissos lugent dominos, lacrymasque interdum desiderio fundunt.' *Torrent.*

Idus Martias] Idus Martias ferales sibi Scorpionis occasu annotavit ipse Cæsar, si Plinio credimus l. XVIII. c. 26. Quo magis sane mirandum, si Spurinam irrisit, quem tantopere ejus seculi auctores laudant. Irridere tamen hominem videtur Cicero Famil. l. IX. Epist. 26. *Idem.*

Avem regaliolum] In Glossario non *regaliolus*, sed *regaviolus* scribitur. Nec est absurdum, ut sic potius scribatur: nam regaviolus dicta hæc avicula, quasi rex avium. De hac ave

Plinius. In tertio Pauli Æginetæ legimus, aviculam, Græcis βασιλίσκον dictam, omnium, quas nosset vetustas, habitam esse minimam. Nec multo esse majorem passerem troglodyten: quam volunt eruditi esse nostrum *roitelet*. Casaub.

Cui inluxit] Quæ proxime antecessit diem cædis. *Bern.*

Calpurnia uxor imaginata est] Virtus imaginativa semper est in motu, et actione continua, ideoque attribuitur illi actio somniandi. Hinc non incongrue Latini imaginari pro somniare quandoque accipiunt. Sic Plinius in Epist. de somnio C. Fannii: 'Mox imaginatus venisse Neronem.' *Marc. Donat.*

Collabi fastigium domus] Ut Valerio Poplicolæ olim honoris caussa concessum, ut foras aperirentur ædes ejus, sic Julii domus fastigio ornata. Fastigium aliquando est ἁπλῶς ædificii summum, ut Festus interpretatur. Interdum significat tecti formam Deorum templis propriam, quæ Græcis ἀετὸς et ἀέτωμα dicitur. Aristophanes Avibus, Εἶτα, ait, πρὸς τούτοισιν, ὥσπερ ἐν ἱεροῖς οἰκήσετε· Τὰς γὰρ ὑμῶν οἰκίας ἐρέψομεν πρὸς αἰετόν. *Casaub.*

D. Bruto adhortante] Is haruspices risit, Cæsaremque verbis increpuit, qui se ipsum incusationibus et calumniis senatorum objiceret, quod iis illudere videretur: etenim eos jussu ipsius convenisse, omnesque paratos esse decernere, ut ipse rex omnium, quæ extra Italiam sunt, provinciarum diceretur, ac terra marique, nisi cum in Italia sit, diadema gestaret. Plutarch.

Libellum] Putabat Cæsar, supplicem hunc libellum esse, ideoque reliquiis δεητηρίοις eum commiscuit. *Casaub.* Aditos fuisse principes per libellos, ostendit lib. XXXIII. ff. de re judic. Nec aliter vel præsentes adire moris erat, si Tacito fides adhibenda est. Vide Sueton. in Aug. cap. 53. Martialis l. VIII. Simile quid in vita Pelopidæ Plutarchus de Archia Thebanorum tyranno refert, cui cum fuisset inter convivium allata de conjuratis index epistola, et is, qui pertulit, admonnisset, ut statim legeret, de seriis enim scriptam esse rebus, arrisit, ac dixit: 'in crastinum ergo seria:' simulque acceptam epistolam pulvillo supposuit, institutosque sermones continuavit. At ea nocte a Pelopida cæsus est, ac Thebæ a Spartanorum jugo liberatæ. 'Dante tibi turba querulos, Auguste, libellos.' Rescribebant autem principes ad libellos, ut testantur juris auctores in l. ult. ff. de Off. procur. Cæs. l. XXIII. de usufr. leg. l. IV. de Appellat. recip. *Brisson.*

Ab obvio] Ab Artemidoro Gnidio, Græcæ eloquentiæ Professore, si credendum Plutarcho in Cæs. *Bern.*

Quasi mox lecturus, commiscuit] Similem errorem admisit Nicephorus Imperator, cum uxoris Theophanus et Tzimiscæ conjuratione cæsus est. Fuse narrat Cedrenus. Geminum istis exemplum in Annalibus nostrorum temporum posteritas leget, ac fatorum vim inevitabilem etiam in ea cæde recognoscet. *Casaub.*

Pluribus hostiis cæsis] Quanta vis fati? manaverat late conjuratio: libellus etiam Cæsari datus eodem die: nec perlitare centum victimis potuerat: venit tamen in curiam. Florus.

Cum litare non posset] Litare proprie est καλλιερεῖν, hoc est, sacrificio facto placare numen. Antiqui 'luitare' dicebant, quod frequentativa forma ἀπὸ τοῦ luere factum est. Litare enim et lutare proprie est solvere. Litant homines Diis, ut debitores creditoribus solvunt. Litantur hostiæ et sacrificia Diis, ut pecunia ac debitum solvitur creditoribus. Nam et sacra litari Diis, hostiæque, dicuntur, et, Deo litari: sed et Dii litari dicebantur, id est, placari, ut creditores liberari. Nam liberare creditorem in jure dicitur, qui sese libe-

rat a creditore, eumque placat. *Salmas.*

CAP. 82. *Specie officii*] Per speciem honoris. Nam 'officii' vox est, de iis quæ cultus, honoris et studii causa superioribus aut amicis exhibemus. Ita Nostro in Claud. c. 26. 'officium nuptiarum celebrare.' *Bern.*

Cimber Tullius] De illa Caii Cæsaris cæde, tam creditum est Tullio Cimbro, quam Cassio. Cassius tota vita aquam bibit: Tullius Cimber nimius erat in vino, et sordibus. In hanc rem loquutus est ipse: 'ego,' inquit, 'quemquam feram, qui vinum ferre non possum?' Seneca. Sed pro *Tullius* alii legunt *Tillius.*

Togam apprehendit] Togam a collo detractam, idque fuisse signum adoriendi, scribit in Cæs. Plutarchus. *Bern.*

Ista quidem vis est] Cum vehementius et violentius vel arctius tenebantur, exclamare solebant, 'hæc vis est.' Sic Plautus Captivis: 'Vis hæc quidem hercle est, et trahi et trudi simul.' *Turneb.*

Alter Cassius] Erant autem hi duo inter conjuratos Cassii, Caius, quem principem conjurationis modo dixit auctor, et Lucius. *Bern.* Turnebus *alter e Cassiis* legisse videtur. Sed tamen ex Appiano et Plutarcho *Casca* retineo, (sic enim impressi omnes, et Mss. tres,) et P. Servilium Cascam intelligo, ut eum vocat Dion lib. XLIV. Utriusque in veteri nummo, qualem servo, memoria superest. In altera enim parte Neptuni effigies, asscriptumque CASCA LONGUS: altera Victoria, sinistra palmam, dextra coronam, et in aliis pileum, quod libertatis est signum, ferens. Est autem Casca Serviliorum cognomen, Longus, uti et Longinus, Cassiorum. Taceo duos conjurasse Cascas, uti et Cassios, ex Plutarcho. Sed præcipui C. Cassius, et P. Servilius, quos nummo suo Brutus, conjurationis princeps, impressit. *Torrent.*

Paullum infra jugulum] Uni homini sunt juguli (ut ait Plinius in undecimo) duo, scilicet dextrum et sinistrum. Apuleius: 'Per jugulum sinistrum capulo tenus gladium totum ei demergit.' Cornelius Celsus in VIII. 'A dextro jugulo, si id fractum est, ad alam sinistram, a sinistro ad dextram, et quia locus ille maxime lethalis est, et penetrabilis, inde jugulatio et jugulare deducuntur.' Apud oratores in agendis causis detrita hæc sunt: 'Pedem conferre, et jugulum petere, et sanguinem mittere:' ut docet Quintilianus in octavo. Nam tunc in causa jugulum petit Orator, quando, quod est potentissimum, id invadit, ac premit adversarium validissime. *Beroald.*

Graphio trajecit] Perperam γλύφανον vel γλυφεῖον, hoc est, librariorum scalprum, idem cum graphio esse notant. Graphium stilus erat ferreus, ab una parte acutus, quo exarabantur in cera litteræ, ab altera parte planus, qua inducebatur quod perperam erat exaratum, et rursus complanabatur cera. Inde 'stilum vertere' apud Horatium. At scalpro vel γλυφείῳ calami temperabantur, quibus in charta et membrana scribebant. 'Cannivum' hodie scalprum appellamus Galli, a canna vel calamo. Nam harundine scribebant veteres, non, ut nos, penna. *Salmas.*

Undique se strictis pugionibus peti] Veteribus σιδηροφορεῖν non licebat. Itaque conjuratos id egisse notat Dio, ut gladii in scriniis loco libellorum collocati importarentur.

Sinistra manu sinum ad ima crura deduxit] Sinus videtur fuisse pars quædam laxior, et tanquam excurrens in dextra lacinia vestis: ut cum corpus toga amictum involutumque esset, a dextra in sinistrum humerum rejiceretur: et e sinistro humero in brachium plerumque descenderet: aut statim principio brachio sinistro exciperetur, aut ipsum involveret.

Tum enim sic sibi togam injiciebant, ut et in humerum sinistrum sibi sinum rejicerent; quem Cæsar, cum sibi moriendum videret, ne quid e corpore renudaretur inhoneste, deduxit ad crura sinistra manu, qua eum fortasse tum gerebat. Id autem quod diximus esse sinum, ostendi potest e Quintiliani Instit. Rhet. lib. XI. c. 3. *Turneb.*

Honestius] Ore, et obscœnis partibus velatis. Hinc credo fuisse, quod quum viri fortes olim caderent, morsum terra affigerent: quod Maro, et alii demonstrant. *Sabell.*

Tribus et viginti plagis confossus est] Perhibent eum sive fortuito, sive compulsum eo a percussoribus, se demisisse ad basin statuæ Pompeianæ: et hanc cædes ista cruore complevit, ut videri possit ipse Pompeius supplicio inimici adstitisse sub pedes ejus collapsi, ac præ multitudine vulnerum calcitrantis: viginti enim ac tria vulnera accepit: et multi, dum in unum corpus tot plagas ingerunt, sese mutuo consauciarunt. Plutarch.

Bruto irruente] Cæsar admonebatur ab amicis, ut Antonium Dolabellamque caveret, perinde ac seditiosos et turbulentos: ille vero respondit: Οὐ τοὺς βαναύσους δεδιέναι καὶ λιπῶντας, ἀλλὰ τοὺς ἰσχνοὺς καὶ ὠχροὺς ἐκείνους, δείξας Βροῦτον καὶ Κάσσιον. Id est, *se non timere rubicundos et pingues, sed macilentos et pallentes illos: demonstrans Brutum et Cassium.* Beroald.

Καὶ σὺ εἶ ἐκείνων] *Et tu inter istos es? et tu, fili?* Hæc non agnoscit Codex Salmas.

Καὶ σὺ, τέκνον] Non tam ad familiaritatem, aut Bruti ætatem id referendum, quam ad illud, quod Brutum ex Servilia et Cæsare conceptum multi credidere. *Sabell.*

Publicare] Vulgo vocant confiscare. Publicum enim fit, quod in fiscum et ærarium cogitur. *Bern.*

Acta rescindere] Acta ejus, qui togatus in Rep. versatus sit cum imperio ac potestate, sunt proprie leges. Unde ait eleganter Cicero: 'Quære acta Gracchi, leges Semproniæ proferentur: Quære Syllæ, Corneliæ. A Cæsare ipso si quæres quidnam egisset in urbe et toga: leges multas responderet se et præclaras tulisse.' *Beroald.* *Rescindere*] Irrita facere, quæcunque a Cæsare rerum potito constituta fuissent. *Bern.*

CAP. 83. *L. Pisone socero*] Cujus filia Calpurnia, Cæsaris uxor. *Idem.*

Antonii] Consulis. *Idem.*

In Lavicano suo] Suburbanum delitiosum apud portam Lavicanam positum, erat Lavicanum, a quo denominationem sumsit, de quo Plinius libro XXXVI. c. 5. Erat ergo villa Cæsaris, aut prætorium in agro Lavicano. Hodie vocatur 'porta major,' ab ædificii magnificentia, propter aquæductum Claudiæ aquæ, cujus ibi vestigia apparent. Nisi dixerimus Lavicos oppidum fuisse, non multum ab urbe distans, de quo Livius l. IV. *M. Donat.*

Demandaveratque] More Romano, uti fœderum pactionumque tabulæ, sic testamenta quoque, fidelioris custodiæ causa deponebantur in templis: ac sæpissime in isto Vestæ, quod religione primum. *Bern.*

Vestali maximæ] Maxima virgo Vestalis ea dicebatur, quæ dignitate reliquas anteibat: quales nunc vulgo abbatissas appellitamus: vel potius 'maximæ' ad ætatem referendum. Cæsar autem testamentum suum demandaverat, tanquam pontifex maximus, virgini Vestali, sub cujus potestate erant collocatæ: et si virgo Vestalis parum diligens æterni ignis custos fuisset, flagro cædebatur a pontifice maximo. *Beroald.* Idem de Augusti testamento Suetonius c. 101. et de testamento Antonii III. viri in ejus vita Plutarchus. Sed et Ulpianus lib. III. De tabulis exhib. 'Si custodiam testamenti æditus suscepit.' Ostendit enim testamentum in

æde sacra deponi solere. *Torrent.*

Scribi solitum] Ait 'solitum,' quia soliti olim prudentes patresfamilias supremis suis mature prospicere, ac sæpe pro oblata occasione testamenti tabulas reficere. Ita hoc loco Cæsar a primo suo consulatu (in quo collegam Bibulum habuit, et cum Pompeio, nuptum ei tradita filia, contraxit affinitatem) usque ad susceptas cum Pompeio, quæ in bellum civile eruperunt, inimicitias, hoc est, per novennium circiter, quotiescunque confectionem testamenti repeteret, semper eum inter hæredes scribere solitus fuit. *Bern.*

Novissimo] Novissimo, hoc est, ultimo. *Idem.*

Ex dodrante] Hereditas plerunque dividitur in duodecim uncias: quæ assis appellatione continentur. Habent autem hæ partes propria nomina ab uncia usque ad assem: sicuti lib. II. Institutionum traditum est. Unde frequenter legimus, alios institutos esse heredes ex quadrante, alios ex semisse, alios ex dodrante, alios ex asse; qui totam sine socio hæreditatem adit. Dodrans significat novem uncias, quasi dempto quadrante. *Beroald.* Omnis res in assem ejusque partes dividi potest. Sic 'myrrhæ quincunx' Columellæ, 'quincuncialis herba' Plinio. 'Crassitudines neque crassiores dextante, neque tenuiores dodrante' Vitruvio. 'Bessales tegulæ' eidem, 'id est, quæ octo pollicum longitudinem haberent.' Livius: 'Terna jugera et septunces viritim diviserunt.' Septunces dixit pro dimidiato jugero et duodecima parte jugeri. *Budæus. Ex dodrante*] Id ergo Noster hoc loco dicit: ex duodecim unciis, in quas Cæsaris hereditas tota divisa fuit, Caio Octavio assignatum dodrantem seu novem uncias, hoc est, tres quartas: L. Pinario et Q. Pedio quadrantem reliquum, id est, tres uncias ex integro asse, seu quartam partem totius hereditatis. *Bern.*

Reliquos in ima cera] Qui isti reliqui in ima cera scripti? Et multa sane verba in explicatione hujus loci jam olim perdidit Alexander, Genialium dierum lib. I. c. 1. Dico perdidit, quia lectio et distinctio vulgata non sine mendo; quod, me auctore, tenendum: *L. Pinarium et C. Pedium ex quadrante reliquo: in ima cera C. Octavium etiam,* et nec opus habeo lectioni per se claræ facere lucem. *Lipsius.* In ima cera, id est, extrema pagina, seu in extrema parte testamenti. *Cera*] Testamenta namque scribebantur olim in tabulis ceratis, de quibus omnino vide Franc. Hotomani observat. lib. IV. cap. 1. *Bern.*

In familiam nomenque adoptavit] Jubebat ejusmodi testator, adoptatos NOMEN SUUM FERRE, l. sed et si, et l. facta, § si sub nominis, ff. ad Trebellian. Apud Ovid. XV. Metamorphoseos, Jupiter ad Venerem de Cæsaris ἀποθεώσει, 'Ut Deus accedat cœlo, templisque colatur, Tu facies, natusque tuus, qui nominis heres, Impositum feret unus onus.' Sed qui nominis heredes erant, non omnia jura justorum et legitimorum filiorum consequuti hujusmodi adoptione videntur. Proinde testamentariam suam adoptionem lege Curiata confirmari curavit Octavius, ut auctoritate legis accederent quæ testamento nactus non erat. Quod Appian. lib. III. Civ. docet. Quin etiam Tiberius, quanquam testamento Augusti nomen ejus ferre jussus, ab eodem tamen post Caii et Lucii Cæsarum mortem, rite adoptatus fuisse fertur. *Brisson.* In Juliam gentem, nomenque Cæsaris: atque ita factum, ut ad Neronem usque per adoptionem sit gens Julia propagata. *Sabel.*

In secundis heredibus] Heredes (quemadmodum Ulpian. Tit. XXXII.

et Modest. in l. I. ff. de vulg. et pupill. scribunt) aut 'Instituti' dicebantur, aut 'Substituti.' Illi, qui primo gradu scripti erant: hi, qui secundo gradu, vel tertio, vel sequentibus. Illi 'primi heredes' vocabantur, l. idem act. § ult. ff. de testam. milit. Hi 'secundi heredes,' vel, si tertio gradu scripti essent, 'tertii heredes' appellabantur, ut apud Sueton. in Claud. Marcianus in l. potest. ff. de vulg. et pupill. 'Potest quis in testamento plures gradus heredum facere, puta SI ILLE HERES NON ERIT, ILLE HERES ESTO. Et deinceps plures: ut novissimo loco in subsidium vel servum necessarium heredem instituat.' *Brisson.*

Populo hortos] Viterb. cod. cum hic tum alibi, *ortos:* ut apud Varronem et Ciceronem quoque in plerisque libris. Sic in Turonensi *umerus* semper, non *humerus.* In his hortis postea fuit ædes consecrata Forti Fortunæ. Plut. De Romanorum Fort. *Casaub.*

Publice] Publica proprie dicuntur ea, quæ populi Rom. sunt, quorum usus communis est, proprietas nullius. L. v. De rerum divisione, l. XXX. De acq. rerum dominio. Tales igitur horti Cæsaris ex testamento. Meminit eorum Horat. lib. I. Sat. 8. 'Trans Tiberim longe cubat hic prope Cæsaris hortos.' Meminit eorundem Cicero ad Atticum libri undecimi epistola sexta. *Torrent.*

Viritim] Singulis de populo, per singula capita.

Trecenos sestertios] Plutarchus LXXV. drachmas vertit, hoc est, totidem denarios. nam quatuor sestertii denarium faciunt. Appianus hic mendosus est. Quæ vero sic populo, sive ordini alicui, vel collegio aut testamento, aut inter vivos ob causam aliquam, ut puta inito magistratu, viritim donabantur, apto sane vocabulo, sed a paucis observato, 'divisiones' vocant J. C. Paulus l. CXXV. de legatis I. et Marcellus leg. XXXIII. de annuis legatis. *Torrent.*

CAP. 84. *Funere*] Si Cos. non fuisset Antonius, Caius Cæsar pro suis in Remp. meritis, etiam defuncti hominis honore caruisset, et quidem consilio Pisonis soceri, et L. Cæsaris propinqui. *Lactant.* *Funere indicto*] Romanis duum generum funera fuere: indictivum, de quo autori hic sermo; et tacitum, alio nomine plebeium, commune, tralatitium, quod fiebat sine pompa, designatore, ludis, præcone, indictione. *Bern.* *Funere indicto*] In funeribus indictivis (quo nomine, ut Paulus ex Festo interpretatur, ea funera significantur, ad quæ per præconem evocabantur) dici solitum a præcone, EX. AEDIBUS. EFFERRI. MORTUUM. Varro lib. IV. de L. L. ostendit. Idemque lib. VI. auctor est, in ejusmodi funeribus pronuntiatum, OLLUS. LETHO. DATUS. EST: id quod etiam Fest. Pomp. notat: a quo, quantum ex vestigiis litterarum hariolari licet, scriptum fuisse verisimile est, OLLUS. QUIRIS. LETHO. DATUS. *Brisson.*

Rogus exstructus est in Martio campo] Quæ ad funerum curam pertinuere, ea vel domi peragebantur, vel in foro, vel extra portam. Domi curatum funus per plures dies: ibi fiebat ἡ πρόθεσις, et mortuus septem dies in vestibulo positus, qua a domesticis, qua ab amicis, plangebatur, ac coronis aliisque muneribus honorificis afficiebatur. Tranquillus hanc totam partem prætermittit: solitus insignia tantum notare. In foro laudabantur: extra urbem cremabantur. Cæsar tamen in ipso foro crematus est, non in extructo ei rogo: quod per populi tumultum evenit. Simillimum est, quod paucis ante annis in funere Clodii a Milone occisi acciderat, ut narrat Asconius. Dio quidem inter alios Cæsari decretos honores hunc com-

memorat, ut mortuus intra pomœrium sepeliretur: sed ea non est caussa combusti intra urbem Cæsaris. *Casaub.*

Juliæ] Filiæ suæ, Pompeii conjugis. *Bern.*

Et pro Rostris aurata ædes ad simulacrum templi Veneris Genitricis collocata] Ædem appellat pegma in foro extructum, ut ibi collocaretur Cæsaris corpus, dum laudatio peragetur. Ita autem vocat, primum, quia ut disertim notat, in modum templi fuit confectum: deinde propter religionem circa defunctos. Qua ratione dixit Polybius lib. vi. imaginibus defunctorum solita περιτίθεσθαι ξύλινα ναΐδια. Et Plinius quoque armaria illa vocat ædiculas. Postremo, quia de Julio Cæsare tanquam de Deo loqui solent: fuitque hæc illius ἀποθέωσις quædam et consecratio. Sane enim cum legantur multi ante Cæsarem in foro laudati: nemini tamen extructam ædem legimus: sed lectum pro Rostris, vel in Rostris, ut loquitur Asconius, fuisse positum. Postea vero quam cœpere Impp. consecrari, hoc quoque servatum est. Dio in funere Pertinacis, οἴκημα ἄτοιχον περίστυλον ædem illam appellat, id est, columnis, non parietibus, cinctam. *Casaub.*

Intraque lectus eburneus] Polybii ætate, qui laudandi erant, plerique pro Rostris statuebantur erecti. Συντελουμένης, ait, τῆς ἐκφορᾶς, κομίζεται μετὰ τοῦ λοιποῦ κόσμου πρὸς τοὺς καλουμένους Ἐμβόλους εἰς τὴν ἀγορὰν, ποτὲ μὲν ἑστὼς ἐναργὴς, σπανίως δὲ κατακεκλιμένος. Possumus tamen ejus verba accipere de simulacris defunctorum cereis: quæ, ut a populo conspici possent, machinamentis erigebantur. Tale simulacrum ab Antonio ostensum est populo, super funebri lecto Cæsaris, ea arte factum, ut versatile esset, omniaque ei imposita vulnera mire ob oculos poneret: auctor Appianus. *Idem.*

Tropæum] Sic vocant Latini, quidquid ad memoriam victoriæ monumenti loco erigitur aut ponitur. Tropæum item frequenti usu ipsam victoriam aliquando designat. *Barthius.* Tropæum ergo hic non illud hostilibus onustum spoliis, ne erres: sed unam Cæsaris occisi vestem gerens. Cur hoc? Ad excitandam conspiratis invidiæ flammam. *Bern.*

Præferentibus munera] Quicquid pretiosum habebant veteres, aut quæ cara fuisse vivis non ignorabant, ea omnia soliti erant conjicere in rogum ejus, quem honore ibant affectum: atque hæc scilicet peculiari nomine 'Munera' fuerunt appellata: eodemque modo Græcis Δῶρα. De quibus enucleate Joh. Kirchmannus lib. III. fun. Roman. c. 5. *Idem.*

Omisso ordine] Ordo quem dicit, fuit hic: præibant magistratus et senatus positis dignitatis insignibus: sequebantur equites habitu lugubri: deinde milites cum armis, sed versis: postremo populus per tribus. Tacitus, alii. *Casaub.*

Inter ludos] De ludis funebribus, qui potissimum in Indictivis funeribus usitati, vide Kirchmannum l. IV. c. 8. *Bern.*

Ex Pacuvii Armorum judicio] Cujus fabulæ argumentum erat, disceptatio armorum Achillis inter Ulyssem et Ajacem. *Berould.* *Armorum judicio*] Fabulæ nomen est a Pacuvio scriptæ. *Idem.*

Men' servasse] Pompeiani notantur, qui a Cæsare victore servati, et ad honores evecti, paullo post ipsum interemerunt. *Idem.*

Ex Electra Attii] Librarii suo more variant: *Acilii*, *Accii*, *Attilii*: Torrentius vult, *Atii*, eraso 'Electra.' *Idem.*

Pronuntiavit] Codex Salmasii, *Prænuntiavit.*

Sen. cons.] Divinos et humanos hos honores a Senatu Cæsari decretos, enumerat autor supra c. 76. Dio li-

bro XLIV. *Idem.*

Perpauca a se verba] Imo corpore in forum (consilio profecto perquam væcordi) illato propositoque, sicut erat a cæde sanguinolentum, vulneribusque exstantibus: habuit insuper orationem, elegantem sane eam splendidamque, sed præsenti rerum statui minime conducibilem: quæ tamen Dionis fuit.

Lectum pro Rostris] Lectum Virgil. 'feretrum' vocat. Tacit. l. II. Annal. 'torum.' Sic enim de Germanici funere: 'Ubi illa veterum instituta? præpositam toro effigiem, meditata ad memoriam virtutis carmina, et laudationes, et lacrymas?' Propert. utroque usus est: 'Nec mihi tunc fulcro sternatur lectus eburno, Nec sit in Attalico mors mea nixa toro.' Porro ob turbatum hunc sepeliendi morem, 'insepultam sepulturam' vocat Cicero Philip. I. paulo post, quare sic vocaverit, latius declarans. *Torrent.*

In Forum] Plebs ad lecticam Cæsaris reversa deferebat eam in Capitolium, sepelitura, ut jam consecratum, in templo inter Deorum imagines. Sed prohibentibus id sacerdotibus, rursum eum in forum retulerunt: quo loco primum ara fuit, nunc templum est ipsius Cæsaris, ubi divinis honoribus colitur. Appianus.

Detulerunt] Aptius erat *detulerant*: nam hoc factum ante illa quæ modo narrata sunt. *Casaub.*

Capitolini Jovis cella] Cella pars templi est sacratior, et in cellam ingredi fas non erat. Cicero in secunda Philippica conqueritur, quod in cella Concordiæ cum gladiis homines collocati ab Antonio stent, in qua, ipso Consule, salutares sententiæ dicebantur. Refert Gellius in septimo, Scipionem Africanum solitavisse, priusquam dilucularet, ventitare in Capitolium, ac jubere aperiri cellam Jovis, atque ibi solum diu demorari, quasi consultantem de Republica cum Jove. Idem memorat, 'favissas' esse cellas quasdam, et cisternas, quæ in area Capitolina essent, ubi reponi solerent signa, et alia quædam religiosa donariis consecrata. De distributione cellarum in templis scribit Vitruvius in quarto. *Beroald.*

Cum subselliis] Patet ex hoc loco, subsellia, tribunalia, et tale fori instrumentum, veluti ruta cæsa, opusve quoddam intestinum fuisse, quod loco moveri transferrique poterat. Addit Plutarchus, et mensas nummulariorum in rogum Cæsaris injectas. *Bern.*

Ad donum aderat] Præferentium munera ante mentionem fecit. Munera vero proprie 'inferiæ' dicebantur, ut 'inferri' quæ mortuis donabantur. Qua de re elegans Scævolæ J. C. locus, l. ult. De auro, argento, mundo legatis: 'Mulier quædam decedens testamento ita scripserat: Funerari me arbitrio viri mei volo, et inferri mihi quæcunque sepulturæ meæ causa feram ex ornamentis.' Verba sunt testatricis, jubentis sibi inferri ornamenta, quibus culta efferretur mortua. Quem morem etiam urendi vestem, Poëtarum principes alter in Patrocli, alter in Miseni funere ostendunt. *Torrent.*

Tibicines] De tibicinibus istis ac scenicis artificibus ad funus adhibitis, vide Jo. Kirchmannum l. II. fun. Rom. cap. 5. et 7. *Bern.*

Ex instrumento] Ex apparatu triumphali, quo usi fuerant in actione ludorum triumphalium Cæsaris. 'Instrumenta triumphorum' ad eam formam a Suetonio dicuntur, qua in Aug. c. 71. dixerat 'instrumentum regium:' et Senec. lib. II. de Ira cap. 20. 'instrumenta epularum.' *Idem.*

Veteranorum militum legionarii] Hoc est, legiones compositæ e veteranis militibus, quæ Romæ tum erant, deductionem in promissos agros expectantes. *Casaub.*

Arma sua] Subaudi, rogo injecerunt. Ad testandum ingentem luctum, arma quibus accincti erant milites in rogum arsuri ducis jecisse, Kirchm. lib. III. fun. Rom. cap. 5. pluribus autorum locis confirmat. *Bern.*

Liberorum bullas atque prætextas] Sicut prætexta migistratuum, ita bulla gestamen erat triumphantium: quam in triumpho præ se gerebant, inclusis intra eam remediis, quæ crederent adversus invidiam valentissima. Hinc deductus mos, ut prætexta et bulla in usum puerorum nobilium usurparentur: ad omen et vota conciliandæ virtutis: ei similis, cui primis in annis munera ista cesserunt: nempe Tarquinii Prisci filio. Macrobius. Bulla suspendi in collo infantibus ingenuis solet aurea, libertinis scortea, quasi communiens pectus puerile. Asconius.

Circulatim] Circa rogum cum lamentatione per vices spatiatæ multitudines in suum quæque circulum et orbem collectæ, uno tempore quælibet patrio more sunt lamentatæ. *Sabell.* *Circulatim*] Id est, unamquamque gentem peculiari loco congregatam, suo more testatam tristitias suas. Circulos enim facere dicuntur, qui in unum congregantur. *Bern.*

Præcipueque Judæi] Qui Cæsarem dilexisse videntur ob Pompeii cædem, a quo urbs ipsorum capta fuerat. Judæos tamen militasse Pompeio contra Cæsarem, testis Appianus. Verum ea offensa mox bello Alexandrino expiata est: cui et interfuerunt, et egregiam Cæsari operam navaverunt. Inde illa Cæsaris in eam gentem collata beneficia. Joseph. de Antiq. lib. XIV. *Casaub.*

Bustum] A bustis gladiatores bustiarii dicti sunt. Quidam censent, ubi homo combustus est, nisi ibidem humatus fuerit, non esse ibi bustum, sed ustrinum. *Servius.*

CAP. 85. *A funere*] Post celebratas exequias. Ex hoc loco discamus licet inconstantiam πολυκεφάλου bestiæ, vulgi. Idem ille populus, qui paulo ante clam palamque dominationem Cæsaris detrectans, libertatis assertores flagitabat, hos ipsos nunc ad necem deposcit. *Bern.*

Bruti et Cassii] Ut principum conspirationis, qui paucis post diebus urbe excesserunt, Plut. in Cæs. *Idem.*

Helvium Cinnam] Is superiori nocte secundum quietem visus erat sibi a Cæsare ad cœnam vocari, cumque detrectaret, ab eo manu abduci invitus atque repugnans: tum vero audiens, Cæsarem in foro cremari, honoris caussa eo se conferre cœpit, tametsi in somnio nonnihil terreretur. Plutarch.

Columnam lapidis Numidici] Numidicum lapidem, seu marmor, vocamus hodiernis temporibus Africanum; et est maculosus, nigro colore cum albo, et rubeo commixtus. De quo Plin. lib. XXXVI. cap. 6. Olim pavimenta, quæ hoc marmore strata erant, 'Punica pavimenta' dicebantur. *Marc. Donat.*

Parenti patriæ] Titulos basi statuarum incidi consuevisse, patet ex autore in Domitiano, cap. 15. Ejusmodi titulorum formulas aliquammultas eruit ex antiquitate Barn. Brissonius lib. VIII. de form. pag. 828. Cicero lib. XII. famil. epist. 3. hanc statuæ Cæsaris inscriptionem ita conceptam habet, 'Parenti optime merito:' ac eam hoc spectare dicit, ut percussores Cæsaris non modo sicarii, sed etiam parricidæ judicentur. *Bern.*

Apud eandem longo tempore sacrificare] Quomodo 'longo tempore,' cum statim per Dolabellam Cos. ea columna sit dejecta? et tamen ait, 'perseveravit.' Dio parcius, θύειν ἐπεχείρουν. *Casaub.*

Controversias quasdam interposito per Cæsarem jurejurando distrahere] Vult

dicere, cultum eum locum instar templi: nam controversiæ in templis distrahi solitæ. Aliquando templa non ingrediebantur: sed officii sui satis se admonitos putabant, si ad ædem alicujus Deum accessissent. Distrahebantur autem jurejurando interposito, ut ait Sueton. Quod ideo vetus Poëta eleganter appellavit 'mantile quo quotidianæ noxæ extergeantur.' Et jurabant per Deos, heroas, magnosque viros defunctos, etiam per vivos: unde est illud apud Lucianum ὅρκος εἶναι τινὶ, pro observari colique ab aliquo officiosissime. Pertinet huc quod de hæreticis quibusdam, ut Priscillianistis, Donatistis, aliis, in historia veteris ecclesiæ narratur. Nam et istis sectæ suæ princeps erat ὅρκος: per illum jurabant, et controversias suas in ejus memoriis dirimebant. *Idem.* *Distrahere*] Distrahere controversias pro dissolvere ac finire dixit, ut secare lites Horat. Epist. ad Quinctium: 'Quo multæ magnæque secantur judice lites.' Et Satyr. 10. lib. I. 'ridiculum acri Fortius et melius magnas plerumque secat res.' *Torrent.*

Cap. 86. *Religiones*] Hoc est, Haruspicum responsa, prodigia, insomnia, et talia prognostica cædis imminentis. Autor hoc vocis significatu supra quoque capite 59. usus: 'Cæsar,' inquit, 'ne religione quidem ulla a quoquam incepto absterritus est.' Et postea subjicit, quæ fuerint istæ religiones: scil. adversissima auspicia. Hinc rejicere a se religionem, hoc est, omen ad alium transferre: sicut contra, objicere religionem, est, ex observatione ominis alicui δεισιδαιμονίαν incutere: exsolvere religione, est hujusmodi scrupulum adimere. *Bern.*

Novissimo Senat. cons.] Quo divina simul ac humana omnia Cæsari decreta fuere. *Idem.*

Jurejurando] Quo se cuncti ad tutandam totis viribus Cæsaris salutem obstrinxerant. *Idem.*

Custodias Hispanorum] Hoc exemplo Imp. Augustus manum Calagurritanorum (qui et ipsi Hispaniæ populi sunt, Vascones dicti) custodiæ causa, inter armigeros circa se habuit. Ergo non usque quaque recte Politici nonnulli, satellites et custodes corporis extraneos asciscere, numerant inter tyranni notas. Pertinet autem ad commendationem nostræ gentis, quod præcipue Germanorum opera Magnatum in custodiis, prout etiamnum hodie nonnulliibi fit, expetita fuit. *Idem.*

Secantium se] Cod. Salmas. *adinspectantium se.*

Removisse] Inconsulte. Qua de re Velleius Paterculus lib. II. cap. 57. 'Laudandum,' inquit, 'experientia consilium est Pansæ atque Hirtii, qui semper prædixerant Cæsari, ut principatum armis quæsitum, armis teneret. At ille dictitans, mori se, quam timeri malle, dum clementiam quam præstiterat, expectat, incautus ab ingratis occupatus est.' Quid, quod etiam juste imperio potitis, necessaria tamen custodia vel ad tutelam est, 'cum parum tuta majestas sine viribus sit?' *Bern.*

Satius esse] 'Nemo tam timidus est, ut malit semper pendere, quam semel cadere,' inquit Seneca epist. XXII. *Idem.*

Uti salvus esset] Hinc Cicero pro M. Marcello, Cæsarem alloquens: 'Itaque,' inquit, 'illam tuam præclarissimam et sapientissimam vocem invitus audivi: Satis te diu vel naturæ vixisse, vel gloriæ. Satis, si ita vis, naturæ fortasse: addo etiam, si placet, gloriæ: at, quod maximum est, patriæ certe parum.' *Idem.*

Cap. 87. *Pæne*] Recte, 'pæne.' Subitam enim quidem, sed non violentam. *Idem.*

Xenophontem] Locus extat lib. VIII. Cyripæd. sub finem, ubi Cyrus morti proximus, vocatis filiis, prætereaque

amicis et Persarum magistratibus, cum alia plura locutus, tum imprimis filios adhortatus est, ut se vicissim et honorarent et amarent: mandavitque, ut corpus suum neque in auro, neque in argento conderent: sed illud terræ quam primum redderent, &c. *Idem.*

Subitam sibi] Hujus loci sunt in Antig. Sophoclis (vers. 1330.) illa verba Chori ad Creontem, Βράχιστα γὰρ κράτιστα τὰν ποσὶν κακά. *Urgentibus malis, celeritas optima est.* Quin et Plinius lib. VII. cap. 53. mortem repentinam ad summam vitæ felicitatem refert. *Idem.*

Super cœnam] Pro, inter cœnandum. Aliud est 'inter cœnam' infra Aug. cap. 71. pro inter cœnarum fercula. *Torrent.*

CAP. 88. *Sexto et quinquagesimo*] Proinde climacterico hebdomatico octavo, nec eo tamen exacto, deficiente quadrimestri circiter. Idem annus sustulit e viris principibus Romulum, P. Scipionem Africanum, Pompeium Magnum, M. Antonium III. Virum, &c. *Bern.*

Atque in Deorum numerum relatus est] Fere conditoribus urbium, aut aliis de publica re bene meritis, honores heroici decerni soliti; donec paullatim pro Diis habita etiam isti. Nam deferre τιμὰς ἡρωικὰς est, quod una voce ἀναγίζειν dicitur, et longe differt a θύειν, ut notant veteres Grammatici. Adulatio postea an superstitio θεοποιΐαν invexit: cujus moris extat gravis censura apud Plutarchum in Romulo. Nam ut parentes a liberis consecrabantur, et privata religione colebantur, ita Imperatores, qui patres patriæ et dicebantur et habebantur, publice in Deorum numerum relati, et publica religione culti. Primis temporibus, qui humanarum virtutum modum videbantur supergressi, horum nomina post ipsorum obitum in rituales libros referebantur, et, anno vertente, memoriam illorum celebrabant, atque eorum animas in beatorum insulas receptas esse, omni post futuro judicio liberas, sibi persuadebant. Cedrenus, de antiquis Assyriis loquens, ritum hunc describit. *Casaub.*

Non ore modo decernentium, sed et persuasione] Hinc toties in Augusti nummis, CAESAR. DIVI. FILIVS. Eodem et illi spectant, qui cometam præferunt, asscriptumque, DIVVS IVLIVS. Nec non ipsius Cæsaris nummi, post mortem ejus signati, cum stella nunc super vertice, nunc ante frontem, nunc post cervicem. De qua Virgilius quoque VIII. Æneid. 'patriumque operitur vertice sidus.' Et in Eclog. 'Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum.' Et Propert. lib. IV. 'At pater Idalio miratus Cæsar ab astro, Sum Deus, et nostri sanguinis ista fides.' *Torrent.*

Ludis quos primo consecratos ei heres Augustus edebat] Vox 'primo' referri debet non ad 'ludos,' vel 'consecratos,' sed ad verbum 'edebat.' Julio varii ludi fuerant consecrati: auctor de iis loquitur, quos reversus Apollonia primo edidit in patris honorem. *Casaub.*

Stella crinita] Cometes in uno totius orbis loco colitur in templo Romæ, admodum faustus Divo Augusto judicatus ab ipso: qui, incipiente eo, apparuit ludis quos faciebat Veneri Genitrici, non multo post obitum patris Cæsaris, in collegio ab eo instituto. Namque his verbis id gaudium prodidit: 'Iis ipsis ludorum meorum diebus, sidus crinitum per septem dies in regione cœli, quæ sub septentrionibus est, conspectum. Id oriebatur circa undecimam horam diei, clarumque et omnibus terris conspicuum fuit. Eo sidere significari vulgus credidit, Cæsaris animam inter Deorum immortalium numina receptam: quo nomine id insigne simula-

cro capitis ejus, quod mox in foro consecravimus, adjectum est.' Plinius.

Parricidium] Causam nominis paullo ante retulimus, c. 85. *Bern.*

CAP. 89. *Percussorum autem fere, neque triennio quisquam supervixit*] Sane, 'fere:' nam excessere triennium non pauci: ii sunt qui cum Sex. Pompeio erant. Estque eorum mentio apud Appianum ac Dionem in pacis conditionibus, quæ convenit inter Cæsarem, Antonium, et Pompeium, anno U. C. DCCXV. post Caii necem quinto. Supervixerunt et Pompeio quidam, Antonio ipsos protegente: in his Parmensis ille Cassius, quem postremum omnium pœnas dedisse, Velleius ait. *Casaub.*

Neque sua morte, &c.] Sua morte defungi, est ex naturæ communi lege obire: cui opposita mors violenta: quam 'biothanatam,' ut illam 'propriam,' appellat Jul. Firmicus lib. VIII. Astron. c. 19. *Bern.* Ita et Græci locuti sunt. Epiphanius libro I. καὶ μή τις λεγέτω περὶ τοῦ Ἀβὲλ, οὐ γὰρ θανάτῳ ἰδίῳ τέθνηκεν. Ptolemæus libro quarto Tetrabibli: ἰδίοις τελευτᾷν θανάτοις, et βιαίοις, opponit invicem. Dicitur et, 'sua die mori,' in veteri epigram. Quo etiam modo Hebræi sunt locuti. Jobus c. 15. בלא יומו תמלא, ad verbum, ἐν οὐκ ἰδίᾳ ἡμέρᾳ τελειωθήσεται, id est, ut verterunt Græci, πρὸ ὥρας φθαρήσεται. *Casaub.*